Digitized by Google

[illegible] Goog

IOANNIS OROSCII,

REGII IN PINCIANA CVRIA Conſiliarij, Doctoris Anteceſſoríſque olim Salmanticenſis, Ad reſponſa prudentum, Commentarij.

Duo hi Tomi, in Priores integróſque Digeſtorum duos Libros ſunt. Legum contextus ipſe totus, ad Florentini exemplaris fidem, diligenter excuſus. Animaduerſum tamen paſsim, ſi quid eſt, quod vel de editione illa, vel Haloandri, vel alijs, Lectorem admoneri oporteat.

ADIECTI SVNT INDICES RERVM, Vocum, Legum, locupletiſsimi.



SALMANTICAE,

In ædibus Andreæ à Portonarijs. S. C. M. Typógraphi.

M. D. L V I I I.

II

AD PHILIPPVM MAXIMVM Hiſpaniarum, Angliæ, Franciæ, Neapolis, Siciliæ, &c. Regem inuictiſsimum, Ioannis Oroſcij, In Commentarios, Ad reſponſa prudentum,

36. 14. G. 8.

PRAEFATIO.

SCio ego, Philippe Maxime, nihil à me tantum elaborari potuiſſe vnquam, quod vel Maieſtati tuæ reſpondeat, vel me, aliqua ſaltem ex parte, eo nexu liberet, quo tibi totus deuincior. Nam & tu me immerentem, ſummis beneficijs, vltro ſemper afficis, & qui honores iure tibi debentur, maiores profectò ſunt, quàm qui aut ab hominibus tuis, quotquot illi ſunt, aut exteris etiam tribui poſsint, tantum abeſt vt eos noſtra hæc tenuitas, ad aliquid præſtet. Sed cùm vos, qui mundum tenentes, virtute ſapientiaque veſtra regitis, quàm proximè ad Deum accedere, bene dictum iam olim ſit, tum id vel maximè, veriſsimum in hoc priuati experimur, quòd quæ à nobis offeruntur, Principes quo maiores melioresque ſunt, hoc voluntate magis dantis, quàm rei ipſius pretio æſtimare ſolent. Iure id optimo, vt mihi quidem videtur, nam præterquàm quòd hoc ipſo, Deo ſimiliores videntur, tum operæ pretium voluntas eſt: nec quicquam eſt, quod ita Principem deceat, quàm vt bonos, charoſque ſibi ſubditos multos habeat: neque rurſus, ſubditorum proprium quid magis eſſe poteſt, quàm vt quoquo modo poſsint, domini gratiam prompta egregiaque voluntate demereant. Porrò ea, vt & amor, nullo magis quàm ſe ipſa emitur. Et me igitur, ſpes non deſtituit futurum, vt quæ pauperibus ſacris (quod ille ait) vilia thura, nunc à me tibi dantur, quo animo maxima ipſe das, hoc, exigua licèt, æquiſsimo accipias. Planè enim Regij ingentiſque animi libramentum vtrumque hoc, & quòd alijs dando, quæ eximia tua liberalitas eſt, quantùm potes, eos tantùm extollis: & contrà, quòd vt accipias, quod tamen vix eſt vt facias, ſic te de faſtigio tuo demittis, vt humilitati eorum, qui tibi ſeruiunt, conformes. Viſum eſt autem argumenti genus hoc, te vel cum primis dignum: de iuſtitia enim & iure, toto hoc opere Digeſtorum, Iuriſconſulti tractant, tu verò iuſtitiæ cultor es, boni æquique obſeruantiſsimus, cuius ars hæc noſtra eſſe dicitur. Oſtendit id, vt cætera omittam, ſumma tua erga Deum, reſque diuinas religio. Animus hic clementiſsimus, in vniuerſi populi Chriſtiani concordiam, plus quàm exprim

poſsit, ſuapte natura propenſior, niſi ſi qui ſint, qui iniuria, pacem interturbare pergant. Oſtendit aduerſus rebelles, eosque, qui ſuperbiùs quàm par eſt, efferuntur, ſera quidem illa, ſed qualis numinis eſſe ſolet, vindicta, dicam an punitio? iuſtiſsima. Oſtendit mirabile (ſic enim ipſe appellare ſoleo) artificium, quo & veterem orbem hunc, & nouum illum alterum ita temperas, vt vbique præſens, ius reddere videaris. Quid Auguſtæ huius tuæ domus diſpoſitio quædam diuina? Quid inſtituta ſanctiſsima? Quid pace belloque dogmata atque prçcepta, quæ qui tenent, in hoc efficti, & velut docti à Deo videntur, vt ſoli ſint, quibus cæteri iure pareant? Oſtendit poſtremò, quòd eos in curarum partem ferè cooptas, qui verè oculi, manus, auresque tuæ dici poſsint: inter quos, dum illi domi militiæque rebus ſtrenuè pro te gerendis, vtilius aliquid quique inuigilant, ne ocioſa omnino, aut ingrata opera, ſolus hîc ipſe dicar, quin potiùs, veluti de parua caſa, ruſticellus quidam opilio, Domino, quod poſſum, vt is arcem iuſtitiæ teneat, digitum tantùm ad fontes: Iuriſprudentiæ nempè ſacros hos latices: quos qui Principes, aut guſtant, aut à ſuis guſtari hauririque non tam id ſine inuidia, quod parum eſt, quàm cum dignitate authoritateque ſinunt, ſecurè fœliciterque prorſus (quod tu facis) Remp. ſemper administrabunt.

LECTORIBVS.

CVm ſit tempus, bone Lector, inſumptuum omnium inſumptus vel pretioſiſsimus, eæ demum horæ, bene, dubio procul collocari dicuntur, quas cnltui diuino impendimus: neque enim homine occupatio vlla dignior, hæc ipſa videri debet, propter quam homo formatus eſt. Cæterùm, & quæ ſtudijs tempora honeſtis tribuuntur, hæc etiam ſe non perdidiſſe, ſtudioſi qui ſunt, meritò arbitrantur. Naturale ſiquidem animi pabulum, conſideratio eſt, qua illa cenſentur, fieríque horum ope videmus, vt qua maximè parte, cæteris animantibus, genus hominum præſtat, hac ipſi, viciſsim inter ſe, ſtultis ſcilicet (vt ille inquit) intelligentes interſint. Vt eorum, in dies magis probem ſententiam, quibus hæc quæ ſine literis vita tranſigitur, non vita ſed mors, & viui potiùs hominis ſepultura appellata eſt. Porrò, vt ſtudia ſua cuique placent (alios enim alios delectant.) vtque omnia recta modò honeſtaque ſint iure in pretio habentur: ſic iuris ciuilis noſtratia hæc, boni æquique plena prorſus, magno naturæ, gentium, populorum omninm conſenſu, æui totius iuſta ſemper atque perpetua ſerie, diuina quadam prouidentia, quotidie magis ac magis virent, florent, creſcunt, ornantur. Et meritò. Quid enim, ſine profeſsionis huius (ſacras literas ſemper excipimus) excelſius eſt? Quid materia vtilius, authoribus grauius, eorum dictione ſplendidius, rationibus quibus mouentur acutius? Quid rerum, quæ à Iuriſconſultis tractantur, cognitione homini dulcius? Quid varietate propter quam natura ipſa pulchra eſt iure ciuili pulchrius? Quid in ipſa hac varietate conſtantins, certius, æquabilius, excogitari potuit? Dicam audacter, omnia in vnum ſi conferantur, quæ in alijs diſciplinis, vel deſyderari, vel laude digna videri ſolent, in vno iuris ſtudio, perfecta adeò deprehendas, vt in alijs ſingula admirationi ſunt. Huius igitur ſtudij amore, à pueritia ipſe accenſus (vt nunc reliquum vitæ meæ curſum omittam) qnatnordecim plus minus annis, Salmanticæ (quæ domus hodie doctrinæ habita eſt) Ius ciuile publicè interpretatus ſum, qua id cum laude, quo anditorum applauſu, alij dicant. Cùm autem, ſexennium eſt, Caroli Maximi iuſſu, illinc euocarer, vt fiſci patronus eſſem, non leues cauſæ fuerunt, qnibus me excuſarem: triennio rurſus ab hinc in Pincianæ curiæ conſilium allectus: Principis, omnium quos terra tulit excellentiſsimi, iuſsionibus non obtemperare, nefas ſum arbitratns. Itaque Salmantica Salmanticæque rebus relictis huc me contuli daturus operam, quantum in me erit, quantumque durabo, vt ne officio vnquam, aut ne mihi ipſi potius, deſuiſſe videar. Verùm enimuero diu iam eſt, cùm ſtudioſorum expoſtulationibus, facere ſatis vix poſſum, qui velut quodam ſuo iure qnaſi & in his villicationis ratio reddenda ſit hoc à me efflagitant, vt eorum, quæ in ſcholis diximus, ſi non ſimul omnia, at ſaltim vnum aliquid in vulgus edam. Sed moraris (aiebant & nunc quoque cum Catullo aiunt) abit dies. Prodeas: Celeriùs (vt in prouerbio eſt) elephanti parient. An dubitas, quin hæc, quæ dicta placnere multis, ſcripta nocere nemini, prodeſſe non paucis videri poſſunt, & tibi laudi, & cæteris vſui futura ſint? Demque, & fidei in lectionibus meis quotidianis, de hoc à me olim promiſſæ, non ſemel admonent: & ne fallam, ſtrictius vrgent: nec deſunt, qui Homericnm illud occinant.

Αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν, κενεόν τε νέεσθαι.

EN ergo tandem (quis enim multorum, amicorum præſertim vocibns non acquieſcat?) lectionum quotidianarum, ad Reſponſa prudentnm Commentarij noſtri, nnnc primùm in lucem prodeunt: quos, vtinam qua nos damus voluntate, hac alij excipianr: noſtra ſiquidem hæc vna eſt, eritque ſemper, vt quomodo poſſumns (ſi quid id eſt) publicæ vtilitati per nos conſulatur, & ſtudia iuris iuuentur: aliorum verò vt humana iudicia ſunt varia fortaſsis futura eſt. Obijciet enim aliquis, quem in limine vt dicitur operis titulus ſolus offendet, quòd aduerſus Iuſtiniani ſanctum edictum, Commentarios & appellem & faciam. Ac fateor quidem ipſe, vetuit Imperator, ne legibus quiſquam Commentarios annectere auderet, tantumque, vel tranſlationem, *κατὰ πόδας* permiſit, vel annotationes per titulorum ſubtilitatem, quæ *παράτιτλα* nuncupantur. Sed, vt de nomine primùm agamus, non tam nomen, quàm rem prohibuit, & alias (inquit) legum interpretationes, imò magis peruerſiones, eos iactare non concedimus, ne verboſitas eorum aliquod legibus noſtris adferat ex confuſione dedecus &c. Cur itaque hæc nos fidenter contemnimus? Reſpōdeo, qnia infiniti, penè dixerim, ante nos idem auſi ſunt. Neque vllius, in hoc culpa maior, quàm Iuſtiniani ipſius. Cuius certè rei, paulò altiùs, vt hominibus quoque alienæ profeſsionis, & vel idiotis, ſatiſ-

faciamus, ratio reddenda eſt. Fuiſſet etenim fortaſsis (neque enim nunc ipſe præciſè ſtatuo) fuiſſet
è Republica magis hoc, ne quis auderet, auſi quotquot eſſent, pœnam ſubirent. Sicque legum texti-
bus contenti tantùm, iuris ſtudioſi omnes, & diligentiùs in ipſarum mentem inquirerent, & atten-
tiùs rationes ſcrutarentur: eſſet eorum, qui bene inſtituti ſunt profectus maior: eſſet contra, eorum
qui illotis manibus puriſsimos iuriſprudentiæ latices ſurſum deorſumque verſant, nulla ratio. Om-
nes quidem litium minus haberemus. Dici enim non poteſt neſcio, an nec cogitatione ſatis compre-
hendi, quanta inde naſcatur diſcordiæ materia: cùm ij, quibus diſſentiendi inter ſe occaſio offertur,
certos ſtatosque, idque adeò plures, ad diſcordiam augendam Doctores habent. Neque ego nunc
eorum probo ſententiam, qui cum immaniſsimo tyranno Caligula, de Iuriſconſultis hoc ſæpe ia-
ctant quaſi ſcientiæ noſtræ vſum omnem aboleri expediat. Tolle enim iuris ſcripti libros ſanctiſsi-
mos, quid aliud reliquum erit, quàm vt omnes, pro imprudentiæ ſuæ captu iudicent? Aut quid ab-
ſurdius, ſuperſtitioſæ mulierculæ per ſpeculum imaginentur, quàm vt eorum iudicia certiora fu-
tura ſperemus, qui de ſuo vtaiunt capite ſententiâs ferant: non illorum, qui ad ea ſe forment, quæ
tot retrò ſeculis, à viris prudentiſsimis excogitata præcepta ſunt: quaſi verò, nullum ſit pondus,
artis iam longo vſu perfectæ atque ſtabilitæ: aut ſi leuius, fallaciúſue quidquam in rerum natura
eſt, quàm vnius, aut alterius hominis, acuti quamlibet, ingenium paſsim deprehenditur, qui per
ſe ſolus ſapiat. Sed poterat & hîc eſſe modus, ne non tam multitudo authorum officiat, quàm noce-
re potuit inopia. Nam, cùm fuerit Iuſtiniani edictum illud, religioſè obſeruatum annis plus minus
ſeptingentis, extitêre deinde nonnulli, quibus color quæſitus eſt, & quaſi Paratitla hæc eſſent, titu-
los quoſque iuris in ſummas redigerent, cuiuſmodi Placentini, Roglerij, Ioannis, Azonis, & quo-
rundam ſunt. Atque alij quidem, & quæſito colore, & parciùs. Azo latiùs patuit, præterque ſum-
mam, iuſtos edidit Commentarios, fuereque & inter hos, qui gloſſas tentarent. Nemo tamen, fœ-
liciter ante Accurſium, cui anſa, materiesque fuit, ſecurè nimium iam, in ſuas aſſurgendi. Qui poſt
hos ſequuti ſunt (neque enim mihi nunc Catalogus iucundus) pari, aut maiuri licentia, dum abu-
tuntur, Imperatoris quoque poteſtatem eleuantes, eò rem deducunt, vt ſacramento veluti quo-
dam adacti, coniuraſſe ſenſim omnes videantur, ne quid minus dicere Iuſtinianus vel innuere etiam,
ne dum edixiſſe, videri poſsit. Quo factum eſt, vt hi, vel maximè, in pretio apud plures ſint, qui lon-
ge lateque excedentes vagantur. Emicuere tamen inter cæteros, & adhuc quoque emicant, qui me-
dia via, quæ tutiſsima ſemper eſt, incedunt: inter quos, Bartolus primas tenet, & ſi qui ſimiles ſunt,
quibus ea cura fuit, non tam vt multa, quàm vt ea dicerent, quæ ad rem ſpectent. docti dubio pro-
cul viri & valde prudentes, quique in ſuo illo ſcribendi genere (Scholaſtico vt vocamus) excellen-
tes habiti, iuris ciuilis ſcientiæ, multum lucis attulerint. Omnium autem, in ſumma vrgentiſsima
collectiu illa eſt, naturalem rationem, authoritate iuris ciuilis mutari minimè potuiſſe, obſcuras res
naturaliter interpretationem deſyderare: non igitur, prudentum ad ius ciuile, interpretationes pro-
hiberi potuiſſe, à Iuſtiniano præſertim, qui dum tot bonorum authorum voluminibus nos carere
voluit, viuus quod fecit patitur, vt mortuo pro vno centum renaſcerentur. Ac mihi quidem de hoc
non ſemel cogitanti (Vetus enim querela hæc eſt) tale aliquid Iuſtiniano eueniſſe videri ſolet, qua-
le Ioui in fabulis accidiſſe ferunt: qui dum ſuo timens Olympo, à dijs ſuperisque cauebat: Titanas ne-
ceſſariò implorauit, aut quale, eiuſdem Imperatoris, in rebus bellicis conſilium aliquando fuit, quo
Græcis in ordinem redigendis, plus nimio attento, Gotthi interim Italia vniuerſa, atque adeò vrbe
ipſa potiuntur. Neque autem conſtituere ſatis, adhuc ipſe poſſum, quæ gratia Triboniano, Theo-
philo, Dorotheo, Cratino atque alijs, iuris noſtri compilatoribus, debeatur: bona nè quòd illo-
rum ſtudio, veteris prudentiæ fragmenta hæc pulcherrima ad nos permanarint: mala nè potiùs, qui
ex integris tamque copioſis authoribus, pauca adeò, & ſuo quodam guſtu digeſta, nobis tradide-
rint. Niſi ſi quis etiam horum epitomis hoc tribuat, quod illi neglecti prorſus non perierunt. Quo-
modo cùm quidam Liuij interitum Floro, Trogi Pompeij Inſtino, veterum Pontificum Decreto-
rum Gratiano imputare ſoleant, Alij contrà, magis acceptum hoc ferunt, quòd eorundem opera,
atque diligentia, talia ſcripta, hodie non omnino deſyderentur. Sed hæc aliâs: de ratione verò in-
ſcriptionis ſatis ſuperque dictum eſt. Non deerunt autem qui à me, & hoc anxiè requirant, cur non
diuidendo, notando, opponendo, quærendo leges interpreter, quæ via peruulgata eſt, ſed magis,
ad gloſſæ me exemplar comparem, quaſi aut in eo quod præſtat Accurſius ſatis non faciat: aut il-
lorum inſtituta mihi diſpliceant, quæ à cæteris magno conſenſu probantur. At longè alia mea pro-
fectò mens eſt. Neque enim vlla in re minus mihi diſpliceo, quàm quòd alienos labores magni ſem-
per facio, vti æquum eſt, vtque viri docti, qualeſcunque ſint, mortui, aut viui, merentur. Sed quan-
quam in diſciplinis tradendis, non tam referat, quo genere doceas quàm quid ſit, quod doceas, ta-
men quia

men quia eſt aliquid, quod methodus aptior efficiat, cuius peritia, non minus, quàm ſcientia, præceptores præſtaut, dicam etiam qnid eſt, qno mouear, cùm hoc ſcribendi genus elegerim. Etenim ars hæc boni & æqni, qnam profitemur, ſi communes locos reſpicias, facilis: cùm ad ſingularia præcepta deſcendimus ſanè eadem qnàm difficilis eſt: cùm enim iura in cauſis ponantur, tum etiam variæ cauſarum figuræ ſunt. Vnde & iudicibus aduocatiſque labor, quæ cuiqne negotio fignra, quæ forma quadret: & legum lpſarum interpretibns, non minor inſurgit, dum capituli, paragraphi, verſieuli, orationis ſpecies, atque adeò dictionis & vel minimæ particnlæ ſignificatio, inquirenda eſt: quò qui verior ſit ſenſus conſtet, iuſtáque ratio teneatur, quæ vel præcipua legis dos eſt, certè, & eius vis & poteſtas. Hæc, vbi quis diligentiùs penitiúſque aſſequitur, tunc ſe magis in ciuili prudentia profeciſſe ſentit, Aſſequitur verò quiſque tunc maximè, cùm nihil ipſe negligit, nihil defunctoriè legendum exiſtimat, rotundo enim ore (quod de Græcis ſcriptnribus cecinit Flaccns) leges ſcriptæ ſunt: & in quibus, niſi quis oſcitantiùs ſe geſſerit ne minimum quid ocioſum deprehendat. Ea facultas ita demum optimè parari præſtarique poteſt, ſi verborum conſequentia non prætermiſſa, ordinem contextus ſequaris. Ferè enim, vna verborum, rerumq́ue ſeries eſt, à qua niſi quis diuertat, aut propius profectò it, aut erit eius erratio minor. Vt hoc veluti Dædali ſilo vſi qui ducantur, in labirinthi huius iuridici, difficillimos alioqui aditus, ambageſq́ue inextricabiles, ſecurius multò, certiuſq́ue pedem penetrent. Quo in genere, mirari præ cæteris liceat Accurſium: nam & ſi ipſe, bonus licet, quandoque tamen, vt videmus, dormitet: at nullius, ad hanc vſque diem tautus labor ſuit, nullius, perpetua adeò conſtansq́ne diligentia, vſque eò, vt, qnæ doctorum, prudentumq́ne vel præcipua laus eſt, ne vel omnia dicant, vel de his quæ neſciunt, neglexiſſe hanc de indnſtria prudens homo videatur, nihil intentatum relinquens, dum aut eorum apùd quos aliquid legerat, bonam fidem agnoſcit, aut de ſuo profert in medium, qnæ profutura iuris ſtudioſis ſperat. Sed non erat illis temporibus interpretandi ratio hæc adeò difficilis: nondum enim, mole ſua premi ius cœperat. Nondum opinionum ſylnæ, infinitùm excreuerant. Hoc autem tempore, an Accurſio claua (quod dici ſolitum eſt) vix eſt qui credat: quòd breui orationis ſtilo, rerum ac ſententiarum immenſam materiam, amplecti, non opis humanæ ſit. Quare & in meis hiſce iuris enarrationibus, vt, quo ad eius fieri poteſt, gloſſæ modus, minimè exceditur, ſic ne & interdum progrederer longiùs, nulla arte eſſici potuit. Dedi tamen operam, quantum in me ſuit, vt in ipſa hac breuitate, quæ duriſsima ſcribendi prouincia eſt, obſcurior non fierem. Vtque eorum, quæ, vel in eo, quem interpretabar loco, vel alibi ab alijs notantur, neceſſaria modò eſſent, nihil omitteretur. Illudq́ue, vel cum primis cani, vt ex Bartoli dictis (qui vir non niſi honoris cauſa nominandus eſt) nullum eſſet, quod non, vi ipſa ſaltem, proſequerer, id quod prouectiores iuuat. Neque autem parui hæc laboris exiſtimabit, quiſquis & tentet: cùm præſertim, ordine ipſo Bartoli, quo tamen ille præpoſtero valde ſæpiſsime vtitur, viua voce dicerem, quæ poſtea qnàm dixeram, ſcripturo mihi, ad textuum ordinem, omnia reponerentur. Accedit & his, quòd vt hominibus nationis huius nobiliſsimæ, in qua natus ſum gratificarer, leges Regiæ diſsimulandæ non erant, qnæ & ſapientiſsimè ſcriptæ ſunt & grauiter. Nam quòd, paucornm opinionem ſequntus, margini potiùs, quàm contextui, allegationes iuris adſcripſerim, in eo verò, apologia longiori, ni ſallnr, non egeo, quàm quòd Pauſonis hic equus eſt, quod ſcitè Alciatus reſpondet: paruo ſi qnidem negotio, aut nullo etiam iſthæc, pro cniusq́ue ſententia, vel intus, vel extra, ſi hoc magis libet, accommodantur. Nec video eqnidem, quid interſit inter hæc, quæ indiffereutia ſunt, niſi fortè & de hoc inter viros literatos ſumenda contentio eſt, Cnr, cùm plures pileo caput operiant, quidam tamen galero, birro, flammeo, aut quouis alio tegmine, libentiùs vtantur: faſtidientis certè iam iura ſtomachi malacia hæc eſt (vt cum Plinio loquar) vt ſi quis cibos, non alia ratione auerſetur, quàm quòd non fictilibus, ſed æreis potiùs, aut etiam argenteis lancibus, in menſa apponantur. Nam & ſi qnis attentiùs conſyderet, qui hæc non probat: veteres omnes Theologos, Hieronymum, Ambroſium, Baſilium, Cyprianum, Nazanzenum accuſet neceſſe eſt: quibus eadem ſormula placuit. Deinde, an non & Caij, Pauli, Vlpiani, quæ hodie extant pura putaq́ne ſerè ab hac ſarragine allegationum ſnnt? vt vel hoc ipſo, probare magis hodierna oporteat, quo magis, ad illorum ſpeciem accedunt. Adde quòd, & in eo, magna commoditas deprehenditur, quòd dum ſic ſcribitur, ſelectiores tantùm leges, authoreſq́ue, & quæ potiſsimùm faciant, citantur, quòd additionibus via præcluditur, quæ tantum abeſt vt iuuent, vt ſæpius veri cognitionem impediant, & dum lucem afferre ſe profitentur, tenebras iudicio potiùs offundant. Fieri præterea vſu plerunque videmus: vt vna aut altera id genus pagella, prolixas nimium multas cæterorum chartas reſolnat. Eò autem, iuris conditio multitudine authorum redacta eſt, vt non tam qui multa quàm qui quàm multa (quod de Azone dicitur) quàm paucis dixerit, operę pretium & ſerat. Cætera, quæ

in alieno

in alieno opere non delectant, permulta erunt: huic res, illi dictionis genus non ſat probabitur. Alius elegantiam deſyderabit. Alius ob eam ipſam, fortè reprehendet. Alius, quòd aliarum diſciplinarum authores interdum citentur. Alius, quòd Græca, quæ non nouit, miſceantur. Alius, dum malignè laudat, præſtaret vt & vituperaſſet. Nulli iniquiores iudices ſunt, quàm vel ſemidocti, qui ſtudia aliena ſuis metiuntur, & damnandum arbitrantur, quicquid ipſi non didicerunt. Vel eruditi, qui nondum ſcribendi genus hoc deguſtarunt. Nam hi planè (quod dici ſolet) è turri de Græcis iudicant. Cùm tamen interim (vel authore aduerſus Iouinianum Diuo Hieronymo) delicata eorum doctrina ſit, qui pugnanti, ictus de muro dictant, quique ipſi ſtantes in litore, nauigantis artem, ac diſcrimen ocioſi, non tam ſpectant, vt iure laudent, quàm vt iure, vel iniuria reprehendant. Ego verò, modò bonis doctisq; non diſpliceam, præclarè mecum actum exiſtimabo. Etenim, ſi benè dictum illud eſt, Vnus homo ter mille: innumeri verò nullus, quo me animo eſſe oportebit, cui non pauci contigerint, à quibus (quæ eorum virtus eſt) defendar? Poſtremò quiſquis ille eſt, cui nunc non placeo, is ſi quidem fallitur, erit aliquando, rurſus vt probet. Quòd ſi certo iudicio fertur, humanæ ſortis meminerit, in qua ita natura comparatum eſt, vt cogites, facias, dicas, ſcribas aliquid, longum præſertim, vix quicquam ſit, in quo & ſi maximè tuo, & vel quorundam iudicio ſapias, non ſint tamen & alij quidam, qui quæ limis ipſe oculis cernebas, illi acutiùs interdum intueantur. Vnumq; illud ad finem, te candide Lector, oro & obteſtor, vt quemadmodum tuo, & publico (ſi dicere ita licet) conuicio, in hæc ipſe adductus, ſtilum ſumpſi, vt qua poſſem parte, ſtudijs iuris ciuilis inſeruiam, ſic tu pro tua bonitate viciſsim, non aliter iudices, quàm ſi perlegeris priùs attentè ſcripta hæc, contuleriſque non indiligenter cum ijs, quæ ab alijs ijſdem in locis traduntur. Fiet ſic ſpero, vt animum mihi ad ſequentia facias: Vt quo nunc primùm, ſunt cœpta ductu, eodem (Deo quoque duce) non intermiſſa, ad calcem vſque Digeſtorum perueniant.

IMPERATOR CAESAR, Flauius, Iuſtinianus, Alamannicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, Pius, Fœlix, Inclytus, Victor ac Triumphator ſemper Auguſtus Theophilo, Dorotheo, Theodoro, Iſidoro, & Anatolio, & Thalleleo, & Cratino viris illuſtribus anteceſſoribus, & Salaminio viro diſertiſsimo anteceſſori.

Salutem.

OMNEM REIPUblicæ noſtræ ſanctionẽ iam eſſe purgatã & cõpoſitã, tam in quatuor libris Inſtitutionũ, ſeu elementorum, quàm in quinquaginta Digeſtorũ, ſeu Pandectarum, necnon in duodecim Imperialium conſtitutionum, quis amplius quàm vos cognoſcit? Et omnia quidem quæ oportuerat & ab initio mandare, & poſt omnium conſummationẽ factam libenter admittentes, definire, iam per noſtras orationes tam Græca lingua quàm Romanorũ (quas æternas fieri optamus) explicita ſunt. Sed cũ vos & omnes poſtea profeſſores legitimę ſcientiæ conſtitutos etiam hoc oportuerat ſcire, quid & in quibus temporibus tradi neceſſarium ſtudioſis credimus, vt ex hoc optimi atq; eruditiſſimi efficiantur: ideo præſentem diuinam orationem ad vos præcipuè faciendam exiſtimamus, quatenus tam prudentia veſtra, quàm cæteri anteceſſores qui eandẽ artem in omne æuum exercere maluerint, noſtris regulis obſeruatis, inclytam viam eruditionis legitime poſsint ambulare. Itaque dubio procul quidem eſt, neceſſe eſſe inſtitutiones in omnibus ſtudijs primum ſibi vindicare locum, vtpote prima veſtigia cuiuſq; ſciẽtiæ mediocriter tradentes: ex libris autem quinquaginta noſtrorum Digeſtorum ſex & triginta tantũmodo ſufficere tam ad veſtram expoſitionem quàm ad iuuentutis eruditionem iudicamus. Sed ordinẽ eorũ, & tramites per quos ambulandum eſt, manifeſtare, tempeſtiuum nobis eſſe videtur: & vos in memoriam quidem eorum quę antea tradebatis, redigere: oſtẽdere autẽ nouellæ noſtræ cõpoſitionis tam vtilitatẽ quàm tẽpora, vt nihil huiuſmodi artis relinquatur incognitum. Et antea quidem (quemadmodũ & veſtra ſcit prudẽtia) ex tanta legũ multitudine quæ in librorum quidem duo millia, verſuum autem tricies centena extendebatur: nihil aliud niſi ſex tantummodo libros, & ipſos confuſos, & iura vtilia in ſe perrarò habentes, à voce magiſtra ſtudioſi accipiebant, cæteris iam deſuetis, iam omnibus inuijs. In his autem ſex libris Gaij noſtri inſtitutiones, & libri ſingulares quatuor, primus de illa vetere re vxoria, ſecundus de tutelis, & tertius necnon quartus de teſtamentis, & legatis connu-

** mera-

merabantur: quos nec totos per ſequentias accipiebant, ſed multas partes eorum quaſi ſuperuacuas præteriVant. Et primi anni hoc opus legentibus tradebatur non ſecundum edicti perpetui ordinationē, ſed paſsim, & quaſi per ſaturam collectum, & vtile cum inutilibus mixtum, maxima parte inutilibus deputata. In ſecundo autem anno præpoſtera ordinatiōe habita, prima pars legum eis tradebatur quibuſdā certis titulis ab ea exceptis: cū erat enorme poſt inſtitutiones aliquod legere, quàm quod in legib⁹ & primum poſitum eſt, & iſtam nuncupationē meruerit. Poſt eorum verò lectionem, neque illam continuam: ſed particularem, & ex magna parte inutilem conſtitutā, tituli alij eis tradebantur tam ex illa parte legū quæ de iudicijs nuncupatur ipſis non continuam, ſed raram vtilium recitationem præbentibus, quaſi cętero toto volumine inutili conſtituto: quàm ex illa quæ de rebus appellatur, ſeptem libris ſemotis, & in his multis partib⁹ legentibus inuijs, vtpote non idoneis neque aptiſsimis ad eruditionem cōſtitutis. In tertio autē anno quod ex vtroque volumine, ideſt de rebus vel de iudicijs, in ſecundo anno non erat traditum, accipiebant ſecundum viciſsitudinem vtriuſque voluminis: & ad ſublimiſsimum Papinianū, eiúſq; reſponſa iter eis aperiebāt. Et ex prædicta reſponſorum conſummatione, quæ decimo & nono libro concludebatur, octo tantummodo libros accipiebant: nec eorum totum corpus eis tradebāt, ſed pauca ex multis, ea breuiſsima ex ampliſsimis: vt adhuc ſitiētes ab eis recederent. His igitur ſolis à profeſſoribus traditis, Pauliana reſpōſa per ſemetipſos recitabant: neq; hęc in ſolidum, ſed per IN perfectum, & iam quodammodo malè conſuetū in conſequētiæ curſum. Et hinc erat in quartū annū omnis antiquæ prudentię finis: vt (ſi) quis ea quæ recitabant enumerare mallet, cōputatione habita inueniet ex tam immēſa legū multitudine vix verſuum ſexaginta milia eo ſuæ notionis perlegere: omnibus alijs deuijs & incognitis conſtitutis, & tunc tantummodo ex aliqua minima parte recitandis, quotiēs vel iudiciorum vſus hoc fieri coegerit, vel ipſi magiſtri legum aliquid ex his perlegere feſtinabatis, vt ſit vobis aliquid amplius diſcipulorum peritia. Et hęc quidem fuerant antiquæ eruditionis monumenta, ſecundū quod & veſtro teſtimonio confirmatur. Nos verò iā tam penuriā legū inueniētes, & hoc miſerrimū iudicantes, legitimos theſauros volētibus aperim⁹, quibus per veſtrā prudentiā quodāmodo erogatis, ditiſsimi legū oratores efficiātur diſcipuli. Et primo quidē anno nr̄as hauriant inſtitutiones, ex omni penè veterū inſtitutionū corpore elimatas & ab omnibus turbidis fontibus in vnum liquidū ſtagnū conriuatas tam per Tribonianum virum magnificū magiſtrū & ex quæſtore ſacri palatij noſtri & ex cōſule, quā duos è vobis, id eſt Theopilū & Dorotheū facundiſsimos anteceſſores. In reliquā verò anni partē ſecundū optimā conſequentiā primā legū partem eis tradi ſancimus, quæ gręco vocabulo πρῶτα nūcupatur, qua nihil eſt anteri⁹: quia quod primū eſt, aliud ante ſe habere non pōt. & hæc eis exordium & finē erudi-

eruditionis primi anni eſſe decernimus. Cuius auditores non volumus vetere tã friuolo q̃ ridiculo cognomine Dupondios appellari, ſed Iuſtinianos nouos nũcupari, & hoc in omne futurum æuum obtinere cenſemus: vt hi qui rudes, adhuc legitimæ ſcientiæ adſpirent, & ſcita prioris anni accipere maluerint, noſtrum nomẽ mereãt: quia ilico tradendũ eis eſt primũ volumẽ, quod nobis emanauit auctoribus: antea enim dignũ antiqua cõfuſione legũ cognomen habebant: cum autẽ leges iam clarẽ & dilucidẽ animis eorũ tradendæ erãt, neceſſe erat eos, & cognomine mutato fulgere. In ſecundo autẽ anno, per quẽ ex edicto eis nomẽ antea poſitũ & à nobis probatur: vel de iudicijs libros ſeptẽ, vel de rebus octo accipere eos ſancimus, ſecũdũ quod temporis viciſsitudo indulſerit, quam in tactam obſeruari pręcipimus: ſed eoſdem libros de iudicjs vel de rebꝰ totos & per ſuã cõſequẽtiã accipiãt, nullo penitus ex his derelicto: quia omnia noua pulchritudine ſunt decorata, nullo inutile, nullo deſueto in his penitus inueniẽdo. Alterutri autẽ eorundẽ volumini, id eſt de iudicjs, vel de rebus, adiungi in ſecundi anni audientiã volumus quatuor libros ſingulares, quos ex omni cõpoſitione quatuordecim librorum excerpſimus: ex collectione quidẽ tripertiti voluminis, quod pro dotibus compoſuimus, vno libro excerpto: ex duobus autem de tutelis, & curationibus, vno: vt ex gemino volumine, de teſtamentis vno: & ex ſeptẽ libris delegatis & fideicõmiſsis, & quæ circa ea ſunt, ſimili modo vno tantũ libro. Hos igitur quatuor libros, qui in primordijs ſingularũ memoratarum cõpoſitionum poſiti ſunt, tantũmodo à vobis eis tradi ſancimus, cæteris decẽ oportuno tẽpori cõſeruandis: quia neque poſsibile eſt, neq; anni ſecundi tẽpus ſufficit, ad iſtorũ quatuordecim librorum magiſtra voce eis tradẽdorum recitationẽ. Tertij inſuper anni doctrina talem ordinẽ ſortiatur: vt ſiue libros de iudicijs, ſiue de rebus ſecundũ vices legere eis ſors tulerit cõcurrat eis tripertita legũ ſingularium diſpoſitio, & in primis liber ſingularis ad hypothecariã formulam quem oportuno loco, in quo de hypothecis loquimur, poſuimus: vt cum æmula ſit pigneratitijs actionibus, quę in libris de rebus poſitæ ſunt: non abhorreat eorum vicinitatẽ: cum circa eaſdem res ambabus pœnè idẽ ſtudium eſt. Et poſt eundẽ librum ſingularem alius liber ſimiliter eis aperiatur, quẽ ad edictum ædilium & de redhibitoria actione, & de euictionibus, necnõ duplæ ſtipulatione cõpoſuimus: cum enim quę pro emptionibus & venditiõibus legibus cauta ſunt, in libris de rebus præfulgent: hæ autem oẽs quas diximus, definitiones in vltima parte prioris edicti fuerãt poſitę: neceſſario eas in anteriorẽ locum tranſtulimus, ne à venditionibus, quarum quaſi miniſtræ ſunt vicinitate vlterius deuagẽtur. Et hos tres libros cum accutiſsimi Papiniani lectione tradendos poſuimus, quorum volumina in tertio anno ſtudioſi recitabãt non ex omni eorum corpore ſed ſparſim pauca ex multis & in hac parte accipiẽtes. Vobis autem pulcherrimus Papinianus, non ſolùm ex reſponſis quæ in decẽ & nouem libros cõpoſita fuerant, ſed

etiā ex libris ſeptē & triginta quæſtionū,& geminovolumine definitionū, necnon de adulterijs,& penè omni eius expoſitione in omni noſtrorū Digeſtorū ordinatione prefulgēs ꝓprijs partib⁹ præclarus ſui recitationē præbebit.Ne autem tertij anni auditores, quos Papinianiſtas vocant,nomen & feſtiuitatem eius amittere videātur: ipſe iterum in tertiū annū per belliſsimā machinationē introductus eſt.¦librū enim hypothecariæ ex primordijs plenū eiuſdē maximi Papiniani fecimus lectione:vt & nomē ex eo habeāt,& Papinianiſtęvocētur:& ei⁹ reminiſcētes & lætificētur,& feſtū diē, quē quū primū leges eius accipiebāt, celebrare ſolebāt,peragāt: & maneat viri ſublimiſsimi præfectorij Papiniani, & per hoc in æternum memoria: hocq; termino tertij anni doctrina cōcludatur.Sed quia ſolitū eſt anni quarti ſtudioſos greco & conſueto quodā vocabulo λύτας appellari: habeāt quidē ſi maluerint hoc cognomē. pro reſponſis autē prudentiſsimi Pauli, quę antea ex libris viginti tribus vix in decē & octo recitabant, per iā expoſitā cōfuſionē eos legētes: decē libros ſingulares,qui ex quatuordecim,quos antea enumerauim⁹,ſuperſunt, ſtudeāt lectitare: multo maioris & amplioris prudētiæ ex eis thenſaurū cōſecuturi, quàm quē ex Paulianis habebāt reſpōſis. Et ita omnis ordo librorū ſingulariū à nobis cōpoſitus,& in decē & ſeptē libros partitus eorū animis iNponetur:quē in duabus Digeſtorum partibus poſuimus,id eſt,quarta & quinta,ſecūdū ſeptē, partiū diſtributionē. Et quod iam primis verbis orationis noſtræ poſuimus,verū inueniatur:vt ex triginta ſex librorū recitatione fiāt iuuenes perfecti, & ad omne opus legitimū inſtructi, & noſtro tēpore nō indigni.duab⁹ alijs partibus, id eſt,ſexta & ſeptima noſtrorum digeſtorum quæ in quatuordecim libros cōpoſitę ſunt,eiſdem poſitis,vt poſsint poſtea eos & legere,& in iudicijs oſtendere. Quibus ſi bene ſeſe imbuerint, & in quinti anni,quo prolutę nūcupantur metas, cōſtitutionū codicem,tā legere,q̄ ſuptiliter intellegere ſtudeant:nihil eis legitimæ ſciētię deerit, ſed,omnē ab initio vſq; ad finem ſuis animis aNplectātur, & quod penè in alia nulla euenit arte cum etſi viliſsimæ ſint, omnes tamen infinitæ ſunt, hæc ſola ſciētia habeat finē mirabilem,in præſenti tēpore à nobis ſortita. Diſcipuli igitur omnib⁹ eis legitimis arcanis reſeratis,nihil habeāt abſcōditū:ſed omnibus perlectis, quæ nobis per Triboniani viri excelſi miniſteriū, cęterorūq; cōpoſita ſunt:& oratores maximi,& iuſtitię Satellites inueniātur,& iudiciorū optimi,tā athletę, quàm gubernatores in omni loco æuoq; felices.Hęc autem tria Bolumina à nobis cōpoſita tradi eis,tam in Regijs vrbibus,quàm in Berytiēſiū pulcherrima ciuitate, quā & legū nutricem bene quis appellet,tantūmodovolumus,ꝙ iam & à retro principibus conſtitutū eſt, & non in alijs locis, quæ à maioribus tale nō meruerint priuilegiū: qa audiuimus etiā in Alexādrina ſplēdidiſsima ciuitate,& in Cæſarienſiū,& in alijs quoſdā imperitos homines deuagare,& doctrinā diſcipulis adulterinā tradere, quos ſub hac interminatione ab hoc conamine repellimus:vt ſi auſi fuerint in poſterū in hoc perpetrare,

petrare, & extra vrbes Regias, & Berytienſiũ metropolim hoc facere: denarũ librarum auri pœna plectentur, & relciãtur, ab ea ciuitate, in qua nõ leges docent, ſed in leges cõmittunt. Illud autẽ, quod iam tũ ab initio hoc opus mandantes in noſtra oratiõe, & poſt cõpletũ in alia noſtri numinis cõſtitutione ſcripſimus, & nunc vtiliter ponimus: vt nemo audeat eorum qui libros conſcribũt, ſigla in his ponere, & per compendiũ ipſi legũ interpretationi, vel cõpoſitioni maximum adferre diſcrimẽ, ſcituris omnib⁹ librarijs, qui hoc in poſterum cõmiſerint, quod poſt criminalẽ pœnam æſtimationẽ libri in duplum domino eius (ſi neſcienti dederint) in ferre compellẽtur: cum & ipſe, qui talem librũ cõparauerit, nihilo eũ habebit, nemine iudice ex tali libro fieri recitationẽ concedente, ſed pro nõ ſcripto eũ haberi diſponẽte. Illud vero ſatis neceſſariũ conſtitutũ cum ſumma interminatione edicimus, vt nemo audeat, neq; in hac ſplẽdidiſsima ciuitate, neq; in Berytienſiũ pulcherrimo oppido ex his qui legitima peragũt ſtudia indignos & peſsimos (imo magis ſeruiles, & quorũ effectus iniuria eſt) ludos exercere, & alia crimina, vel in ipſos profeſſores, vel in ſocios ſuos, & maximè in eos, qui rudes ad recitationẽ legum perueniũt, perpetrare. Quid enim ludos appellet eos, ex quib⁹ crimina oriuntur? Hoc etenim fieri nullo patimur modo: ſed optimo ordine in noſtris temporibus, & hanc partẽ tradimus, & toto poſtero trãſmittimus ſeculo: cũ oportet prius, animas, & poſt ea linguas fieri eruditos. Et hæc omnia in hac quidẽ florentiſsima ciuitate vir excelſus præfectus huius almæ vrbis tam obſeruare quàm vindicarè, prout delicti tam iuuenũ quàm ſcriptorũ qualitas exegerit, curę habebit. In Berytienſiũ autẽ ciuitate tam vir clariſsimus præſes Pœniciæ maritimæ, quàm beatiſsimus eiuſdem ciuitatis Epiſcopus, & legũ profeſſores. Incipite igitur legũ doctrinã eis Dei gubernatione tradere, & viam aperire, quã nos inuenimus: quatenus fiãt optimi iuſtitiæ & reipublicę miniſtri & vos maximũ decus in omne ſeculum ſequatur: quia veſtris tẽporibus talis legum inuenta eſt permutatio, qualẽ & apud Homerũ patrẽ omnis virtutis Claucus & Diomedes inter ſe faciunt, diſsimilia permutantes.

χρυσεα χαλκειων, εκατομβοια εννεαβοιων.

Quæ omnia obtinere ſancim⁹ in omne æuum, ab omnibus tam profeſſoribus quàm legũ auditoribus, & librarijs & ipſis & iudicibus obſeruanda. Data ſeptimodecimo Kalẽdas Ianuarias Conſtãtinopoli Domino noſtro Iuſtiniano perpetuo Auguſto ter conſule.

SVMMARIVM.

1 *Imperatoris vox, quomodo ad Principẽ tranſlata?*
2 *Imperatores vnde dicti.*
3 *Cæſares qui & vnde dicti.*
4 *Reges Romanorum Cæſares.*
5 *Flauij cognomen Regibus Gotthorum commune.*
6 *Iuſtiniani duo.*
7 *Germani ſuperiores, Alemanni olim vocabantur.*
8 *Gotthos per Narſetem Iuſtinianus profligauit.*
9 *Franci à Narſete Iuſtiniani duce ſuperati.*
10 *Germanici cognomẽ cur aſſumpſerint Romani Imperatores?*
11 *Pij cognomen ob Antonio Pio.*
12 *Iuſtinianus fœlix merito dictus.*
13 *Auguſta quæ dicerentur, & vnde Imperatores Auguſti dicti?*
14 *Lazici cognomen ſibi Iuſtinianus adiecit.*
15 *Tzanos Iuſtinianus bis ſuperauit.*
16 *Principibus titulorum multitudinem populi aſſentatio*

tatio tribuit.
17 *Sancta quæ dicantur, & quæ Sanctiones?*
18 *Inſtitutionum nomen à Iuſtiniano inuentum non eſt.*
19 *Inſtitutiones à Græcis Iuriſconſultis, inſtituta breuitatis gratia dicuntur.*
20 *Elementa initia cuiuſque profeſſionis.*
21 *Digeſta vnde dicta?*
22 *Pandectæ vnde appellatæ?*
23 *Iuris ciuilis, tradendi formula, à Iuſtiniano præſcripta ſeruanda eſſet.*
24 *Imperatorum exceſſus, ſe, ſuaque diuina, ſacra, cœleſtia appellantium.*
25 *Roma vrbs æterna.*
26 *Anteceſſores qui & vnde dicti?*
27 *Scholaſtici viatores ſunt.*
28 *Viaticum & viaticulum quid?*
29 *Iuſtinianus cur ſex & triginta libros legẽdos tantum tradidit?*
30 *Verſus quid?*
31 *Magiſtri vox, viua, libri muti magiſtri.*
32 *Lex contrario vſu tollitur cõſuetudine nõ tollitur.*
33 *Per Satyram colligere quid?*
34 *Vacua notio quæ?*
35 *Ex quæſtore, ex conſule & ſimilia.*
36 *Dupondij iuuenes vnde dicti?*
37 *Diobolares.*
38 *Nominis mutatio quando licita.*
39 *Nomen bonum habere intereſt.*
40 *Nomina appellatiua immutabilia ſunt.*
41 *Edictales.*
42 *Pignoratitia actio & hypothecaria differunt.*
43 *Lytæ, vnde dicti, & qui ſunt.*
44 *Prolytæ, qui & vnde dicantur?*
45 *Regiæ vrbes, Roma, & Conſtantinopolis.*
46 *Berytus vrbs, Phœniciæ incẽdio cõſumpta.*
47 *Adulterina doctrina, qua ratione dicitur?*
48 *Ius profiteri, qui & vbi poſſint?*
49 *Denarũ librarũ pœna, decẽ nõ viginti eſt.*
50 *Magiſtri iuriſdictionẽ habẽt in diſcipulos.*
51 *Glauci & Diomedis permutatio.*
52 *Imperatores, conſulatũ aliquãdo gerebant.*

1 IMPErator.) Imperatoris nomen, Caſtrenſe olim, & militare, Romaniſque ducibus, qui de Rep. bene meruiſſent, addi ſolitũ (poteſtate populi, in Principẽ translata[a]) cœpit eſſe, Romani Principis cognomẽtũ. Eſt autẽ, Imperandi verbũ, mitius ciuiliuſque, quã iubẽdi, vnde etiã (Tacito & Dione auctoribus) Imperatores dicti, q̃ 2
modeſti⁹, æquabiliuſque eſſet, id nomẽ quã Regis, aut Dñi, græcè ſimiliter, nouello nomine αὐτοκράτωρ, qui olim fuit, βασιλεύς. κοσμοκράτορες, vero, voce nuſquã alibi lecta, ſed à Paulo, primũ ficta (quod Diuus Hieronymus & Eraſmus annotãt) mũdi dñi dicũtur, quos Tertullianus, mundi tenẽtes, Hilarius, expreſſius vertit, mundi potentes.

a l. 1. ff. de Cõſtit. princ.

CAESAR.) à Iulio Cęſare, reliqui omnes, Principes Romani, Cæſares 3
appellãtur, quo ſe nomine, præter cæteros, gaudere Iuſtinianus ait, in Nouella trigeſima. Dicti deinde, Cæſares (vt ſcribit Spartian⁹ in Aelio Seuero) quaſi Principũ quidã filij, & deſignati, Auguſtę maieſtatis hæredes[b], quales hodie, Reges 4
Romanorũ ſunt, Iulius Capitolinus, in Gordiano Iuniore. Gordianus adoleſcẽs qui Cæſar, eatenus fuerat, à militibus, & populo, & Senatu, & omnibus gẽtibus, ingẽti amore, ingẽti ſtudio, & gratia, Auguſtus eſt appellatus. Cæterũ, inditũ Cęſaris nomẽ, ante Imperatores, primũ Scipioni Affricano, q̃ elephantũ, in prælio occidiſſet, qui Maurorũ lingua, cæſa dicitur, vel quia mortua matre, cæſo ventre, ſit natus, vel q̃ magnis crinibus, vtero matris effuſus, vel q̃ oculos, cæſios habuerit, vt Plinius, Solinus, & alij ſcribunt, Suetonius in Auguſto, Deum Hetruſca lingua, æſar, dici auctor eſt.

b l. etſi excepta. C. de mõ leſic.

FLAVIVS.) à Flauiorũ familia, ex q̃ 5
Imperatores, Veſpaſianus, Titus, Domitianus. Nec deſunt, qui ex veteri quodã legũ Gothicarũ exẽplari affirmẽt, Flauij prænomẽ, cõmune fuiſſe Regib⁹ Gothorũ, ſicut Romanis erat Cęſaris, Aegyptijs Pharaonis, Parthis Arſacis, Flauiũque, lingua Gothica, ſignificare ſplendidum & excellentem.

IVSTInianus.) Iuſtiniani duo, maior 6
& minor, hic maior eſt, Iuſtini maioris, ex ſorore nepos.

ALAMANnicus.) à ſubactis. Alaman 7
nis, ita eñ olim, Germani ſuperiores appellabantur, qui hodie Sueui, Heluetij, Bauari.

GOTthicus.) à Gotthis deuictis, Profligauit aũt hos, p̃ Narſetẽ, circa annũ ſalu

tis huma-

tis humanę. 560. cciſo Rege, eorū Totila.

9 FRANGicus.) Frāci, Duce Theudeberto Rege, vno die, duos potētiſsimos exercitus profligarūt, Iuſtiniani videlicet, & Gotthorū, qui in procinctu erāt, vt de Mediolani poſſeſsione, prælio decernerēt, anno. 536. annis deinde duobus, & viginti elapſis, cū Frāci, per Italiā vagarentur, Duce quodā Bucillino prope Tarentū, à Narſete Iuſtinianæi exercitus duce ſuperātur, quæ cauſa eſt, vt nō immerito (qđ Alciatus[a] opinat) Iuſtinianus Frācici titulū, ſibi arrogauerit. Sūt & qui[b], quia Frācis, ius patriæ poteſtatis ademerit, ꝙ Gotthis aduerſus Romanos, ſuppetias tulerāt, Francicum ſe nominaſſe exiſtimēt, ſed ego, priorē rōnem magis ꝓbo.

a Alciat. diſpunct. libr. 2. capi. 22.
b Lazius. Comment. reip. Roma. lib. 12. c. 1.

10 GERMAnicus.) Cognomē hoc, prius habuis, Druſus Claudij Cæſaris pater, Poſtea Romani Principes, qui ſemp aliquid, ex Germania comminuerūt, dicti ſunt Germanici. Quare & Hærodianus, titulū hunc, inter Imperatorios cōnumerat. Et Suetoni⁹, in Aulo Vitellio: Cognomē (inquit) Germanici, delatū ab vniuerſis, cupide recepit. Auguſti diſtulit, Cęſaris in perpetuū recuſauit, & in Domitiano, Poſt autē duos triūphos, Germanici coguomine aſſumpto, Septembrē menſem, & Octobrē ex appellationibus ſuis, Germaticū Domitianūq; tranſuominauit, Plinius in Panegyrico: Credēt nè, poſteri, patricio & cōſulari, & triūphali patre genitū, cū fortiſsimū & ampliſsimū, amantiſsimū ſui exercitū regeret, Imperatorē nō ab exercitu factū? eidē cū Germaniæ præſideret, Germanici nomen, hinc miſſum? Et ſtatim iā Cæſar, iā Imperator, iā Germanicus, abſēns & ignarus & poſt tanta nomina (quantum ad te pertinet) priuatus.

ANTICVS.) Vicit enim & Antas, duce Childibio Thraciæ præfecto.

AFRIcanus.) Pepulit ex Africa, Vandalos duce Beliſario.

ALAnicus.) Alaui, cum Vandalis iuncti erant.

VANdalicus.) Superauit hos in Africa Beliſarius, dux fortiſsimus Iuſtinianæi exercitus.

11 PIVS.) Cognomen hoc, ab Antouino Pio, ad reliquos, Romanos Imperatores velut hæreditariū deſcendere, indicat Nouella. 78.

FOELIX.) & merito, vt cui, oēs conatus, fœliciter ſucceſſerint, vt ſcribit Procopius lib. 5. de ædif. iuſti. Videtur autē, & Traiano, prius cognomē hoc inditū, ſicut & illud optimi, Plinius in Panegyrico, iā quid tā ciuile, tā ſenatoriū, quàm illud, additū à nobis, optimi cognomē, qđ peculiare huius, & proprium, arrogātia priorū principum fecit. Enimuero, quā cōmune, quàm ex æquo, quòd fœlices nos, fœlicem illum prædicamus &c. 12

INCLYTVS.) à fama & gloria rerū præclare geſtarum.

VICTOR.) Titulus, quo potiſsimum gauiſus eſt Alexander Magnus, eodē, & Romani principes, quibus in Græco pręſertim imperio, *νικήτης*, titulus fuit.

TRIVMphator.) Triumphauit enim, de Perſis & Vandalis[c].

c Ambr. de hære. & falc. in princ.

SEMPER Auguſtus.) Auguſta ſancta & augurio cōdita & cōſecrata olim dicebantur, Ouid. faſtor. lib. 1. 13

(cantur.
Sancta vocant Auguſta Patres, Auguſta vo-
Templa ſacerdotum, ritè dicata manu.

¶ Quare, anno vrbis conditę. Dccxij. (vt ſcribit Sextus Aurelius Victor) ab exactis vero Regibus. ccccIxxxq;, mos Romæ repetitus, vni parendi pro Rege Imperatori, vel ſanctiuri nomine, Auguſto appellato, Octauianoq; ex Numatij Plā ſent ē tia, ſenatus cognomē hoc, primū tribuit, nō tā nouo (vt inquit Suetonius) quàm ampliori noīe, quaſi ſanctum fortunatū, & cui ꝓſpera oīa, dij ipſi pollicerent, vnde, & cæteri Principes Romani, Auguſti dicti, ab illo, Auguſt⁹ mēſis, Auguſta charta, Auguſtales milites, & pręfectus Auguſtalis. Adiecit etiā, ſuis titulis Iuſtinianus, in Nouella. xliij. cognomen Lazici, qa ſuperauit Lazos, gentē Scyticā, vt Agathias auctor eſt lib. 3. & Procopius libr. 1. & 2. de bello Perſico. Potuit & adijcere Tzanici. Vicit eñ & Tzanos primū per Sittā, deinde per Theodorū, eòſque in prouincię formā redegit: cui⁹ victoriæ (pręter Agathiam & Procopiū) mentio eſt in Nouella. 1. & 28[d]. Seneca quidem lib. 1. de clementia teſtatur, aſſentantem populum, ambicioſæ Principū maieſtati, tribuiſſe quicquid potuit titulorum cōgerere. Per lepidum vero diaſyrticū, in Antoninum Caracallam, 14 15

d Alcia. parerg. c. 14.

dictum eſt, cuius meminit Spartianus, in eius vita. Nā cū Germanici, Parthici, & Arabici, & Alemānici nomē adſcriberet (nā Alemānorū gentē deuicerat) Aelius Pertinax, filius Pertinacis, fertur ioco dixiſſe, adde ſi placet, etiā Getic⁹ Maxim⁹ ꝙ getā occiderat fratrē, & Gotthi, Getæ dicerent, quos ille dū ad orientē tranſit tumultuarijs prælijs deuicerat. Obſeruatū deniq; eſt notatūq; in primis, qđ in Auguſto Suetonius ſcribit Cæſares oēs quibus Caij prænomē fuit, ferro perijſſe iam inde ab eo, qui Cinnanis tēporibus ſit occiſus.

17 SANctionem.) Sancta ſunt, quæ nec ſacra, nec profana ſunt, ſed ſanctiōe quadā cōfirmata, vt ſunt, leges quia ſanctione quadā ſubnixæ ſunt[a], omnē ergo Reip. Sanctionem vocat, omnes leges, omne ius ciuile.

a l. ſacra. §. ꝓprie. ff. de re. diui.

18 INSTItutionum.) Neq, nouū, in iure nomē hoc, fecerat eṁ ꝑtius Florētinus, Inſtitutionū libros duodecim, Caius libros tres, Vlpian⁹ duos, Paulus duos, Calliſtratus tres Martianus ſedecim, vn̄ merito, ex omnibus antiquorū inſtitutionibus, ſuas Inſtitutiōes cōpoſitas Iuſtinianus[b] ait Theophilus, Cōſtantinus Harmenopolus, & græci Iuriſcōſulti, breuitatis cauſa, Inſtituta appellāt: ij vero, vel cum primis indocti, qui inſtitutam enūciant.

19

b §. & primo. īfrà. §. igitur. ī ꝓe. inſt.

20 ELEMENtorum.) Initia cuiuſq; profeſſiōis, elemēta appellant, ꝑ trāſlationē à quatuor naturę elemētis. Cicer. libr. 1. Academ. Ergo illa initia, & (vt ē græco vertam) elementa dicuntur.

21 DIGEſtorum.) Dicta digeſta, qa in quīqginta libros, digeſta ſunt[c] ſic eṁ olim ab Aufidio, aliorū libri digeſti in centū q̄draginta libros[d]. An, vt tituli Pādectarū, elatio leniret, quē inter ſupbos, & magna ꝑmittētes. Plin. enumerat? An, vt Ciceroni, fieret ſatis Is eṁ đ oratore lib. 1. cū de iure ciuili, in artem redigēdo agat: Expoſitis (inquit) à Gn. Flauio primū actionibus, nulli fuerūt, qui illa artificioſe digeſta, generatim componerent. &c.

c l. 1. §. noſtrā. C. de vete. iu. enucl. 2. §. ſed cum omnia.
d l. 2. §. itaq. lib. 1. ff de origi. iur.

22 PANDEctarum.) Pādectas, quaſi oim, iuris articulorū receptacula, aut omne rerū, aut doctrinarū genus, cōtinentes libros, Gellius interpretat. Ideq; Iuſtinianus ait[e], vnde & Harmenopulus libr. 1. Epitomes iuris ciuilis. ti. 1. ἃ καὶ διγέστα ὀνομάζεται πανδέκτην, ὡς πάντων δεκτικὰ τῶν τὸ νόμων ἐκάλεσαν. Nā Accurſij, expoſitio, ridicula eſt, qui ad Dectē quod (vt ipſe cōminiſcitur) doctrina eſt, deduxerit.

e l. 2. §. quod ecclſti. C. de vet. iu. enuc.

DVODECIM.) Libris.

ORAtiones.) Quæ hodie, ad titulū de veteri iure enucleando, in Iuſtiniani codice inſerūtur. Haloāder etiā hic excuſſit, hæ (vt Iuſtinianus ait) Græca lingua ſcriptæ, quarū alterā, ſe legiſſe, in Pandectis Florentinorū, ante titulū, qui eſt de legatis primo, non leues auctores ſunt[f]. Atqui, Lælius Taurelius, vniuerſo Digeſtorum operi præpoſitā tantū exhibuit.

f Alcia. lib. 3. diſpūct. c. 12.

OMNES poſtea ꝓfeſſores.) Pręſtaret igitur id hodie nos quoq; ſequi: ſed à formula hac, iuris ciuilis tradēdi (non dicā, quanto cū auditorū diſpendio) & hic & 23 alibi quoq; (vt audio) diſceſſum eſt, vtinam autē qui ſtudia reformant (quod ad ius ciuile attinet) Iuſtiniani traditionem hanc, iuris profeſſores, vt ſequantur, aliquando iubeant. Eſſet ea, dubio procul, inter cæteras commodiſſima.

IDEOQVE.) Legendum, ideo.

DIVINAM orationē.) Peculiaris hic 24 Imperatorū exceſſus olim, vt ſe ſuaq; diuina, ſacta, cœleſtia appellarent, ſic diuinam Pragmaticam[g], diuinam domum[h], diuinam libertatem, diuinos affatus, Diuinam diſpoſitionem[i], Diuinos apices, ſic ſacros apices[k], ſacrum patrimoniū[l], ſacrum oraculū[m], ſacrum conſiſtorium, ſacrum comitatum, ſacram & ſacratiſſimam Vrbem, ſic cœleſtes apices[n], cœleſtia ſtatuta, formā cœlitus datā[o], ſic æternales vultus[p], Aeternitatē noſtrā[q], vt mirum, videri nemini debeat, ꝙ ijdem, Romam, vrbem æternam appellant[r], ſicut 25 & Auſonius quoq;.

Vrbis ab æterna deductam Rege Quirino.

¶Nam & aliquādo, numen ſuum Imperatores dicunt[s], & ſe paſsim, Diuos vocant. Cuius generis, in ſolentiſsimæ voces, illæ ſunt, de Domitiano.

Edictum domini Deique noſtri.

¶Nam & Suetonius, in eius vita: pari (inquit) arrogantia, cum procuratorum ſuorum nomine, formalem dictaret epiſtolam, ſic cœpit, Dominus & Deus noſter ſic fieri iubet, vnde inſtitutū poſthæc, vt ne ſcripto quidem, ac ſermone cuiuſquā appel-

g l. nulli. C. de fun. patrimo. lib. 11.
h l. vlt. C. de exac. tribut. libro. 10. rub. C. ubi cau. fiſ. vel diui. do.
i l. ſi quis. l. omnes. l. vlti. C. de aque duc. lib. 11.
k l. vlt. C. de anno. ciuil. lib. vndecimo.
l l. 1. C. de indict. lib. 10.
m l. 2. C. de qb. mune. libr. 10.
n l. ſi quis. C. de aqua duct. lib. 11.
o l. letac. l. ante pe. C. de murileg. lib. 11.
p l. vlt. C. de vet. numiſ. poteſt. libr. 11.
q l. 2. C. de fabricen. libr. 11.
r l. 1. C. de ſuar. lib. 11.
s l. Quicunq. l. poſſeſſores. C. de fun. patria. lib. 11. l. vlt. C. de anno. lib. 10

appellaretur aliter, Tyberius certe modeſtior, qui (vt in ipſius vita idem eſt teſtis) dicentē, ſacras eius occupationes, verba mutare, & pro ſacris, laborioſas dicere coegit.

P R V dentia veſtra). Vos prudentes, vt & paulo poſt, quemadmodū, veſtra ſcit prudentia.

26 A N T E ceſſores.) Vocis huius nouitate, moti pleriq;[a], aſſeſſores, anteſſeſſores, anticenſores, reſtituere tētant. Ego eos ſequor, qui nihil mutant, fuerunt ergo hi, iuris profeſſores, qui in ſcholis publicis, auctoritate principis, certis locis, ius ciuile docebant, quales hodie ſunt, qui Cathedratici, aut Regentes vocantur[b]. Dicti vero, aut ab antecedendo, ꝙ illi, Principem, functionis ergò, in publicū antecederent, aut potius, ſcholaſticū verbū eſt, de voce græca (licet curioſe nimis) effictū, vt anteceſſores dicti ſint, ꝙ præeant ſcholaſticis, eos docendo, ſignificat enim προηγεῖσθαι (id eſt antecedere) inter cætera, per metaphorā, præeundo & docēdo diſcipulū, in artis profeſſionisvè alicui penetralia deducere: hinc Alexādro Aphrodiſeo vox ſcholaſtica προηγουμένως & apud Plutarchū, περὶ φιλαδελφίας & Socratē ad Dæmonicum, ἐισηγεῖσθαι, & καθηγεῖσθαι νεοτέροις. Sed & celebrat Athenęus, inter cōuiuas ſuos, Maſuriū, quē legū anteceſſorem vocat, μασούριος νόμων ἐξηγητής. &c.

a Alcia. lib. 3. diſpunc. c. 12.

b Haloan. in præfat. ff. Alcia. i Epiſt. de quinq. ped. pſcript.

E A N dem artem.) Iuris ciuilis interpretandi, nam & ius ipſum, ars boni & æqui eſt, Iuriſprudentia, iuſti atque in iuſti ſcientia[c].

O M N E æuum.) Quandocunq;.

M A L V E rint.) Pro voluerint.

V I A M.) Methodum.

E R V ditionis legitimę.) Iuris ciuilis[d].

c l. 1. ff. de iuſt. & iur.

27 A M B Vlare.) Non ocioſum hoc, & qđ ſtatim. Et tramites per quos ambulādū eſt, & rurſus. Et omnino in uijs, nam & 28 quodam in loco[e], ſcholaſtici, in via eſſe notantur, Vnde & viaticum, & viaticulum dicta, de his quæ ipſis, ad ſtudiorū impenſas mittuntur[f].

d l. legitima. ff. de pact.

e l. cū filiusf. ff. ſi cer. pet.

f l. filiūgim. ff. de iudic.

29 S E X & triginta.) Ad ternarij, & nonennarij numeri naturam, reſpexiſſe nō nihil videtur Iuſtinian⁹, qui tres iuris publici, & nouem, iuris priuati libros, ſuis cōſtitutiōibus, cōplexus eſt, & ex omni Digeſtorū volumine, ſex tm̄ & triginta libros, quæ quadruplicatū nouennariū faciūt, publice legendos exhibuit.

A D V E ſtram expoſitionem.) Vt vos exponatis.

I V V E N tutis.) Scholaſticorum.

V E R ſuum.) Linearum. Verſus em̄, & verſiculus, quāuis pro metris, frequen- 30 tius ponantur, tñ etiā in ſoluta oratione quoſcūq; literarū tractus ſignificāt, quo modo & Cicero ad. M. Brutū & Suetonius in Auguſto poſuere. Solebāt autē priſci verſuū numero, ſignificare voluminū magnitudinē, veluti nota certiore, id quod apud Diogenem laertiū, & Aſconium ſæpiſsime obſerues.

V O C E magiſtra.) Quæ viua vox eſt, ſicut contra, libri, muti magiſtri, ſed illa 31 magis afficit, alitq; plenius, modo & diſcipuli recte ſint inſtituti, & præceptor talis, quē illi iure ament & vereantur, Hieronymus ad Paulinum: habet enim neſcio qđ latentis ἐνεργείας viua vox, & in aures diſcipuli, de auctoris voce trāſfuſa fortius ſonat. Florētinus Codex voce magiſtra hic legit, alij codices, voce magiſtri: ſed eſt prima lectio elegātior.

D E S V E T I S.) Cōtrario vſu lex tollitur ſiue expreſſo, ſiue tacito, deſuetudine ſola nō tollitur. Semper enim (vt vul 32 go dicimus) eſt in iuridi obſeruantia[g].

V E T E R E illa.) Quæ hodie in actionem ex ſtipulatu transfuſa eſt[h].

g l. Artiani C. de hæret.

h l. 1. in prin. C. de rei vxo. actio.

P E R conſequentias). Traditione cōtinua. Vnde & infra cōſequētiæ curſus, & optima conſequentia. Tuſcus codex hic male legit ſequētias, dixiq; de vocis huius ſignificatione alio loco plenius[i].

E D I C T I perpetui.) à Saluio Iuliano compoſiti.

i in l. qđ vero. infra. de legibus.

P E R ſaturam.) ſine delectu[k], prouerbialis figura eſt, à ſatyra lance ex varijs ferculis nullo ordine collatis cōpoſita: 33 vnde & Saluſtio in Iugurtino, per ſatyrā ſententias exquirere, ideſt, non ſeruato ordine, alij aliunde declarant[l]: ſed hoc ipſe nunc ſequor.

k l. 1. prin. C. de lati. libe. tollen.

l Alcia. lib. 4. de verb. ſig.

M E R V I T.) Bene hic addidiſſe videt̄ Haloander τῶν πρώτων, quæ verba in alijs codicibus deſiderantur.

O C T O libris.) Florentinus codex, ſeptem non melius emendat[m].

V A C V A E notionis.) In ſcholis ab ſtu 34 diorum

m §. Secundo autem anno.

diorũ ocio appellatiõe ſumpta, male ve
ro prorſus, qui hic vacuè legunt, Florẽ-
tini peius multo, qui, eo ſuæ, nihili voce
contenti, ſed fuit curioſa valde, bona fi-
des (ne dicam religio) doctiſsimorum
35 hominũ, in archetypo illo deſcribẽdo.
VETERVM inſtitutionum.) Quas
multas fuiſſe ſuprà oſtendimus.
EX QVAEſtore.) Quæſtura functũ ſi
36 cut & qđ ſequit̃ ex cõſule de quib⁹, ſimi
libuſq; alibi nõ pauca à me dicta ſunt.
DVPONDIOS.) à Dupondio nu-
mo, quaſi duobus aſsibus ęſtimarentur,
ſeu à pondere dupondio, qđ ſtater dici-
tur, & τετράδραχμον, Sunt enim adhuc
37 modici valoris[a], quos nos inſtitutarios
dicimus, ſic & diobolares dici ſolent,
38 quomodo, & ab antiquis, meretrices
diobolares appellabant, auctore Feſto.
IVSTI nianeos.) Tuſcus codex: Iuſti
nianos, quod eſt fortè verius, propter
inferiora illa noſtrum nomen mereãt.
Mutatio vero nominis, auctoritate le-
gis, licita eſt. Quin & ſua auctoritate ſi
bi quiſque, nomen mutare poteſt[b], dũ
39 nè id in fraudem faciat, alioqui falſi
reus erit[c]. Quæ Bartoli, & omnium
traditio eſt[d]. Intereſt autem noſtra, vt
bonum nomẽ habeamus, vel Accurſio,
de ſuo annotante[e], neque in eleganter
Vxor Ioannis Andr. Milantia, ſi nomi-
na venderentur filijs, pulchra nomina,
quamlibet magno precio, emi oporte-
re cenſuit[f]. Qua ratione, ſi duo, de eo-
dem crimine accuſentur, rectè dictũ eſt
40 poſſe iudicẽ (niſi vrgẽtior alia præſum-
ptio ſit) quæſtioni prius, eum ſubijcere,
cuius ſit nomen deterius[g]. Et hæc qui-
dem, de nominibus proprijs, Appellati-
ua enim immutabilia ſunt[h], niſi cũ cer-
ta, & ad oculum facta, corporis ipſius
demonſtratio errorem ſuppleat, aut ita
inter partes conuentũ ſit, vt mutatis no
minibus appellatiuis, nihilominus ipſi,
ſeipſos intelligant, vt ſi inter teſtatorẽ,
& legatarium cõueniat, vt legato boue
equus legatus videatur[i]. Sed & ſunt de
41 mutatione nominis minutiores quædã
declarationes, quæ ab alijs ponuntur.
EX edicto.) Edictales enim appellabã
tur, hos vulgo, Codiciſtas dicimus, ſicq;
inuerſo in omnibus ordine codicẽ anno
ſecũdo, & tertio diſcipuli audiũt, q̃ fuit,
quinto ex Iuſtiniani formula, recitãd⁹.
OMNIA.) Omnes libri, ſiue de iudi-
cijs, ſiue de rebus.
NOVA pulchritudine.) Nouo dcore.
VNO libro excepto.) à Rubrica de-
ſponſalibus vſque ad Rubricam, de do-
nat. inter vi. & vxo.
ITEM vno.) à Rubrica de tutelis vſ-
que ad Rubricam, de excuſat. Tutor.
VNO.) à Rubrica de teſtamentis, vſ-
que ad Rubricam de milit. teſta.
VNO tantum libro.) à Rubrica de le-
gat. 1. vſq; ad Rubricam de leg. 2.
TRI pertita.) Ad hypothecariam for-
mulam, de vſuris. De ædilitio edicto &
de euictionibus, vt ſtatim annectit.
LEGVM.) Aliàs librorum, nam & in-
frà poſt eum librum ſinglarem.
AEMVLA ſit pigneratitijs actioni- 42
bus.) Notant hic, Accurſius, & Barto-
lus differẽtias inter Hypothecariã & pi
gneratitiã actionem, quibus hoc tantũ
adijci oportet pignoratitiam directam
ita demũ creditori competere, ſi is rem
ſuppoſitam poſsideat, aut detineat[l].
PRIORIS edicti.) Legit melius (vt
opinor) Haloander, Prætorij, etenim ad
ordinem edicti perpetui, à Saluio Iulia
no compoſiti, hæc referuntur.
PAPI nianiſtas.) Quod eo anno, Pa-
piani volumina audirent.
PRAEFE ctorij.) Præfectura functi.
GRAECO, & conſueto quodammo- 43
do vocabulo λύτας appellari.) Legeba-
tur hic antea, hircos, Primus omniũ Po-
litianus, Miſcellaneorum capit. xcij. ex
Florentinis Pandectis, λύτας reſtituit,
quaſi tu dicas ſolutores, qui videlicet,
legum nodos ſoluere explicareq; iam
incipiant,[m] hi apud Italos Bachalaurei
ſunt, qui enim ſtudijs iuris ciuilis, qua-
driennium operã dederint, à Baccalau
rea, qua coronari ſolebant, Baccalaurei
dicuntur. Salmanticæ tardior proceſſus
nec niſi quinto anno, eam aſſequuntur,
quo Prolytæ à Iuſtiniano vocantur.
QVO προλύται nuncupãtur.) Tuſcus 44
liber latinis characteribus, quo Prolu-
tæ. Sed vereor, ne pro fide magis ſui
exemplaris, quam, vt verior ea lectio
ſit, Lælij ſic legerint. λύτας enim Græ-
cè ſuprà effert, Quid vetat quin & nunc
προλύτας? Cæterum vt vt ſe, res in hoc
habeat,

a Alcia. lib. 4. de verb. ſignif. ad ſ. Caſtel. in dict. dypondium.
b l. 1. C. de muta. nomi.
c l. falſi. ff. ad l. Corn. de falſ.
d Bartol. hic Bald. in proœ. C. Abb. ĩ pœ. Decret. ĩ verſ. Gregori⁹. n. 9. Anchar. & Archi. ĩ pœ. 6. poſt glo.
e Glo. in l. facta. §. q ſi dãda. ff. ad Trebellia.
f Iaſ. in rub. ſol. mat. nu. 15. & in l. Cunctos. in 2. lect. num. 25. C. de ſum. tri.
g Hippol. in pract. in ver. expedita. nu. 52. & in l. 1. ĩ prin. nu. 39. ff. de quæſtio.
h l. ſi quis in fundi. de leg. 1. l. ſi ſorti. ff. de cas pecu.
i Gl. ĩl. quæ extrinſec⁹. ff. de verb. obli. Soci. ĩ l. certũ. ff. ſi cert. peta.
k Glo. in l. ſi quis in fundi. vbi Iaſ. idẽ in l. 1. §. fin. col. 1. ff. de verborũ obliga.
l Bart. in l. ſi rem. §. pprie. ff. de pig. act. Iaſ. in. §. actio num. nu. 208. Inſti. de actio.
m Alcia. parer. lib. 8. c. 10. & libro. 4. de verb. ſignific.

habeat dicti iſti ſunt, quaſi abſolutiorē iā doctrinam haberent quibus, eos ſimiles, Alciatus ait, qui licentiā habent, doctoralia inſignia ſuſcipiendi, vnde & Licenciati dicuntur, verum hi Salmanticæ, non niſi decennio tranſacto creātur. His appellationibus, diſsimile illud nō eſt, quòd apud Lacedæmonios, ἔιρενες quidā pueri fuerūt, quidā μελλείρενες vt Plutarchus docet in vita Lycurgi.

FINEM.) Intellige finem docendi iuris ciuilis ſcientiam, alioqui enim ars boni & æqui eſt, & quæ nullo vnquam ſcripto, poterit comprehendi.

45 REGIIS vrbibus.) Roma & Conſtantinopoli[a].

46 BERYtienſiū pulcherrima ciuitate.) Berytus vrbs metropolitana, Phænicię, Auguſti beneficijs gratioſa[b], ſuis virtutibus coronata,[c] incēdio, cōſumpta eſt, id quod varia Græcorum Epigrammata libro primo teſtantur.

47 ADVLterinam.) Per tranſlationem, ſic adulterina pecunia, ſic adulterari rationes, id eſt, conturbari, vel falſo deſcribi[d].

48 EXTRA vrbes Regias.) Non igitur iuris ꝓfeſſores publici eſſe poſſunt, niſi in ijs ciuitatibus, quibus vel priuilegio, vel conſuetudine, tale ius competat.

49 DENArum.) Id eſt, decem[e], non viginti, vt male Accurſius & quidam alij[f] expoſuerunt.

SIGna.) Notas, ſigla vero, vt legam, cur Tuſcus mihi exemplar perſuadeat?

SPLENdidiſsima ciuitate.) Conſtantinopoli.

IVVEnum.) Scholaſticorum, quos vocat ad finem auditores.

SCRIptorum.) Qui libros cōſcribnut quos infrà librarios appellat.

a l. ſed & reprobari. §. fin. ff. de excuſ. tut.
b l. i. ff. de cēſibus.
c l. vnica. C. de metrop. Bery. libr. xi. vbi Alci.
d l. 2. ad fi. ff. de ſer. corrup. Alci. lib. 4. de verb. ſig. col. prima.
e l. vic. ff. de ſeruit. ruſti. p̄dict. l. nam ſatis. ff. quēad. ſeru. amitt. l. cū quo. ff. ad l. falcid. l. vbi ſideiuſſor. ff. de ſolut.
f Iaſ. in l. ſtipulatio. §. eum qui. ff. de verb. oblig.

50 LEGVM profeſſores.) Magiſtris ſiue Doctoribus in Scholaſticos, iuriſdictio & Imperium eſt[g], ex facto tamen aliud obtinuit[h].

51 CLAVcus & Diomedes faciunt.) Hiſtoria apud Homerū eſt Iliados libr. 6. Abijt autem, in prouerbium Diomedis, Glauciq; permutatio hæc, vtq; par pari, de æquali, ſic χρύσεα χαλκείων, id eſt aurea ꝓ æreis, de inęquali cōmutatiōe dicit, quo ſenſu Ariſtoteles, Cicero, Plutarchus, Plinius vterq;, Gelli⁹, & paſsim Græci latiniq; boni auctores accipiunt ſanè, Accurſij hoc loci nugamentum, vt defendere nemo poſsit ita Eraſmi annotationes. Ioan. cap. 19. & chiliades, eleganter irrident, prouerbij enim huius pulcherrimi, originē, vſumq; ille docet vt merito tamen Iuſtiniano iraſcatur, qui de ſua hac compilatione, vſq; adeo placeat, cum interim, tot doctiſsimorū Iuriſconſultorū, integra volumina deſiderentur.

PER mutantes.)

χρυσεα χαλκειων, εκατομβοια εννεαβοιων.

Id eſt aurea arma æreis, ac centum bobus æſtimata, ijs quæ nouem bobus æſtimarentur. Permutationis huius Paulus etiam meminit[i], locum primus omniū Politianus reſtituit[k].

52 III. Conſul.) Solitos Imperatores, conſulatum inire, Idq; honoris magis gratia, quàm actus, ſuo loco dicemus[l]. Suetonius in Vitellio. Comitia in decē annos ordinauit, ſeq; perpetuum conſulē, & in Domitiano. Conſulatus. XVII. cepit, quod ante eum nemo. ex quibus ſeptem penè titulo tenus geſsit, nec quēquam vltra Calen. Maij. plures ad Idus vſque Ianuarias. Eius rei, & in antiquis nomiſmatis, paſsim veſtigia extant.

g Auth. habita. C. ne fili. pro pat. Bart. in l. omnes. n. 12. ff. de iuſtit. & iure.
h Barto. in l. Imperiū. colū. 3. ff. de iu. omn. iudi.
i l. i. ff. de cōtrah. empt.
k Caſtel. in dict. Caſaru.
l In rubr. de off. Conſul.

IN NOMINE DOMINI.

Amen, Iuſtiniani ſacratiſsimi Principis perpetui Auguſti iuris enucleati ex omni vetere *iure* collecti, Digeſtorum, ſeu Pandectarum.

LIBER PRIMVS.

1 *INVOCATIO nominis domini, omiſſa non vitiat inſtrumentum.*
2 *Iuſtinianus Imperator Chriſtianus.*
3 *Iuſtiniani duo, & infrà num. 9.*
4 *Imperator niſi Chriſtianus hodie eſſe non poteſt.*
5 *Philippus Imperatorũ primus, veræ fidei cultum amplexus eſt.*
6 *Chriſtianus qui non eſt, non poteſt habere adminiſtrationem publicam.*
7 *Iudæus non poteſt eſſe tutor Chriſtiani.*
8 *Iudæi ad officia, aut honores an admittãtur?*
9 *Imperator cur dicatur perpetuus.*
10 *Auguſtus vnde dictus?*
11 *Pontifex vnde dictus?*
12 *Magiſtratus & magiſtri vnde dicti?*
13 *Fures ex animi propoſitione ſola dici.*
14 *Enucleatum ius Iuſtiniani.*

1 IN noĩe dñi.) Adnotat Bartolus[a] hinc primum, nomen Dei inuocandum, etiam ab Imperatore. Sed ea ſoleoonitatis omiſsio, inſtrumentum non vitiat[b].
2 Deinde, fuiſſe Iuſtinianum Chriſtianum, quod de noſtro hoc intelligimus[c], nam Iu
5 ſtinianũ alterum, eius nominis ſecundum in hæreſim Pelagianam collapſum, hiſto-
4 rici omnes affirmant. Præterea, non futurum Imperatorẽ, niſi fuiſſet Chriſtianus, id quod hodie verum eſt[d], naoq; olim E-
5 thnici Imperatores multi, Primuſq; Philippus, veræ fidei cultũ amplexus eſt. De-
6 niq;, ijs qui Chriſtiani non ſint, Reipublicæ adminiſtrationẽ interdictam[e], tractat
7 & obiter, Num poſsit eſſe Chriſtiani tutor Iudæus? Et verior opinio eſt[f], vt oon poſsit, eò vel maxime, ꝙ tutor perſonæ præcipuè datur, vt eam bonis moribus inſtruat[g]. An & magiſtratus, Doctor, Iudex, 8
aduocatus, tabellio? Claudius, Iaſoo, & alij latiùs.

IVSTINIANI.) Iuſtiniani duo, maior, & minor, hic maior eſt, Iuſtini maioris, ex ſorore nepos, à quo & adoptatus, & Imperij particeps, & Cæſar factus, anno ſalutis quingenteſimo vigeſimonono.

PERPETVI.) Generalis enim, mundi 9
dominus[h], ſemper Auguſtus[i]: An & quia iuſtitiæ cultor, quæ conſtans & perpetua voluntas eſt?

AVGVSTI.) Huiuſenim propoſiti eſſe 10
debet, vt Imperium augeat, ſic & Põtifex, quia pontem faciat ad vitam æternã, quæ recentiorum interpretationes ſunt[k], dicti
enim Pontifices olim, quòd in magnis re- 11
bus perficiendis potentes eſſent, auctore in Numæ vita Plutarcho. Sic magiſtratus, & magiſtri, quòd magis cæteris, curam & ſollicitudinem, rebus quibus prę ſunt, præ
ſtare debeant[l], & his ſimilia nõ pauca, quæ 12
perlocum ab affecto dicuntur, nam & fur
ex animi propoſitione ſola, aliqua ſignifi- 13
catiooe appellari quis poteſt[m].

ENVCLEATI.) Putaminibus igitur 14
reiectis, pignori nucleus relictus eſt, at vtinam, tot bonorum auctorum ſcriptis, hodie non careremus. Qualis enim, horũ magna pars eſt, qui in eorum locum ſucceſſerunt? Et hæc, de titulo hoc operis ſatis (qui licèt deſit, in emẽdatioribus codicibus, & in Florentino, pro In nomine domini, Domini noſtri, de Iuſtiniano videlicet ſcriptum ſit) omittendus tameo non fuit, vt pote, & Chriſtiaoo Principe dignus, & quem Accurſius, Bartolus, & cæteri agnoſcunt.

a Barto. in rubr. pam. n. 1. & hic.
b Alex. ĩ l. iuris gentium. §. quẽ ferè. ff. de pact.
c c. Habet librum. 16. diſtinct.
d c. venerabilem. de elec. clem. Romani. ẽ iu. iuran.
e c. conſtituit. 17. q. 4.
f Iaſ. colũ. vlt. Claud. col. pen.
g l. in capu landu. C. de nupt.
h l. deprecatio. ff. ad l. Rhod. de iac.
i Suprà in rubr. pam.
K Alciat. ſul. Taberna. ff. de verbo. ſign.
l l. Cui præcipua. ff. de verb. ſigni.
m l. Fugitiuus. ff. de verb. ſigni.

DE IVSTITIA & Iure.

VLPIANVS Libro primo Inſtitutionum.

IVRI operam daturũ, prius noſſe oportet vnde nomen iuris deſcẽdat. Eſt autem à iuſtitia appellatũ. Nam vt 8 eleganter Celſus definit: Ius eſt ars boni & æqui: Cuius merito quis nos ſacerdotes appellet. Iuſtitiam nanq; colimus, & boni, & æqui notitiam profitemur: æquum ab iniquo ſeparantes: licitum ab illicito diſcernentes: bonos non ſolùm metu pœnarum, verùm etiam præmiorum quoq; exhortatione efficere cupientes, veram (niſi fallor) philoſophiam non ſimulatam affectantes.

1 *Principium rei, qui non intelligit, neq; rem ipſam.*
2 *Principium ex quo, & propter quod.*
3 *Principia naturalia, ad nos velut obiter, moralia principaliter ſpectant.*
4 *Ius in habitu, & in actu.*
5 *Iuſtitiæ executio, ius eſt.*
6 *Iuſtitia à iuſto, ius à iuſtitia.*
7 *Ius vnde dicatur.*
8 *Ius, ars, quo vero ſenſu eſt.*
9 *Bonum & æquum ſcripto nullo comprehenſibile eſt.*
10 *Ius, artem boni & æqui, eſſe, quo ſenſu accipiendum ſit.*
11 *Bonum non ſeiungi ab æquo.*
12 *Vſucapio, æquitate magis, quàm rigore nititur.*
13 *l. hac lege. C. de pac. conuen.*
14 *Bonum id eſt vtile.*
15 *Sacerdotium ſpirituale & temporale.*
16 *Sacerdotes iuris, cur Iuriſconſulti appellãtur.*
17 *Iuris corpus, templum iuſtitiæ eſt.*
18 *Doctori, qui ſalarium percipit de publico, ſi fiat iniuria, accuſatio publica eſt.*
19 *Legum inuentionem Græci ſapientes, quare tribuerint Apollini, Ioui, & Mineruæ.*
20 *Legiſlatoris dotes, ſciẽtia, potẽtia, clemẽtia.*
21 *Intellectus reconditus horum verborum, boni & æqui notitiam profitemur &c.*
22 *Bonos efficere Iuriſconſulti, quare cupiant neque dixerint innocentes.*
23 *Pœna & præmia Reſpu. continetur.*
24 *Præmium de publico, an poßit proponi, ei qui bannitum, graſſatorem, ferámue cœperit.*
25 *Iuriſconſulti affectus qualis eſſe debeat.*
26 *Verius eſt.*
27 *Intel. l. cũ ita legatũ. ff. de con. & demõſtr.*
28 *Teſtis dictum an valeat, ſi dixerit, niſi fallor.*
29 *Ius ciuile cur vera philoſophia.*

IVRI.) Diſcendo, idque propius eſt, ſed & docendo, intelligendo, tractando, ius enim nunc, iuris ſcientiam appellat.

PRIVS.) Rem non intelligit, qui non, &
rei principium, & nomen, quod de princi- 1
pio propter quod, nõ de principio ex quo
Bartolus & frequentiores accipiunt, igitur filium cognoſcere quis poteſt, etſi pa- 2
trem minimè agnoſcat[a], ius intelligere nõ
poterit, niſi ſciat, à iuſtitia (propter quam
adminiſtrandam ius eſt) iuris nomen deſcendere. Deniq;, naturalia principia, velut obiter, moralia principaliter, ad nos
ſpectant, quod Baldus & Angelus hîc re- 3
ctè notaſſe videntur.

DESCENdat.) Et quid ſit.

A IVSTItia.) Si ius in habitu conſideres, neutrum prius, aut poſterius, ſi in actu 4
iuſtitia (vt pote quæ virtus eſt) prior eſt[b],
ius tunc poſterius. eſt enim hoc ſenſu, ius, nihil aliud, quàm iuſtitię executio, vt & iuris ipſius in actu, magiſtratus executores 5
ſunt[c]. Iuſtitia, à Iuſto appellata eſt, ius à iuſtitia. Atque ita Criticorum in Vlpianum 6
calumniæ ceſſant. Alciatus[d], Iuſtitiã quaſi viſtitiam dici contendit, ꝙ vim ſiſtat, ſed ſubtilius ille, quàm verius. Alij aliter, quorum tamẽ ego cõmenta, non magis ꝓbo.

APPELlatum.) Nomen à nomine, & re
ctè, ſed non, vt à venuſtate venus, quòd Ci 7
cero repręhendit, Agricola de inuent. Dialect. lib. 1. à iuſſu, ablatione poſterioris ſyllabæ, ius dictum ait, habere enim ius, in ſe, vim quandam cogendi: quomodo & Feſtus, antiquos, iura vocaſſe iuſſa. Sunt, & qui nominari, inde credant, quôd iuxta id eſt, æque

a *l. neq; natales. C. de probat.*

b *l. iuſtitia infrà.*

c *l. 2. §. poſt originẽ. ff. de orig. iu.*

d *Alciat. parer. lib. 1. c. 29.*

eſt æque ſit. Ius enim, neque ſuperat, neq; deficit, ſed eſt prope, & iuxta rem, cui accõmodatur. Nam & ſic Ariſtoteli, δίκαιον quaſi, δίχαιον, ideſt, diuiſum, & vtriq; litigatori par. Cæterùm, vt acutorum hominum, conſiderationes has eſſe, nõ negem, ita mihi videtur Vlpianus, ad rem magis, quàm ad nominum conformitatem reſpicere.

8 IVS eſt ars.) Artificium, ſiue opus artificis finitum, quo infinita coarctantur[a], aut collectio omnium præceptorum boni & æqui: quas expoſitiones veriſsimas oſtendit, quod ſequitur, boni & ęqui, de quo ſtatim: eſt autẽ hæc definitio κατὰ διαφοράν, ideſt per differentiam, quales & illæ, iniuria eſt, quod nõ iure fit, Rex eſt modeſtus, tyrannus eſt impius[b].

9 BONI.) Bonum & ęquum: in propoſito, ius ſcripto nullo compræhenſibile eſt, vt Budæus, Marius, Zaſius, Alciatus, veriſsimè admonent[c]. Ariſtoteles, libro quinto Moralium τὸ ἐπιεικές vocat, intellige ergo
10 ius artem eſſe boni & ęqui, ideſt artem, rei ſcripto incompræhenſibilis, aut cum Accurſio artem, qua infinita quæ ſunt, finito modo traduntur. Sed quomodo id? infiniti enim infinita etiam regula eſt, vt Ariſtoteles ſcribit Polit. iij. An quia & hîc (ſicut in Põtifice & Auguſto) animi propoſitionem magis, non actum, attendi oporteat? An quia, noſtrates iuris cõſulti effecerint, quod tãtoperè exoptauit videre Cicero? qui de Oratore libr. 1. Si aut mihi (inquit) facere licuerit, quod iam diu cogito, aut alius quiſpiam, aut me impedito occuparit aut mortuo effecerit, vt primũ omne ius ciuile, in genera digerat: deinde, eorũ quaſi membra, diſpertiat, tum propriã cuiuſq; vim definitione declaret, perfectam artẽ, iuris ciuilis habebit, & reliqua. Bonum & æquum, in vulgari alia ſignificatiõe, æqui
11 tatem compræhẽdit[d]. Cùm autem Accurſius, & plures, æquum à bono ſeiungunt, ego probare nunquàm potui. Quid enim bonum, quod non continuò & ęquum eſt, etiam ſi rigorẽ admiſceas? Vſucapio, aiũt[e].
12 Mihi æquior, vſucapio ſemper viſa eſt[f], vt quæ finem litibus imponat, negligẽtibus pœnam inferat. Neq; deſunt, qui hanc opinionẽ, receptiorẽ affirment[g], quod & ipſe, dixi quodam in loco[h] plenius. Quid prætereà æquũ, quod nõ idẽ, & bonũ ſit? & reſpondẽt, ne maritus vxoris parapherna, ea 13
inuita, adminiſtret[i]. At ego, illic cũ iis, qui meliùs exponunt, bonũ, id eſt, vtile inter 14
pretor, vt & alibi ſæpe[k].

ET.) Quàm multa hîc, Bartolus, Baldus, Iaſon, & cæteri, de copulatiuis, ſeu de coniunctis, quę, vel ad Rubricam, adnotari poterant.

CVIVS.) Iuris, aut artis.

MERITO.) Siue ad ius, ſiue ad artem, referas, aduerbium eſt.

QVIS.) Auctor incertus eſt, ſi appellat, legim[*], quomodo omnes ferè codices habent: verùm Noricus, & Florẽtinus appellet habent, tumq; Vlpiani omnia hæc verba ſunt. ſic & in procemio, de Beryto, quã & legum nutricẽ, bene quis appellet.

NOS.) Iuriſconſultos, ſiue legum adminiſtratores.

SACER dotes.) Sacerdotiũ (inquit[l] Bal 15
dus) duplex, ſpirituale & temporale, vt igitur illo, ſic & hoc, qui initiati ſunt, meritò 16
ſacerdotes dicũtur. Et quid, ſi quia diuinũ nomen cõmunicãt? à iuſtitia enim iuſti appellati ſunt, vt idem ſenſit. Quod ego non probo, ſiquidem à iuſto iuſtitia deſcendit, vt dictũ eſt. Quid ſi quia iuſtitiæ, Themidiſq;, tanquàm oracula, ideſt, reſponſa, boni & æqui plena, veteres illi Iuriſconſulti promerent? Qua ratione, & Seruius Sulpitius iuris antiſtes appellatus eſt. An ſacerdotes, quaſi ſacrã dotẽ exhibentes, & deæ Maieſtæ, dona miniſtrantes? quæ Budæi, Zaſijq; declarationes ſunt[m]. An potius (quę Salomonij interpretatio eſt[n]) ſubiecta verba hoc declarant. Iuſtitiam nanq; colimus. Nam & Iuſtinianus[o] totum hoc iu- 17
ris corpus templum à ſe, iuſtitiæ conſecratum appellat. Et fuiſſe quoſdam, apud quos, iuſtitiæ nomen in diuos relatum, iuſtitiæque aræ atque ſacrificia fierent, Athæneus teſtis eſt libr. 12. ἀπέθεντο δὲ καὶ αὐτὸ τὸ τῆς δίκης ὄνομα ὥστε παρ' ἐνίοις καὶ βωμοὺς καὶ θυσίας γενέσθαι δίκης. An ad iuſtitię imaginem à Chryſippo effictã referimus? quam cùm Gellius interpretatur iudices, iuſtitię antiſtites vocat. Dixi ad omnia hęc alludere potuiſſe eum, qui nos ſacerdotes appellat. Hinc verò Baldus[p], argumẽtũ ſu 18
mit, accuſationẽ eſſe publicã, pro iniuria, quæ doctori fiat, qui ſalariũ de publico accipiat: publicũ enim ius in ſacris, ſacerdotibus, magiſtratibusq; cõſiſtit[q]: & ſi ſacerdoti fiat,

a l. natura. ff. de præſc. verb.
b Alciat. parer. lib. 9. c. 22.
c Bud. Salomon. Zaſius hic, Alcia. parer. lib. 2. ca. 30.
d l. filio. ff. de inoff. te pto. l. iure ſuccurſum. ff. de in. de.
e l. 1. ff. de vſuc. l. nam hoc natura. ff. de condi. inde.
f Azo. hic col. 2.
g Alci. de quinq. ped. præſ. fo. 14.
h In rubr. C. de vſuca. pro emp.
i l. hac lege. C. de pac. conuen.
k l. 3. §. nec non. ff. de in rem ver. l. 3. §. ſi quis ex liberis. ff. de bon. poſ. cõtra tab. l. ſi cuius. §. & interdicto. ff. de vſuf.
l Bal. in l. 1. lectio. col. vl. in 2. col. l.
m Bud. hic fo. 5. Zaſ. in oratione in laudẽ legũ.
n Salom. de bono & æquo. col. 1.
o l. 1. §. cũ hac materia. l. 2. §. ne autem incognitum. C. de vete. iu. enuclea.
p Bal. in l. ea. Bu. col. ul. & Claud. col. 1.
q §. Huius ſtudij. iſtã.

a l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſ. & cler.

ti fiat iniuria, accuſatio publica eſt[a], vt ſta-
tim dicemus.
19 BONI & ęqui notitiã profitemur.) Cùm
Græci ſapientes legum inuenta, in Apolli
nem, Iouem, Mineruam reiecerint, Marſi
lius Ficinus, Platonic⁹ doctiſsimus, id my-
ſterio nõ carere opinatus eſt. Tria em̃ hæc
numina, eos ſelegiſſe, vt per Apollinẽ po-
tentia, quandoquidem ſol, planetarũ do-
minus eſt, per Iouem clementia, per Mi-
neruã, ſapientia intelligeretur. Quare &
ab Ioue Minos, ab Apolline Lycurgus, à
Pallade Solon leges accepiſſe dicuntur, vt
tres illas legum dotes à tribus hiſce numi-
nibus, tres illi primarij legum latores mu
tuaſſe crederentur. Quæ tria, Vlpianus cõ
plexus hîc eſt. Siquidẽ cùm ait, boni & æ-
20 qui notitiam profitemur: ecce ſciẽtia: de-
inde, ęquum ab iniquo &c. ecce potentia.
21 Poſtremò bonos non ſolùm &c. ecce cle-
mẽtia. Quæ recõdita huius loci interpre-
tatio eſt[b].

b Zaſ. ora. quarta.

22 BONOS.) Non ſatis eſt, innocenter vi-
uere, niſi ſecundùm virtutem viuatur, nõ
igitur innoxia (Marius bene notat) ſed p-
ba bonos efficit vita, ſicut mala malos.
23 METV pœnarum.) Solon, duobus his,
pœna & præmio, omnem Remp. contine
ri dixit. Auctor Cicero, in quadam ad Bru
tum epiſtola. Quò fortè & Democritus re
ſpiciebat, qui duos eſſe omnino Deos cen
ſuit, pœnam & beneficium.
PRAE miorum quoq; exhortatione.) Si
igitur immineat neceſsitas, magiſtratus
24 cauſa cognita, prẽmiũ de publico ſtatuet[c],
vt cùm per pręconem ei, qui bannitũ, graſ
ſatorem, Lupum, feram damnoſam ccpe-
rit, præmium proponitur[d]. Cauſa cognita
ideo diximus, quoniã ſua ſponte magiſtra
tus non faciet, Bartoli & plurium conſen-
ſu, qđ tamẽ ipſum, alij aliter reſtringunt[e].
25 EFFICERE cupientes.) Iuriſconſulti
affectus hic eſſe debet, ad magiſtratũ exe
cutio ſpectat[f]. Definiũtur aũt hîc ſacerdo
tes iuris, ſicuti & ius ipſum, per differẽtiã.
26 VERAM.) Inde & frequens illud Iuriſ-
conſultis, & verius eſt[g], & durior conditio
illa, ſi Titio nupſerit, cùm Titi⁹ nuptijs mu
27 lieris indignus ſit, quàm illa, ſi non nupſe-
rit, ſi verũ amamus, vt Caius inquit[h], quæ
verba ipſe ad moralem, non ad naturalem
veritatem referenda, iure contendi.
NISI fallor.) Iuriſconſulti temperamen

c Hit, & l. & vnitum. C. de ſtatu. & imagi. l. cum nauarchorum. C. de nauic. lib. 11.
d l. vnica. C. de prabẽ. ſala. lib. 10.
e Iaſ. col. 4
f l. cõgruit. ff. de offic. praſi.
g l. quae ata te. ff. de teſta. l. de pupillo. §. ſi plu rin. 2. de no. oper. nun. l. trãslatio. ff. de adi. leg.
h l. Cũ ita legatum. ff. de cond. & demon.

tum eſt. Num igitur, & teſtis dictum, his 28
verbis conceptum valet? Laudenſis & Ia-
ſon[i] ſatis diſtinguunt.
PHILO ſophiam.) Ethicam, œconomi- 29
cam, Politicam compræhẽdit, ciuilis pru-
dentiæ partes[k]. Eleganter itaq; Baldus[l],
qui Philoſophiam moralem, legum & ma
trem, & ianuam, appellat: ſed quàm pauci,
bone Deus, ij ſunt, qui à limine, hoc Philo
ſophiæ moralis ius ciuile, ſalutent!

i Iaſo. hic. col. pen.
k Zaſ. ĩ Parat. in. praſat.
l Bal. in. §. huius ſtudij col. 1. infrà.

HVius ſtudij duæ ſunt
poſitiones, publicum
& priuatum. Publicũ
ius eſt, quod ad ſtatũ
rei Romanæ ſpectat.
Priuatum, quod ad ſingulorum vtilita
tem. Sunt enim quædam publicè vti-
lia, quædam priuatim. Publicum ius in
ſacris, in ſacerdotibus, in magiſtratibus
conſiſtit. Priuatum ius tripertitũ eſt. Col
lectum enim eſt, ex naturalibus præce-
ptis, aut gentium, aut ciuilibus.

1 *Poſitiones huius ſtudij duas eſſe verè & noui ter declaratum.*
2 *Poſitiones, id eſt, communia principia.*
3 *Principia communia ſcientiæ cuiuſq;.*
4 *Communes animi cõceptiones, ſiue Axiomata tria propriè apud nos.*
5 *Publicum priuatúmue ius, ad publicam, aut priuatam vtilitatem quomodo ſpectent.*
6 *Eccleſia vici cuiuſq;, publici iuris eſt.*
7 *Interdicta publica, de diuinis & ſacris rebus.*
8 *Eccleſiæ res parochian⁹ quilibet uẽdicare põt.*
9 *Iniuriarum actio, ad priuatum pertinet.*
10 *Sacerdoti ſi fiat iniuria, publica accuſatio eſt.*
11 *Sacrilegij ſpecies, ſacerdotẽ iniuria afficere.*
12 *Sacerdoti vici, ſi fiat iniuria, ciues omnes agere poſſunt.*
13 *Iniuria ſi fiat, Iuriſconſulto lauream adepto, publica accuſatio eſt, noua opinio.*
14 *Sacerdos, an alteri ſtipuletur.*
15 *Sacerdos an poſſit eſſe tabellio.*
16 *Magiſtratui ſi fiat iniuria, publica accuſatio eſt.*
17 *Magiſtratus alteri ſtipulari poteſt.*
18 *Priuatum ius, à iure naturali quid ſumat.*

HVIVS ſtudij.) Iuris ſtudio acquirendi. Ac-
curſ. & Bald.
DVAE ſunt poſitiões.) Di-
ſpoſitio-

ſpoſitiones,conſiderationes,res,partes,di
uiſiones,genera,ſpecies,Accurſins , & alij
exponunt. Theophilus etiam θέσεις ἤγουν
ἐᾶν,Budæus præ exteris,in hoe vero pro-
2 pior,Theſeis.Ego poſitiones,id eſt, com-
mnnia huius ſtudij principia , aliâs expo-
ſui,quod & nũc probo. Didici enim à Pro
clo Diadocho,in Euclidem libr.2. poſitio
nes ſuppoſitionéſue , ex Ariſtotelicorum
doctrina diſciplinæ cuiuſque,principia ap
pellari ſolere:ita vt ea appellatione Axio-
mata quoque,& poſtulata compræhendã
3 tur.Sunt enim ſcientiæ cuiuſque , commu
nia principia,quæ Ariſtoteli & Græcis au-
ctoribus. Ἀρχαὶ ἤτοι κοιναὶ ἀρχαὶ appellan-
tur.Quæ rurſus , in ſuppoſitiones,petitio-
nes,communes animi conceptiones,diui-
duntur,quibus omnibus,& alia quoq;,no-
mina ſunt , hypotheſeis,poſtulata; Axio-
mata,pronunciata,proloquia , effata. Igi-
tur (in Geometricis em̃ libet ponere exẽ-
plum)principia Geometriæ ſunt , punctũ,
& linea:Principia iuris prudentiæ , publi-
cum & priuatum. Publicum ius, in ſacris,
ſacerdotibus , & magiſtratibus cõſiſtit:pri
uatum,tripertitum eſt,colligitur enim,ex
naturalibus præceptis, gentium , aut ciui-
libus:ciuilia,in ſcriptum & non ſcriptum.
Hæc rurſus,in res,perſonas,actiones: ſcri-
ptum,in leges,plebiſcita,reſponſa pruden
tum.Quæ ſingula,velut Axiomata,ſuppo
4 ſitiones,petitiões,huius ſtudij ſunt.Quod
ſi quæ,apud nos veræ cõmunes animi cõ-
ceptiones,illæ certe ſunt , quæ iuris præce
pta dicuntur , quod ſuo loco dicam[a]. Con
nanus nouiſsimè , poſitiones in vulgari
ſignificatione accipit: vt cùm dicimus, po
ſitionem loci,aut vrbis,ideſt ſitum, neque
enim,de iure Vlpianum loqui , ſed de ſtu-
dio,quæ mihi ſcrupuloſiora videtur.Nam
& illa , huius ſtudij (quod ſupra diximus)
ideſt, iuris ſtudio acquirendi , rectiſsimè
exponũtur,& poſitiones,non ieiunè adeò
ſed cum myſterio dictæ, in hoc ſcilicèt , vt
iuris ſtudium, ſcientiam eſſe oſtẽderet , vt
potè quæ,communibus principijs (vt cæ-
teræ)cenſeatur.
5 SPECTAT.) Principaliter : per conſe-
quentiam, ad vtilitatẽ priuatam. Sed cur,
publicum Vlpianus non diuidit , in natu-
rale,gentium,& ciuile? & hoc Agricola re
prehendit , immeritò tamen , vt noſtri re-
ſpõdent.Quicquid enim publici eſt, legi-

a In l. iuſtitia. infra.

b §. penul. inſti. de his qui ſui vel alie. iu. ſũt.
c L. 1. in princ. infrà. de eri

bus habetur , & moribus. Neq; publicum
aliquid eſt,quod non & ciuile ſit..
PERTINET.) Principaliter, conſequẽ
ter verò ad publicam. Publicè enim expe
dit hoc, vt priuati locupletes ſint[b]. .
SACRIS.) An ergò, & eccleſia vici cu- 6
iuſque, publici iuris eſt ? & crebrior opi-
nio eſt, ad ius publicum ſpectare. Conſtat
enim Reipubl. totius perfectio, perfectio-
ne partium[c]. Igitur, & de diuinis ſacriſque 7
rebus , interdicta publica ſunt[d], & pro ec-
cleſiæ rebus , non œconomo tantùm , aut
clericis, ſed & parochiano cuilibet vendi-
catio cõpetit[e], & ſacrilegij[f] , publica ideo 8
accuſatio eſt.Sacra verò, & hic cæremoniæ
ad religionis cultum pertinentes vocan-
tur.
SACERDOTIBVS.) Sacerdotes , ad
publicum ius pertinere, vel maximè argu
mento eſt, quod cùm iniuriarum actio, ei tan 9
tùm competere ſoleat , qui iniuria affici-
tur[g], pro iniuria ſacerdoti facta , cuique 10
publicè competit[h], ſacrilegij enim ſpe -
cies quædam hæc eſt[i]. Sed pone, ſacerdo- 11
ti vici pagiue alicuius, factam iniuriã, num
vicani ſoli agent, an & ciuitatis, ciues om- 12
nes, cui vicus ſubeſt? Et Baldus, Paulus, Ia
ſon, Claudius omnes agere poſſe , ad nun-
ciationis exẽplum[k], quod & ipſe ſequor.
Quid ſi iuris ſacerdoti iniuria fiat? Et Bal- 13
dus(quod in principio huius legis retuli-
mus) publicam accuſationem ait, ſi Docto
ri iniuria fiat , qui ſalario publicè condu-
ctus, ius profiteatur, quod & Claudius ini-
bi probat. Ipſe latiùs ad iuris Sacerdotes
omnes produxerim , modò laureã adepti
ſint.Me mouet, quod illa , NOS SACER-
DOTES, de Iuriſconſultis , & de legum
adminiſtratoribus , generaliter accipiun- 14
tur.Sed num, ſacerdos alteri ſtipulabitur?
Et in eam ſententiam itum eſt[l], vt in ijs,
quæ ad eum ſpectant, ſtipulari poſsit, in
alijs non poſsit. Poterit itaque, in reſtitu-
tione vſurarum,& malè ablatorum[m], ec-
cleſiæ verò ſuæ, aut Romanæ , ſine diſtin-
ctione[n]: quod Azo, Matt. Syl. Angelus,& 15
Paulus probãt[o]. An & tabellio eſſe poſsit?
frequentiores negant[p], etiam ſi in mino-
ribus ordinibus ſit, dum tamen ſufficere ſi
bi ex ſuo beneficio poſsit. Multipliciter ta
men reſtringi hoc ſolere, ex alijs in prum
ptu eſt[q].
MAGISTRATVS.) Publicè enim in

pi. in l. in ſu la. in fraude ndata: in d. l. 1. §. ſi. ff. de latron.
ff. ne quid i loco ſacro.
c L. habem°. 2 §. ſane. C. d. ſac. eccle.
f ad tit. ſ[illegible] C. & [illegible] crimi. ſacr.
g Fab. poſt gl. in vol. in pri. de mu.
h l. ſi quis i hoc gen°. C. de epiſc. & cler.
i Bar. in l. 1. in fi. ff. de publicanis.
Bar. in l. ſe natus. nu. 1. ff. de actio.
K l. 1. §. pro uinciali. §. fi. ff. de no. ope. nũ. vbi Iaſo. idẽ & Claud°. hic poſt Bal. & Pau.
l Iaſo. hic. nu. 5.
m c. quamquã. de vſu. in 6.
n l. Cato. cum gl. ff. de vſur.
o Angel°. & Pau. hic Azo. i ſum ma. C. de ſa croſ. eccleſ.
p Iaſo. hic. nu. 8.
q Iaſ. in l. patre. co. 4. infra. de his qui ſui vel alie. iu. ſũt.
Alex. in l. prætor. §. 1. colũ. 1. ff. de adẽd. Deci. in l. in ambiguis. §. nõ eſt nouum. ff. de regul. iuris.

tereſt,

a l.2.§.poſt originē.ff. de orig.iur. b l.2.§.exigere.ff.de magiſtrati.cōuen.Clau.hic.col.vlt.

tereſt, vt magiſtratus ſint[a], qui iura red-
16 dant:nam etſi magiſtratui iniuria fiat, publica accuſatio eſt, & alteri, magiſtratus
17 ſtipulabitur[b], ſecundùm receptam ſententiam.

18 NATVRALIBVS præceptis.) Accurſius, à naturali iure, priuatum colligere exiſtimauit, ne quis, cum iactura alterius locupletetur[c]. Negant Guilielmus, Cynus, & Angelus:neq; enim, locupletationis huius, reſpectus haberi, eo iure potuit. Commune enim ius illud omnibus animantibus, è quibus, bruta quæ ſunt, affectus iſtius, inexpertia prorſus. Quid ergo, à naturali colligit? Et aiunt, præceptum de educandis & alēdis liberis, ab eo iure ſumptum. Idque verius eſt.

c l. Nā hoc natura.ff. de condi.inde.

AVT gentium.) Vt quod quiſque, ob tutelam corporis ſui fecerit, iure feciſſe exiſtimetur, tum alia multa[d].

d l.vt vim.l.manumiſſiones.l.ex hoc iure.infra.

CIVILIBVS.) Non ſcripto, & ſcripto, legibus, plebiſcitis, Senatuſconſultis, Principum placitis, reſponſis prudentum.

IVS naturale eſt, quod natura omnia animalia docuit. Nam ius iſtud non humani generis proprium, ſed omnium animalium, quæ in terra, quæ in mari naſcuntur, auium quoque commune eſt. Hinc deſcendit maris atque fœminæ coniunctio, quam nos matrimonium appellamus: hinc liberorum procreatio, hinc educatio. Videmus etenim cętera quoq; animalia, feras etiam iſtius iuris peritia cenſeri.

1 *Natura naturans, & natura naturata.*
2 *Conſeruatio propriæ ſpeciei, à iure naturæ eſt.*
3 *Coniunctionis appetitus, à iure naturæ.*
4 *Matrimoniū à iure diuino, naturæ, gentium ciuili, canonico.*
5 *Inſtinctus ad coniunctionem à iure naturæ eſt.*
6 *Coniunctio etiam viri & vxoris, ſi non fiat gratia prolis ſuſcipiendæ, non eſt ſecundùm naturam.*
7 *Motus ad peccandum, à iure naturali non eſt.*
8 *Accurſij, & Bartoli opinionem communiter improbatam, aliquo ſenſu defendi poſſe.*
9 *Matrimonij vox, hominibus tantùm, non etiam brutis quadrat.*
10 *Liberorum procreatio, quandoque non ſuppo nit parentes.*
11 *Singulare ius naturale, ſicut & ciuile non eſt trahendum ad conſequentiam, & numero.22.*
12 *Accurſij ænigma declaratum.*
13 *Cuculi, homines quorum adulteræ vxores ſunt qua ratione dicantur.*
14 *Educandi liberos inſtinctus à iure naturali eſt, neceſſitas à iure ciuili.*
15 *Alimenta filio non debet pater, ſi filius ſibi ſufficiat.*
16 *Alimenta filio, eiſdem cauſis, denegari poſſunt, propter quas exheredari ille poteſt.*
17 *Filius cauſam ingratitudinis cōmittens, propter quam exheredari poſſit ius filij omne perdit.*
18 *Pater occidens filium ingratum, homicidij, non parricidij reus fit.*
19 *Spurij filij hodie in vtroque foro educandi.*
20 *Educatio parentum, à iure gentium & ciuili.*
21 *Leges ciconiariæ.*
22 *Frater tenetur alere fratrem.*
23 *Cenſeri peritia quo vero ſenſu dictum, nouè expoſitum.*
24 *Theophili locus.*

IVS naturale.) Primæuum.

NATVRA.) Natura, naturans (vt vocamus[e]) aut natura, id eſt, naturæ inſtinctus[f], aut natura, ſcilicet uaturata (quę & ipſa appellatio noua eſt) id eſt vis iuſita rebus, ex ſimilibus ſimilia procreans[g]. 1

e Gloſ.& Doct.in l. reſpiciendū ff.ſi cer.pet. in.§.conditiones.inſt. de ver.obligatio.
f e.ius naturale.1.di. Pan.hic.
g Cyn.Bal. Ange.hic.

OMNIA animalia.) Homines, & brutæ

DOCVIT.) Huius ergo iuris natura, nō conſtitutio magiſter, docuit verò, vt ſeſe, ac propriam ſpeciem, cōſeruet. Principio (inquit Cicero.1.offic.) generi animantiū omni eſt, à uatura tributum, vt ſe, vitā, corpusq; tueatur, declinetque ea, quæ ei nocitura videntur quæque, ſiut ad viuendum neceſſaria inquirat, & paret, vt paſtum, & latibula, & alia eiuſdem generis. 2

HVMANI generis.) Hominum.

CON-

3 CONIVNCTIO.) Coninnctionis ap-
petitus procreandi cauſa, Baldus & Salo-
monius rectiſsimè. Communis enim ani-
mantium omnium eſt coniunctionis ap-
petitus, procreandi cauſa, & cura quædam
eorum quæ procreata ſunt.
4 MATRImonium.) Matrimoninm, quan-
tum ad inſtitutionem; à iure diuino eſt, in
paradiſo enim inſtitutum. Sed & quate-
nus ſacramentũ eſt, à iure diuino eſt: quod
Deus coniunxit (veritas ipſa inquit) ho-
mo nonſeparet. Finis, ideſt, prolis ſuſcipiẽ-
dæ reſpectu, à iure naturæ. Qnod attinet
ad cõſenſum iuris gentium eſt, ſed & quo
ad conſenſum à iure naturæ, quoniam eo
iure neceſſarius etiam cõſenſus eſt. Quod
ad formã, iuris ciuilis. Quoad prohibitio-
nem, aut permiſsionem graduum, à iure
Pontificio. Quæ Bartoli, Baldi & plurium
vera traditio eſt. Quanuis illi ſic non ex-
plicent. Sed num, coniunctio ipſa in ma-
trimonio, aut ad coniunctionem inſtin-
5 ctus, à iure naturali? Et extat, inſtinctum
à iure naturæ eſſe. An & coniunctio ipſa,
6 id eſt, coitus, à iure naturali? Dixi cum,
Mario, & Fortunio[a] coitum, etiam matri-
monialem (qui non gratia liberorum iu-
ſtè procreandorum fiat) non eſſe ſecun-
dum naturam, ſed vicioſum[b]. Grego[c]. lib.
32. In Iob. Tunc ſolum, coniuges ſine cul-
pa in admixtione ſunt, cum non pro ex-
plenda libidine, ſed pro ſuſcipienda prole
miſcentur. Ambroſius ſuper Lucam, qui
non cauſa procreandæ ſobolis, ſed explen-
dæ libidinis, ſibi inuicem copulantur, non
tam coniuges, quàm fornicarij videntur.
Hieronymus[d] contra Iouianum hæreti-
cum, nihil eſt fœdius quàm vxorem ama-
re, quaſi adulterã. Certè, qui ſe cauſa Rei-
publi. & generis humani, vxoribus iungi
dicunt & filios procreare: Imitentur ſaltẽ
pecudes, vt poſtquam venter intumuerit,
non perdant filios, nec amatores ſe vxori-
bus præbeant, ſed maritos. Eleganter etiã
Clemens Alexandrinus contextorum. li-
bro. 2. cap. 10. coniunctionis tempus, ab ijs
ſolis conſiderari oportere ait, qui ſe ma-
trimonio iunxerint. Subditque τοῖς δὲ γε-
γαμηκόσι σκοπὸς ἡ παιδοποιΐα τέλος δὲ ἡ εὐτεκ-
νία. Quaſi matrimonij ſcopus, liberorum
procreatio ſit: finis, vt benè æditi benè e-
7 tiam inſtituantur. Quæſijt, & in propo-
ſito Accurſius[e], an ad peccatum iure natu-

a Mari. Salom. hic. fol. 7. Fortun. nu. 8.
b l. probrũ. ff. de verb. ſigni. auth. de inceſ. nupti. in prin.
c c. Nerui. §. pen. 13. di.
d c. Origo. 32. q. 4.
e Gloſ. coniugatio. ad finem.

ræ moueamur? & moueri nos credidit na-
turaliter ad peccatum, idque & Bartolus[f]
ſecutus videtur, nam & in Nouella[g], de re-
ſtitutio. & ea quæ parit. in. xj. Menſe, natu-
ralis concupiſcientiæ, fit mentio, & in illa
altera de Monach[h]. Naturam humanam
quoddammodo labi ad delicta. Zaſius[i],
hoc verum non eſſe, & à doctoribus im-
probari ait, ex corruptione enim intentio-
nis & mentis, voluntatiſq; peccata proce-
re. Ego idem, à Theologis didici. Neque
me ab Accurſio & ſequacibus citata mo-
uent, quibus abunde Fortunius noſter re-
ſpondet[k]. Dixi tamen (ne tanti Doctores 8
errent) Accurſij & Bartoli ſententiã ſuſti-
neri poſſe, in primis ad peccandum moti-
bus, non vt iure naturæ (quod illi prima
faciè dixiſſe videntur) ad peccandum mo-
ueamur, ſed quia motus illi primi, natura-
liter (omnium conſenſu) & in hominibus
ſunt: & in hominum manu non ſunt.
APPELLAMVS.) Theophilus[l] & qui- 9
dam alij[m], matrimonij vocem, de quanis
maris & fœminæ coninnctione (etiam in-
ter bruta animalia) vſurpant. At frequen-
tiores contrà, de ſola maris & fœminæ cõ-
iunctione inter homines, quorum hîc opi-
nio ſatis probatur, neque enim ócioſum
eſt, quòd priùs (id eſt cùm de omnibus ani-
malibus ſentit) coniũctionis generali ver-
bo vſus eſt, deinde cùm de hominibus ſpe-
cialiter. Quam nos (inquit) matrimonium
appellamus.
LIBERORVM procreatio.) Sed an nõ 10
vermes ſine parentibus procreantur? Ac-
curſius fatetur, & ius ſingulare non atten-
dendum reſpondet. Vt igitur iure ciuili, 11
ſic iure naturæ: ſingularia quæ ſunt, ad con-
ſequentiam non adducuntur. Nam & ve-
tus eſt, vna hirundo ver non facit. Quòd 12
verò, de Cuculo idem inculcat, Accurſia-
num ænigma, videri poſsit, cuculus enim,
auis eſt, quæ Græcè κόκκυξ & à voce dici-
tur, ea cùm partitudinis ſuæ tempus ap-
petit, nidum hypolaidis (quam curucam
vocant) animaduertit, inque eo, excluſis
illius ouis, oua ſua enititur. Hinc & Cu-
culi (per antitheſin vt arbitror dicendi e- 13
nim potiùs curucæ) homines dicuntur,
quorum adulteræ vxores ſunt, alienos e-
nim liberos, quaſi ſuos educant[n]. Igitur ſi-
ue de aue, ſiue de homine, accipias, educa-
tio liberorum, in hac ſpecie, ad parentes,

f Bar. in §. Huius ſtudij. nu. 4.
g Authẽ. de reſtitut. & ea quæ par. in. vndec. men. §. Vnum.
h Authẽ. de monach. §. ſi verò it.
i Zaſi. in parati tl. ſo. 4. & hic nu. 18.
k Fortun. hic. nu. 101.
l Theophi. in princ. inſti. de iu. natu. gent. & ciui.
m Cantiũ. inſt. de pat. poteſt. §. nuptias. boſch. de in. mari. in princ.
n Alciat. parer. libr. 7. ca. 5.

non ſpectat.

14 EDVCATIO.) Inſtinctus educandi liberos, à iure naturali eſt: neceſsitas à ciuili, Accurſius, & Claudius, & rectè. Nam, quia ciuilis neceſsitas hæc eſt, non pauci-
15 caſus ſunt, quibus ceſſat. Si filius ſufficiens ſibi[a] ſit, Si patri ingratus adeò, vt exhære-
16 dari poſſet: receptum enim, ex ijſdem cauſis, filio poſſe denegari alimenta, ex quibus exhæredari poteſt[b], ſed & filij iura tũc
17 prorſus perdet. Qua ratiõe, & ſi filium ingratum pater occidat, parricidij reus non
18 erit[c], ſed homicidij, niſi fortè, poſt cõmiſſam ingratitudinem reſipiſcat, & pœnitẽtiã agat[d]. In quo Doctores iuris vtriusque
19 conueniunt[e]. Sed & ſpurij iure ciuili neceſſariò non educantur[f], licet iure Pontificio[g] aliud ſit, id quod, & in foro Cæſaris ſeruandum eſt[h], ſecũdum communem ſen-
20 tentiam. Quid in educatione parentum? Bartolus, & alij tractant, eorunque opinio approbata magis eſt, qui non iure naturali, ſed gentium, ciuiliue originem neceſsitatemque, parentes educãdi inductam af-
21 firmant. Quid ergo eſt, quod Ciconiæ faciunt, quæ parentes, ſenio cõfectas alunt, vnde ἀντιπελαργεῖν, ideſt, merentibus gratiam in tempore referre, & Pelargici nomi, id eſt, Ciconiariæ leges, apud Ariſtophanem, & leges in iure noſtro, quibus liberi parentes alere iuſsi ſunt[i]? Reſpondeo cum Baldo, natura nihil intentatum reliquit, ſed in ea, ſingularia multa (quale & illud vermium eſt, de quo paulò antè) quæ meritò ad conſequentias non addu-
22 cuntur. Certè frater fratrem vt alat, neceſſitas ciuilis eſt[k], idque eſt receptius.
CAETERA.) Præter homines. Neque enim otioſum eſt[l], quòd non quædam dixit, ſed cætera, vt ſtatim ſubiungam.
23 PERITIA cenſeri.) Legunt hîc quidam perita cenſeri, id eſt videri, quod ego non probo. Budæus, cenſeri, id eſt, admirationi nobis eſſe præ cæteris, vt Elephas, Tigris, Ciconia. Sicque ad certa quædam animalia coarctat: qui ſenſus legis dubio procul nõ eſt. Dixiſſet enim, Quædã, non Cætera. Quid quòd & ſubijcit, Feras etiã beſtias &c. vt non de certis, ſed de cæteris, præter hominem animalibus, intelligere ſe oſtendat. Expoſui olim (idque & nunc quoque ſequor) cenſeri, id eſt in cenſum, ſiue numerum redigi peritiæ huius iuris.

a l. Si quis à liberis. §. ſed ſi filius. ff. de lib. agnoſc.
b Gloſſ. in l. ſi quis à liberis. §. idẽ iudex. ĩ gl. detulerat.
c Bar. in l. diuus. ff. ad l. Pompe. de parri.
d Specu. in titu. qui filij. ſint leg. §. pen. verſ. quid ſi filia.
e Cano. in c. quintaual lis de in. iuran. Claud. hoc col. vlt.
f Authẽt. ex cõplexu. C. de in ceſ. nupt.
g c. cum haberet. de eo qui dux. in matri.
h Gl. in d. c. cum haberet Deci. in c. clerici. col. 2. de iud. Ripa. in rubri. ff. de verborũ oblig. ad finem.
i l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parẽt.
k l. qui filium. ff. vbi pupil. educ. debe. l. cum plures. §. fi. ff. de admi. tuto.

Quomodo Apuleius Apologia prima, Eſt quidem Craſſus iſte, ſummus helluo, & omnis fumi non imperitus, ſed profectò ſtudio viuendi, quo ſolo cenſetur. Macrobius Saturn. libr. 1. Ianuarius igitur, Aprilis, Iunius, Sextilis, September, Nouember, December, vnde tricenis cenſebantur diebus. Et rurſus, Nec mirum, ſi gemini effectus, varijs nominibus celebrantur, cùm alios quoque deos ex contrario in eadem re duplici cenſeri & poteſtate, accipiamus, & nomine. Et iterum, Vnde vtrũ- 24
q; conſtat vna poteſtate cenſendũ. Theophilus, ἐν τοῖς τιμῶσι τοῦτον τὸν νόμον ἀναγεγραμμένα, ideſt, ijs, qui legem hanc obſeruant, adſcribi. Sed & οἱ ἐν τιμήματι, ij ſunt, qui in vnam vel alteram claſſem cenſebantur, vnde claſsici, proletarij, & capitecenſi dicti[l]. Verùm enimuero & hoc, quod animalia iuris peritia cenſeantur, à remotis (vt Zaſius inquit[m]) exaudiendum eſt. Quaſi virtus æſtimatiua, quæ eſt in animalibus, peritiam referat.

l Bud. in l. vlt. ff. de pignor. actio. & in Comment.
m Zaſi. in l. ſi à furioſo. col. 2. ff. ſi cert. pet.

IVS gentium eſt, quo gentes humanæ vtuntur: quod à naturali recedere, facilè intelligere licet: quia illud omnibus animalibus, hoc ſolis hominibus inter ſe commune ſit.

1 *Gẽtes, cæteræ natiões præter Romanos dictæ.*
2 *Gentiles hoĩes Romano Imperio non ſubditi.*
3 *Ius gentium, quare ſic appellatum, verè & nouè.*
4 *Ethnici cur dicti, qui Chriſtiani non ſunt.*
5 *Gentes, quæ ſecundùm rationem viuunt, ius gentium introduxerunt.*
6 *Singularia iura, in iure gentium ſicut in ciuili & naturali.*

IVS gentium.) Multa hîc de gentium appellatione, Baldus. Paulus, & alij. Ego in non vulgari ſignificatione, gentes appellari, iam pridem admonui, cæteras nationes omnes, 1
præter Romanos[n]: Cicero Philip. ij. Cur homines omnium gentium maxime Barbaros Ithyreos, cum ſagittis deducis in forum?

n l. ex præſtatione. cũ ſeq. C. de veſtig. l. vlti. C. de offi. mili. ind. l. poſtliminium. l. mulier. ff. de capti.

forum? Caſsiodorus libr. iij. variarum, Vt inter nationum conſuetudinem peruerſam, Gothorum poſsis demonſtrare iuſtitiam, qui ſic ſemper fuerunt in laudis medio conſtituti, vt & Romanorum prudentiam caperent, & virtutem gentium poſsi
2 derent. Sed & gentiles pari ratione, in qua
dam ſignificatione dicti ſunt homines Ro
mano imperio non ſubditi: quia non lege
3 ciuili, ſed iure gentium viuant[a]. Et ius er
go gentium, fortè ſic appellatum, quòd eo
non Romani ſoli, ſed gentes vterentur.
4 Nec diſsimili forma, Ethnici, ideſt, genti
les vocati, qui Chriſtianę legi non parent.
5 GENTES humanæ.) Omnes homines:
vt addas tamen, ex Theophilo τῶν λελογισμένως βιοῦν ἐθελόντων, id eſt, quæ ſecundùm rationem viuere volũt. Nam & quid
6 vetat, vt ſicut in iure ciuili, & (quod ſuprà
diximus in iure naturali) ſic in iure gentiũ iura ſingularia ſint[b]?

a l. 1. C. de nupt. gent. l. C. Theod. Alciat. parer. libro. 1. cap. 13.

b l. ius ſingulare iſrà de legib.

II. POMPONIVS. Libro ſingulari Enchiridij.

VEluti erga Deum religio, vt parentibus, & patriæ pareamus.

1 *Religio erga Deum, publici, an priuati iuris, an vtriusque.*
2 *Publicum, id tantum quod ad Pop. Romanũ pertinuit.*
3 *Sacra Pop. Romani ad eum tantũ pertinuiſſe.*
4 *Parentibus & Reipu. nati ſumus.*
5 *Parentibus an patriæ potius parendum ſit.*
6 *Metus reuerẽtiæ præſumptio vnde ſumitur.*
7 *Metus reuerentiæ an præſumatur in fratre erga fratrem ſeniorem.*

ERga Deum religio.) Pars ergo iuris priuati, religio Dei eſt. Atqui, ſuprà dixerat, publicum ius,
1 in ſacris conſiſtere. Accurſius diſſoluit du
pliciter, hîc de religione agi, illic de ſacris
ædibus, vel publicum, priuatumq; ius, tripertitum eſſe: colligi enim vtrunq; ex naturalibus præceptis, gentiũ, aut ciuilibus. De priuato tamen dictum id ſpecialiter, quòd de eo plura tradantur. Baldus religionem in genere, ex iure gentium publico eſſe, non ex priuato: quod in idem re
2 cidit: Alciatus aliter in parergis[c], publicũ,
in iure noſtro accipi, quod ad Pop. Roma. pertineat[d]. Quæ enim alijs gentibus pu
blica ſunt, pro priuatis haberi. At ſacra Po 3
pu. Roma. ad eum tantùm pertinuiſſe, nec cum cæteris gẽtibus, communia eſſe. Traianus ad Plinium, Solum (inquit) peregrinæ ciuitatis capax non eſt eius dedicationis, quæ iure noſtro fit.
VT PARENtibus & patrię paream[e].) 4
Naſcitur enim quiſque, nõ parentibus tantùm, ſed & Reipublicę[f]. Sed cui potius? Et
eſt receptius[f], patriæ in dubio parendum
eſſe. Diſciplina enim caſtrorũ antiquior 5
fuit parentibus Romanis, quàm charitas liberorum, nedum parentum[g]. Quod & Socrates apud Platonem in Critone conuincit: niſi fortè lis pecuniaria ſit inter patrẽ & patriam: pro patre enim tunc patrocinium filius ſuſcipiet[h]. Miles verò ſine diſtin
ctione patrię potiùs obtemperabit[i]. Cæte 6
rùm & ex hac parentum reuerentia illud
eſt, vt in filio erga patrem, metus (vt vo
cant) reuerentialis præſumptio ſit[k]. Sed & 7
præſumitur ille in vxore erga maritum, & (quod Aretinus[l] notat) in fratre iuniore erga ſeniorem, cum quo habitat, & à quo gubernatur. Aretinum, Claudius[m], Carolus[n] & plures[o] ſequuntur.

c Alciat. parer. lib. 2. cap. 35.

d l. Bona ciuitatis. ff. de verb. ſigni.

e l. 1. §. & gñaliter. ff. de lega. pſt.

f Iaſo. & Claud. colũ. vlti.

g l. Poſtliminium. §. filius. ff. de capt. l. minime. ff. de relig. & ſum pti. fune.

h l. pen. infrà. de poſtul.

i l. militẽ. C. de procur.

k l. 1. §. qua onerãda. ff. qua. re. act. non det.

l Aret. cõſil. 24. col. 2.

m Claud. in repe. hu^9. l.

n Car. cõſi. 6. n. 18. lib. 3. & conſil. 98. nu. 24. lib. 1.

o Tiraq. de primig. in præfat. nu. 139.

III. FLORENTINVS. Libro primo Inſtitutionum.

VT vim atq; iniuriã propulſemus. Nam iure hoc euenit, vt quod quiſq; ob tutelam corporis ſui fecerit, iure feciſſe exiſtimetur: & cũ inter nos cognationem quandam natura cõſtituit, conſequens eſt hominem homini inſidiari nefas eſſe.

1 *Defenſionis origo à iure naturali eſt.*
2 *Defenſionis moderamen à iure gentium, an à iure ciuili ſit.*
3 *Defenſio, licita omni iure humano.*
4 *Defenſio, licita iure diuino.*
5 *Occidens lege permittente an ſit tutus in foro conſcientiæ.*
6 *Communes opiniones contrariæ.*
7 *Communes aliæ contrariæ.*
8 *Defenſio licita eſt, vbi offenſio illicita, & per contrarium.*

9 *Emẽdationi propinquorum, aut ſuperiorum reſiſtendum non eſt.*
10 *Magiſtro caſtiganti diſcipulus non reſiſtit.*
11 *Emendationi immodicæ reſiſti poteſt.*
12 *Priuato vim inferenti, quando liceat reſiſtere.*
13 *Bannitus aggreſſorem an impunè occidat.*
14 *Banniti res impunè offenduntur.*
15 *Transfugas occidi poſſe, ius ſingulare eſt.*
16 *Magiſtratui vim inferenti, an liceat reſiſtere.*
17 *Defenſio rerum an ſit licita.*
18 *Turbanti, aut inquietanti reſiſti poteſt.*
19 *Opus in ſolo meo & à me poſſeſſo factũ, propria auctoritate demoliri poſſum.*
20 *Auferenti reſiſti poteſt.*
21 *Furem nocturnum & diurnum an æquè occidere liceat.*
22 *Defenſio pro vili re non adeo licet.*
23 *Clericus pro defenſione rerum neque occidere, neque mutilare poteſt.*
24 *Occidens hominem pro defenſione rerum in foro conſcientiæ tutus non eſt.*
25 *Defenſio alterius, an licita ſit.*
26 *Defendere alterum non cogimur regulariter iure fori.*
27 *Clerici defendendi ſunt.*
28 *Clerici in flagranti crimine comprehenſi, iure detineri poſſunt, vt Epiſcopo tradantur.*
29 *Subditi ſuperiores defendere tenentur.*
30 *Defendere quis alium tenetur, in foro conſcientiæ.*
31 *Moderamen inculpatæ tutelæ, quod ſit & ex quibus conſtet.*
32 *Modus in defendendo qualis eſſe debeat.*
33 *Tempus defenſionis, quomodo attendendum ſit.*
34 *Minantem an liceat occidere.*
35 *Fugere qui poteſt, an teneatur fugere.*
36 *Defenſionis cauſa, qualis eſſe debeat.*
37 *Defenſionis, an vindictæ cauſa quis in dubio faciat?*
38 *Defenſio à iure gentium primæuo eſt.*
39 *Cognationem inter nos, à natura inſtitutam, quo vero ſenſu dictum.*
40 *Natura, id eſt, ratio naturalis.*

VT VIM atque iniuriã propulſemus.) Tria hic videnda, ex quo iure defenſio originẽ habeat? Qui-
1 bus caſibus permiſſa ſit? Quis defenſionis modus eſſe debeat? Et defenſionem à iure gẽtium eſſe, hic videmus[a]. Alibi à iure naturæ. Sed crebrior opinio ita diſſoluit[b], vt origo defenſionis à iure naturali ſit: mode- 2
raminis, à iure gentium. At repugnat ſibi Bartolus[c], qui moderamen hoc inculpatæ tutelæ à iure ciuili[d] introductum ait. Quocirca, cogitãdum Iaſon exiſtimauit[e]. Ego Claudio aſſentior veriſsimè diſtinguenti: moderaminis rationem generalem, an formam inſpicias: primo caſu, à iure gentium primæuo eſt: dictat enim eius iuris regula, vt non minùs defendendo, quàm offendendo: quod tibi non vis, alteri nõ facias[f]. Secundo caſu, à iure ciuili eſt. Eo enim formula tuitionis præſcripta: vt ſtatim dicemus. Et hæc de origine. Licita verò de- 3
fenſio eſt, non ſolum iure naturali, & gentium, à quibus originem trahit, ſed & ciui-
li[g], Canonico[h], Regio[i]. An & diuino? Ac- 4
curſius hic negaſſe videtur, dum ius fori, & poli diſtinguit. Contrà frequentiores aiunt[k]. AEquiparari enim, in hoc ius naturale, & diuinum. Quid, quòd vim vi defendere, omnes leges, omniaque iura permittere, & ciuili & Pontificio iure teſtatum 5
eſt[l]. Neque mutat, quòd qui lege permittente, homicidium committit, peccat, eique pœnitentia in foro conſcientiæ impònatur[m]. Quæ opinio receptior eſt[n]: quan-
uis Alexander contrariam communem di- 6
cat[o], vt videri poſsit non leue argumentum hoc, iure diuino defenſionem ad necem vſque ſaltim extendi non poſſe. Reſpondeo enim, receptam illam ſentẽtiam non procedere, cum legis permiſsio ratio- 7
nabilis eſt[p], & iuri diuino conſona. In propoſito verò iuſtiſsima, vt pote quæ & naturæ, & iuri gentium conueniat. Licita 8
præterea defenſio eſt, vbicunque offenſio eſt illicita. Contrà illicita defenſio, vbi offenſio licita. Patri ergo emendanti 9
filius non reſiſtit[q]. Sed & neque matri, quanuis enim poteſtas inæqualis ſit, pietas tamen vtrique, æqualis debetur[r]. Neque patri ſpirituali filius ſpiritualis[s]: neque marito vxor[t]: neque fratri maiori minor, aut ſuperioribus propinquis, inferiores qui ſunt[v], non domino ſeruus, Abbati monachus, prælato ſubditus, magi- 10
ſtro diſcipul⁹[x]. Quę opinio cõmunis eſt[y]. Omnia tamen hæc ita demum procedũt. Si & moderata emendatio fuerit: ſi enim

immodica

a l.3. §. Cũ arietes. ff. ſi quadru. pau pe. fec. dica. l.1. §. eũ. ff. de vi & vi arma.
b Bart. col. 3. Claudius. col. 4.
c Bart. in l. & in §. oppo.
d l.1. C. vnde vi. l. ſcẽtiam. §. qui cum aliter. ff. ad legem Aquil.
e Iaſ. n. 17. Clend. colũ. quarta.
f c. Ius naturale. di. 1.
g l. ſed & partus. §. q̃ri. ff. Quod met. cau.
h c. 2. c. ſi gnificaſti. 2. de homicid. clem. vnica. de homicid.
i l. 2. tit. 8. par. 7. l. 2. ti tu. 17. lib. 4. fol. 4. titu. 13. libr. 8. ordina.
k Pau. col. 2. Claudius. in 1. lect. co. 5. in 2. col. 11.
l l. Scientiam. §. Qui cum aliter. ff. ad legem Aquil. c. ſi gnificaſti. 2. de homic. c. dilecto. de ſẽten. excom. in ſexto.
m Gl. in c. inter hæc. 33. q. 2. Iaſ. hic. nu. 22.
n Iaſ. in l. ſi plagij. col. 1. ff. de ver. obliga. fort. in tract. de vlti. fine iu. ciu. & can. nu. 29.
o Alex. in l. ſi plagij. col. 2.
p Abb. in c. 2. col. 2. de homicid.
q l. 1. & 2. l. Congruentius. C. de pat. pot.
r l. Furioſa. ff. de cura. furio.
s ca. pœnitentium. 30. q. 3. in gl. vlt.
t l. Conſenſu. C. de repu.
v l. 1. vbi Bald. C. de emend. propinq. §. duorum. inſtit. de nupt. gl. in l. veſtẽ. ff. de iniu.
x l. Sed et ſi quæcunque. §. ſi magiſter. ff. ad l. Aquil.
y Ana. in rubr. de magu. col. 2.

a Claudius.colum.2.
b l.quarta.ff.ad legem Aquiliam.l.Sed & partus.§.quæri.ff.Quod metus cauſa.
c Claudius.colum.3.
d Glo.in §.relegati.inſti.quib.modis ius pat.pot.ſol.

s Claudius.colum.5.Iaſo.nume.25.
t l.Si ex plagis.§.Tabernarius.ff.ad leg.Aquiliam.Matheſ.notab.135.
u Gl.in ca.2.23.q.3.ca.ſuſcepimus.de homicid.
x Panormi.in cap.2.de homicid.
y l.prima.ff.de iniu.

11 immodica ſit (etſi non ad necem tendas)
reſiſtere ſuperiori inferior poterit iuſtiſſi
mè: quod Bartolus, Claudiusque notant[a].
12 Quid igitur, ſi priuatus priuato vim infe-
rat? Et eadem ratione concludunt: ſi li-
cita violentia ſit, defenſionem futuram il-
13 licitam[b]. Bannitus ergò (quem lege mu-
nicipali occidere permiſſum ſit) ad ſui de-
fenſionem aggreſſorem impunè minimè
occidet. Quod omnes fatentur[c]. Quòd ſi
legis municipalis permiſsio ceſſet, iure ſe
tuebitur. Deportatis enim banniti æqui-
parantur[d]. Vnde & ea quæ iuris gentium
ſunt (qualis defenſio eſt) non amittent[e].
Quæ & ipſa receptiſsima opinio eſt[f]. In
54 eorum certè res damnum impunè dabi-
tur[g]. Nam quòd transfugas occidere per-
55 miſſum eſt[h], id ius ſingulare eſt, eorum o-
dio, qui transfugere ad hoſtes ideò credũ-
tur, vt ſuorum ſecreta reuelent. Quid ſi
56 magiſtratus vim faciat? Et eſt tunc quoq;
concors opinio[i]: ſi vt priuatus faciat, reſi-
ſti ei poſſe: ſi faciat vt magiſtratus, non
poſſe[k]. Quinetiam etſi faciat iure magi-
ſtratus, iniuſtè tamen eum facere manife-
ſtum ſit, iure reſiſtitur[l]. Idem, etſi dam-
num irreparabile ex facto iudicis immi-
neat[m]. Idem, etſi iudicis iuriſdictio perpe-
tua ſit. Quæ latiùs Paulus, Iaſon, & Soci-
17 nus tractant[n]. Sed nunquid licita etiam
defenſio eſt pro tuitione rerum? Et licere
omnes admittunt[o]: vt vel occidere liceat
18 aggreſſorem, cui etiam reſiſti poteſt, ſiue
turbet nos, ſiue inquietet: vnde, opus in ſo
19 lo meo, & à me poſſeſſo factum propria
auctoritate demoliar[p], omnium conſen-
20 ſu[q]: ſiue noſtra auferat[r]. Neque erit inter
nocturnum, diurnumq; furem aliqua dif-
21 ferentia, modò cætera paria ſint, id eſt pe-
riculum rerum (niſi furem occidendo) vi-
tare dominus non potuerit. Quæ etiam
22 communis opinio eſt[s]. Non procedunt ta-
men hæc, ſi viles res ſint, vt cùm pro lu-
cerna recuperanda, viatori oculum taber-
narius effodit. Si enim ab eo prior flagel-
lo non vapulaſſet, ſed cùm ei lucernam e-
ripere vellet, rixatus eſſet, tabernarij cul-
23 pa factum videretur[t]. Clericis verò, pro
defenſione rerum occidere, aut mutilare
non licet, verberare, vulnerareue (ſi aliter
propulſari violentia non poſsit) licebit[u].
Poſtremo, ſiue clerici, ſeu laici ſint, in fo-
ro conſcientiæ tuti non erunt, qui pro de-
24 fenſione rerum occidant[x]. Quid, ſi offen-
datur alter? an ad eius defenſionem vim
25 inferre liceat? Et ſi filio vis fiat[y], ſi paren-
ti[z], conſanguineis[a], cognatis[b], viro, aut v-
xori, dubium non eſt. In extraneis, dubi-
26 tatio maior. Sed & tunc licitam, plures fa-
tentur[c]. Cui proximum & illud eſt: num
extraneum periclitantem teneamur de-
fendere? Et iure fori non teneri nos, om-
nes affirmant[d]. Licet enim pro defenſio-
ne alterius pecuniam accipere[e]: quod nõ
liceret, ſi defenſio neceſſariò eſſet ſubeun-
da[f]. Quod tamen quibuſdam caſibus mo-
27 derantur. Primus, cùm quis poteſtatis, aut
iuriſdictionis ratione aggreſſorem cohi-
bere poteſt[g]. Secundus, ſi clericus ille ſit,
qui offenditur: tenebitur enim quiſque
eum defendere[h]: tangẽdi enim non ſunt[i],
28 niſi fortè, cùm in flagranti crimine depræ-
henduntur, rixa, furto, vel adulterio. Li-
cet enim manus inijcere, vt epiſcopo tra-
29 dantur[k]. Tertius eſt, cùm ij offenduntur,
quibus aliqua ratione ſubditi ſumus. De-
fendet itaque ſeruus dominum: filius pa-
trem: & generaliter, quicunque, qui par-
ricida eſſet, occidendo: Vaſſallus, adſcri-
ptitius, famulus dominum: Diœceſanus
Epiſcopum: parochianus Sacerdotem pa-
rochum. Quę omnia recentiores. (ſed præ
cæteris Claudius[l]) latiùs hîc perſequũtur.
30 Iure verò poli, aut (vt vocamus) conſcien-
tiæ, periclitãtem (ſi poſſum) defendam[m].
Quod etiam omnes admittunt. Quòd ad
31 moderamẽ attinet, Bartolus & plures hîc,
tunc inculpatam tutelam credunt, cùm pe-
riculũ aliter vitari nõ potuit. Alibi[n] ijdem
diſtinctiùs, modũ, tẽpus cauſam conſide-
32 rãt. Et modus quidẽ, in eo adhibendus, vt
ſi armis vis inferatur, repellamus armis,

e l.quidã.ff.de pæn.
f Iaſo.nu.15.Claudius colũ.2.ad finem.cum ſequen.
g Glo.in c.1.§.Si quis aliũ.de mili.vaſſa.q contu.eſt.
h l.tertia.§.transfugas.ff.ad legem Corne.de Sica.
i Angel.hic.
k l.non videntur.§.q iuſſu.ff.de regu.iur.in dict.glo.
l l.Prohibitũ.l.defenſionis facultas.C.de iuſſ.lib.10.
m l.Si quis prouocatione.C.de appella.
n Pau.hic.col.2.Iaſ.n.19 Soc.in reg.541.inci pié.violentia.
o Iaſo.nu.23.Deci.nu.31.Claudius col.3.
p l.Quemadmodum.ff.ad l.Aquiliã.l.de pupillo.§.meminiſſe.ff.de no.op.nun.l.ſi vi tem.§.ſi ad ianuam.ff.quod vi aut clam.
q Alciat.in parer.li.2.cap.20.
r l.4.ff.ad legem Aquiliam.l.furem.ff.ad l.Corneliam.de Sica.

z l.1.& 2.ff.de liber.cau.
a l.lex Cornelia.ff.de iniu.
b l.Vnica.cum glo.cõ ſuẽti.C.de rap.virgi.Iaſo.hic.n.27.
c Paul.nu.10.Iaſo.nu.29.Claudi⁹.col.penul.
d Iaſ.num.31.Claudius in 2.lectio.col.3.Feli.in c.quia.col.2.de ſen ten.excom.
e l.Metũ.§.ſed licet.ff.quod met.cau.
f l.Idem.ff.de con.cõ tur.cau.
g l.Culpa caret.cũ gl.ff.de regul.iuris.
h c.Quanta.de ſentẽ.excom.
i Gloſſ.in authenti.de non alie.§.ſuper hoc.i gloſſ.de gener.
k Bal.in l.ſi qua p calumniã.nu.4.C.de epi.& cler.Fel.& Deci.in ca.cùm non ab homine.de iud.Hippoly.in ſingul.537.
l Claudi⁹.col 5.
m c.nõ inferẽda.23.q.2.

n Bartol.& Doctor.in l.1.C.vnde vi.

ſi ſine

ſi ſine armis, æquè[a]. Vnde quæſitum eſt, quid ſi pugno vnus, pluſquã alter enſe feriat? Et eſt verius, imbecilliori ius datum
33 telo ſe defendendi. In tempore, notatum eſt[b], neceſſe non eſſe, vt prius, vt percutiare expectes. Sufficit itaque armorum terror, & percutiendi iactatio. Quare & Bartolus eleganter[c], cui alij accedunt[d], defenſionem probant, ſi probet quis, eum à ſe hominem occiſum, qui contrauenirет enſe. Quid igitur, ſi Seio Titius minat' ſit?
34 Et receptior opinio ĩ eo articulo illa eſt[e], vt diſtinguamus: exequine ſolitus minas ſit, an non? illum occidi iure poſſe, hunc non poſſe. Nam etſi, Seio Titius minetur, hicq́, & potens, & minas effectui mandare ſolitus ſit, dein Seius occiſus inueniatur, à
35 Titio occiſum præſumptio eſt[f]. Sed quid, ſi fugere potuiſti & non fugis? Bartolus, Florentinos à Piſanis diſtinguit. (Idq́; fortè in Piſanorum gratiã.) Alij frequẽtiùs[g], neminem teneri, vt fugiat. Accidere enim
36 multa poſſunt, propter quæ cadat. In ſumma, cauſa defenſionis, ea erit, vt ad iniuriã propulſandam, ad defenſionem, nõ ad vindictam facias[h]. Idque expeditum eſt. Sed
37 num in dubio, defenſiõis, an vindictæ cauſa, factum dicemus? Et facti, perſonarumque qualitatem conſiderãdam, Accurſius, Bartolus, Baldus, & plures exiſtimant[i]. Quid enim, ſi aggreſſor ſatiſdationem offerat de poſſeſsione reſtituenda cum omni cauſa, hocque aduerſarius cõtenius minimè ſit? ad vindictam facere magis videbitur, vt omnes fatentur[k]. Plurimum itaq; in his arbitrio iudicis deferendum eſt.
38 NAM iure hoc.) Gentium primæuo.

CORPORIS ſui.) Maximè: quid ſi alieni? quid ſi non ad corpus, ſed ad rerum tutelam? ſuprà explicuimus.

COGNATIONEM.) Accurſius ad primum omnium parentem refert. Quæ
39 interpretatio veriſsima quidẽ eſt per ſe: ſed legi ethnici Iuriſcõſulti non quadrat. Hi igitur melius, qui ex Cicerone lib. 5. finium enarrant. Ille enim Piſonem Academicum, his verbis, hac de re diſſerentem inducit. In omni autẽ honeſto, quod per ſe expetendum dicimus, nihil eſt tam illuſtre, nec quod latiùs pateat, quàm coniunctio inter homines hominũ, & quaſi quædam ſocietas, & communicatio vtilitatũ, & ipſa charitas generis humani, quæ nata à primo ſatu, quo à procreatoribus nati diliguntur: & tota domus coniugio, & ſtirpe coniungitur: ſerpit ſenſim foras, cognationibus primùm, tùm affinitatibus, deinde in amicitijs, pòſt in vicinitatibus cũ ciuibus, & ijs, qui publicè ſocij, atque amici ſunt: deinde totius complexu gentis humanæ, quæ animi affectio, ſuum cuique, tribuens, atque hanc, quam dico ſocietatem coniunctionis humanæ, munificè, & æquè tuens, iuſtitia dicitur: cui ſunt adiunctæ pietas, bonitas, liberalitas, benignitas, comitas, quæque ſunt generis eiuſdem. Atque hæc, ita iuſtitię propria ſunt, vt ſint virtutum reliquarum communia: nã cùm ſic hominis natura generata ſit, vt habeat quiddam innatum, quaſi ciuile, & populare, quod Græci politicon appellant: quicquid aget, quæque virtus, id à communitate, & ea, quam expoſui charitate, atque ſocietate humana, non abhorrebit.

NATVRA) Id eſt, ratio naturalis. Zaſius, in Paratitlis, & rectè. Ipſe de natura naturanti (vt appellant) accipi hæc poſſe, docui aliàs. Quæ ſi repetam, nũc otioſior videri poſsim.

NEFAS eſſe.) Nam & per contrarium, beneficio affici hominem, intereſſe hominis, pulchrè Papinianus reſpondit[l].

IIII. VLPIANVS, Libro primo inſtitutionum.

MAnumiſsiones quoq;, iuris gentium ſunt. Eſt autem manumiſsio de manu miſsio, id eſt, datio libertatis: nam quã diu quis in ſeruitute eſt, manui & poteſtati ſuppoſitus eſt: manumiſſus liberatur poteſtate, quæ res à iure gentium originem ſumpſit: vtpote cùm iure naturali omnes liberi naſcerentur, nec eſſet nota manumiſsio, cùm ſeruitus eſſet incognita. Sed poſtea quàm iure gẽtium ſeruitus inuaſit, ſecutum eſt beneficiũ manumiſsiõis: & cũ vno naturali nomine, hoĩes appellaremur: iure gẽtiũ tria genera eſſe cœperunt, liberi: & his contrariũ, ſerui: & tertiũ genus liberti, id eſt,

a l. 3. §. cũ igitur. ff. de vi & vi armata.
b Gloſ. & Bar. & Doctor. in l. 1. C. vnde vi. Aret. in tract. maleſi. in verbo, & dict' Titius. verſi. quærit ibi gl. Bal. in l. vnica. n. 22. C. de cõfeſſ.
c Bar. in l. ſed etſi quacũq; ĩ princ. ff. ad l. Aquil.
d Alex. in 1. vol. conſi. 109. colũ. 3. Hipolli. in l. 3. n. 48. ff. ad l. Cornel. de Sicar. Deci. nu. 10.
e Iaſ. hic. nu. 14.
f Dyn. Bal. & Imol. in l. vlt. ff. de hære. inſtit.
g Alex. in 1. vol. conſil. 109. Iaſ. hic. ad fi. Claudius. col. 11.
h l. ſcientiã. §. qui cũ alter. ff. ad l. Aquil.
i Gloſ. & Doct. in l. 1. C. vnde vi.
k Sal. c. ĩ l. 1. C. vn vi.
l l. Seruum. ea lege. ff. de ſer. expor.

id eſt, hi qui deſierant eſſe ſerui.

1 *Manumiſsio ex iure gentium ſecondario eſt.*
2 *Manumiſsio, quomodo datio libertatis.*
3 *Communes opiniones contrariæ.*
4 *Manumiſſor format libertatem, non transfert.*
5 *Manumiſsio, de manu datio.*
6 *l. 90. & 93. titul. 8. part. 3.*
7 *Manus pro dominio.*
8 *Pactum, ne res exeat de manu tua, non impedit locationem, aut pignus.*
9 *Locatio ad longum tempus, vtile dominium transfert.*
10 *Alienatione prohibita, non poteſt fieri locatio ſimplex cum pacto renouandi.*
11 *Pignori opponere quando non liceat, ſi dictũ ſit, ne res de manu exeat.*
12 *Manibus ſe tetigiſſe teſtis dicere poteſt, de re quæ non niſi intellectu concipiatur.*
13 *Ius naturale pro iure gentium primæuo.*
14 *Serui an hodie ſerui naſcantur.*
15 *Nobilitatis ratiõe immunitas probari vix poteſt in locis à tributo exemptis.*
Seruitus multiplex, & à quo iure proceſſerit.
16 *Seruitus ab ebrietate quo ſenſu proceſsiſſe dicta eſt.*
17 *Seruitutes agrorum, à iure gentium.*
18 *Homo iure naturali, nomen omnibus commune.*
19 *Homo, vox naturalis.*
20 *Homo, vox communis, & cur?*
21 *Fallacia compoſitionis, ſeu diuiſionis.*
22 *Commodans duas res, & promittens tres, an teneatur præſtare quinque.*
23 *Libertini & liberti quæ differentia.*
24 *Vallæ obſeruatio aduerſus iuriſperitos perpetua non eſt.*

MANVmiſsiões qnoq́ue.) Expoſitis exemplis iuris gentium primæui, tranſit ad ſecũdarij exẽpla.

1 IVRIS gentium.) Secundarij.

EST autẽ manumiſsio datio libertatis.) Sic Accurſius, ſic antiqui oẽs legunt. Vn-
2 de etiã inextricabilis quæſtio: quam libertatẽ manumiſſor det, propriam ne an alienã, detegat ne magis, quàm det? & alij dari idest, detegi eã, quæ iure naturæ cõpetat. Alij impropriùs multò, dare manumiſſorem libertatẽ, quam habet[a], neq; eam minui, quemadmodũ & artificia vſu augentur[b]. Quam opinionẽ Iaſon receptã ait[c]. Alij dari eã, quam non habet ille, qui dat, vſusfructus formalis exemplo[d], quem dominus dat, cùm ipſe nõ habeat, neq; enim ſibi res ſua ſeruire potuit[e]. Nã & creditor, rerum debitoris dominium dat, quod nõ habet[f]: ſuntq́; ſimilia non pauca[g]. Quæ ex
poſitio, auctore Claudio[h], receptior eſt. 3
Format igitur manumiſſor, aut creat liber
tatem in ſeruo manumiſſo, non transfert[i]. 4
Scitè enĩ Baldus[k], ſi do (inqt) tibi libertatẽ formo in te libertatẽ. Nã intelligibiles formæ imprimuntur: & tñ non minuuntur à ꝓprio ſubiecto informãte. Sic Imperator dat legitimitatem, ideſt, format hanc qualitatẽ in legitimato: ſicut Sol format quaſdam qualitates in materia, quæ nõ ſunt in ſole: vt colores. Haloander legit: Eſt au-
tem manumiſsio de manu datio. Quæ 5
lectio cæterorum anxietates cõponit: eiq́;
& Regia quædam lex applaudit[l]. Codex 6
Florent. Eſt autem manumiſsio, de manumiſsio, ideſt, datio libertatis. Vtcunque id ſit, definitio hæc κατὰ μεταφοράν, id eſt, ꝑ tranſlationem facta eſt, cuiuſmodi & illæ, litus eſt, quo maximus fluctus eliditur[m], legatum eſt delibatio hæreditatis[n], aut κατὰ ἀντίληξιν, verbum enim verbo redditũ eſt, quomodo & donatio, doni datio eſt[o].
MANVI & poteſtati.) Manus hîc, ꝓ do- 7
minio ponitur. Vnde Bartolus, & alij argumentum ſumunt. Si rem hoc pacto tibi vẽdiderim, ne de manu tua exeat, poſſe te lo-
care rem, & pignori tradere. Neque enim 8
locatio, aut pignoris oppoſitio, dominiũ transfert[p], quæ opinio cõmunis quidem
eſt[q]. Sed in locatione ad longum tẽpus nõ 9
procedit, vtpote per quam, vtile dominiũ in conductorem tranſeat[r], ex cõmuni aduerſus Accurſium ſententia. Idemq́; erit,
etſi ad modicũ tempus (verbi gratia de no 10
uennio in nouenniũ, quinquẽnio in quinquennium, biennio in biennium) facta ſit, cum pacto de renouando[s]. Sed & quod de
pignore dictũ eſt, tunc non procedet, cùm 11
pro tanto pretio, pignori res obligetur, vt veriſimile ſit, eũ qui pignori dedit, nũquã luiturũ[t]. Quod & in ea ſpecie, Baldus, Fulgoſi[*], & recẽtiores ꝓbant, cũ potẽtiori, & id gen[*] homini, pignori data res eſt, à quo non facilè q dedit, recuperare poſsit. Sunt & manus

a §. pen. inſti. de liber. b l. legatis. §. ornatricibus. & leg. 3. c Iaſo. hic. col. vlti.

d l. Qũ noſtrum. ff. de vſuf. e l. vt ſeruit. in principi. ff. ſi vſuſfr. pet. f §. 1. inſtit. quib. alien. lic. vel non. g Iaſ. in l. qui in alie. na. §. interdum. nu. 22. ff. de acqui. hæred. h Claudius hic. col. 2. i Angel. hic. col. 1. k Bal. in l. ſi qua illuſtris ad fin. C. ad orphi. l l. 99 & 93. titul. 18. par. 3. m l. Litus. ff. de verbo. ſignif. n l. legatũ 2. ff. de l. 1. o l. Senat[*]. §. Donation. ff. de donat. cau. mor. Alcia. parer. libro. 9. ca. 21. p l. non ſolet. ff. loca. q Iaſo. n. 6. Claud. col. 2. r Bart. & Doct. ĩ l. codicillis. §. inſtituto. ff. de le. 2. Alex. ĩ l. ſi dom[*]. §. ſi. de leg. 1. glo. in l. 1. §. qui ſuper ficiem. ff. de ſuperfi. s Authẽt. de non alie. aut permu. §. quod aũt. verſ. neque illud. vbi Ange. t l. q habebat. in prin. vbi Bar. de leg. 3.

& manus ſignificationes aliæ permultæ, de quibus Baldus cæterique in præſentia, nos alio in loco. Illa tamẽ, vel cum primis, notanda eſt, cùm ad intellectum refertur,
12 vt cùm teſtis de re, quæ non niſi aut oculis aut intellectu, percipi potuit, manibus eã, ſe tetigiſſe ait, neque enim illi minor fides ob id adhibenda[a].

A IVRE gentium.) ſecundario.
13 IVRE naturali.) Id eſt, iure gentium primæuo.

LIBERI naſcerẽtur.) An & hodie? & receptius eſt, ſeruos hodie, nõ liberos naſci: ſed ſeruos[b], immutabile enim in genere, ius naturale eſt, in parte derogari ei per ciuile potuit.
14 ESSET incognita.) Sic enim & priuatio, habitum (vt dicere ſolemus) ſupponit. Eo demque argumẽto difficile ferè eſt, vt immunem ſe, generis, ſiue nobilitatis ratiõe, quis probet, qui in eo loco vixerit, in quo omnes immunes ſunt. Quomodo Regiæ leges, quę de iure nobilitatis probando, latæ ſunt, intelliguntur: quas alij alijs rationibus explicant[c].
15 IVRE gentium ſeruitus inuaſit.) Seruitus à iure diuino quædam eſt, ſecundùm quam, is qui peccat, peccati ſeruus efficitur[d]. Alia, à nouo teſtamẽto, originem habet, qua per CHRISTI Seruatoris noſtri paſsionem, Iudęi in ſeruitutẽ redacti[e]: alia ab ebrietate Noe, cùm Chanaam filio Can maledixit[f]: Maledictus Chanaam
16 ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis. Et rurſus, ſemel atq; iterum: ſit Chanaam ſeruus eius. Non eſſet (Ambroſius inquit) hodie ſeruitus, ſi ebrietas non fuiſſet. Neq; enim illis ſolis nocent vina, quos ieutat, ſed etiã illis amplius, oculis quorum temulentia ebrioſorum membra nudantur. Fuit itaq; ſeruitutis occaſio, ebrietas, qui Canonis[g] expeditus eſt ſenſus. Neque video, qua in hoc neceſsitate adacti (etſi maximè id doctiſsimi quidam viri imaginẽtur) illuc torqueamus, vt ſeruum appellet ebrium, qui rationis vſura orbatus, fiat ſicut iumentũ. Quarta hęc eſt, à iure gentium ſecũdario. Quinta à iure ciuili, cùm ſe homo liber vẽdit, ad pretium participandum[h]. Sexta à iure canonico eſt, qua, capientium ſerui, ij efficiuntur, qui merces ad fidei hoſtes ex-
17 portant[i]. Sed num & ſeruitutes agrorum à iure gentiũ? Et eſt verius[k] atq; recepti[l], origine eſſe ex iure gentium, approbatione & forma, ex iure ciuili[m]. Neq; Baldum[n] audio, qui libertates agrorum, à iure gentium, ſeruitutes à iure ciuili, eſſe opinatus eſt. Idem alibi[o], ſeruitutes omnes, quoad materiã, & formam, ex iure ciuili eſſe.

VNO.) Homines videlicet.

HOMInes.) Homo igitur, naturalis vox 18
eſt, vt mirum minimè videri debeat, q̃ & nunc quoq;, id eſt, poſt ius gentiũ, ciuileq;, 19
eadem eſt communis, maſculum enim & fœminam comprehẽdit[p], quomodo & apud Græcos ἄνθρωπος. Nam & Hebræi, A- 20
dam, qua voce terra natum hominẽ ſignificant, ad vtrunq; ſexum referunt[q].

TRIA hominũ genera.) Genus pro ſpecie, vt noſtri ponunt[r]. Sed cùm iure naturali, homines vocarentur: iure gentiũ, tria eſſe genera cœperint, quatuor igitur hominum genera ſunt? Accurſius & alij, com- 21
poſitionis, ſiue diuiſiõis fallaciam ſubeſſe notant: ineſt enim maiori numero, numerus minor, vbi illum dinumerat. Pone er- 22
go, commodaſſe me tibi duos equos, dein de promiſiſſe tres, num in trium numero & ij computandi ſunt, quos commodaui? Et Bartolus, computãdos exiſtimat: quod & cæteri ſequuntur[s]: niſi dictum ita ſit, efficiam, vt habeas tres, cum duobus quos habes[t].

LIBERtini.) Libertinus, relatiuũ inge- 23
nui eſt, libertus patroni, per libertinum, ſignificamus conditionem hominis, per libertum, priuatũ quendã reſpectũ, auctor Valla, cuius differẽtiæ quaſi ignaros iuris ſtudioſos, repræhendit, quòd nec Iaſonẽ hîc lauit[v]. Ego aliàs pluribus verbis, & ex Iuriſconſultorũ vſu[x], & ex bonis auctoribus oſtẽdi, Vallæ obſeruationẽ hanc, per- 24
petuã non eſſe, neq; vocum iſtarum vſum tanta (quantam ipſe putabat) religione adſtringi. Plautus in Perſa,

Sed ita pars libertinorum eſt, niſi patrono qui aduerſus eſt.
Nec ſatis liber videtur, nec frugi, nec honeſtus ſatis:
Ni illi officit, ni ei maledixit, ni ingratus repertus eſt.

¶Suetoni[9] in Auguſto huc trãſibat, aut in. alicuius libertinorũ ſuburbanũ. Et paulò. pòſt, Valerius Meſſala tradit, neminẽ vnquã libertinorũ adhibitũ ab eo cœnæ, excepto Mena, ſed aſſerto in ingenuitatem.

Quid

a Bar. in l. vlt. C. de peri. nomi lib. & Alex. in l. 1. ĩ fine prĩcipij. ff. de verb oblig.
b l. Interdũ. ff. de natal. reſtit.
c l. ſi. C. de anna. exceptio. l. q. luminibus. cũ gl. ff. de ſer. vrba. præd.
d c. cum redemptor. 12. q. 2.
e c. etſi Iudæos. ad ſi. ð Iudæis.
f Geneſ. c. 9. ca. ſexto. die. 35. d. gl. hoc. & in l. 2. infrà. de his qui ſui, vel alie. iu. ſunt. ĩ c. ius gẽtiũ. diſ. 1.
g d. c. Sexto.
h §. ſerui. Inſti. de iu. perſo.
i c. Ita quorundã. ð iuda. vbi glo. & Doct. Cepo. de ſerui. perſo. col. 2.
k §. vlt. inſti. de vſu & habit.
l Bart. in l. ex hoc iure ad ſi. infrà. Pau. in lect. nu. 8. in repe. num. 22. Claud. colũ. 9. Bar. in extrau. ad reprimẽdũ. in ver. rebellã do. verſi. itẽ quero ð dominio.

m l. 1. §. his rum. ff. de aq. quot. & æſt.
n Bald. in l. 1. col. vlti. C. de ſeruit. & aq.
o Bal. in l. ius ciuile. col. vlti. infrà.
p l. Hominis. ff. ð verbo. ſignu.
q Alciat. ind. l. hominis. & parer. libro. 7. ca. 7.
r l. Leũ q. §. ſicut nõ nũmus. ff. de tranſact.
s Iaſ. colũ. vlti.
t l. ſi is qui ducenta. in princ. ff. de reb. dub.
v Iaſ. n. 12.
x l. liberi nos ff. ð bo. lib. l. ſi in libertinũ. eo. tit. l. item ſi computant. §. ſi qs quaſi. ff. de neg. geſt. d. l. tertia. §. libertis. ff. de mun. & hon. l. Libertos. C. de patri. pot. l. Senatuſcõſulto. ff. de offic. præſ.

Quid quòd & Pandectæ Florentinæ nuper editæ liberti ſcriptum hîc habent.

V. HERMOGENIANVS. Libro primo iuris Epitomarum.

EX hoc iure gentium introducta bella, diſcretæ gentes, regna condita, dominia diſtincta, agris termini poſiti, ædificia collocata, commercium, emptiones, venditiones, locationes, conductiones, obligationes inſtitutę: exceptis quibuſdam, quæ à iure ciuili introductæ ſunt.

1 *Dictio, ex, denotat principium temporis.*
2 *Ius gentium ad perſonas, res, & actiones pertinet.*
3 *Bella licita, iure gentium introducta ſunt.*
4 *Bella illicita an ſint ex iure gentium.*
5 *Bella licita quæ ſint?*
6 *Bellum domini aduerſus ſubditos quando licitum ſit.*
7 *Bellum nullum licitum, niſi prouocatio præcedat.*
8 *Prouocatio ad bellum quando neceſſaria ſit.*
9 *Subditi principem in bello ſecurè ſequuntur.*
10 *Duellum an ſit licitum.*
11 *Prouinciarum diuiſio à iure gentium, etſi eas princeps diuidere, & vnire poßit.*
12 *Regum in genere origo à iure gentium quomodo.*
13 *Dominij in genere origo ex iure gentium.*
14 *Dominium directum ex iure gentium.*
15 *Dominij vtilis origo à iure ciuili.*
16 *Furtum lege naturali prohiberi, quo ſenſu dictum.*
17 *Communes opiniones contrariæ.*
18 *Ius gentium antiquius præceptis decalogi.*
19 *Ius diuinum in genere, cæteris omnibus iuribus antiquius eſt.*
20 *Dominij acquirẽdi modi, quidam ex iure gentium ſunt, quidam ex ciuili.*
21 *Sententia diffinitiua dominium transfert, interlocutoria non item.*
22 *Communes contrariæ.*
23 *Sententia arbitri dominium transfert.*
24 *Teſtamentorum origo, ex iure gentium, an ex ciuili.*
25 *Communes opiniones contrariæ.*
26 *Terminorum inuentor Numa non fuit.*
27 *Termini Iouis ſacri.*
28 *Terminorum motores ſacrilegi.*
29 *Terminos mouentium factum peßimum cur dicatur.*
30 *Terminorum motores maledicti.*
31 *l. vlt. tit. 14. par. 7. l. 6. titu. 4. lib. 4. fori. l. 8. tit. 5. lib. 1. fo. l. 6. tit. 2. lib. 1. ordi.*
32 *Terminorum motoribus immunitatem eccleſiæ non eſſe.*
33 *Terminorum, aut finium remedia quatuor.*
34 *Collegia illicita, ædificia licita ſunt.*
35 *Ædificia ad æmulationem alterius ciuitatis non poſſunt conſtrui.*
36 *Ædificia ad æmulationem priuati conſtrui non poſſunt.*
37 *Æmulandi animus in ædificando non præſumitur.*
38 *Ædificia in limitibus Imperij regulariter fieri non poſſunt.*
39 *Commercium dupliciter ſumi.*
40 *Ius commerciarium.*
41 *Commercia voluntaria & non voluntaria.*
42 *Emptiones quomodo ex iure gentium.*
43 *Emptionis ſubſtantia in pretio conſiſtit.*
44 *Pecunia ex iure gentium.*
45 *Pecunia ſine principis auctoritate ne cudatur, tum etiã pecuniæ forma à iure ciuili eſt.*
46 *Locationes ad longũ tẽpus ex iure ciuili ſunt.*
47 *Obligatio naturalis duplex.*
48 *Obligatio remuneratoria duplex.*
49 *Obligatio remuneratoria, quo ſenſu reſidere dicatur in mentibus laicorum.*
50 *Donationis remuneratoriæ effectus.*
51 *Obligatio remuneratoria an impediat ſoluti repetitionem.*
52 *Obligatio naturalis à ratione naturali procedens, quotuplex.*
53 *Obligationis huius effectus.*
54 *Obligatio naturalis ad liberandũ quotuplex.*
55 *Obligatio naturalis, ideſt, ex iure gentiũ, cur ſic dicta.*
56 *Obligatio naturalis ex iure gẽtium primæuo altera ex iure gentium ſecundario.*
57 *Seruus quo iure obligatur.*
58 *Obligatio ciuilis duplex.*
59 *Obligationis ciuilis & naturalis ſubſtantia diuerſa.*
60 *Obligatio tota, ideſt ciuilis & naturalis.*
61 *Obligationes ex quaſi contractu à iure ciuili ſunt.*
62 *Obligatio quaſi contractus indebiti ex iure gentium.*

63 *Obligationes ex maleficio à iure gentium.*
64 *Delinquens obligatur naturaliter, ex æquitate iuris gentium.*
65 *Delinquẽs obligatur naturaliter ex cõſenſu.*
66 *Offendens, & is qui offenditur, in hoc tacitè conſentiunt vt puniatur delinquens.*
67 *Obligationes ex quaſi delicto, à iure ciuili ſunt.*
68 *Actiones ex iure ciuili ſunt.*
69 *Exceptiones ex iure ciuili ſunt.*
70 *Contractus ciuiles quatuor.*
71 *Legis huius finem, variè & legi & intelligi poſſe.*
72 *Obligatio non ſolùm ciuilis, ſed & naturalis ex contractibus ciuilibus.*
73 *Obligatio non ſolùm naturalis, ſed & ciuilis ex contractibus iuris gentium.*
74 *Claudij hæſitatio tollitur.*
75 *Obligationes, ſicut & contractus, regulariter ex iure gentium.*
76 *Obligatiões quædam ſunt ciuiles origine, ceteræ ciuiles: quia contractus iuris gentium à iure ciuili approbantur, nouè & veriſſimè declaratum aliter, quàm alij.*

1 EX HOC.) Id eſt, ab eo tempore, quo ius gentium ſecundarium, eſſe cœpit, adnotant enim Bartolus, & alij, dictionem, Ex, ſignificare principiũ temporis[a], qua de re, tum hîc, tum alibi, etiam multa cõgeruntur[b].

2 IVRE.) Sicut ius ciuile pertinet ad perſonas, res, & actiões, ſic & ius gentiũ, quod ſubiecta exempla declarant.

3 INTRO ducta bella.) Licita, an & illicita? & videri potuit, non orta, ne inde iniu-
4 riæ[c] naſci dicantur, vnde iura naſcũtur[d], ſed eſt verius, & illicitis occaſionem, hoc iure datam, cum eo, dominia rerũ, diſtin-
5 cta ſint. Sed quæ bella licita? Et Accurſius pluresq;[e], tunc licita credidere, cùm ad defenſionem fiant[f]: ſed & offendendo licitũ bellũ eſt, ſi ab Imperatore, aut populo Romano, indicatur[g], Rege aut populo, qui ſu-
6 periorẽ nõ recognoſcat[h]: Quid ſi à domino quocunque aduerſus ſubditos ſuos? Et Guilielmus licitũ opinatus eſt, contrà Bartolus, & plures ſentiunt[i], neq; enim inſcio principe, moueri arma poſſunt, niſi vel ad defenſionem (vt dictum eſt) vel ad offenſionem, ſi principis licentiç, copia prçſto eſſe non poſſit[k]. Sanè, licitum bellum nul- 7
lum eſt, niſi & prouocatio præcedat, alioqui proditoriè agi diceretur[l]. Quod initio 8
belli intelligimus, nanq; poſt inducias, ad tempus factas, abſq; noua prouocatione, bellum renouari poteſt[m], & cùm ipſo iure prouocatus quis eſt, hominis prouocatione, non erit opus[n]. Denique & (quod dicimus) licitum iuſtumq; eſſe, eo ſolo quòd à principe indictum eſt, ſubditorum reſpectu intelligi oportet, qui dominum ſecurè ſequentur[o], qui itaque mouent, videãt, quo iure moueant. Sed nunquid duellum, 9
aut iure gentium, aut ciuili licet? & cõmuniter aiunt, ſi gloriæ, & virtutis cauſa fiat, 10
iure ciuili permitti[p], qualia cõlloctatio, Pãcratium, pugilumque inter ſe exercitamẽta ſunt, aliaq; id genus, vnde mortis periculum imminere nõ ſoleat, quod ſi ſoleat (vt in gladiatorio ludo) prohibentur[q], & hæc iure noſtro ciuili, nanq; Pontificio, ſine diſtinctione ludis iſtis omnibus interdictum eſt[r]. Quare, & cùm infamiã criménue, purgandi cauſa, duellum fiat, Pontificij, nequaquàm admittent[s], nos ex maxima cauſa, putà ob læſæ maieſtatis crimen, & Principis auctoritate accedente admittemus[t], alioqui non, niſi cõſuetudo adſit[v], quæ tamen toleranda non eſt, & princeps qui tolerat, peccat[x].

DISCRETAE gentes.) Origo diuiſiõis 11
prouinciarum, à iure gẽtium eſt. Nec obeſt, quòd & princeps diuidit[y], nam & vendit, locat, deponit princeps, neque tamen ideo minus, contractus à iure gentium introducti ſunt, vnit etiam princeps prouincias[z], ſicut & Papa eccleſias[a], quæ Bartoli, & cæterorum traditio eſt.

REGNA condita.) Regum in genere o- 12
rigo, à iure gentium eſt: Reges tamen, & magiſtratos, Romæ, aut alibi, etiam poſt ius ciuile latum creatos, quid vetat[b]? Sed cum bellica virtute, facti Reges ſint, bella iure hoc, introducta iam dixerit, an non ſuperfluum eſt, quod de regnis ſubiungit? Et Baldus[c], Paulus, & Claudius, vel de Regibus, per electionem factis accipiunt, vel regna à bellis, velut à cauſa proceſſiſſe arbitrãtur. Ego non electionis ſolùm, ſed & nominis, & ſucceſſionis Regnorum[d] originem, à iure gentium introductam arbitror, latiùs enim patet hoc: regna condita, quàm vt ad electionem reſtringam.

DOMI-

a l.1.§.1.ff. de iti. actuq; priua.
b Bart. & Docto. in l. non dubiũ. C. de legib.
c l. vnica.ĩ princi. C. de caduc. tollẽ.
d l. meminerũt. C. vnde vi.
e Iaſ.n.38.
f l. vt vim ſuprà.
g l. Hoſtes. ff de capti.
h Claud?. col.6.
i l.1.C. vt armo. vſus inſcio prin. lib.11. Clau. hic.col.6.
k l. 4. in princi.ff. ad l. Aquil. l. ait prætor. §. ſi debitorem.ff. quæ in frau. cre.
l Io. And. & Cano. in c.1. de homici. in 6.
m Bald. de pace cõſtan. §. vaſſalli. ĩ g. lamitãt.
n l.1.C. quã lice. ſine iu di. aucto. c. 1. de homic. lib.6.
o cap. quid culpai. 23. q. 1. c. domino guerrã. hic finitur lex Conra.
p l. qua actione. §. ſi ĩ colluctatione. ff. ad le. Aquil. l. 1. C. de athle. libr.10.
q l.1. C. de gladiato. libro.11.
r c.1. & 2. de tornea.
s c. Monomachiã. 2. q.5. extra de purgat. vulga.
t §. per cõtrariũ. inſt. de hær. quæ ab inteſtat. defe.
u cap.1. §. ſi ruſticũ. de pace tenen. & eius violat. in vſib. feu.
x ca.1. & vlt. de purg. cano.
y l. ſi eadẽ. infrà. de aſſeſſo.
z Authẽ. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. l.1. C. de metropo. bery. lib.11.
a c.1. extra ne ſede vacan.
b l.2. §. poſt originem. ff de orig. iur.
c Bal. in cõſi. ſchiſmatis. Pau. & Claud?. hic col.1.
d Bald. hic nume.4.

13 DOMINIA diſtincta.) Dominij diſtin
ctionis origo in genere, à iure gẽtium eſt:
14 ſed & dominij directi, iu ſpecie: dominij
verò vtilis, à iure ciuili[a], ex plurium ſen-
15 tentia[b]. Superficiarij ergo, emphiteutæ, cõ
ductoris ad longum tempus, vtilia domi-
nia à iure ciuili originem trahuut: quau-
16 uis locatio ipſa ſit iuris gentium[c]. Sed ſi
furtum lege uaturali prohibitum eſt[d], an
non & dominia diſtiucta ante ius gẽtium?
Et alij aliter in hoc: ipſe arbitror, quæſtio-
nis cardinem in eo verti, quid ſit dictum,
Lege naturali. Accurſius enim legem diui
nam interpretatur: verùm id minimè qua
drat legis auctori pagano. Quidam ratio-
nem illam naturalem accipiuut, quod ti-
bi non vis, alteri non facias. Quam expo-
17 ſitiouem Claudius receptã eſſe ait[e]. Qui-
dam Legem naturalem, ideſt, ius gẽtium:
quorum eſt ſententia receptior[f]. Secun-
dum hæc, propoſita quæſtio manifeſte-
tur. Apparet enim, hoc ipſo quod lege na-
turali furtum prohibitum dicitur, confir-
mari inde iure gentium dominia diſtin-
cta. Cæterùm, cùm & Decalogi præcepto
furtum prohibitum ſit, Nõ furtum facies,
an non & dominiorũ diſtiuctio antiquior
iure gentium videri poteſt? Sed reſpondet
18 Bartolus[g], cui alij accedunt, decalogi præ
cepto ius gentium antiquius eſſe. Etenim
19 (vt rectiſsimè conſiderat Paulus[h]) ius di-
uinum in genere cæteris omnibus, nedum
iure gentium, antiquius eſt. Ius diuinum
in ſpecie, vt præcepta Decalogi & Euãge-
liorum, poſterius iure gentium eſt. Sunt
autem dominia (vt diximus) introducta à
20 iure gentium. Sed & modi dominia acqui
rendi non pauci ſunt, & aliqui à iure ciui-
li omnium conſenſu: vt, quod arrogato-
ri olim[k], quod monaſterio hodie acquiri-
tur[l], quod per ſententiam[m]. Nam etſi arti
culus controuerſus valde eſt, obtinuit ta-
21 men plurium aſſenſu[n], per ſententiam dif-
finitiuam (non per interlocutoriam[o]) do-
minium transferri. Per diffinitiuam verò
transferri intelligimus, iuxta Bartoli di-
ſtinctionem, quam Zaſio auctore[p], alij ſe-
quuntur. Sic enim communes hæ contra-
22 riæ (quas notamus) componi poſſunt. An
& per arbitri ſententiam? Negat Baldus[q].
23 Contrà Alexander[r], Iaſon, & Claudius,
quibus accedo. Redacta enim & in hoc
ſuut arbitria ad iudiciorum inſtar.[s] Exi-

a l. ſuperficiario. ff. de rei vẽ. l. 1. ad ſuff. ff. ſi ager. vectul. Manumiſſiões. ſuprà.
b Iaſo. nu. 40. Claud. col. 8.
c Ang. hic & Iaſ. nu. 41.
d l. 1. ff. de fur.
e Claudius hic. col. 7.
f Bart. §. n. 15. Alci. i. l. probrũ. ff. de verb. ſigni.
g Bart. col. 2. Claudius. col. 7.
h Pau. ĩ repe. col. 6.
i Claudi. col. 9. ĩ prin.
k Iuſtit. de acq. per arrog.
l Authẽt. ingreſſi. C. de ſacr. ſan. ec.
m l. ſtatuliberi. §. quan tus. ff. de ſta tu lib.
n Iaſo. nu. 45. Claud. col. 12.
o l. à diuo. §. Si ſuper. verſicu. ſed ſtricdũ. ff. de re iudic.
p Zaſ. ĩ l. 2. §. Ius gẽtiũ. col. vlti. §.
q Bal. ĩ l. 1. C. cõmu. vtrouſq. iudi.
r Alex. in l. Põponius. §. ſi iuſſu. co lum. 6. ff. de acq. poſ. Iaſ. hic. nu. 45. Clau. col. 12.
s l. 1. ff. de recept. arbi.

ſtimauit etiam Bartolus iu præſeutia[t], te- 24
ſtamenturum originem à iure ciuili eſſe:
quod Accurſius non vno in loco opina-
tus eſt[v]. Chriſtophorus communem opi-
nionem affirmat[x]: cuius opinionis vrgen-
tius argumentum illud eſt, quòd deporta-
tus ea, quæ iuris gentium ſunt, retineat[y]:
teſtamenti factiouem uon habeat[z]. At eſ-
ſe origine ex iure geutium, forma à iure
ciuili idem Bartolus voluit[a]: eamque opi-
nionem Iaſon[b] & hic, & alibi ſæpè cõmu- 25
nem aſſerit. Quæ vel ex eo maximè fulci-
tur, quia à principe reſcindi teſtamenta
non poſſunt[c]. Quin etiam Theophilus iu-
ter iuris gẽtium exempla poſuit διαθήκας
συγγράφεσθαι.
AGRIS termini poſiti.) Apparet hinc, 26
errare eos, qui Numæ Pompilio terminuo
rum inuentionem attribuunt[d]. Nam & a-
pud Virgilium libro. 12. ante Numam ſic
legimus:

Nec plura effatus, ſaxum circunſpicit ingens,
Saxum antiquum ingens, campo qui forte ia-
cebat
Limes agro poſitus, litem vt diſcerneret aruis.

¶Illud admitto, quia Ioui ſacros terminos 27
Numa voluerit, in eos qui mouerent, ve- 28
lut in ſacrilegus, vt animaduerteretur, pri
mum ſtatuiſſe: quò fortè & lex. xij. Tabu-
larum reſpexit, Qui ſecus faxit & termi-
num exaraſsit, ipſus & boues ſacri ſunto. 29
Sed & Diui Adriani reſcriptum[e], quo peſ-
ſimum factum eorum eſſe dicitur, qui ter-
minos finium cauſa poſitos proferant. Se-
ueca in Hippolyto:

Nullus ijs auri fuit
Cæcus cupido, nullus in campo ſacer.
Diuiſit agris, arbiter populus lapis.

¶Adde, quod etiam diris eos homines ſa 30
cræ literæ inſectãtur. Deuteronomiũ. 19.
& Prouerbiorũ. 22. Maledictus homo, qui
transfert terminos proximi ſui. Vt mirum
uon ſit, quod & Pontificij[f] odio eos ha- 31
beant: quod & Regiæ leges[g] vſque adeò,
vt motori terminorum ad eccleſiam con-
fugienti immunitatem non præſtẽt[h]. Pro- 32
dita verò pro finibus iure ciuili quatuor
remedia ſunt, actio finiũ regundorũ[i], cõdi
ctio ex lege[k], pœna quinquaginta aureo- 33
rũ ex lege Agraria[l], Accuſatio extra ordi
nẽ[m], ideſt, criminis arbitrio iudicis puniẽ-

t Bart. n. 5. & col. vlt.
v In l. 1. in gl. ciuitatẽ. ff. d acq. re. domi. ſ pri. inſt. d teſt. o.
ĩ gl. ad ius.
x Chriſtopho. in prin. inſt. d teſta. col. vlt.
y l. quidã. ff. de pen.
z l. eũ q. §. j. ff. d teſta.
a Bar. in l. iterdũ. col. penult. ff. de cond. indeb.
b Iaſo. hic. n. 46 & in l. interdum. n. 4. ff. d cõ. iadt. & il. ſi teſtamentũ in. 2. not. C. de teſta.
c Dict. l. ſi teſtamẽtum iuct. §. pen. inſti. de iur. natu. gent. & ciui.
d Zaſ. de origi. iur. in ver. lat. at.
e l. Diuus. ff. de termi. moto.
f c. in legibus. 12. q. 2. c. tanta. 86. diſtin.
g l. vlt. tit. 14. par. 7. l. 6. tit. 4. lib. 4. fo.
h l. 8. tit. 5. lib. 1. fo. l. 6. tit. 2. libe. 2. ordi.
i §. quadã. inſt. de act.
k l. Si conſiterit. C. ſi ni. regun.
l l. Agraria. ff. d ter. mo.
m l. 2. C. de accuſ.

ditetſi nonnunquam (vt diximus) pœna certa ſit.

34 AEDIFICIA.) Collegia illicita ſunt[a]: ædificia licita, niſi ad æmulationem alte-
35 rius ciuitatis conſtruantur. Quod omnes fatentur[b]. Quid ſi ad priuati alicuius? Et conſtrui tunc poſſe, Albericus[c], Angelus[d], & Florianus[e] opinati ſunt. Contrà Pau-
36 lus[f], Iaſon[g], & frequentior est[h]. Nullam enim eſſe in hoc inter ciuitates priuatosq́;
37 differentiam. Sed num æmulationis animum pręſumemus? Et Accurſij[i] receptiſſima ſententia eſt[k], non præſumendum.
38 Certè, & in limitibus imperij, ſine licentia principis ædificia fieri minimè poſſe, in confeſſo eſt[l]: niſi cum ad vicinorum iniurias propulſandas conſtruuntur: vt Baldus ex facto reſpondet[m]. Sunt & alij caſus non pauci, in quibus ædificare non licet, quos ad titulum, De ſeruit. & aqua, pluribus perſecutus ſum, hîc iſta ſatis.

COLLOCATA.) Melius ſic quàm vt in alijs (præter Tuſcū codicē) collata, collocari enim ædificia, non cōferri dicunt.
39 COMmercium). Hæc vox, aut omnes cōtractus nunc compræhendit[n], aut ſolā permutationem, ex Accurſij, Baldi & cætero-
40 rum ſententia. Ariſtoteli. libr. 5. Ethicorū, ius quoddam eſt, quod ille ἀλλακτικὸν, id eſt, commerciarium vocat. Tum etiā com-
41 mercia duorum generum, voluntaria, & non voluntaria.

EMPTIOnes, venditiones.) In emptio-
42 nibus tria conſideranda, poteſtas emendi vendendiue, quæ à iure gētium eſt, ipſum contrahere, quod facti[o], effectus contractus, id eſt, obligatio, quæ iuris eſt vinculum[p]. Verum cùm emptionis ſubſtātia in
43 nummo conſiſtat[q], vnde etiam quod pretij mentio, emptionem in dubio arguit[r], cùm pecunia ſine principis auctoritate cudi non poſsit[s], an non à iure ciuili[t] magis, quàm à iure gentium emptiones ſunt? Bartolus reſpōdet, licet principis auctoritate pecunia cudatur, eſſe tamen emptionē ex iure gentiū. Quid enim (inquit) ſi vel princeps ipſe emerit? An ideo minus contra-
44 ctus hic erit à iure gentium? Cynus Albericus & plures, etiam pecuniā ex iure gentium contēdunt. Quanlibet enim nūmus olim non ita eſſet: at aliquo modo fuit[v]. Origo ergò à iure gentium, forma, cuden-
45 dique licentia, à iure ciuili eſt. Quam ſententiā & ipſe magis amplector.

LOCATIOnes, conductiones.) Ad nō 46
longum tempus. Nam earum, quæ ad longum tempus fiunt origo à iure ciuili eſt[x]. Quod hîc Angelus & Iaſon notant[y].

OBLIGAtiones.) Obligatio duplex 47
eſt, naturalis & ciuilis[z]. Naturalis rurſus duplex. Quædam ab inſtinctu naturæ eſt, vt bene facienti benefaciamus, quæ & remuneratio, & Græcè ἀντίδωρον. Vnde etiā antidora accipere[a]. Quędam à ratione naturali, eaque ad homines ſolos ſpectat. Re- 48
muneratoria iterum, vel in præſtandi neceſsitatem redacta eſt, vt qua libertus patrono ad operas obligatus eſt[b]: vel non redacta, quæ ideò in puris laicorum mentibus reſidere dicitur[c], quòd laicus, indo- 49
ctus, idiota, nemo tantum eſt, cui non ſit ſine doctrina anticipatio, id eſt, præcepta obligationis huius informatio quædam. Quam non modici effectus eſſe (etſi Bar- 50
tolus aliter ſentiat) viginti plus minus effectus ſatis oſtendunt: quos Iaſon, & Claudius hîc diligenter congerūt. Cùm autem 51
quæritur, impediátne ſoluti repetitionem pro regula traditum eſt, non impedire, niſi vel redacta ſit ad præſtandi neceſsitatē[d], vel contracta certi facti ratione[e], putà manumiſsionis, vel cùm illud idem redditū eſt, propter quod & obligatio hæc contracta[f]: vt cùm creditori vni vnus ex fideiuſſoris hæredibus ſolidum ſcienter ſoluit: creditor rurſus partem reddit. neque enim repetet, quòd hæredi ſcienter plus debito exſoluenti ad antidoron obligatus ſit: idq́; reddiderit ei, quod ab eodem accepit. Sed & repetitionem impediet, cùm quis ſcienter, vt ſe ab hac obligatione liberet, ſoluat[g]: quæ Bartolus intricatius aliquanto: Iaſon, & Claudius expedi-
tè tradunt[h]. Obligatio naturalis, quæ à ra- 52
tione naturali procedit: ſecundū quam, & ꝓmiſſa ſeruanda ſunt, & fidē fallere graue eſt[i]. Si ciuili iūcta ſit, plenū robur habet[k]; ſi ſola, nō adeò. Eius tñ, & tūc effectus non 53
pauci, nouatiōis, retinēdi pignoris[l], impediēdæ repetitiōis ſoluti[m], vt ei fideiuſſor

a l.1. ff. de collegi. illi.
b Iaſ. col. 2. Claud. col. 3. Boer. in 2. par. deciſio. 320. nu. 9.
c Albe. in l. altius. C. de ſer. & aq.
d Ang. in l. cum ie. ff. de ſer. vrb. pradio.
e Flori. in l. Sabinus. ff. commu. diuidun.
f Pau. in l. cum eo.
g Iaſ. in l. quominus. n. 24. ff. de flumi.
h Boer. in 2. parte deciſ. 320. colum. quinta.
i In l. Flaminū. §. ſi. in gl. nentene ri. ff. de dā. infecto.
k Claud. hic. colum. quarta.
l l. Quicūq. caſtellorum. C. de fund. limitroph. lib. 11.
m Bal. in 1. vol. conſ. 51. vol. 1. & in conſ. 58. colum. 2. Boe. in 2. par. deciſio. 320. nu. 16.
n §. 1. inſti. de inuti. ſtipul.
o l. Cōſilio. in fine. C. de curato. furio.
p In princ. inſti. de obligatio.
q l. 1. ff. de cōtrahen. emptio.

t l. Ius ciuile. infrà.
v l. 1. ff. de contrahen. emptio.
x l. 1. §. qui in perpetuū. ff. ſi ager vectig. vel emphy. pet. l. 1. §. quod ait. ff. de ſuperfic.
y Angel. nume. 2. Iaſo. nu. 41.
z l. Si fideiuſſor. ff. de conditio. indebi.
a l. Sed & ſi lege. §. cōſuluit. ff. de pet. hær.
b l. Si non ſortē. §. libertus. ff. de cō. indeb. l. 1. §. in patron. ff. de eff. ſpſ. vrb.
c Bart. hic, nu. pen. in repetio. nume. 36.
d §. Libertus. ſecundum vnum intel.
e §. Libertus, ſecundum alium intel.
f l. ſi teſtamento. §. 1. ff. de fideiuſſoribus.
g l. ſi teſtamento. ſecūdum alium intel.
h Bart. nu. 11. Iaſ. colū. pen. Claud. colum. ante penulti.
i l. 1. in prin. infrà de pac. l. 1. in princ. ff. de conſt. pecu.

r In l. vlti. in glo. intelligi. C. de pradi. curi. libr. 11. Iaſ. in l. ſi liuſa. §. diuus. in 1. lect. nume. 206. de lega. 1.
s l. prima. C. de veter. numiſmat. poteſt. libr. 11. l. vlti. C. de fal. mone.

k In princip. inſtit. de obligat. l. legitima. infrà. de pact.
l l. Vnica. C. etiam ob chirograph. pecu.
m l. prima. infrà. de cond. indeb.

acce-

a l.Fideiuſſor.§.fideiuſſor.ff.de fideiuſſoribus.
b l.Etiam.ff.de compen.
c Angel.in authen.de non elig.in princ.
d Claudius.hic.colum.16.
e Gloſ.in l.quacunque.ff.de compenſa.

f Bart.in l. procurator. §.1.ff. rē ra. habe.fab.in §.in bonæ fi dei.col.pen. inſt.de act.
g In l.fra ter à fratre. in verbo re petere.
h Claudius hic.colū.15.
i L.Abem ptione.ff.de pact.
k l. Iuris gentium. §. ſi.paciſcar. ff. de pact.
l l.ſi vnus. §.pactus ne peteret.ī.de pactis. vbi Bar. colū.3. Iaſ.nu. 20.
m l.Cū am plius. §. Is natura.ff.d reg.iur.
n §.ſingu lorum.inſt. de re. diui.
o Bar.hic. nu.10.
p l.natura liter.ff.d cō di.inde.
q l. Seruo. ff.de actio. & obliga.
r l.1.§.Cū ſeruus.ff.de his qui deie ce. vel effu.
s Bar.in.l. Si vnus.§. pactus. col. 2.ff. de pac.
t In princ. inſt.de obli.
v l.Si debi tori.ff.de fi deiuſſo.
x Iaſo. & Claud.colū. vlti.
y §. Itē in. inſtit.quib.

accedat[a], vt ex ea compenſatio obijci poſ-
ſit[b]: quē effectū remuneratoria illa nō ha-
bet: vt Angelus[c] tradit, cui oēs aſſentiūt[d].
Quiuimo & hęc, quæ à ratiōe naturali pro
uenit, ad compenſationē nou valet, ſi cū ci
uili iuncta eſſet prius, ciuilis deinde ſubla-
ta ſit, ex Accurſij[e] recepta ab omnib' opi
nioue[f]. Suut & alij obligationis huius effe
ctus multi, quos ad Affricani legem diffici
lem olim notauimus[g]. Iſta verò tunc lo-
cum habent, cùm obligatio hæc tendit ad
54 obligandum. Quid ſi ad liberandum? Et
cōmunis illa diſtiuctio eſt[h], vt cùm à lege
approbata ſit, omnem obligationem tol-
lat[i]: cùm improbata, nullius momenti cen
ſeatur[k]: cùm verò ei neque aſsiſtat, neque
reſiſtat lex (vt in pacto de oon petendo)
ipſo iure naturalem priorem perimat, ciui
lem elidat, obliget naturaliter paciſcen-
55 tem ne petat[l]. Appellata verò naturalis
eſt, id eſt, ex iure gētium[m]. Nam & ipſum
ius gentium naturalę quādoque dicitur[n]:
vtque ius gentium, aut primæuum, aut ſe-
cundarium eſt, vt Doctores oostri nōtāt:
56 ſic obligatio hæc naturalis ex iure gentiū
duplex item eſt. Altera, quæ ex ratioue na
turali procedit, vt ſeruare promiſſa, fidem
non fallere. Altera, quæ ex vſu gentium
proceſsit[o]: illam primæuam, hanc ſecun-
dariam appelles licet, illa ſeruus obliga-
57 tur[p], hac non obligatur. Vt enim quod ad
ius ciuile attinet, pro nihilo eſt: ſic quod
attinet ad ius gentium ſecundarium, præ-
terquam, vt ex delicto[q], aut quaſi deli-
cto[r] obligetur. Et hæc de naturali ſuffi-
58 ciant. Ciuilis in duas diſtinguitur, ciuilem
effectu, vt ea eſt, quæ ex verborum, aut li-
terarum obligatione naſcitur, ex contra-
2 ctu emphiteutico, ex ſponſalitia largita-
te, ciuilem approbatione. Naturalis enim
ideſt, iuris gentium quæcuuque eſt: ciuilis
(quia à iure ciuili apprnbata ſit) appellari
poteſt. In illa, cauſa proxima ius ciuile eſt:
59 in hac, conſenſus. Eſt autem ciuilis & na-
turalis ſubſtantia diuerſa[s]: vtriuſque ta-
60 men ſubſtantia diffinita eſt[t]: & iūcta cùm
eſt, tota obligatio appellatur[v]. Sed nun-
61 quid obligationes quoque, ex quaſi con-

mo.re contrahi.obliga.
z l.Indebiti.ff.de condi.indebi.
a d.l.Indebiti.l.1.C.de con.inde.gl.in.§.1.in gl.condictitia.inſt.quib. mod. re contrahi.oblig.Bar.in l.1.in princ.nu.9.ff.de acqui.poſſeſsione.
b Glo.in.§.ius autem gentium.inſt.de iu.natu.gent.& ciui.

tractu, à iure gentium ſunt? Et receptum
eſt[x], eſſe eas regulariter à iure ciuili: Et ne
gotiorum igitur geſtorum, tutelę, familiæ
herciſcundæ, communi diuidundo, adi-
tionis hæreditatis, quaſi contractus ciui-
les ſunt. Sola obligatio, quaſi contractus[y] 62
indebiti, naturalis eſt[z]. Vnde eſt, quòd cō-
dictio indebiti, ad acceſsiones naturales,
non ad ciuiles datur[a]. Quid de obligatio- 63
nibus ex maleficio. Et Accurſius[b] à iure ci
uili credidit: contrà Bartolus[c], & alij has e-
tiam ex iure geutium affirmant. Obliga- 64
tur enim delinquens naturaliter ex æqui-
tate iuris gentium, quæ dictat, vt malefi-
cia puniaotur: quæ magna ratio eſt[d]. Sed
& ſeru' ex delicto naturaliter obligatur[e]:
& fur lege naturali[f], id eſt, iure gentium
tenetur. Obligatur præterea delinquens 65
oaturaliter ex conſenſu: indeque eſt, quod
& amator periculi[g], & ſua mente puniri
dicitur[h], ſe pœnæ ſubd:re[i], taciteque in
hoc conſentire, vt pœuis pro maleficio
ſtatutis puniatur[k]. In quo etiam (vt ſic Bal 66
di cunctatio tollatur[l]) & qui offenditur,
non minus couſeutit[m]. Obligationes ve- 67
rò ex quaſi delicto, ex iure ciuili eſſe, om-
oes conſentiunt[n], cùm ad pœuam dau-
tur. Nam ſi ad rei reſtitutionem, damni-
ue emeudationem, ex iure gentium ſuot[o].
Num & actiōes etiā. Et Accurſius ſæpiſsi 68
mè[p] ait, actiones ex iure ciuili eſſe: quæ
opinio communis eſt[q], Zaſio licet recla-
mante. Neque obſtat, quòd iure gentium
condici poſſe res dicuntur ab ijs, qui non
ex iuſta cauſa poſsideant[r]. Nam vel ideò
illud eſt, quòd (vt dixi) obligatio ex quaſi
delicto, tunc ad reſtitutionem rei diriga-
tur, vel iure geutium, ideſt, ſecundum æ-
quitatem rationemque natutalem, per a-
ctionem tamen, quæ ex iure ciuili eſt.
Quàm intelligentiam frequentiores ap-
probaſſe videntur[s]. Sed & exceptiones 69
(vtpote quæ actionum excluſiones[t] ſunt).
ex iure ciuili dicuntur.
EX C Eptis quibuſdam.) Contractibus, 70
putà ſtipulatione, literarum obligatione,
emphyteuſi, ſpōſalitia largitate, quo ſenſu
(hic autem verus eſt ſenſus: nam & Iuſti-

c Bart.hic. nu.14.Pan. n.8.Claud. colū.vlt.
d l.ſi àreo §. Illud qd vulgo ff.de fideiuſſo.
e l. Seruus. ff.d his qui not.infa.
f l.1.ff. de fur.
g Authē. de non alie. §.quia vero Leonu.
h l.vlt. C. ad l.Iul.ma ieſt.
i l. Impera tores. ff. de in.fiſ.
k Glo.in l. 1.§. Deniq. in gl. onera ri. ff. de po. ſtulan.
l Bald. in authent.ad hæc.col.4. C.de vſu.
m Salic.in l.Cum quis. col.3.C.d in. & fac.ign.
n Claud'. hic.col. vlt.
o l. rerum. 1.ff.re.amo. mathesſ.no. 47.Iaſ.hic. ad finem.
p Glo.hic. & in l.2.§. Deinde.ff.d orig.iu.i.§. ſed iſta.in. ſti.de actio.
q Pau.hic. in rep.n.32. Iaſ.nu.48. Claud.co.13.
r l.rerū.1. ff.re.amo.
s Claudius hic.col.13.
t l.1.ff.de excep.

nianus[a], & Theophilus omnes penè con-
tractus dixerunt) quæ ſequuntur, vel Flo-
rentino & Norico codicibus reclamanti
bus, legenda ſic. Quæ à iure ciuili introdu
cta ſunt. Quòd ſi habeas, Quæ à iure ciuili
71 introductæ ſunt, de obligationibus dictũ
eſt, repugnaréque tunc videtur, quòd ſi-
cut ex ciuilibus cõtractibus non ciuilis ſo-
72 lum, ſed & naturalis obligatio naſcitur[b]
propter conſenſum: ſic ex contractibus iu
ris gentium, ciuilis propter approbatio-
73 nem, nedum naturalis[c]: quæ receptiſsimæ
opiniones ſunt[d]. Nam ſi ex contractibus
iuris gẽtium ciuilis oritur ſemper, falſum
eſt dicere, paucas quaſdam à iure ciuili in-
troductas. Quo in articulo Claudius hîc
74 hæret[e]. Ego nodum non vſque adeò im-
plicatum ſum arbitratus. Quid ergo? Dixi
de origine obligationum hîc agi, eſſe ve-
75 rò eas regulariter (vt & contractus) ex iu-
re gentium, exceptis quibuſdam: quales
illæ ſunt, quæ ex ſtipulatione, literarum
obligatione, emphiteuſi, ſponſalitia lar-
76 gitate naſcuntur: quales & illæ quoque,
quæ ex quaſi contractu (præter eam quæ
ex ſolutione indebiti) quales demum & il
læ, quæ ex quaſi maleficio ad pœnæ perſe
cutionem, non ad rei reſtitutionem (vt di-
ctum eſt) diriguntur. Hæ enim, & ſi quæ ſi-
miles, origine iuris ciuilis ſunt. Cæteræ,
quæ ex contractibus iuriſgentium oriri ſo
lent, ciuiles quidem illæ, non origine, ſed
propter iuris ciuilis approbationem. At-
que ita ipſe ſentio.

a §. Ius autem gentiũ inſt. de iur. natu. gent. & ciui.

b l. ſi fideiuſſor. ff. de condi. inde. l. 1. §. ſi quis ita. ff. d verbo. obli. l. an inutilis. ff. d acceptil.

c l. iuris gẽtiũ in prin. ff. de pact. l. naturalis. §. 1. ff. de pſcr. verb. l. Hæres à debitore. §. quòd ſi hic. ff. de fideiuſſo.

d Claudius hic. col. pen. Alex. in l. 1. §. conuẽtionu. col. pen. infrà d pac. Fortun. col. fina.

e Claudius col. vlt.

VI. VLPIANVS. Libro primo inſtitutionum.

IVS ciuile eſt, quod neque in totum à naturali vel gentium recedit, neque per omnia ei ſeruit. Itaque cùm aliquid addimus, vel detrahimus iuri communi, ius proprium, id eſt, ciuile efficimus. Hoc igitur ius noſtrum conſtat, aut ex ſcripto, aut ſine ſcripto: vt apud Græcos, τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι.

1 *Ius ciuile duplex, commune & municipale.*
2 *Ius ciuile, ſtrictiſsimè, ſtrictè, largè.*
3 *Ius ciuile à naturali nunquam prorſus recedit.*
4 *Matrimonium quo iure cenſeatur.*
5 *Sponſalia vt præcedant, non eſſe matrimonij formam.*
6 *Accurſij ſenſus ab aliorum impugnatione defenditur.*
7 *Forma, id eſt, figura ſeu ſolennitas.*
8 *Tutelæ à iure ciuili ſunt.*
9 *Teſtium numerus, in teſtamentis & codicillis à iure ciuili.*
10 *Teſtamentum apud Barbaros factum, quam ſolennitatem requirat.*
11 *Communes opiniones contrariæ.*
12 *Ius ciuile iuri gentium quæ addiderit.*
13 *Educationi liberorum additum à iure ciuili.*
14 *Vſucapio non detrahit iuri naturali, ſed iuri gentium ſecundario.*
15 *Vſucapio magis eſt ſecundùm æquitatem naturalem, quàm contrà.*
16 *Iuri gentium ius ciuile quomodo detrahat.*
17 *Poteſtas dominorum quomodo reſtringitur.*
18 *Seruus quo iure pro nihilo ſit, aduerſus Zaſium.*
19 *Ius commune, id eſt, naturale, vel gentium, vel ciuile.*
20 *Iuris communis appellatione ius ciuile in dubio comprehenditur.*
21 *Noua res fit, vbi veteri additum detractúmne ſit.*
22 *Nouus libellus fit, cum veteri additur aut detrahitur circa ſubſtantiam.* 4
23 *Socius, ſocio inuito, an ex lignea lapideam domum facere poſsit.*
24 *Socius inuito ſocio vtilia facit, niſi forma rei mutetur.*
25 *Igitur, aliquando infert, aliquando incipit.*
26 *Inſtitutum, quid à moribus & conſuetudine differat.*

IVS CIuile.) 1
Hæc tertia pars iuris priuati eſt. Eſt autem (vt Doctores noſtri volunt) ius ciuile duplex, commune & municipale: de municipali inferius videndum eſt[f], hîc de cõmuni, id eſt, Romanorum. Id vel ſtrictiſsimè, legem. 12. tabul. ſignificat: vel ſtrictè, 2
leges, plebiſcita, Senatuſconſulta, principum placita, reſponſa prudentum compræhendit

f l. omnes infrà.

præhendit, vel largè, ſupra dicta omnia,
hoc amplius & Prætorum edicta.
3 NEQVE in totum.) Obſerua, ius ciui-
le nunquam in totum à naturali recedere.
Neq; enim lex eſt, cui non & ratio ineſt:
ratio ſecundam naturam eſt.
ALIQVID.) Quoad ſpecies igitur, nō
in vniuerſum, cuiuſmodi eſt totum iuris
ciuilis corpus.
4 ADDIMVS.) Matrimonium, quantum
ad coniunctionem & instinctū prolis ſuſ-
cipiendæ cauſa, ex iure naturali eſt[a]: con-
ſenſus accedit à iure gentium[b], verba & ſo
lennia cætera, iuri ciuili addita[c]. Quod au
tem Accurſius hîc opinatus eſt, matrimo-
nio formam à iure ciuili additam per ſpon
5 ſalia præcedentia, omnes ad vnum repræ-
hendunt: contrahi enim poſſe matrimo-
nium, quannis ſponſalia de futuro nulla
præceſſerint. Ego, Accurſium id non ne-
6 gaſſe, contendi. Quid igitur? Formam pro
figura, vel ſolennitate poſuit. Addit & in-
7 rigentium, ciuile ius, tutelas, quarum &
materia, & forma à iure ciuili eſt. Addit, te
8 ſtium numerum in teſtamentis, & codicil
lis. Vnde quæſitum, ſi apud Barbaros (ver-
9 bi gratia) Indos Hiſpanus teſtamentum fa
ciat, an duo teſtes ſufficiant? Et ſufficere
10 Baldus hîc affirmat: contrà Bartolus[d], non
ſufficere: eſtque vtriuſque opinio appro-
11 bata[e]. Vt tamen cum Claudio, & Zaſio cō
ponas, conſtetne, teſtatorem vti voluiſſe
iure gentium (tunc enim duos teſtes ſatis
eſſe) an noluiſſe Barbarorum mores, le-
geſue ſequi: & tunc ſufficere, ſi barbari a-
lieni tantummodo à nobis ſunt[f]. Quòd ſi
hoſtes, aut rebelles ſint, tot teſtes quot in
Hiſpania requiri. Addidit, & ius ciuile em
phyteuſin, ſponſalitiam largitatem, verbo
12 rum literarumque obligationem, obliga-
tiones ex quaſi contractu, & ex quaſi de-
licto.
DETRAhimus.) Educatio liberorum à
iure naturali eſt, cui ciuile in ſpurijs detra-
13 hit[g], & in ingratis liberis[h]. Quod verò opi
natur Accurſius, per vſucapionem iuri na-
turali detrahi, eſſeque vſucapionem cōtrà
14 naturalē æquitatem, falſum vtrunque eſt.
Nam & communiter aiunt[i], per vſucapio
nem iuri gentium ſecūdario detrahi, quo
videlicet dominia diſtincta ſunt, & quia ſi
nem litibus imponat, pœnam negligenti-
15 bus imponat. Recepti[k], & illud eſt, vt ma

a l.1.§.ius naturale.ſu prà.
b l.nuptias ff.de reg.iuris.
c l.cū notiſſimi, in prin. cū gl. C. de praſc. 30.a.cum apud de ſponſal.

d Bar.in l. qui à latronibus.i pri. de teſta.
e Zaſ.hic. colum.2.

f l.2.C.quē ad.mo.teſta. ape.
g Authē. ex complexu.C.de incest. & nef. nup.
h Glo.in l. 1.§. idem in dex. in glo. ſtuleras. ff. de lib. agn.
i Claudius & Zaſ.hic.
k Alciat. de quinque ped.praſcr. pagina.14. Abb.in rubri. de praſcrip.

gis ſecundum naturalem æquitatem dica-
mus. Detrahitur & iuri gentium per ius ci 16
uile (ex Accurſij gloſſula, quam alij ſequū
tur[l]) in poteſtate dominorū reſtricta: At 17
non admittit Zaſius exemplum, & rectè.
Reſtrictio enim ea, non detractio eſt. De-
trahit ergo (inquit) ius ciuile iuri gētium:
quia quod attinet ad ius ciuile, pro nihilo
ſeruus reputatur[m], qui iure gentium ali-
quid fuit. Ipſe didici à Bartolo[n] (quę & om 18
nium traditio eſt[o]) in hoc iuri gentiū pri-
mæuo per ſecundariū detractum eſſe. Sed
non eſt, cur laborem exemplis: detrahitur
enim iuri gentium per ciuile in vſucapio-
nibus, vt dictum eſt.
IVRI communi.) Id eſt, naturali, quod
commune eſt omnibus animantibus, vel 19
iuri communi, id eſt, iuri gentium, quod
omnibus hominibus commune eſt. Sed
& ius commune, ius ciuile Romanorum
vulgo appellari obtinuit. Vnde rectè Za-
ſius, in conuentionibus, teſtamentis, in-
ſtrumentis, & id genus diſpoſitionibus, 20
iuris communis appellationem tam inter
laicos quàm inter iuriſperitos ad ius ciui-
le referri ait. Illud non adeò probo, quod
in teſtium depoſitionibus, laicos à iuriſ-
peritis ſine lege diſtinguit[p].
IVS proprium.) Colligūt Bartolus & cæ 21
teri, vbi rei aliquid detrahitur adijcitúrue,
nouam rem fieri. ſi modò eſſectus augea-
tur, aut diminuatur[q]. Nouus ergo libellus 22
eſt, cum libello in iudicium producto ad-
ditur, aut detrahitur circa ſubſtantiā. Sed
hæc[r] aliâs. Sic & veteribus ſeptis qui ad-
dit, noua facit: & ædificia noua, qui veteri-
bus. Quid ergò ſi domum ſocij poſsideāt, 23
lateritiam partim, partim ligneam, velítq;
vnus inuito altero lateritiam totam face-
re, poſsitne an minus, quaſi nouam rem fa
ciat? Et Baldus non poſſe credit, riui[s] etiā
& tectorij[t] noui argumēto. Dubitat Clau
dius, quia in re communi vtile quod eſt, ſo 24
ciū, inuito ſocio facere poſſe, omnes poſt
Accurſium admittant[v]. Ego Zaſio aſſen-
tior Baldum ſequenti: quia vbi forma mu
tatur, neque vtilia facere inuito ſocio lice
re debeat. Domini certè longè alia ratio
eſt, qui vel abuti poteſt[x]. Nam & Augu-
ſtum iſto gloriari dicto, Sextus Aurelius
ſcribit, Vrbem lateritiam reperi, relinquo
marmoream.
CIVILE.) Romanorum.

l Zaſ.hic. col.1.
m l. Quod attinet. ff.de reg.iur.
n Bar.in l. ex hoc iure. nu.10.
o Claud.in l.ex hoc iure.col.14.

p l. Illam. C. de collat.
q l.paulus. ff.de re iud.
r Bart. & alij. in l.edicta. C. de eden.
s l.1.§.fin. ff. de riuis.
t l. Vſuſ-fructuarius nonnun. ff.de vſuf.
v Gl.in l. Sabinus. ff. cōmn. diui. Claud.hic. colum.2.
x l.Sed & ſi lege.§.cōſuluit.ff.de pet. hære.l. proculus. ff. de dā. infe.

25 HOC IGITVR.) Incipit magis, quàm infert.

IVS noſtrum.) Accurſius ad leges. 12. Tabu. reſtringit: quod ego non cogor. magis enim eſt, vt ad totum iuris corpus perducam.

EX NON ſcripto.) Moribus, ſiue con-
26 ſuetudine: quæ cùm magnum aliquem auctorem habent, quem reliquos imitari nõ pudeat, inſtituta vocantur. Quintilianus lib. 3. Afferunt laudem liberi parentibus, vrbes conditoribus, leges latoribus, artes inuentoribus, nec non inſtituta quoq; auctoribus: vt à Numa traditum, Deos colere: à Publicola, faſces populo ſubmittere. Plato libr. 7. de legibus diſtinguit νόμους, ἔθη, ἐπιτηδεύματα, id eſt, leges, mores, plebiſcita: hiſque omnibus ciuitatem ſic indigere ait, vt per ſe alia ſine alijs ſtare nequeant.

VT APVD Græcos.) Athenienſes enim ſcripto, Lacedæmonij nõ ſcripto iure vtebantur[a]. Quod verò ſequitur, τῶν μὲν νόμων, οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι, Alciatus[b], & Haloander ſic legunt. Budæus ex Ariſtotele in. 8. Ethi. τὸ μὲν ἄγραφον, τὸ δὲ νομικόν, aut τῶν νόμων, τὸ μὲν κατὰ τὰ γράμματα, τὸ δὲ κατὰ τὰ ἔθη. vis quidem eadẽ eſt, ſed priorem lectionem Ethruſcus codex confirmat.

a §. Et non ineleganter inſti. de iu. natu. gent. & ciui. b Alciat. lib. præterniſſ. 2.

VII. PAPIN. Libro ſecundo definitionum.

IVS autem ciuile eſt, quod ex legibus, plebiſcitis, ſenatuſcõſultis, decretis principum auctoritate prudentiũ venit. Ius prætorium eſt, quod prætores introduxerunt, adiuuandi, vel ſupplendi, corrigẽdi iuris ciuilis gratia propter vtilitatem publicam: quod & honorarium dicitur, ad honorem prætorum ſic nominatum.

1 *Ius prætorium quomodo adiuuat, ſupplet, corrigit ius ciuile.*
2 *Ius honorarium, alia ratione quàm honorarij tutores & ſimilia.*

IVS autem ciuile.) Hæ partes iuris ciuilis ſcripti ſunt, quas Iuſtinianus in inſtitutionibus diligentius.

ADIVVANDI.) Dando bonorum poſſeſsiones. 1

SVPPLENDI.) Vt in actione furti manifeſti, quam Prætores introduxerunt.

CORRIgendi.) Vt in emancipatis, qui iure Prætorio ſuccedunt in ſuis hæredibus, in poſthumo alieno. Scite verò Baldus de iure Prætorio. Adiuuat (inquit) vt ſocius: ſupplet, vt pædagogus: corrigit, vt Prælatus.

QVOD & honorarium.) Honorarij tutores, honorarij arbitri, honorarius tumulus, honorarium aduocatorum alia ratione dicuntur. Feneſtella de Prætoribus, Tantum verò (inquit) poſtmodum aucta eſt Prætoris auctoritas, vt quod Prætor ipſe dixiſſet, ob ipſius honorem ius honorarium vocaretur. 2

VIII. MARCIANVS. Libro primo inſtitutionum.

NAM ET ipſum ius honorarium viua vox eſt iuris ciuilis.

1 *Viua vox quæ.*
2 *Lex mutus magiſtratus.*
3 *Nuncius viua vox domini abſentis.*

VIVA VOX.) Viuida & efficax. Vnde & libri, muti magiſtri dicuntur: & contrà pronunciantis præceptoriſque viua vox: id quod vel Eraſmi Chiliades docent. Fabius libro. 2. C. de officijs & moribus præceptoris. Licet enim ſatis exemplorum ad imitandũ ex lectione ſuppeditet, tamen viua illa (vt dicitur) vox alit plenius, præcipueq; præceptoris, quem diſcipuli, ſi modò rectè ſunt inſtituti, & amant & verẽtur. Meminit & Nouella de depoſito ζώσης φωνῆς: & huc pertinet quod Cicero legem, mutum magiſtratum, magiſtratum legem loquentem appellat: eleganterque Baldus[c],

c Bal. in l. vnica. n. 31. C. de confeſ.

Dum

Dum ait, nuncium viuam eſſe vocem domini abſentis.

IX. CAIVS. Libro primo inſtitutionum.

OMNES populi, qui legibus, & moribus reguntur partim ſuo proprio, partim communi omnium hominũ iure vtuntur. Nam quod quiſque populus ipſe ſibi ius conſtituit, id ipſius proprium ciuitatis eſt: vocaturq́ ius ciuile, quaſi ius propriũ ipſius ciuitatis. Quod verò naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, id apud omnes perẹquè cuſtoditur: vocaturq́ ius gentium, quaſi quo iure omnes gentes vtuntur.

1 *Omnium appellatione nullus excipitur.*
2 *Populorum appellatio quos comprehendat.*
3 *Leges condere, an liceat alij, quàm Principi.*
4 *Relatiuum quis vel qui, auget, reſtringit, declarat.*
5 *Legibus an hominum arbitrio gubernari magis expediat.*
6 *Ius ciuile duplex.*
7 *Naturalis appellatio quando referatur ad ius gentium.*
8 *Quaſi, veritatem exprimit aliquando.*
9 *Populus quilibet, an poßit ſtatuere ſine ſuperioris auctoritate.*
10 *Populus iuriſdictionem habens à Principe conceſſam, ſine ſuperioris auctoritate ſtatuit.*
11 *Populus limitatam habens iuriſdictionem, limitatè ſtatuit.*
12 *Populus nullam iuriſdictionem habens, ſine ſuperioris auctoritate ſtatuit circa rerum adminiſtrationem.*
13 *Ambicioſa, ideſt, per gratiam facta ſtatuta.*
14 *Populus nullam iuriſdictionem habens, cum ſuperioris auctoritate ſtatuit, circa deciſionẽ cauſarum.*
15 *Populus nullam iuriſdictionem habens, ſine ſuperioris auctoritate an ſtatuat circa deciſionem cauſarum.*
16 *Statuta facere, ſit ne iuriſdictionis, an permißionis.*
17 *Principe præſente, ſine eius confirmatiõe non poteſt facere ſtatuta populus, qui nullam iuriſdictionem habet.*
18 *Pœnam ſtatuere non poteſt violantibus ſtatuta populus iuriſdictionem non habens.*
19 *Pœnæ imponendæ ius conſuetudine acquiri poteſt.*
Pragmatica. 57. cap. 19.
20 *Collegia an poßint facere ſtatuta.*
21 *Statuta mercatorum & ſimilium, an deſiderent Principis confirmationem.*
22 *Collegij vnius ſtatuta an in alio foro obſeruanda ſint.*
23 *Statutum, vt mercatoris libro fides adhibeatur.*
24 *Ciuitatis pars an poßit facere ſtatuta.*
25 *Iuriſdictio in populo vniuerſo reſidet, non in ſingulis.*
26 *Ciuitatis ſingulæ partes veluti collegia ſunt.*
27 *Burgus quid ſit.*
28 *Ciuitatis vna pars creare ſibi ſyndicum poteſt.*
29 *Progenies vna an poßit facere ſtatuta.*
30 *Maior natu in ſucceßionibus præferri poteſt ex ſtatuto aut conſuetudine vnius familiæ.*
31 *Iudices an ſtatuta facere poßint.*
32 *Reges Prætoribus, Senatoribus, Præf. prætorio ſimiles.*
33 *Comites ſimiles præſidibus prouinciarum.*
34 *Canonici an ſtatuere poßint.*
35 *Conſenſus quando præſtandus.*
36 *Vicarij conſenſus circa ſtatuta facienda, an ſufficiat.*
37 *Capituli collatio quando Epiſcopi conſenſum requirat.*
38 *Pœnas pro delictis arbitrariè imponendas an poßit declarare iudex in principio ſui regiminis.*
39 *Declaratio, quæ poteſt ſumere variationem ex tempore, non poteſt fieri ante tempus.*
40 *Præceptores an poßint facere ſtatuta.*
41 *Patres an ſtatuere poßint.*
42 *Magiſtri iuriſdictio in diſcipulos, qualis eſt.*
43 *Excommunicati ſtatuta facere non poſſunt.*
44 *Interdicti ſtatuta non faciunt.*
45 *Banniti Imperij ſtatuta non faciunt.*
46 *Statuta qui faciunt, quibus ius ſtatuendi non eſt, qua pœna puniantur.*
47 *Statuta qualiter fiant.*

48 Statuta cum conſilio Principem facere humanius eſt, non neceſſarium.
49 Populus qua forma ſtatuta faciat.
50 Decreta ex tabella minime eſſe recitãda, quẽ ſenſum habeat.
51 Suffragia tabellaria, vel vocalia.
52 Conſenſus omnium omnino electorum requiritur, cum iterum quis eligendus eſt.
53 Ciuitatis vna pars ſi abſit, quomodo ſtatuta fiant.
54 Conſenſus circa ſtatuta facienda, an poſsit adhiberi ſeparatim.
55 Populi voluntas quomodo exploranda.
56 Suffragia à potiore conſilij numerantur.
57 Statutorum confectio, an alijs cõmitti poſsit.
58 Differentia iuris ciuilis & canonici circa delegationem cauſarum.
59 Statuta, ſuper quibus fieri poſsint.
60 Statuta ſuper ijs, quæ iuris diuini ſunt, an valeant.
61 Conſuetudine non acquiritur laicis iuriſdictio, vt in ſpiritualibus ſtatuant.
62 Statuta & leges qua ratione procedunt, quæ alium occidere impunè permittunt.
63 Occidens lege permittente, an peccet.
64 Teſtes plures quàm duo vel tres, qua ratione aliquando requirantur.
65 Legata ex minus ſolenni volũtate an debeantur in foro conſcientiæ.
66 Communes opiniones contrariæ.
67 Dotalis rei alienatio, qua ratione firmetur iuramento.
68 Leges ciuiles permittentes præſcriptionẽ cum mala fide, cur non valeant.
69 Mala fides in præſcriptionibus iure ciuili duplici reſpectu permiſſa.
70 Differentia inter ius ciuile & canonicũ quæ ſit in materia præſcriptionum.
71 Ius canonicum in foro Cæſaris ſeruandum, quantum ad malæ fidei tractatum.
72 Banniti vt occidi poſsint, qua ratione ſtatuto permitti poſsit.
73 Bannitus, quem ex ſtatuto licet occidere, ſe defendendo, aggreſſorem impunè minimè occidet.
74 Banniti vxor impunè per adulterium cognoſci non poteſt.
75 Statutum an valeat, vt qui debitum non petierit elapſis. 10. annis, cadat à iure ſuo.
76 l. 63. Tauri.
77 Pragmatica. 157. Anni. 1528.
78 Famuli à ſalarij petitione, triennio iure num excludantur.
79 Statutúmne minoris contractus iurati valeant, ſine conſanguineorum conſenſu.
80 Iuramentum ſpirituale quid eſt, in quo infirmando lex ciuilis nihil poteſt.
81 Diuortium & repudium qua ratione Iuſtinianus permittat.
82 Vſuræ qua ratiõe permiſſæ à Iuſtiniano ſint.
83 Statuta aduerſus ius commune an valeant.
84 Lex quando ſtatutis reſiſtat.
85 Lex communis, ſtatuto quando tolli poſsit.
86 Statuta contra bonos mores nullius momenti ſunt.
87 Principibus debita in ſignum excellentiæ ſtatuto tolli non poſſunt.
88 Argu. à pacto ad ſtatutum.
89 Subſtantialia iudiciorum pacto & ſtatuto an tolli poſsint.
90 Pupillus licet ex pacto non obligetur, ſtatuto obligatur.
91 Venter ſtatuto obligatur.
92 Minori reſtitutio non datur qui iure communi conſuetudinario, aut municipali vſus eſt.
93 Fideiuſſor an poſsit ſe obligare pacto ad pœnam mortis.
94 Statuto an ad pœnam mortis obligari poſsit fideiuſſor.
95 l. 16. titu. 1. part. 7.
96 l. 10. tit. 29. part. 7.
97 Fideiuſſor pœna corporali quãdo puniri poſſit.
98 Appellatio an tolli poſsit per ſtatutum.
99 Differentia inter ius ciuile & canonicum.
100 Satuta an valeant ſuper ijs, quæ per alia ſtatuta iam deciſa erant.
101 Statuta ſimplicia per alia reuocantur.
102 Satuta quæ in vim contractus tranſierint, per alia ſtatuta reuocari nequeunt.
103 Immunitas conceſſa ijs, qui venerint ad habitandum, an reuocari poſsit per ſtatutum.
104 Statuta habentia clauſulam derogatoriam, an per alia ſtatuta tolli poſsint.
105 Clauſula derogatoria, proteſtationis cuiuſdã vice eſt.
106 Statuta iurata, an per alia ſtatuta tolli poſſint.
107 Periuri ſunt, qui ſtatuta iurata reuocant.
108 Auctoritas ſuperioris in reuocandis ſtatutis quando neceſſaria ſit.
109 Iuramentum an habeat vim clauſulæ derogatoriæ.
110 Iuramentum interpoſitum ſuper confeſsione pecuniæ numeratæ, cur non habeat vim renunciationis.

111 Statu-

111 Statutum an ſit reuocabile, in quo & clauſula derogatoria ſit & iuramentum.
112 Statuta iurata reuocari poſſunt, ſed reuocantes in periurium incidunt.
113 Iurans, ſe non reuocaturum mandatum procuratori datum, reuocare nihilominus poteſt ſed periurus eſt.
114 Teſtamentum iuratum reuocari poteſt.
115 Teſtamentum iuratum reuocans, an ſit periurus.
116 Communes opiniones contrariæ.
117 Canoniſtarum opinio in materia periurij tenenda eſt.
118 Statuta contraria in eodem libro quomodo ſibi inuicem derogent.
119 Statutorum compoſitio, an cõfirmatio attendenda ſit.
120 Iuſtiniani codex totus eodem tempore confirmatus eſt.
121 Statuta, quæ per diſtinctionem ad concordiã reduci poſſunt, ſeruanda ſunt.
121 Imperatorum conſtitutiones, quæ quas corrigant, & quæ huius rei notitia eſſe poßit.
123 Iuſtinianus quo ordine ius compoſuerit.
124 Quinquaginta deciſiones Iuſtiniani & numero. 126.
125 Digeſta & codex quando dißideant.
126 Statuta quos ligent.
117 Statuta a quo tempore vigorem habere incipiant.
118 Bannitum capienti an debeatur præmium, ſi ſtatutum ille ignoret.
129 Reſtitutio ex generali clauſula ei danda eſt, qui per ſtatutum enormiter læſus fuerit.
130 Statuta, an ad præterita & futura trahantur.
131 Conſiliarij & decuriones ciuitatum canes ciuitatum à Bartolo appellantur.
132 Negocia finita vel deciſa quæ dicantur.
133 Statuta de his, quæ per appellationem ſuſpenſa ſunt, quomodo valeant.
134 Statutum ſimplex ad quæ trahatur.
135 Statutum declarans, an trahatur ad præterita.
136 Statutum, quo aliquid irritum redditur, an trahatur ad præterita.
137 Statutum confirmans, an trahatur ad præterita.
138 Statutum nouiter aliquid inducens circa litis ordinationem, an trahatur ad preterita.
139 Statutum nouiter aliquid inducens circa litis deciſionem in delictis, an trahatur ad præterita.
140 Statuta in contractibus & alijs diſpoſitionibus circa litis deciſionem.
141 Statutum formã & ſolennitatem inducens, an trahatur ad præterita.
142 Statutum, exceptionem aut defenſionem parans, an trahatur ad præterita.
143 Statutum, quo exceptio aut defenſio tollitur, trahatur ad preterita.
144 Statutum, vt exceptio inſtrumento opponi non poßit, an extendatur ad inſtrumenta antea facta.
145 Litis ordinationem, an litis deciſionem ſtatuta reſpiciant, magna differentia eſt.
146 Statutum ſi fuerit, vt poßidẽs bona fide quinque annis præſcribat, an poſſeßio præterita ad eam præſcriptionem ſufficiat.
147 Statutum, vt vxore mortua in matrimonio ſine filijs, vir lucretur tertiam partem dotis.
148 Pragma. 101. Anni. 1534. declarata.
149 Pœna pro delicto vbi imponenda eſt, inſpiciatúr ne tempus delicti, an pótius ſententiæ.
150 Statuta vſque ad quod tempus ligent.
151 Appellatio, an ſtatuti effectum ſuſpendat.
152 Statuta an recipiant interpretationem.
153 Interpretatio quadruplex.
154 Interpretatio correctoria, an habeat locum in ſtatutis.
155 Interpretatio reſtrictiua, an habeat locum in ſtatutis.
156 Reſtrictio legis multipliciter fieri poteſt.
157 Statutum puniens eum, qui in palatio ſanguinem faciat, an comprehendat chirurgum.
158 Interpretatio declaratoria, an habeat locum in ſtatutis.
159 Declaratio congrua, quæ ſit.
160 Indefinita an æquipolleat vniuerſali in ſtatutis.
161 Indefinita exhæredatio ad omnes gradus porrigitur.
162 Indefinita oratio & vniuerſalis in quo differant.
163 Verbum habens plures ſignificationes, quomodo in ſtatutis intelligendum eſt.
164 Communis vſus loquendi in verborum ſignificationibus potißimum attendendus & infrà numero. 171.
165 Statuta edita à iuriſperito, quam interpretationem recipiant.
166 Verborum ſignificatio propria vnde ſumitur.
167 Legis authoritas attendenda eſt in verborũ ſignificationibus.
168 Diffinitio attendenda eſt in verborum ſignifica-

ficatio-

leges magiſtratibus. Sed reuera lex, quod
modò dicebamus, mutus magiſtratus eſt:
magiſtratus, lex loqnens: cui nō diſsimile
illud eſt, præſtet'ne ex iuris ciuilis ſciētia,
an ex bono & æquo lites decidere [a]? Sed
ea res nec dubitationē habet, ſi modò ho-
mines ſint, qui Remp. adminſtrent.
SVO proprio.) municipali. de hoc enim
hîc agimus, ſecundum communem intel-
ligentiam [b].
POPVLVS.) Siue iuriſdictionem ſe-
paratum habeat, ſiue nō habeat: [c] ſic enim
frequentiores (etiā Pontificij) [d] exaudiūt.
CONSTITVIT.) Scriptum: nam
de non ſcripto, id eſt, de moribus in tracta
tu de legibus vidēdum eſt [e], hæcq; eſt ex-
poſitio communis [f].
IVS ciuile.) Doctorum omuium conſen
ſu (neque eoim ea appellatio iuriſconſulti
6 eſt) ius ciuile duplex, vnum quod cōmu-
ne appellāt, id eſt, ius ciuile Romanorum,
alterū ciuitatis cuiuſq; ꝓpriū, quod moni-
cipale: de primo ſupra: [g] de hoc nunc agit.
NATVralis ratio.) Ius gentium natura-
7 li ratione introductum eſt [h]. Vnde & Bar
toli approbata doctrina [i] (quæ prius Ac-
curſij fuit [k]) naturalis appellationem,
ad rationem hominem'ue relatam de iu-
re gentium intelligi debere.
COSTITVIT.) Conſenſu gentiū.
PER æque.) perpetuam æqualitatem
deſignat. [l]
QVASI.) Veritatem exprimit, vt & a-
8 libi ſæpè [m].
VTVNTVR.) Vti neceſſe habēt. Tra
ctat verò Bartolus hîc iuris municipalis
ſeu ſtatutorum (vt vucant) materiam ple-
nius aliquanto & vtilius per ſeptem quæ-
ſtiunes, quas nos ordine perſeqoamur: Pri
ma eſt, Qui ſtatuta facere poſsiut? Cuius
octo articuli ſunt. Primus, an omnis popu
9 lus per ſe ſtatuere poſsit ſine ſuperioris au
ctoritate? Hic rurſus in tres diſtinguitur:
aut enim de populo quærimus, qui iuriſdi
ctionem habeat a principe cōceſſam, con-
ſuetudine, aut præſcriptione quæſitam [n]:
aut de populo, qui limitatam habet: aut de
pupulo qui nullam. Primus, ſine ſuperio-
10 ris ſciētia (ſine diſtinctione) ſtatuit [o]: ſicut
& conſuetudinē per ſe ipſe ſolus inducit [p],
11 & in hoc omnes conueniunt. Secundus,
quateous limitatio patitur, ſtatuit: vltra
nun ſtatuit: quod & ipſum omues faten- 12
tur. Tertius, aut ſtatuit ad rerum admi-
oiſtrationem, aut ad cauſarum deciſionē. 13
Primo caſu ſioe ſuperioris auctoritate pōt
niſi ambitioſe. i. per gratiam ſtatuat [q]. Se- 14
cundo; cō ſuperioris auctoritate [r], quæ &
ipſa communia ſuut. Sine auctoritate an
poſsit, cōtrouerſum eſt. & Bartolos, quiq;
ei aſſentiuut, noo poſſe aiunt. iuriſdictio-
nis enim eſſe ſtatuta facere [s]: eum populū, 15
cui iuriſdictio denegata ſit, & conſequen-
tia quoque negari [t]. Coutrà Baldus, & fre
qoentiores (Pōtificij præſertim) [v] Eſſe e- 16
nim hoc permiſsionis magis, quàm iuriſdi
ctionis: ſufficere præterea legis noſtræ li-
centiam: poſtremò, legem municipij ſer-
uandam ſæpiſsime in iure probari [x]. Non 17
procedit tamen opinio hæc receptiur, ſi
priuceps præſeus tunc ſit, cū ſtatota fiuot.
tūc enim, niſi eius adſit cōfirmatio, mini-
me valeot [y]. Nō procedit præterea pœnę 18
reſpectu [z]. Neque enim populus iuriſdi-
ctionem non habens, pœnam imponere
ijs poteſt, qoi ſtatuta violauerint: quia im- 19
puſitio pœnæ (vt exiſtimant) ad eum tan-
tum pertinear, qui iuriſdictionem habet [a]:
verùm id rurſus declarant. Primò, ſi popu
pulus ius pœoę imponendę conſuetudine
quæſierit [b]. Secundo, niſi ſtatuendi pote-
ſtatem ipſi habeant ab ijs, qui iuriſdictio
uem habent [c]. Tertiò, cum populus ſiue
vniuerſitas ad ſtatuti obſeruantiam (quod
poſſuut) [d] ſe ſub pœtia obligent [e]. Secun-
dum quæ, Correctorum caput decimū no
num declarari oportet: quo tamen qui-
dam hoc dici ſioe diſtinctione arbitrātur,
ne regia confirmatione ſit opus: alij con-
trà prærupte dureque nimium regiam li- 20
centiā ſemper exigont. Secundò quæſitū
eſt, an collegia ſtatuta facere poſsiut? &
reſpōdet Bartolus (quod etiam alij ſequū-
tur) collegia licita hoc poſſe, in his tameu
in qoibus iuriſdictionem habent, aut quæ
ad collegas ipſos pertineant [f]. Et argenta
rij ergo, mercatores, numularij, campſo- 21
ret, & quæ vulgo confratriæ dicuntur, ſo-
dalitia permiſſa, fabrorum, aurificum, pel
lionum, & id genus corpora, ſtatuere inter
ſe ipſi poſſuot, dum ne cōtra ius diuinum
aut naturale ſtatuant [g]. Quòd ſi coutra ius

a Alc. pa rer. li. 1. c. 30
b Pan. in l. ius ciuile. ſupra Ray. hic co. 1. Iaſ. co. 2
c Iaſ. nu. 7. & nu. 34. Crot. nu. 14.
d Cano. in c. quod cleri cis. de fo. cōpe.
e l. de qbus infra de legib.
f Rayn. hic col. 2. Iaſ. nu mc. 4.
g l. ius ciui le. cum dua bus ſequēt.
h l. ex anc. pl. §. ignorura. ff. de reg. iur.
i Bar. hic ī 3. opp. Bar. ī l. 1. in princ col. 1. ff. de acq. poſſ.
k Gloſſ. in princ. inſti. de oblig. §. 1. in gloſ.
l l. vrbana §. per nota re. ff. de ver bo. ſig. Ray. hic.
m l. 2. ff. de tranſac. l. 3. in princ. & §. ſi qs quaſi. ff. de con. ob. cau. l. ſi iuſtitor. ff. ſi cert. pet.
n Glo. ī au thon. de de fen. ciui. §. iuſiurandū.
o Vt hic. et in §. oīs. in ſti. d iu. na. gen. & ciu.
l. antiochenſium. ff. de priui. credi.
p l. de quibus. ff. de legib.
q l. 1. l. ambitioſa. ff. de decre. ab ordi. faci.
r l. fin. C. de teſtament. l. ſi quid extraordinarium. C. de legat. lib. 10. t. cum

acceſsiſſent. ca. cum. M. de conſtitu tionib.
p l. 1. ff. de in. om. iudi.
q l. cū præ tor. ff. de iu dic.
v Doct. in c. qd clericis de fo. cōpet. Iaſ. hic nu. 2. Euid. et nu. 34. Crot. nu. 14. Purp. in l. 1. nu. 42. ff. de iuri. om. iudic.
x ladē eorū in princ. ff. qd cuiuſque vn uer. no. l. vt gradatim. §. 1. ff. d mu. & ho no. l. 1. C de emā. libe.
y Bal. in l. humanū. in 4. not. C. de legib.
z Inno. & alij in c. cū acceſsiſſent. in gl. ſedes. de coſtitu.
a c. fine de coniugij. ſ. ī hoc. 33. q. 2.
b l. vt C. de di... lib. ... de ... lib. 10.
c Bar. ... ambitioſa col. 6. ... tertia ... ff. de decre. ab ordi. fa.
d Coll. in c. cū aliquib. in glo. firmitate. de re ſcrip. lib. 6.
e Inno. i. d. c. cum oēs.
f l. fin. C. de iuri. om. iudi. l. 2. in fi. C. de conſt.
tu. pecu. aut de fide iuſſo. §. fin.
g Alb. in prima parte ſtatut. quæſt. 7.

cõmune aut alia ciuitatis iura, inter ipſos
eorumque hæredes ſtatuta ſeruanda ſunt:
21 ad cæteros non porrigentur[a]. Sed num
mercatorum & ſimiliũ ſtatuta, principis
ſuperioris'ue cõfirmationem deſiderant?
Et Baldus[b] aliquãdo deſiderare opinatus
eſt: idem alibi contrà[c]: quod & plures pro
bant. Eſſe enim huiuſmodi ſtatuta iure cõ
22 muni ſat confirmata[d]. Quid prætereà, an
vnius collegij ſtatuta in alio foro ſeruan-
da ſint? Accurſius negat[e]: quod Bartolus
& alij[f] reprehendunt. Tutior itaque Cy-
ni, Baldi, Salyceti, & Angeli diſtinctio eſt,
quoad exteros non ſeruanda: ſed & neque
inter collegas, ſi ad deciſionem cauſarum
pertineant, & ſtatuti verba ad collegij iu-
dices referãtur. Quòd ſi ad collegij actus,
res, aut adminiſtrationem ſtatuta faciant
23 (vt quòd mercatoris libro ſoli fides adhi-
beatur) etiam in alio foro ſeruanda ſunt:
niſi forte ſtatuti verba (in hac etiã ſpecie)
24 ad collegij iudices referãtur. Tertia quæ-
ſtio eſt, an pars aliqua ciuitatis, verbi gra-
tia, vicus, aut (vt ipſe vocat) quarterium,
ſtatuere poſsit? Et reſpondet, nõ poſſe par
tem ciuitatis ſtatuere ad deciſionem cau-
ſarũ, niſi & totius populi confirmatio ac-
25 cedat[g]. neq; enim iuriſdictio in ſingulis
aut parte, ſed in toto populo reſidet, aut
in eorum conſilio, qui populum repræſen
tant[h]: poſſe tamen ſtatuere circa ea, quæ
26 ad partem ciuitatis ſpectent. eſt enim ciui
tatis cuiuſque pars, veluti collegiũ quod-
dam approbatum. Vnde & parti ciuitatis
legari poteſt[i], ſicut & collegio, curiæ, Bur
gis, cæteriſq; corporibus acquiritur. Quod
27 verò Burgum[k] Bartolus pro parte ciuita-
tis accepit, erratum eſt. Eſt enim Burgus
Vegetio auctore lib. 4. c. 10. caſtellum par
uulum: Sic & pars municipum ſaltum cõ
munem, id eſt, (vt Bartolus & alij interpre
tantur) ſaltum municipii mercati ſunt, vt
ius compaſcui haberent: quod eorum ius
& ad hæredes, & ad emptores legatarioſ-
que (niſi aliud actum fuerit) transfertur[l].
28 Sumpſitque Baldus argumẽtum, partem
ciuitatis creare ſibi poſſe ſyndicum, habe-
re communem arcam, denique & ſtatuta
facere. Atque hæc nemine diſſentiẽte ap-
probantur[m]. Solus Cõnanus lib. 1. c. 10.
dubitat, quòd ea res materiam ſeditionis
& diuiſionis in ciuitate præbere poſsit, col
legiorumque & artificum longe alia ratio

a l. 2. §. fin. ff. de conſt. pecu.
b Bal. in. l. humanũ. in princ. C. de legib.
c Bal. in. d. l. 2. in prin. nu. 7.
d d. l. 2. & l. fi. cum ſimilib.
e Glo. in. l. 2. ĩ gl. mag. ꝓpeſi. C. de cõſlit. pecu.
f Iaſ. hic nu. 39.
g l. 2. §. deide cũ eſſet. ff. de ori. iu.
h l. et quia ff. de iu. om. iu. l. q̃ maior. ff. adm nic. l. aliud ẽ vẽdere. §. refertur. ff. de reg. iur.
i l. ſi quis a filio. §. fi. de leg. 1.
k l. pen. C. de fun. rei. priua. lib. 11.
l l. teſtatrix. §. plures. ff. ſi ſeruit. ven.
m Ioã. Bap. hic. nu. 16.
n Iaſ. hic. nu. 42.
o Ioã. And. ad Spec. de inſtr. edi. §. cõpendioſe. verſ. ſed nũ

ſit. Me aliorum rationes magis delectant.
Sed nunquid vel vna tantum progenies in 29
ter ſe ſtatuere poterunt, putà circa teſta-
mentorum ſolennitatem, aut (qui vtilis ar
ticulus eſt) vt maior natu ſemper ſuccedat,
aut ne fœminæ ſuccedant? Iaſon ſolus hîc 30
tractat[n], & poſſe progeniem, aut familiam
vnam id ſtatuere: Vbertum auctorem ci-
tat[o], Angelum[p], Imolam, Cumanum ali-
quando eius opinionis ſequaces. Contrà
Angelus & Cumanus ſibi ipſis cõtrarii[q]:
quibus accedit Alexander[r]. Statuere eñ
(inquiunt) iuriſdictionis eſt: familia vna
iuriſdictionem non habet. Iaſon priorum
ſententiam amplectitur, quòd ſit ſtatuere
permiſsionis magis quàm iuriſdictionis,
& repugnet nihil, quominus familia ſta-
tuere poſsit: quod ex ijs apparet, quæ in
prima quæſtione dicta ſunt His Andreas
Yſer.[s] Andreas Siculus[t], & plerique[v] ac-
cedunt: vt ſit dubio procul opinio hæc re-
ceptior: quã & ipſe ſequor, veramque in-
telligo non ſolum, cum familia aucta adeò
eſt, vt partem ciuitatis cõſtituat (quod Ro
dericus admittit) verum etiam, cum aucta
vſq; adeò non eſt. Me mouet, quòd & pars
ciuitatis ſtatuit, & conſuetudinem indu-
cit: eò amplius collegia, & corpora, vt ſu-
pra dictum eſt. Cur ergo vni nobiliũ fa-
miliæ licere nõ dicam, quod collegio au-
rificum, fabrorum, pellionum, piſtorum,
& ſimiliũ ex plebis fece licere poteſt? Me
minisſe tamẽ ſemper oportet, valitura ſta
tuta hæc, dum ne ad deciſionem cauſarũ
fiant. Quæritur quartò, iudices ſeu magi-
ſtratus an ſtatuta facere poſsint? Et maio-
res (verbi gratia) Prætores, Senatores, præ
fectos prætorio poſſe hoc, admittitur[x], itẽ
legatos Pontificis[y]: quod tamen omnes
rectè cum Ioanne And.[z] intelligunt, dum
modò horũ ſtatuta iuri communi non ad-
uerſentur. Ego etiam ſequor. Nam & idẽ
in præfecti prætorio forma expreſſum eſt.
Quòd ſi magiſtratus non tanta dignitate
præfulgeant, perpetua tamen (vt ſunt Du-
ces, Marchiones, Comites in ſuis ditioni-
bus, Epiſcopi in ſuis Diœceſibus ſtatuere
poterunt[a]. Quæ opinio communis eſt[b],
vt addas & hoc, ſtatuta ab hiſce condita
non iuri ciuili, ſed prætorio magis æquipa
rari[c]: vt addas inſuper, vt Prætores, Sena- 31
tores, præfecti prætorio Regibus (auctore
hîc Bartolo) ſimiles ſunt: ſic Comites 32
præſidi-

q̃d dicemus in addi. vel caſtri.
p Angel. Imo. Cuma. in. l. 3. ff. de teſta.
q Ang. in l. fi. C. de teſta. Cuma. ĩ d. l. 3. in alia lect.
r Alex. in l. ſi nõ ſpeciali. C. de teſta.
s And. Yſer. in. c. imperialẽ. §. ꝓterea ducatus. verſ. ſed quomodo ꝓ habitur. de prohi. feu. alie. p Fede.
t And. Sicu. ĩ. c. ſicut. col. 8. de proba.
v Rode. in l. quoniã in prioribus. in 10. ampliat. nu. 15. C. de inof. teſta.
x l. nã & ipſum, ſup. l. nõ ambigitur. infra. ĩ legib. l. forma. C. de offi. praef. pto.
y ca. fin. de offi. legat.
z Io. And. in. c. fi. de offic. archipreſ. Ange. d. l. formam.
a c. 2. ĩ ma io. & obed. c. 2. de cõſti. in. 6. c. nos Fede. de ſta tu. cõtra liber. eccle. ĩ vſib. feu.
b Io. Bapt. hic, nu. 17. Crot. nu. 20.
c Bart. & Doct. in. l. 5. in princ. ff. de verbo. oblig.

33 præſidibus[a] omnium cõſenſu[b]. Cuius ta-
mẽ rei veritas ex ijs conſtabit, quæ ad offi
ciorum tractatum dicemus. Si vero magi-
ſtratus ij ſint, qui non niſi temporalem iu-
riſdictionem habent (cuiuſmodi poteſta-
tes & rectores ciuitatum ſunt) conuocato
concilio & proceribus, id eſt, conſiliarijs[c]
ſeu decurionibus, ſtatuere poſſunt[d]: ſoli
per ſe nõ poſſunt,[e] niſi quatenus facta exi
gant: idque ad officij ſui tempus: neque
tamen pœnam corporalem ſtatuent[f]. Sed
34 quid de canonicis? Et conſtat, eos ſuper re
ſidentia, perceptione præbendarum, ſtatu
eccleſiæ, ſine Epiſcopi conſenſu ſtatuere
nihil poſſe[g]: neq; ergo bona capituli per
præbendas ſine Epiſcopi conſenſu diſtin-
guent[h], quicquid iuris canonici gloſſa ſen
tiat[i]. Conſentiet autem Epiſcopus tunc,
35 cum ſtatuta fiant[k]. Nam cùm per modum
auctoritatis requiratur conſenſus, eo tem
pore interueniat neceſſe eſt, quo fit act9[l].
36 Vicarii quidem conſenſus non ſufficiet[m],
niſi cùm in lõginquo adeò Epiſcopus ſit,
vt non poſsit expectari. tunc enim capitu
li collatio tenebit citra alterius conſen-
37 ſum[n]: vt bene Romanus notat[o]. Quærit
quinto, an iudices qui pœnã (vbi lege aut
38 ſtatuto expreſſa non eſt) imponere arbi-
trio ſuo poſſunt[p] in regiminis initio, decla
rare pro quouis delicto pœnæ modũ poſ-
ſint? Et non poſſe concludit: quia declara
tio, quæ varietatem recipere poteſt in tẽ-
39 pore, non poteſt fieri ante tempus[q]. Pœ-
na vero variat[r] pro qualitate temporum,
perſonarum, locorum, vt minor maior'ue
imponatur. Hoc & alii ſequuntur, & ipſe
probo, eò vel maxime quòd (vt proximè
diximus) quibus caſibus hi iudices ſtatue-
re poſſunt, pœnam corporalem minimè
40 ſtatuent. Quærit ſexto, an præceptores
grammaticæ, vel alterius profeſsionis, tũ
etiam patres in domibus ſuis ſtatuta face-
41 re poſsint? Et reſpondet circa deciſionem
cauſarum non poſſe: quia & ſi iuriſdictio-
nẽ magiſtri in ſcholares habeant[s], & coer
cionem lenem[t], at non eſt eorum iuriſdi
42 ctio perpetua. Quòd ſi circa mores ſtatuãt
vi parentibus obediendum eſt[v], niſi qua-
tenus pœnam imponunt (pecuniariam e-
nim ob mores non poſſunt[x], ſed et neque

a Glo. in c. 1. verb. obſeruetur. ſi de ſen. inter dom. et vaſſa. lis ori.
b Iaſ. in l. 2. in prin. n. 10. ff. de verbo. oblig.
c Ioã. Bap. nu. 17. Crot. nu. 23.
d l. 1. §. 1. ff. quod quiſq; iu. et l. 2. et 2. ff. de decre. ab ord. faci.
e l. pro grãmata. C. cõi. vel epiſt.
f Bal. i. l. pgrammata. Cro. hic nu. 24.
g c. cum cõſuetudinis. de cõſue. c. nouit. de his q̃ fi. à prala. ſine cõſen. capi. Old. cõſi. 181.
h Ancha. in c. canonũ ſtatuta. cha. 13. de cõſtit.
i In c. ſacerdos. in gl. de domibus. 1. q. 2.
k Bal. in c. 1. de alie. pa ter. ſeu.
l l. obligari §. tutor. ff. de aucto. tuto.
m c. cum in generali. de offic. vica. in 6.
n c. 1. in fine ſe. vac. lib. 6.
o Roma. ſing. 693.
p l. 1. §. expilatores. ff. de effrac.
q l. cũ pater §. à filia. ff. de leg. 2.
r l. reſpiciendum. ff. de pœnis.
s Auth. habita. C. ne fili. pro pat.
t l. ſed et ſi quacunq. §. fin. ff. ad l. aquil.
v l. liberto. ff. de obſeq.
x l. 1. §. taceat. C. de rei vxo. actio.

coercionis ante tempus) tantùm cùm ca-
ſus eueniet, ſuo arbitrio (dum ne modũ
excedant) imponent[y]. Quærit ſeptimo de
excommunicatis & interdictis, quos non
poſſe facere ſtatuta[z] omnes concludunt[a]: 42
ſed nec facta reconualeſcere, impedimen
to ceſſante, præterq̃ ſi noua confirmatio
accedat[b]. Quod & in bannitis imperii re- 44
ceptum eſt: qui cum principi non pareãt,
quæ iuris ciuilis ſunt, oĩa perdunt[c]. Quæ-
rit octauo, ſi qui ſtatuant, cùm ſtatuere mi 45
nimè poſsint, qua pœna puniãtur? Et ſi do
lo faciant, incidere eos ait in crimen læſę
maieſtatis: quod aliis etiam placet[d]. Secũ 46
da principalis quęſtio eſt, qualiter ſtatuta
fiãt? Quam per quinque alias quæſtiones
declarat. Humanum igitur eſt, vt qui face
re poſſunt ſtatuta, nõ ſoli faciant, ſed cum 47
conſilio ſapientum[e]: poſſunt tamen (ſi vo
lunt) ſoli proprio motu facere, eaque ſub-
ditis poſtea diuulgabũt[f]: quæ opinio cõ- 48
munis eſt[g]. Quòd ſi populus ſtatuere vult,
hæc forma ſeruanda eſt, vt vel totus popu
lus conuocetur, vel ſi id difficile eſt, aut cõ
ſilio ciuitas regitur, ij conuocentur, qui 49
Remp. gubernant[h]. Quæ conuocatio au-
ctoritate poteſtatis, vel alterius magiſtra-
tus faciẽda eſt: aut (ſi magiſtratus abſit) au
ctoritate Decurionis antiquioris[i], fietque
ſolenniter, id eſt, tubæ aut campanæ ſono,
aut voce præconis[k], vt ad curiam, publicũ
vel conſuetum locum conueniant[l]. Con-
uenientibus, inſpici oportet, ſint'ne ibi duę
populi aut cõſilii partes. Id enim regulari-
ter requiri obtinuit[m], exceptis quibuſdã
caſibus, quos plenius aliquando ſum exe-
cutus[n]. Nec vocatos eſſe ſufficiet, niſi &
duæ partes præſentes ſint, ꝙ (vt ait lex[o])
ex tabella decreta minime ſint recitanda:
id eſt (vt Odofredus, Bartolus & cęteri in-
terpretãtur[p]) ſono tabellæ vocari ſatis nõ
ſit. Accurſius, Ex tabella, id eſt, per delega 50
tum. Ego cum Budæo[q], Non ex tabella, id
eſt, vt non tabellaris, ſed vocalis ſententia
ſit. Fuit enim olim modus geminus feren-
di ſuffragii, & ſententiæ dicendæ: interdũ
enim voce, interdum tabella eo munere
fungebantur. Cicero in orat. contra Rul- 51
lum, Sed tamen magnificentius atque or-
natius eſſe illo nihil poteſt, quòd meis co-

y l. ita quæritur. §. iulian9. ff. loc.
z c. aduerſus. § q. a vero. de imm. eccle.
a Crot. hic nu. 29.
b l. 1. §. ſed ſi filius. de leg. 3. c. 1. de ſtatu. con. liber. eccle.
c l. amiſsione. §. qui deficiunt. ff. de capi. dimi.
d l. 3. ad fi. ff. ad. l. iul. maieſ.
e l. humanum. C. de legib.
f l. 3. C. de legib.
g Claud. in l. 1. col. 3. infra de legi.
h l. 2. §. deĩde q̃ difficile. ff. de ori. iu. not. in rub. C. q̃ ſit lon. conſue.
i l. 1. C. de cõſul. lib. 12. l. 1. ff. de albo ſcrib. vbi Bart. idem Bart. in l. obſeruare. C. de decu. libro. 10.
k l. 2. cũ gl. C. de decu. li. 10. l. al. ud §. refertur. vbi gl. ff. de regu. iu.
l l. 2. C. de decu. l. ſi q̃d extraordinariũ. C. de lega. lib. 10.
m l. nõ tãtũ. C. de decu. lib. 10.
n In l. maiorem. ff. de pac. Corſet. ad Abb. in verbo vniuerſitas.
o l. fin. C. de prad. curi. lib. 10.
p Ioan. Bapt. hic nume. 28.
q Bud. in l. moris. ff. de pen.

mitis

mitiis non tabellam indicem tantæ libera litatis, ſed vocem viuam præ vobis indicem veſtrarum erga me voluntatum ac ſtudiorum tuliſtis. Vbi verò legitimus numerus fuerit, proponi ſentẽtia poterit, aut generaliter[a] quid in ꝓpoſito placeat, aut certa forma[b], placeat ne lex ſic vel, ſic ſcripta: deinde quod maiori parti placuerit, firmum id erit[c]. Neque eorũ opinio probanda eſt, qui, ſtatuatur præter legem an contra legem, diſtinguunt: vt ſi contra legem, nullus diſſentiat[d]. Etenim iure ſingulari receptum illud cõmuniter fatentur[e],
52 vt cùm denuo eligẽdus quis eſt (quod, referre firmare vocant) omnes omnino electores conſentiant. Cæterum cùm vocandos omnes ſupra dixerimus, videndũ eſt, quid
53 ſi pars vna ciuitatis abſit? & ſi ſponte, qui præſentes ſunt iure ſtatuent[f]. Si verò vna pars expulſa ſit, rurſus diſtiguitur. Aut enim expulſis ius ſtatuendi nõn fuit, & præſentes rectiſsimè ſtatuent[g]: aut ius ſtatuendi illis fuit: & rurſus diſtingui oportet. Aut enim iuſtè expulſi ſunt, & ſicut cætera ciuitatis ſuæ iura, ſic & ſtatuendi facultatem amittent[h]: aut iniuſtè, & tunc præſentes abſentibus nõ ſtatuent[i]. Interſe verò quæ ſtatuerint, obſeruabunt[k]: quæ diſtinctio-
54 nes approbatæ ſunt. Sed nunquid conſenſiſſe ſeparatim (verbi gratia) ſingulos in domibus ſuis ſufficiet? Et nõ ſufficere Bartolus ait: cui omnes ad vnum aſſentiunt[l]. Quædam enim pertinent ad plures vt ad vniuerſos, & in ijs ſimul præſtãdus erit cõſenſus[m]. Quædam ad plures vt ſingulos, in quibus maior pars minori præiudicium afferre poteſt: & tunc ſimul quoque præſtandus eſt[n]. Quædam ad plures vt ſingulos, in quibus maior pars minori præiudiciũ afferre nequit: & tunc ſeparatim præ-
55 ſtari poterit[o]. Explorabitur autem populi voluntas ſic, vt proponens verbo proponat, populus aut expreſsim aut tacite etiã cõſentiat, leuando aut ſedendo, fabis albis aut nigris, vt Bartolus ait[p]. Communis enim Reip. ſponſio variè fit[q]. Itaque & voce, & per tabellas, & per diſceſsionẽ, vt olim, Senatuſconſulta fieri ſolita ſunt. Sanè vbi ſecreto (verbi gratia) per tabellas, fabas, ſchedulas (quæ cautior formula eſt) ſuffragia feruntur, qui præcipuæ dignita-
56 tis inter cæteros ſit, numerabit quo iure vtimur[r]. Hîc & illud quæritur, an ſtatuto-

a l. 2. ff. ad Velleia. b §. ex hoc capite inſtit. ad l. aquil. c l. quod maior. ff. ad municip. d aut. de ſ fru. ciui. §. vlti. e roma. ſingu. 352. Corſe. in ſingu. vniuerſitas. f l. vbi ab ſunt. ff. d tuto. & cura. da. ab his. g l. 2. §. de inde cũ eſſet. ff. de ori. iu. h l. amiſsione. ff. de capi. dimi. i l. itaq; fullo. ff. de fur. k l. perſum dũ. ff. de ſeruo. ruſti. prædio. l Ioã. bap. nu. 30. Crot. nu. 37. m c. ingeneſſe. de elec. n l. & ſonum. §. ſ. ff. d pact. o l. ſ. ff. cõmu. prædio. p l. conſenſu. ff. de actio. et obli. l. ſerue inuito. §. ſi à pupillo. ff. ad trebel. q l. i. ff. de legib. r c. ſicut. de electi. 6. s Crot. nu. 38. Ioã. bap. nu. 31. t l. 1. ff. de offi. eius cui mã. e iuriſ. v l. 1. §. e a ſtu. §. deinde quia diſficile. ff. de orig. iu.

rum confectio aliis committi poſsit? Et verius receptiusque[s] illud eſt, vt iudices qui ſtatuere ipſi poſſunt, delegare hoc aliis nõ 57
poſsint[t], populus poſsit[v]: quod iure ciuili 58
verum eſt. Nam Pontificio[x], cauſç omnes ſiue meri, ſiue mixti Imperii ſint, delegabiles ſunt. Tertiò, principaliter quæritur, ſuper quibus rebus ſtatuta fieri poſsint? Etſi 59
ſpecies noua ſit, dubium non eſt, fieri poſſe ſtatutum[y]: ſi vero diſpoſitum in ea iam erat, diſtinguendum eſt. Nam ſi quid iure naturali aut gentium diſpoſitum ſit, ſtatuto prorſus ei derogari non poteſt: partim quidem vel derogando, vel addendo poteſt[z]. Quid ſi ſuper ijs ſtatuta fiant, quæ iure diuino deciſa ſunt? Et præfari v- 60
num illud hîc libet, quòd cùm diuinũ ius nũc vocamus, Bartoli & doctorũ vtriuſq; iuris more loquimur, qui quicqnid in veteri etiam teſtamento præceptum eſt, ius diuinum appellant. Neque enim ignoro, Theologos vocem hanc aliter in propoſito accipere. Hoc igitur ſic poſito, ſi idem ſtatutum dicat, ſuperfluum[a] erit omnium conſenſu[b]: quotiens enim ſtatutũ nullo addito, vel detracto, idem ſtatuit quod ius diuinum aut commune, ius diuinum aut commune, non ſtatuti cenſendũ eſt. Si verò aliter quàm ius diuinum, tunc ſuper ijs, quæ ſpiritualia ſunt, vt eccleſia & clerici, ſtatuta nullius momenti futura ſunt[c]: neq; ſi vetuſtiſsima cõſuetudo pro- 61
ponatur eo caſu, iuriſdictio in clericos acquiri dicitur[d]. In ijs verò quæ temporalia ſunt (ſi non ſimpliciter & vno modo ius diuinum ſtatuit) ſtatuta valebunt. Sic, quia præceptum, Nõ occides, non ſimplex eſt 62
(alibi enim dicitur, vt qui occiderit, occidatur) potuit ius ciuile, poteritque ſtatutũ ex cauſa permittere, vt occidi quis poſsit: peccabit tamen occidens quamlibet lege permittente[f]. Quæ opinio receptior eſt[g], 63
niſi rationabilis iuriſq; diuino cõſona cauſa necis permittẽdæ fuerit[h], vt ſupra quoque diximus[i]. Quòd ſi ius diuinum ſimpliciter ſtatuat, ſed cauſa legis ea ſit, vt peccatum excludat, ſtatutum valebit. Ecce enim iure diuino in ore duorum vel triũ 64
ſtat omne verbum, & tamen in teſtamento ſeptẽ iure ciuili requirũtur[k]. Præſumit enim lex dolum & fraudem, niſi ita factũ ſit: quæ cauſa peccatum excludit. Atque hæc opinio in foro contentioſo cõis eſt[l].

Quid

x c. 1. de archiepiſcopatu & capto. y l. de quibus. ff. de legib. z l. ius ciuile. l. manumiſsiões. ff. de iuſ. et iu. a l. ſi creditori. de leg. 2. l. 2. C. d her ſan. li. 10. l. 3. §. dixerit aliquis. ff. d publica. b Crot. nu. 39. c c. eccleſia ſancta Maria de cõſti. aut. ſtatuimus. C de epiſ. et cleri. d c. ſi imperator. cũ gl. 96. diſt. Abb. in c. ſoluta. in 6. not. de maio. et. obedi. decreta. de eccleſia. col. 2. Rota. in antiq. deciſ. 180. e l. 1. & 2. C. quã liceat vnicuiq; ſine iudi. ſe vindi. l. 3. ad l. ff. ad l. cornel. ſic. f c. inter hæc 33. q. 2. g Iaſ. in l. ſi plagiy. col. 2. ff. d verb. oblig. ſurtu. de ſic. ſue. nu. 139. h Abb. in c. 2. d homici. i ſol. nu. ii. k l. in bem. C. de teſt. l. hac cõſultiſſima. in fine C. q teſt. fa. poſ. l. ſi. C. d fideicom. l Crot. hic in nu. 41.

65 Quid in foro cõſciẽtię? Et Bartolus, Theo
logi (inquit) diſputẽt, ego didici receptius[a]
66 neſcio an & verius, ex minus ſolenni volũ
tate legata deberi in foro conſcientiæ. Pec
cat enim hæres, qui teſtatoris voluntatem
non ſeruat, quanuis non ſolenniter factã[b].
Quapropter etiam ſi in codicillis quinque
teſtes non interuenerint, obſeruandos ta-
men Corneus reſpondit[c]: cuius rei & in
quadam. C. Plinii ad Calniſinm epiſtola
mẽtio eſt. Nec hæredem (inquit) inſtitui,
nec præcipere poſſe Remp. conſtat. Satur
ninus autẽ qui nos reliquit hæredes, qua-
drantẽ Reip. noſtræ, deinde pro quadran-
te præceptionem quadringentorum mil-
lium dedit. Hoc ſi ius aſpicias, irritũ: ſi de-
functi voluntatem, ratum & firmum eſt.
Mihi autem defuncti volũtas (vereor quã
in partem iuris conſulti quod ſum dictu-
rus accipiant) antiquior iure eſt. Sed & hæ
redẽ, qui non ſolenni teſtamento ſcriptus
eſt, (ſi de voluntate teſtatoris certus ſit) iu
ſtè eo in foro adire poſſe: fructusque vero
domino acquirere pleriq; ſentiunt[d]. Quid
ſi ius diuinũ ſimplex ſit, & cauſa legis aut
ſtatuti peccatum minime excludat? Et nõ
67 valere omnes conſentiunt. Hinc eſt, vt a-
lienatio rei dotalis iuramento firmetur,
quãuis lex ciuilis aliud voluerit[e]. Hinc, vt
filia eum iuramento ſucceſsioni patris re-
nunciet, quãuis & hoc quoque lex ciuilis
neget[f] (neque enim peccatum in propo-
ſito cauſa legis excludit, quod deierando
68 committitur[g]). Hinc, vt leges illæ non va-
leant, quæ præſcriptionem cum mala fide
admittunt[h]. Permittunt autem leges ciui
69 les dupliciter. Primũ, quia bonam fidem
initio tantum vſucapionis requirunt[i]. Se
cundum, quia præſcriptio longiſsimi tem
poris iure ciuili cum mala fide procedit[k]:
neque præter has vlla eſt (quod ad tracta-
70 tum præſcriptionum attinet) inter ius ci-
uile & pontificium differẽtia: vt Abbas[l],
71 Francus[m], & Cæpola[n] notant: ſeruabi-
turque in prædictis ius canonicum, etiam
in foro Cæſaris. agitur enim de peccato:
quæ receptiſsima ſententia eſt[o]. His con-
72 ſequentia & illa ſunt, valeat'ne ſtatutum,
quo bannitos occidi poſſe permittitur? Et
valere Bartolus & frequentiores aiunt,
quòd (vt ſupra dictũ eſt) pręceptũ diuinũ,
de non occidendo, ſimplex non ſit. Quid
quòd rebelles qui ſunt, iura ciuitatis amit-

a Iaſ. in l. cũ quis. nu. 4. C. de iu. et fac. igno.
b Ang. in l. ſi. §. illo. C. de neceſ. ſer. hæ. inſt.
c Corn. vol. 2. conſ. 119.
d Alc. de quinq. ped. præſ. pag. 18.
e l. nõ dubiũ C. de legi.
f l. pactũ. C. de collat.
g c. cum cõ tigat. de iu. iur. c. licet. mulieres de iu. iur. in 6.
ł c. quãuis pactũ de pact. in 6.
h c. ſi. de præ ſcrip.
i l. vnica. C. de vſuc. transf.
k l. ſicut. C. de præſ. xxx vel xl. ãno.
l Abb. in c. de quarta colum. 4. de præſcrip. et in c. paſtoralis. §. præterea. col pen. de offi. deleg.
m Philip. Fran. in c. 1. de præſ. l. 6.
n Cæpo. de ſeru. vrba præ. c. 24. nu. 7.
o Bar. in l. naturaliter col. 2. ff. de vſuc. Capo. de ſer. vrba. præ. c. 24. Socy. in. 4. vol. cõſ. 98. col. ſi. Mat. not. 23.

tunt[p], & iure communi occidi poſſunt,
cur non igitur & per ſtatuta? Inde, vt
bannitus (qui ſtatuto offendi poteſt) ag- 73
greſſorem, ſe defendendo, ipſe occidere
minime poſsit: quod omnes fatẽtur[q]. Ne-
que tamẽ in hac ſpecie banniti vxor (quã-
libet & ipſa bannita ſit) adulterio cogno- 74
ſci poterit Baldo auctore, à quo nemo diſ-
ſentit[r]. Inde, vt ſtatutum non valeat, vt
qui per decem annos debitum non petie- 75
rit cadat à iure ſuo: quam ſententiam Do-
ctores iuris vtriuſque ſequuntur[s]. Quomo
do enim debitor vt mala fide præſcribat,
permitti poteſt? Certè per indirectum fie
ri id poſſe fatentur (verbi gratia.) Si dicat
lex, decem annis elapſis, chirographũ aut
debiti inſtrumentum fictitium præſumi:
quod etiam vbi mala fide debitor præſcri-
bat intelligi oportet: nam vbi bona, tem-
pus præſcriptioni (quod lex regia[t] facit)
præfiniri poterit. Vnde etiam ex facto cõ- 76
ſultus dicebam, Pragmaticam ſanctionẽ[u]
qua cautum eſt, famulos triennio elapſo à 77
ſalarii petitione excludi, tunc procedere,
cùm domini ſalarium ſe debere ignorent: 78
aliud, ſi ſciãt. Nam quomodo (ſi veras has
vtriuſque iuris doctorum reſolutiones ſe-
quimur) lex Regia pręſcriptionem cũ ma-
la fide inducere potuit? De vſu ergo legis
illius & cauendum & deliberandum, & ſi
vulgo iudices ſine diſtinctione eam obſer
uent. Denique & his conſequens eſt, vt
ſtatutum non valeat, ne minoris contra- 79
ctus (etiam iurati) ſine conſanguineorum
conſenſu valeant. Iuramentum enim ſpiri 80
tuale quid eſt[x]. Quocirca in eo infirman-
do lex nihil poteſt[y] (licet alioqui vim Apo
ſtolici habeat[z].) Quæ & ipſa receptior opi
nio eſt[a]. Poterit quidem hoc caſu ſtatui,
vt contractus dolo initus pręſumatur, cõ-
temnique iuramentum poterit. Cæterum
cùm ſtatui contra ius diuinum non poſsit, 81
quid eſt, quod Iuſtinianus repudium & di
uortium permiſerit, cùm tamen iure diui-
no[b], Quod Deus coniunxit, homo non ſe
paret? Quid quòd vſuras admiſerit, cùm 82
lege diuina[c] contrarium dicatur. Mutuũ
dantes, nihil inde recipiẽtes? Et alii aliter
in hoc, Alciatusque[d] nouiter magis, quàm
vt omnino hoc præſtet, Iuſtinianum excu
ſat. Ego (quod ad vtrumque pertinet) eos[e]
magis ſequor, qui non ſic permiſſum à Iu-
ſtiniano dicũt, quaſi in foro Dei liceret, ſed
ideò

p l. amiſsio ne. ff. de capi. dimi. l. 3. §. ſi. ff. ad. l. Corn. de ſic.
q Bar. in l. vt vim. col. 2. Claud. co. 3.
r Bal. in l. ſi cõ. C. ſi cõ. ius vel vti. pub.
s Canoſ. c. cura. de iu. pat. Ioan. Bapt. bis nu. 37. Crot. nu. 47.
t l. 63. Tau ri.
u pragma. 157. med. ãno 1528.
x c. ſi. de ſo. cõpet. in 6.
y c. eccleſia ſancta Maria de conſtit.
z gl. in l. a digere. ff. & in patro.
a Crot. nu. 47.
b Matth. c. 19.
c Luca. c. 6.
d Alci. pa rer. 6. c. 20.
e gl. 10. di ſtin. c. 1. ſi. g. lex. Bar. in l. 1. nu. 7. C. de ſum. Tri ni. Iaſ. in 1. lect. nu. 47 et in 2. nu. 28.

ideò vt maiora mala euitarentur[a]: quo-
modo & meretrices tolerantur. Et fortè
Inſtinianus temporum ſuorum licentiæ,
(ne dicam ſuæ) aliqnid condonabat. Sed
nunquid ſtatuta valida erunt aduerſus ius
commune? Et Bartolus[b], à quo nō eſt qui
diſſentiat, diſtinguit, reſiſtat'ne lex ſtatu-
to, an nō? Primo caſu ſtatutnm valere nō
86 poteſt[c]. reſiſtit verò in ꝓpoſito, cùm ex-
preſſe ſtatntis in cōtrarium factis reſiſtit.
87 Secundo caſu rurſus diſtinguit, aut enim
lex ex cauſa publica, aut iure ſubtili ali-
quid induxit[d], & ſtatutum in contrarium
88 firmum eſt[e]: aut ſecnndnm bonos mores,
& ſtatutum contra bonos mores etit nul-
lius momēti[f]. Sic enim neqne pacta con-
tra bonos mores alicuius momenti ſunt[g].
89 Sed & ſtatutum non nalebit, quo ijs dero-
getur, quæ principibus inſuperiorum ſi-
gnum conceſſa ſunt: qualia veniæ impe-
tratio, arrogatio, legitimatio per reſcri-
90 ptum principis & ſimilia[h]. Quocirca vel
cnm primis notari conuenit, à pacto ad ſta
tutum affirmatiue quidem valere argumē
tū[i]: ſic. pacto hoc fieri poteſt, ergo ſtatuto:
ſtatuto fieri pōt, ergo & pacto. Negatiue
autem non valere, niſi in ijs, quę cōtra bo-
nos mores ſint. ea enim ſicut pacto, ſic ne-
que ſtatuto fieri poſſunt[k]. Inde eſt, vt licet
91 pacto ſubſtantialia iudicii tolli non poſ-
ſint[l], ſtatuto tamen poſsint[m]. Inde, vt licet
92 pupillus ex pacto contractu'ue non obli-
getur[n], ſtatuto tamen obligetur[o], eò am-
93 plins & qui in vtero eſt, vt voluit Baldus[p].
Qua ratione etiam commnniter tradunt,
94 minori reſtitutionem nō dandam, ſiue iu-
re communi, ſiue conſuetudinario, ſine
mnnicipali vtatur[q]. Inde, vt licet fideiuſ-
95 ſor pacto ſe ad pœnam mortis, aut etiam
corporalem nequeat adſtringere[r] (nemo
enim, vt dicitur, membrorum ſuorum do-
96 minus eſt[s]) ſtatuto tamen obligari poſ-
ſit[t]: quam opinionem certatim Baldus[v],
Romanus[x], Iaſon[y], & alii[z] commendant:
qnomodo & legem Regiam[a] intelligen-
97 dam iam olim admonui, vt pœna corpo-
ris fideiuſſor puniri non poſsit tunc, cùm
98 neque ex pacto, neque ex ſtatuto tene-
tur, aut ex pacto tantum. aliud, ſi ex ſtatu-

a c. ſi quod verò. 33. q. 2.
b Bar. nume. 26.
c l. eos verſi. nec liceat C. de vſu. auth. caſſa. C. de ſacroſ. eccle. auth. nauigia. C. de fur. auth. oēs peregrini. C. cōmu. de ſucceſſ.
d §. alteri. inſt. de inuti. ſtipul.
e Glo. in. l. neq; ex prætorio. l. neq; pignus. §. priuatorum ff. de reg. iu. l. 2. C. quæ ſit lon. con.
f Glo. in rub. C. de decre. decu. lib. 10.
g l. paciſci. l. nō impoſſibile. ff. de pact.
h Bal. in. l. 1. C. de iur. au. ann.
i l. paciſci. l. non impoſſibile. ff. de pact.
k l. pacta quæ contra ff. de pact. ſcæris auté. 4. diſtinct.
l l. platā. C. de ſent. et inter. om. iudi.
m Extrau. ad reprimē dū. clem. ſæpe. de verb. ſigni.
n §. pupillus. inſti. de inuti. ſtipu.
o l. ſi ſine. §. Lucius. ff. de admi. tut.
p Bal. in. c. ſi. nu. 18. de conſuetud.
q l. fin. vbi Bald. & doct. C. de reſti. in inte.
r Bar. in. l. ſi q̃s reū. C. de cuſto. reo. in. l. Iulianus. ad ſi. ff. q ſatiſ. cog.
s l. liber homo. 1. ff. ad. l. aquil.
t Glo. in. c. cum homo. 23. q. 5.
v Bald. de pace conſtit. §. dāna. ad fin.
x Roma. in ſing. 128.

to. Id enim (vt diximus) fieri poteſt. Sed 99
valebit'ne ſtatutum, ne à iudicum eius ci-
uitatis ſententijs appellare liceat? Et ap-
probata Bartoli opinio eſt diſtinguentis,
iure ciuili ſtatutum valere, ſi ciuitas quæ
ſic ſtatuit, iuriſdictionem habeat primæ
& ſecūdę appellationis[b]: aliud, ſi nullius[c],
aut primæ tantum, & non ſecundæ. Vide-
tur enim iuri ſuperioris (id eſt eius ad quē
iuriſdictio ſecundæ appellationis compe- 100
tit) detrahi[d]. Iure verò pōtificio non vale
re, quatenus ſuperioris iuriſdictionem im
pediat[e]. Quid ſi ſtatuta nunc fians ſuper 101
his, quæ alijs eiuſdem ciuitatis ſtatutis
deciſa ſunt? Et hic articulus latior aliquan
to in quatuor alios rurſus diuiditur. Pri-
mus, quando priora ſtatuta ſimplicia ſunt.
Secundus, quando poſterioribus derogāt.
Tertins, quando prima inrata ſunt. Qnar-
tus, quando eodem tempore contraria fa-
cta confirmataque ſunt. In primo articu-
lo cum Bartolo cæteri dicunt, ſi priora ſta 102
tuta in ſimplici & mera ſtatutorum natu-
ra manſerint, per poſteriora reuocari poſ- 103
ſe[f]. Quòd ſi in contractum, aut quaſi con-
tractùm tranſeant, reuocari nō poſſe[g]: quę 104
opinio cōis eſt[h]. Si itaq; ſtatuto īmnnitas
ijs concedatur, qni ad habitandnm in vico
veniſſent, & quidam venerint, his rcnoca
ri alio ſtatuto immunitas minime pote-
rit: impediri vero poterit eorum reſpe-
ctu, qui poſtea venerint. Differentiæ ratio
illa redditur, quòd cum ijs qui iam veniſ-
ſent, cōtractus innominatus initus ſit. Do,
vt facias, aut facio, vt facias: id eſt, concedi
mus immunitatem, ſi veneritis. Qui con-
tractus cùm ex vtraq; parte perfectus ſit,
pœnitentiæ locum ademit[i]: qnod tamen
dupliciter non procedit. Primò, cū ij quo-
rum gratia contractus ſit, ingrati fuerint[k],
vt Panl[9] notat[l]. Secūdò, cū ſubditi ſnnt[m]. 105
Sequens articulus de ſtatuto, quod habet
clauſulam derogatoriā, ſic diffiniri ſolet
communiter, vt niſi prioris expreſſa reuo
catio fiat, non valeat. Primum, quia & hoc
in teſtamentis videmus[n], deinde, quia &
idem eſt in reſcriptis principum contra le
gem[o], quæ regulariter non valent, niſi le-
gis illius mentio in reſcripto fiat: idque

y Iaſ. in. § quadū. n. 36 inſti. de act.
z Hippo. in pract. examināda. n. 12. Roder. de fideiuſſo. in cauſa crim. q. quo ad ar-ſa. col. 2. & verſ. 3. limita.
a l. 16. tit. 10. par. 7. l. 10. tit. 25. par. 7.
b l. 2. §. ex actis. ff. de orig. iu.
c l. 1. §. ſi. ff. à q̃b. appel. lic.
d l. vlt. ff. de aq. plu. arc. l. oratio. ff. de ſponſ.
e c. 2. de maio. & obed.
f §. ſed naturalia. verſ. ea vero. inſt. de iu. natu. gen. & ciu.
g l. atē verū §. ex iiſdē. ff. quod cui vniuer. nomi. l. qd ſemel. ff. de decre. ab ordi. faci. plat. in l. an reſpublica. C. de iu. reip. lib. 11. Abb. in c. nouit. n. 25. de Iudic.
h Alex. in 1. vo. cōſ. 101 nu. 3. & in 2. cōſ. 216. n. 7 & in 2. cōſ. 1. nu. 38.
i l. ſi. pecuniā. ff. de cōdic. ob cauſ.
k l. Titius. ff de obſeq.
l Pau. in. l. digna vox. C. de legib. Ioan Bapt. hic nu. 67. Cret. nu. 57.
m c. in noſtra. de iniur. ſecundū intel. Innoc. Anto. Cardin. & Abb. in. c. nouit. de iudi.
n l. ſi quis. in principio. de leg. 3.
o l. ſi. C. ſi cōtra ius vel vti. pub. vbi Bar. Pau. Iaſ. in. l. cauſas. C. de tranſact. Felin. in. c. nonnulli. de reſcript.

ideo

ideo, quia derogaſſe videtur lex reſcriptis
106 huiuſmodi[a]: poſtremo, quia clauſula de-
rogatoria poteſtationis vice eſt, quæ volũ
tatem in futuris ſtatutis deeſſe oſtendit[b].
Sine voluntate verò & conſenſu neque le
107 ges neque ſtatuta fiunt[c]. In tertio articulo
ſtatuti iurati receptum eſt, ſi io ſecundo re
quiratur ſuperioris auctoritas, tolli primũ
oon poſſe[d] (neque enim ſuperior periu-
rii auctor eſſe vult) ſi in ſecũdo nõ requi-
108 ratur ſuperioris auctoritas, tolli primum
poſſe[e]. Sed reuocantes futuros periuros[f].
Sed quando in reuocando auctoritas ſupe
109 rioris neceſſaria erit? Et ſi eiuſmodi popu
lus ſit, qui per ſe ſolus poſſet ſtatuere, & ſo
lus quoque, id eſt, ſine ſuperioris auctori-
tate reuocare poterit[g]: ſi ſolus per ſe ſtatue
re non poſſet, oeque ſolus reuocabit, niſi
cum reuocatio rem ad ius commune redu
cat, ad ſecuodi non ſolenois teſtamen-
ti exemplum[h], quo prius infirmatur: ſcili-
cet, ſi in ſecũdo ij inſtituti ſint, qui iure cõ-
muni ab inteſtato ſuccederẽt. Quid ergo?
110 habebit'ne iuramentum clauſulæ deroga-
toriæ vim? Et non habere videri poteſt, eò
quòd neque renunciationis vim habeat[i].
Contrà Bartolus, & plures ſentiũt. ſic em̃
habet in teſtamento, quod ſe non reuoca-
turum teſtator iurat: magna enim vis iura
menti eſt, & quæ maiora efficiat[k]. Nec ob
111 ſtat argumentum iuramenti interpoſiti ſu
per confeſsione numeratæ pecuniæ. Illic
enim confeſsio & iuramentũ ad idem teo
dunt: vtrumque enim ſpe futuræ numera
tionis interpoſitnm eſt, in propoſito ad di
uerſa: ſtatutum, vt ſeruetur: iuramentum,
ne contra ſtatuatur. Quid igitur ſi & clan
112 ſula derogatoria ponatur in ſtatuto, & prę
terea iuramentum? Videri potuit irreuo-
cabile eſſe, duplex enim funiculus eſt[l], o-
perarique ſoler geminatio nõ pauea[m]. At
contrarium Bartolus & frequentiores cõ-
cludunt. Neque enim legem ſibi impone
re poterit quiſquam, à qua recedere ei nõ
liceat[n]: ſatiſqne eſt, quòd metu periurij
non facile adeò quis reuocabit. Obſerua
113 itaque, ſtatuta iurata reuocari poſſe: ſed re
uocantes in periuriũ incidere. Sic ſi proco
114 ratorem conſtituas, & mandatum te non
reuocaturum iuraueris, reuocare quidem
poteris, verum eris periurus[o]: quæ ſenten
tia communis eſt[p]. Sic ſi teſtamentum fa-
115 ciam, & me noo reuocaturum iurauerim,

a l. nec dã-noſa. C. de p̃cib. ĩpe. offe.
b l. atſi qs. §. pleriq. ff. d relig. & ſumpt. fu.
c l. 2. infra de legib.
d aut. ſacramenta. C. ſi aduer. ven.
e c. quãuis. de pact. in 6.
e c. 1. d ſpõ. duo.
f l. 1. C. ſi ad uer. ven.
g l. pat qſ-q. ff. d ſolut.
h l. 2. ff. de inius. rup.
i l. ſi. C. de nõ num. pe.
k l'. cũ pat §. filius ma-tré. de leg. 2. not. in §. itẽ ſi qs po-ſtulãte. inſt. de actio.
l aut. de cõ ſan. et vte. fratri.
m l. baliſta. ff. ad Treb.
n l. ſi mihi. et tibi. §. ĩ le gatũ. d leg. 1.
o gl. in c. ſi. de pen. ĩ. 6.
p Phil. ĩ. d. c. ſi. co. 2. Iaſ. ĩ. l. ſi ita qs. §. ea lege. nu. 24. ff. de verb. oblig. Curt. ĩ aut. ſacramẽta. nu. 63. C. ſi aduer. ven.

reuocare quidem potero (in quo doctores
vtriuſque iuris conueniũt[q]) periurum ta- 116
men futurum me, quia reuocauerim[r]. ap-
probata à Pontificiis opinio eſt[s]: quanuis
noſtri cõmuniter contrarium tenuerint[t]. 117
Sed ego in tractatu periurii Pontificiis (vt
par eſt) magis aſſentior: quorum ſenten- 118
tiam, & hæc de ſtatutis recepta ſatis con-
firmat. Quod attinet ad quartum, quan-
do ſcilicet duo ſtatuta contraria in eodem 119
volumine reperiantur, Dyni, Cynique ap
probata opinio eſt, vt quod in contextu
poſtremum eſt, hoc præualeat, compoſi-
tionis non confirmationis tempore inſpe
cto. Sic enim in tutelis, codicillis & teſta- 120
meotis videmus[v]. Addit Bartolus argumẽ
tũ, quòd totus Codex Iuſtiniani eodem
tempore confirmatus eſt, & tamen in eo 121
leges quædam contrariæ ſunt, è quibus vl
timæ prioribus derogãt. verùm, ſi per di-
ſtinctionẽ ad concordiam reduci poſsint, 122
vtrumque ſtatutum ſeruandum eſt[x]. Quæ
& ipſe ſequor. Sed quomodo primas Im-
peratorum cõſtitutiones à poſtremis cor- 123
rigi intelligemus? Neque aut Bartolus aut
cæteri hic declarant, niſi quòd ordinem
compoſitionis attendendum aiunt. quæ
notitia fallaciſsima ſine dubio eſt. Altius
itaque ſumenda atque repetenda. Quo-
circa noſſe hoc oportet, Iuſtinianum Im-
peratorẽ anno Chriſti. D. XXIX. ad Im-
perij faſtigium aſſumptũ fuiſſe. Idem im- 124
perii ſui anno tertio ex tribns veteribus
codicib', Theodoſiano, Gregoriano, Her
mogeniano Codicẽ componi iuſsit. De-
inde intra quadrienoium quinquaginta
digeſtorũ libros promulgauit: pòſt intra
vndecim menſes inſsit Ioſtitutiones confi
ci. Demum eodem anno iuſsit Codicem
iterum emẽdari, pluresque leges in eo in- 125
ſeri, & præſertim quinquaginta deciſio-
nes[y], ex qnibus aliquæ erant quæ priores
leges corrigebant: appellauitque repeti-
tam Codicis prælectionem: voluitque ex
die. iiij. Kalẽd. Ianuarij, ſe quartũ & Theo
doro, Paulino conſulibus vim & effectum
obtinere. Igitur cùm Iuſtinianus concor-
daſſe Codicem ſuum cum Digeſtis affir- 126
met, quiſquis velit aſſerere ſubeſſe corre-
ctionem, oportet, vt id ab vna ex ijs deci-
ſionibus quę vltimę editioni inſertę ſunt,
eſſe factum oſtendat. priores enim conſti
tutiones, & ſecum omnes & cum iure Di-

q Alex. in l. ſtipulatio. hoc mõ cõcepta nu. 5. ff. de verb. oblig.
r gl. in c. vltima. 13. q. 2.
s Alex. in c. cũ cõtingat. nu. 77. de iniu.
t Alex. in d. l. ſtipulatio.
v l. tutores. ff. de teſta. tute. l. 2. C. d teſta. tute.
x in prima conſti. C. §. quib'. l. vnica. C. de in offi. doti.
y Bar. inſ. 144.

gestorum concordabant. Qua in re duæ
hodie concluſiones veræ ponuntur[a]. Pri-
ma eſt, conſtitutiones quas in inſtitutioni
bus Iuſtinianus fatetur ſe codici ſuo inſer-
uiſſe, cum iure Digeſtorum concordant,
nec ex quinquaginta ſunt. Altera, conſti-
tutiones quæ quatuor illis poſt primã edi
tionem annis, interim factæ ſunt, poſſunt
ius vetus emendare, & in illis quinquagin
ta computari. Harum noticia ex eo accipi
tur, ſi ad finem adſcriptum ſit, Datas Lam-
padio & Oreſte conſulibus, vel poſt Lam
padii & Oreſtis conſulatum ſemel aut ite-
rũ vel. iij. aut iiij. Iuſtiniani & Paulini con
ſulatu. Hincque oſtenditur, multum refer
re, ſi quis conſules adſcriptos conſtitutio-
nibus habeat: quod in antiquis plerisq; co
dicibus adhuc extat. Baldus[b] quinquagin
ta deciſiones quæ ſint, ex eo colligi poſſe
ſcribit, quòd relatis antiquorum opinioni
bus Iuſtinianus ſtatuat. Sed certior Alcia-
ti noticia videtur. Quarta principalis quę-
ſtio eſt, quos ſtatuta ligẽt, peregrinos, mi-
127 nores, clericos, ciues, extra territorium?
Sed eam neque Bartolus neque alii hîc tra
ctant. Ipſe etiam (ne in hoc diffundar) o-
128 mitto. Quinto principaliter quæritur, à
quo tempore ſtatuta ligent? Quod dupli-
citer poteſt intelligi. Primo, à quo tempo
re ſtatuta vigorem habere incipiant. Secũ
do, an poſteaquàm vigere incipiunt, præ-
cedentia ſolũ facta, an & ſequentia ligent?
Circa primum approbata diſtinctio eſt, vt
ſcientes ſtatim ligentur[c], ignorantes etiã
ſtatim, ſi eiuſmodi ſtatuta ſint, quæ com-
modum afferant[d]: quod ſi damnum, tunc le-
ges communes ab ſtatutis diſtinguendæ:
illę poſt duos menſes ligant[e]: hæc poſt mo
dicum tempus, quod iudicis arbitrio relin
quitur[f]: ſicque & in legato videmus, & in
hæreditate. Hæc enim niſi ſcienti, illud
129 quæritur ignorãti[g]. Si quis igitur proſcri-
ptum ſiue bannitum capiat (modo ban-
nitum ſciat[h]) ſtatuti præmium (& ſi ſta-
130 tutum ignoret) feret. Illúdque magnope-
re notari oportet, vbicunque ignorans ſta
tuto ligatur (ſi enormiter læſus ſit) reſtitu-
tionem ei dandam ex generali clauſula[i].
Quæ Innocentii[k] ſententia & communis
eſt[l]. Circa ſecundum, tripliciter poſt Bar-
tolum alii diſtinguunt. Aut enim ſtatuto
131 hoc exprimitur, vt trahatur ad præterita,
aut vt ad futura, aut nihil dictum eſt. In

a Alci. parer. lib. 6. c. 14.
b Bal. in. l. fi. col. 3. C. de dot. promiſ.
c l. fi. ff. de decre. ab. or di. faci.
d l. pen. C. de decu. li. 10.
e aut. vt fac. noua cõ ſtit.
f d. l. fi. c. vt anima-rũ de conſtit. lib. 6.
g l. ſi here ditatem. ff. manda.
h l. ſi is q. §. qui ſi ſeruum. ff. de acq. re. dom.
i l. 2. in princ. ff. ex quib. cau. maio.
k Innoc. in rub. d. c. ſue.
l Claud. s. l. 3. col. 3. infra. de legib.
m l. vlt. C. de tranſac.
n l. cauſa. C. de tráſac

prima ſpecie ad præterita iam deciſa aut fi
nita trahi poteſt, confirmando[m]: ſed infir
mando, aliterue diſponendo non poteſt[n],
etiam ſi expreſſe caueatur[o], aut verbis præ
teriti temporis conceptum ſtatutum ſit[p].
Ad negocia præterita pendentia trahitur,
ſi hoc dictum ſit[q], & in iudicium nondũ
deducta fuerint. Quòd ſi deducta in iudi-
cium ſint, ſiue in iudicio primo[r], ſeu in iu
dicio appellationis[s] pendeant, ad ea non
trahitur. Lex verò generalis ad præterita
(ſi hoc expreſſerit) ſine dubio extende-
tur[t]: non ſic municipalis. Nam cur quod
Imperator ſanctiſsimus[v] ſibi ipſi negat,
concesſum ijs dicemus quos Bartolus ca- 132
nes ciuitatum, & deuoratores publici iu-
ris appellat de? (cõſiliariis decurionibusq;
ciuitatum intelligens) Quorum magna
ex parte eiuſmodi ingeniũ eſt, vt dum pri-
uato quiſque commodo conſulat, quæ ad
Rempub. pertineant nihilomagis curare
ſolent, quàm aut numerum lupus, &c.[x]
Sed quæ deciſa vel finita negocia in pro-
poſito dicentur? Et Bartolus tranſactio- 133
ne, ſententia, iuramento, ſolutione, acce-
ptilatiõe tráſacta aut finita & ſi qua ſimilia
ſunt[y]. At verò quod de ijs negocijs dixi-
mus, quæ in appellationis inſtantia pen- 134
deant, veriſsimum receptumq́ue eſt[z], ſi
ſtatutum de ijs factum ſit, quæ litis deci-
ſionem aut merita cauſæ reſpiciant. Quod
ſi de litis ordinatione ſint, etiam in appel-
lationis iudicio ſeruantur Innocentio au-
ctore[a]: cui alii accedunt. In ſequenti ſpe-
cie dubium non eſt, ad futura tantum ne-
gocia ſtatutum extendi[b], quæ legum pro
pria natura eſt. In tertia ſpecie prolixio-
res Bartoli (à quo non eſt qui diſſentiat)
diſtinctiones ſubdiſtinctionesque ſunt.
Primum enim omnium hoc conſtat, ſim-
plex ſtatutum (etiam ſi in eo expreſſum
aliter fuerit) ad ea non trahi, quæ pen- 135
dent in prima aut ſecunda inſtãtia, neque
ad ea etiam quæ deciſa ſunt, ſi infirmet:
ad hæc enim non traheretur, etiã ſi ſim-
plex non eſſet. In cæteris approbata di-
ſtinctio eſt, quòd aut ſtatutum declarat, 136
aut irritum facit, aut confirmat, aut noue
inducit. Si declarat, ad præterita extendi
tur[c]: ſi reddit irritum ſiue nullum cum
irritum faciendi cauſa in præteritum ſu- 137
berat, ad præterita porrigitur[d]: cum per
legem quæ irritum facit, inducta eſt, non
porri

o l. pen. ad fi. C. de ſacro ſan. eccleſ. auth. vt hi q̃ ſo ſa. larg. §. fin.
p l. æterni mus. C. de ſa croſ. eccle. l. bn à zenone §. qui igit. C. de q̃drie. praſ.
q auth. vt cũ de app. cog. in prin.
r Auth. in med. lit. ſac. inſ.
s Auth. vt cũ de appel. cog. §. fi.
t l. leges. 2. C. de legib. l. fi. ad fi. C. de ſacro. ec. l. 2. §. pen. C. de vet. in. enucle.
v l. 2. ff. ad l. Iul. de amb.
x l. ſi ſeruũ C. de fur.
y l. tranſa-cta. ff. de ver bo. ſignifi. c. 2. de lit. con. lib. 6
z gl. i. l. ſan ctimus. in. g. fi. C. de ſacro-ſan. eccl. gl. in. c. licet canõ. in. g. de cætero de elect. in. 6.
a Inno. An to. & alij. in rub. de con ſue. glo. in. Clem. 2. in. g. fi. de iudi.
b l. leges. 2. C. de legib.
c l. fi. C. de pact. Auth. de Fili. ante do. inſ. nat. §. 2.
d Auth. de alte. & em phy. § . om-nia vero.

porrigitur[a]. Si cõfirmat, idem dicendum
138 eſt quod ſtatim in articulo poſtremo dice
mus. Si inducit nouiter, aut quod attinet
139 ad litis ordinationem, & trahitur ad præ-
terita[b]: aut quod attinet ad litis deciſio-
140 nem, & tunc aut in delictis, aut in contra-
ctibus ſeu aliis diſpoſitionibus. In deli-
ctis, ſi delictum nouum inducit, quo ca-
ſu antea delictum non erat, ad præterita
non trahitur[c]. Si non inducit nouum, ſed
eius quod antea delictum eſſet, pœnam
aut minuit, aut auget, an ad præterita tra-
hatur, ex iis patet quæ in ſequenti articu-
141 lo dicentur. In contractibus aut aliis di-
ſpoſitionibus ſubdiſtinguẽdum eſt. Aut e-
142 nim statutum formam vel ſolennitatem
inducit, aut exceptionẽ ſeu defenſionem
143 parit: aut exceptionem, ſeu defenſionem
tollit. Primo caſu, ſi actus cœptus, neque
perfectus ſit, ad illum trahitur[d]: ſi actus ra
tione formæ perfectus eſt, ſed pendet ra-
tione effectus, ad eum non trahitur[e]. Se-
cundo caſu, ſi exceptio tempore contra-
ctæ obligationis oritur, eam ſtatutum ad
diſpoſitiones præteritas non extẽdit[f], niſi
aliud expſſum ſit[g]. Quod ſi ex facto poſt
obligationem contractam contingenti o-
riatur, exceptio ad præteritas obligatio-
nes porrigetur[h]. Tertio caſu, (id eſt cùm
144 exceptio tollitur) exceptio quæ ante ſta-
tutum cœpit competere, nõ tollitur: quæ
poſtea cœpit competere, tollitur[i]. Quæ
ab omnibus admiſſæ diſtinctiones, ad mul
ta faciunt. Finge lege municipij cautum,
vt viſo inſtrumento iudex faciat capi debi-
145 torem, vtque exceptio inſtrumento op-
poni non poſſit niſi acceptilationis, ſolu-
tionis & falſitatis. Quæritur, an exten-
datur ad inſtrumenta, quæ ante ſtatu-
tum factum confecta ſunt? Et rectiſſi-
me conſiderat Bartolus, in huiuſmodi
ſtatuto aliquid eſſe, quod litis ordinatio-
nem reſpiciat (.i. vt capiatur debitor) cir-
ca quod ad præterita inſtrumenta exten-
146 detur: contrà aliquid, quod litis deciſio-
nem reſpiciat, id eſt, vt exceptio debitori
non competat. in quo ex ſuperioribus ad-
hibenda diſtinctio eſt, exceptionem na-
tam tempore contractæ obligationis ad
præterita inſtrumenta non trahi: illam
trahi, quæ ex facto poſtea contingenti or
ta ſit. Finge rurſus lege municipali cau-
147 tũ, vt poſſeſſor bonæ fidei annis quinque

a l. iubem*. ad fi. C. de teſta.
b l. 2. in prĩcip. et. §. pe. C. de iura. calum.
c l. iubem*. ad fi. C. de teſta.
d l. contractus. verſ. quæ tam. C. de fi. inſtr.
e l. iubem* ad fin. C. de teſta.
f Auth. & duob. re. §. fin.
g Auth. & tẽpo. nõ ſolu. pec. §. fi.
h l. pen. C. de vſu. l. teſtium. C. de teſti.
i l. fiſcus. ff. de iu. fiſ.

præſcribat. Quæritur, an poſſeſſio ante ſta
tutum proficiat? Et non proficere verius
eſt: quia actus vnde præſcriptio naſcitur,
id eſt, curſus quinquennij poſt ſtatutum
connumerandus eſt. Finge præterea lege
municipali cautum, vt vxore mortua in
matrimonio ſine filiis, vir lucretur tertiã 148
partem dotis. Quæritur ſit'ne locus ſtatu
to in dotibus ante ſtatutum datis? Et habe
re locum dicemus, ſi vxor poſt ſtatutum
moriatur. ius enim tertiam partem reti-
nendi viro ex facto, id eſt, ex morte vxo-
ris conceditur. Qua ratione & ipſe reſpõ-
di, Pragmaticam ſanctionem[k], qua doti- 149
bus modus taxatus hiſpaniæ eſt, ad con-
uentas ante legem illam dotes extendi,
dum modo mulieres poſt legem illam la-
tam nupſiſſent. Natum eſt enim & in ea
ſpecie ius ex facto poſt modum contin-
genti, id eſt, ex nuptiis poſtea contractis.
Sed ſi pœna pro delicto imponenda eſt,
inſpicietur'ne delicti tempus, an potius 150
ſententiæ? Et verior cõmuniorque etiam
Bartoli diſtinctio eſt, vt ſi de pœna ordi-
naria & propria loquamur, inſpiciatur
tempus delicti, ſiue publicum ſit ſiue pri-
uatum[l]: ſi vero de pœnæ adiectione, aut
pœna quæ iudicis arbitrio relinquitur
aut augenda aut minuenda, ſentẽtiæ tem-
pus inſpiciatur[m]. Cùm igitur Paduæ capi
tis pœna ſtatuta eſſet ei, qui priuato ſal
venderet, Titiusque vendidiſſet: deinde
ſtatutum eſſet, vt is qui priuato ſal ven-
deret triginta ſolueret, dubitareturque, ca
pitis an pecuniæ Titius reus eſſet factus?
Rectè reſponſum eſt, pecuniæ pœnam im-
poni debere. Grauior[n] enim in priori ſta
tuto, quàm quæ pro delicti atrocitate re-
quiritur, imponebatur: ac proinde ſenten
tiæ tempus inſpici oportuit. Sed vſque ad
quod tempus ſtatuta ligant? Et verius eſt, 151
eſſe ea perpetua[o]. Poſtremò & illud am-
bigitur, num appellatio effectum ſtatuti
ſuſpendat? Et Bartoli diſtinctio receptiſ- 152
ſima eſt[p], vt ſi cõtra certam perſonam ſta
tuta fiant, appellari poſſit[q]: ſi generaliter,
non poſſit[r]. Sexto, principaliter quæri-
tur, an ſtatuta interpretationem recipiãt?
Quocirca ſciendum eſt, quadrupliciter 153
accipi interpretationis vocem, pro corre-
ctione, reſtrictione ſeu derogatione, ver- 154
borum expoſitione, additione ſeu ad no-
uum caſum extenſione. In correctoria in- 155

k Pragm. ... anni 1534.
l l. 1. ff. de pœn. l. ſi quis decurio. C. ad l. Cor. de fal. l. iniuriarũ. ff. de iniu.
m l. pen. ff. ſi ex noxa. cau. agat.
n l. qđ ergò §. pœnæ grauior. ff. de his qui not. infa.
o c. ſi. de conſ. ſt. leg.
p Iaſ. in l. 2. col. 1. infra d. legi. clau. col. 2. Iaſ. in l. ciuitas. nu me. 10. ff. ſi cer. pet.
q l. 1. §. ſolent. ff. quã app. ſit. l. ult. qui grauatos. C. de cens. lib. 11.
r l. 2. §. exactis. ff. de ori. iu. l. ſi qua pœna. ff. de verb. ſignif.

 terpre-

terpretatione illa adhibetur diſtinctio, in-
terpretari quis velit ſtatutum corrigi per
legem generalem[a] poſtea editam, an per
ſequens ſtatutum[b], an velit quis ex ſeipſo
correctionē inducere: priuatum enim hoc
non poſſe, legiſlatorem poſſe[c]. In reſtricti
156 ua, aut ſtatutum plura capita habet, & quis
vnum detrahere vult, & idem quod in cor
rectoria dicendum eſt: aut ſtatutum gene
raliter loquitur, & reſtringere quis vult ad
caſus certos, vel quia ſtatuti rō ceſſat, vel
quia iniquitas ſubeſſet; & tunc, tres caſus
cōſiderātur. aut enī reſtrictio fit, ne indebi
157 tè quis damnum patiatur, aut ne indebitè
lucrum amittat, aut ne indebitè ad lucrum
perueniat. Primo caſu reſtrictio fit[d]: Secun
do non fit[e], niſi lex id exprimat[f]: Tertio
fit[g], præterquàm ſi publica vtilitas aliud
ſuadeat[h]: fietque à iudice reſtrictio hęc[i].
Cumq; ex prædictis ſolui multæ quæſtio-
nes poſſent, Bartolus ad ſtatutum inducit,
158 quo Bononiæ cautum erat, vt quicunque
in palatio ſanguinem faceret, capite puni-
retur: chirurgus cucurbitula, vel ſectaue-
na ægrum in palatio adiuuit. Quæſitū eſt,
an eſſet puniendus? Et Bartolus (quod iu-
re mirari poſsis) magnam in hac ſpecie cō
tentionem fuiſſe ait, tandemque pro chi-
rurgo ſententiam dictam, ne legis verba
captando[k] aut non reſtringendo, ille inde
bitè damnum ſentiret. Quid igitur ſi de lu
cri amiſsione ageretur? Exiſtimat idem
Bartolus, reſtrictionem non eſſe facien-
dam: quod merito Ioannes Baptiſta[l], &
Marius Salomonius hìc[m], Salycetus, Ale-
xander, Felinus, Alciatus[n] alibi non ad-
mittunt. Quis enim rectè hoc exiſtimet,
voluiſſe legiſlatorem chirurgi manus pœ
na, ac non potius præmio inuitare? In de-
claratoria interpretatione omnes conſen-
159 tiunt, eſſe illi locum[o], dummodo ſit iuri
conſona: ſed ſi obſcurum ſtatutum ſit de
eius declaratione aut populus aut conſiliū
conſulitur, non ij quibus, vt ſtatuta conde-
rent, à populo commiſſum eſt. Functi enī
officio ſuo iam ſunt[p], nec de cætero inter-
pretandi ius habent[q], niſi fortè eiuſmodi
ſint, quorum officium & in condendo, &
in interpretando duret[r]: quæ opiniones
omnium conſenſu approbantur.[s] Sed quę
160 congrua erit declaratio? Et Bartolus, ad
quem quotidie recurrimus[t], ſi verba gene
ralia fuerint, generaliter declaranda cen-

a l. fi. C. de teſta. c. 1. de cōſti. lib. 6.
b Bar. hic ī 3. q. princip.
c l. 2. & fi. C. de legib. l. de quib⁹ ad fi. ff. de legi.
d l. adigere §. quū. ff. de iu. pat. iūc. l. qꝫ cōtra. l. quāuis. ff. de his in ius vocan. iunc. l. in cū l. 2. C. de noxa. Alex. ī l. ſi quis prio re. nu. 6. ff. ad Treb.
e l. proſpexit. ff. qui et a quib. Bal. ī l. ſi quis ſeruo. co. pen. de fur. Iaſ. ī. l. non dubiū. nu. 31. C. de legi.
f l. pe. §. 1. ff. de ri. nup.
g l. vt gradatim. §. et ſi legr. ff. de mune.
h l. ſi quis grani. §. vltrū. verſ. it quia. ff. ad ſylla.
i l. nō poſſunt. cū ſeq. infra de legi.
k l. pen. ff. ad exhib.
l Ioā. Bapt. nu. 95.
m Mari. Salom. pag. 9.
n Alci. de verb. ſigni. li. 1. fo. 8.
o c. cū dilecti⁹. de cōſue.
p l. inde r. poſtea q̄. ff. de re iudi.
q l. ab executore. ff. de appel.
r l. 2. §. ex actu. ff. de origi.

ſet[v], niſi ex cauſa coarctentur: ſi indefini-
ta, dubitatio maior. Cùm es enim indefi-
nita æquipolleat vniuerſali, benigna inter 161
pretatione[x], cui tamē in ſtatutis locus nō
eſt, à propria ſignificatione recedendum
non eſſe videri poſsit: niſi ſtatuentiū mēs
aliud ſuadeat. Sed eſt verius & in ſtatutis
quoque indefinitam vniuerſali æquipol-
lere, ne aliud vobis dicentibus, ſtatutum
indefinitè conceptum eluſorium redda-
tur: nam qua ratione vnum, eadem, neque
alterum comprehendet: ſic enim & exhæ
redatio (quæ & ipſa ſtricta & odioſa eſt[y]) 162
indefinitè facta ad omnes gradus porrigi-
tur[z]. Differentia tamen inter vniuerſalem
& indefinitam in eo conſiſtit, quod illam 163
ad caſus eandem rationem non habentes,
non trahi ex interpretatione eſt hanc non
trahi, ex propria ſignificatione procedit.
Quid ergo ſi in ſtatuto verbum aliquod 164
ſit, quod plures ſignificationes habeat?
Quæ erit ſumēda expoſitio? Et diſtinguit
Bartolus, cui & cæteri aſſentiūt, habeat ne
verbum illud plures ſignificationes pro-
prias, an vnam propriam & alteram im-
propriam. Primo caſu, expoſitio ſecun-
dum eam ſignificationem fit, quæ ſubiec-
tæ materiæ congruat[a]. In ſecundo, pro-
pria ſignificatio ſumenda eſt[b], niſi impro
priam ſummi oportere mens ſtatuentium
ſuaſerit[c]. Huius coniectura inde ſumitur,
ſi intelligendo ſecundum propriam ſigni
ficationē abſurdum aut iniquum aliquid
ſequatur[d]: ſi perſonæ qualitas aliud ex-
poſcat[e]: ſi communis vſus loquendi ali- 165
ter ſe habeat[f]. ille enim omni regulæ, o-
mnique conſtitutioni in exaudiendis vel
examinandis verborum ſignificationibus
derogat[g], quæ ſententia communis eſt[h].
non procedit tamen, cùm ſtatuto dictum
eſſet, vt verba nullo extrinſecus addito
vel detracto declararentur. Reſtringere 166
præterea tentabat Baldus[i] in ſtatutis quæ
à iuriſperitis edita ſint: ea enim non vt
vulgus opinatur[k], ſed ſecūdum propriam
ſignificationem interpretāda. verum plu-
res in contrariam ſententiam eunt[l]: qui-
bus accedo. Vix enim eſſet, vt ſtatuta ſe-
dum vulgi opinionem declarari poſſent:
ferè enim à iuriſperitis fiunt. Sed vnde
propria verborum ſignificatio ſumenda,
& qualiter cognoſcenda eſt? Et Bartolus 167
& alij reſpondent, ſumendam primo ab
auctori-

s Ioā. Bapt. nu. 108.
t Crot. nu. 95.
v l. in fraudem. §. fi. ff. de mili. teſt.
x l. ſi ſeruitus. ff. de ſeru. vrba. præ.
y l. eū quidā. ff. de lib. et poſth.
z l. 1. ad fi. C. de liber. præte.
a l. quoties idē ſermo. ff. de regu. iur.
b l. 1. §. ſi is qui nauem. ff. de exerci.
c l. nō aliter. ff. de leg. 3.
d l. in ambigua. infra de legib.
e l. plenū. §. equitii. ff. de vſu & habi.
f l. cū de lanionis. §. aſinā. ff. de fu. inſt.
g l. librorū. §. quid ergo. de leg. 3.
h Roma. ſing. 417.
i Bal. in l. 1. C. de ſuc. edic.
k l. ſi dictū. ff. de euic.
l Crot. hic nu. 100.

168 auctoritate legis verbi ſignificationē po-
nētis[a]: à definitione vt in teſtamento[b], tu
169 tela[c], obligatione[d], actione[e] videmus: ab
etymologia, ſeu alluſione[f]: quæ tamen co
170 gnitio ex quibuſdam infirmari ſolet. Pri-
mo ſi diffinitioni etymologia repugnet:
171 tunc enim definitioni ſtabimus. Ecce te-
ſtamenti etymus ille eſt, teſtatio mentis;
non tamen codicillus teſtamentum eſt[g],
172 quanlibet in codillis quoque teſtatores
mentem teſtentur. Quid igitur? Certè ea
demum teſtatio teſtm̄ erit, cui definitio
quadrabit[h]; hæcque approbata ab omni-
bus ſententia eſt[i]. Secundo, cùm etymo-
logia repugnat limitationi naturę ſeu quã
litatis, quam lex ipſa attribuit. Ecce, mu-
173 tuum inde dictum eſt, quòd de meo tuum
fiat[k]. Neque tamen vbicunque de meó
tuum factum erit, mutuum dicetur: niſi
& aliæ quoque qualitates cōcurrant, quæ
mutui propriæ ſunt. Tertio, ſi communis
vſus loquendi repugnet[l]. Ille enim non
etymo aut alluſioni tantum, ſed & defini-
174 tioni cuique præfertur[m]. Quarto, in no-
minibus propriis: non ergò ſequitur Bo-
nonetus hîc vocatur, ergo Bononienſis
eſt[n]: Comaneus alter, ergo ciuis Coma-
nenſis eſt[o]: Peruſinus ille, ergo Peruſij ci-
uis[p]: alius Salmanticenſis, ergo Salman-
ticæ ciuis eſt. Sunt & aliæ quædam con-
iecturæ, vnde hæc cognitio eleuatur,
quas alij attigerunt[q]. Sed nunquid ſta-
175 tuta interpretationem extenſiuam admit
tent? Et hæc quæſtio dupliciter intel-
ligi poteſt, actiue, id eſt, an ad caſus non
176 expreſſos ſtatuta extendãtur? Paſsiue, id
177 eſt, an leges ſe ad ſtatuta extēdãt. In prio-
ri ſpecie, aut eiuſmodi caſus ſunt, ſine qui-
bus diſpoſitio ſtatuti commode ſortiri ef-
fectum non poſsit, & ad eos extenſio fit[r]:
in aliis ſi eadem ratio vigeat, & per ius cō
mune deciſi non ſunt, extēſio etiam fiet[s]:
ſi per ius commune deciſi ſunt, ſtatutum
ad eos minime extenditur, ſed iuris com-
munis diſpoſitioni relinquuntur[t]. In po-
ſteriori ſpecie receptum eſt, vt ad ſtatuta
178 ſe leges extendant[v]. Pone ergo, lege mu-
nicipali mun° perſonale indici, leges quæ
de muneribus perſonalibus tractant, ad il-
179 lud extendentur[x]. Pone lege municipali;
teſtamentum confirmari, quod iure com-
muni nō valet; certè in eo lex Falcidia. S.
C. Trebellianum, & cæteræ leges teſtamē
tariæ locum habebunt[y]. Dubio procul er- 180
go & in filij familias teſtamento quod iu-
re noſtro validum eſt[z]. Sed nūquid inter- 181
pretatio per locum à contrario ſenſu fiet?
Et Bartolus, & alii concludunt, non ſumi
argumentum, ſi caſus qui à contrario ſen.
ſenſu ſumitur, per ius cōmune deciſus ſit:
Quemadmodum verò genus hoc argumē
ti procedat, late fuſus & multiplex tracta- 182
tus eſt, & quem hoc loci non eſt cur incul
cem. Quid de eo quod in caſu vero ſtatu-
tum eſt, an ad fictum extendemus? Et re
gula eſt, extenſionem non eſſe faciendã[a]: 183
quod tamē Abbas, Felinus[b], Imola[c], Are-
tinus[d], & Socinus[e] varie ornant. Quid ſi 184
in perſonam alicuius (verbi gratia) Titii
concepta ſtatuta ſint? Et ad alias perſonas
non extendi omnes fatētur[f]. Quid de tem 185
pore? an quod per verba præteriti, aut præ
ſentis temporis ſtatutum eſt, ad futurum
extenditur? Et diſtinguēdum eſt, delicto-
rum indulgentiam ſtatutum contineat, an 186
aliam diſpoſitionem. Primo caſu, ad futu-
rum extēſio nō fit[g], ne detur materia de-
linquendi[h]. Finge ergo lege municipali
cautum, vt quicunque ſunt aut fuerint 187
banniti, certam pecuniam ſoluendo re-
ſtituãtur. Certè ijs ſolum auxilio lex erit,
qui iam banniti ſunt, non etiã ijs, qui poſt
latam legem erūt. Quæ concors omnium 188
ſententia eſt[i]. Secundo caſu ad futura ex-
tenditur, ſi eadem ratio ſit: ſemper enim
lex loquitur, ſemper viret[k]. Si itaq; ſtatu-
to cautū ſit, vt quicunque eſt vel fuit obli-
gat° per publicū inſtrumentū, perſonali-
ter capi, atque detineri poſsit, ſiue ante ſta
tutum factum, ſiue poſt in obligationem
inciderit, capi atque detineri poterit[l],
quæ etiam communis opinio eſt[m]. Quid 189
ſi ſtatutum vnum inter cætera ſit, ne ſtatu
ta interpretationem, gloſſam, aut extra-
neum intellectum recipiant quid ope-
operabitur? Et Bartolus nihil aut modi-
cum operari ait: ſolum enim friuolæ inter 190
pretationes prohiberi vidētur[n]: iuſtæ ve
rò & fieri poſſunt[o], & neceſſariæ natura-
liter ſunt[p], ac proinde lege ciuili tolli nō
poſſunt[q]. Sed quanta hinc friuolis inter- 191
pretationibus occaſio, aduerſus Iuſtiniani
edictum[r]: quot ſunt interpretationum fig-
mēta, dum cuique in ius ciuile euertendū
licet quicquid & libet! Vltima quæſtio il
la eſt, qualiter ſtatuta in iudicium dedu- 192

a l. proprie. cū ſimul. ff. de verb. ſig.
b l. 1. ff. de teſta.
c l. 1. ff. de tute.
d in princ. inſt. de obli.
e in princ. inſt. de actio.
f l. pupil°. §. territoriū ff. de verb. ſignif.
g l. ſi idem C. de codic.
h l. 1. ff. de teſta.
i Ang. in princ. inſt. de teſta. nu. 5. Iaſ. in l. 2. §. appellata. co. 2. ff. ſi cer. pet.
k l. 2. §. appellata. ff. ſi cer. pet.
l l. Lannicu- l°. ff. de verb. ſig. Alb. in §. appellata.
m l. Labeo. ff. de ſup. leg.
n l. fi. §. fin. vbi. g. ff. ad municip.
o l. ſedet re probari. §. amplius. ff. de excuſa. tuto.
p Bar. in l. 1. col. fi. ff. ad municip.
q Iaſ. in §. appellata. Fel. in proœ. decret.
r l. ſi ita ſtipulat° fuero pec. ff. de ver. obli. l. nō dubium°. §. de officio. ff. de arbi.
s l. ē qb° in princ. §. l. 1. C. q̄ ſit lon. conſue.
t l. ſi vero. § de viro. ff. ſol. mat.
y Crot. nu. 112.
x l. 1. §. 1. ff. de muneri.
y l. 1. §. lex falcidia. ff. ad l. falci.
z l. §. tanti.
a l. 1. §. hac verba. ff. de neg. geſ.
b Abb. et Feli. in c. ſicut tū de deci.
c Imo. in l. 1. §. lex falcidia. ff. ad l. fal.
d Aret. in l. gall°. §. et qd ſi tantū col. 6.
e Soci. conſ. 252. col. 4. et conſ. 293. col. pe. vol. 2. et conſ. 260. col. 8.
f l. 1. ad fi. ff. de conſti. princ. l. ſi qs ſta. inuc. §. 3. ff. de teſta. tute.
g l. cū lex. j. de legib. l. 2. C. de gene. abol.
h l. meminerīt. vñ vi
i Crot. hic. nu. 80. Ran. et Zaſ. in l. cum lex. j. de legib.
k l. Arriani C. de haret.
l l. 1. j. de con. ex lege.
m Crot. nu. 77.
n l. 2. §. ſi. l. 2. §. pen. C. de vet. iu. enu.
o l. 1. j. de legib.
p l. 2. §. hic legibus. ff. de ori. iu.
q §. pe. inſt. de iu. natu. gen. et ciu.

cãtur. Quę dupliciter intelligi poteſt, Pri
mum, quam actionem intendet quis, vt id
conſequatur, quod ſtatuto comprehen-
ditur. Deinde, an in iudicio (ſicut alia in-
ſtrumenta) produci ſtatuta debeant? Cir-
193 ca primum rurſus diſtinguitur, ius agendi
an excipiendi ſtatuta tribuant. Si agendi:
194 aut criminaliter, & accuſatio ex ſtatuto e-
rit, cum quis accuſat: vel officium iudicis,
195 cũ ex officio per inquiſitionem iudex pro
196 cedit: aut ciuiliter, & tũc ſi certa actio per
ſtatutum inducta eſt, illa vtemur. Alioqui
197 aut ſtatutũ eiuſmodi eſt, quod legẽ aliquã
communem interpretatur, & illa agen-
198 dum eſt[a]: aut eiuſmodi ſtatutũ eſt, quod
noue diſponit: & ſi formiter, ex iure forma
199 to agetur: ſi difformiter, condictione ex le
200 ge illa municipali[b]. Si verò ius excipien-
201 di tribuit, aut actoris ius ipſo iure reſcin-
dit, & ſufficiet ſolum ſtatutum quando-
202 cunque oſtendere[c]. Aut tribuitur ius exci
203 piendi vel excuſandi, & tunc exceptio vel
excuſatio infra debita tempora proponen
dæ ſunt[d]: quæ Bartoli diſtinctiones in ſta
tutis in pręſentia (in conſuetudine alibi ad
verbum ferè repetitæ[e]) à cæteris approbã
204 tur. Circa ſecundum, aut qui hîc litigat, ex
ſtatuto alterius ciuitatis ſuam intentionẽ
fundat, aut ex ſtatuto eiuſdem. Si ex alte-
rius, producere & allegare iudici debet:
205 probabiliter enim ignorare poteſt[f]. ſi ex
206 eiuſdem, aut ſtatuta publice nota ſunt, &
volumini ſtatutorum inſerta, & ea produ
cere neceſſe non eſt[g]: aut non ſic publice
nota ſunt, quia nec volumini ſtatutorum
207 inſerta, & ea produci oportet: ſicut & con
ſuetudinem quæ iudicibus probanda eſt[h].
208 Sed nunquid correcta ſtatuta allegari poſ-
ſunt? Et poſſe ad eorum deciſionem quæ
ante correctionem emerſerunt[i], non poſ-
ſe ad deciſionem eorum, quæ poſt corre-
ctionem emerſerint[k], oẽs admittũt. Qui-
nimo & falſi reos eſſe, qui ad hoc allegẽt[l].
209 Quid ſi particulam ſtatuti producat ali-
quis, num id ſufficiat? Et non ſuffice-
210 re communiter traditum eſt, quòd inci-
uile ſit, niſi tota lege perſpecta, de vna e-
ius particula iudicare[m]. Nec mutat, quòd
id legiſlatores ſæpe faciant[n]: in illis enim
ceſſat omnis ſuſpitio, quod & in iudice pa
ri ratiõe doctores fatẽtur[o]. Poſtremò par-
ticulam teſtamenti quæ ad legatarium ſpe
ctat producere, ſatis ſuperque eſt[p], modò

a l. nihil. ff. de cõiun cũ emanc. libe.
b l. 1. ff. de condi. ex. l.
c l. quæ ſub conditione. §. ſi. ff. de cõ inſti.
d l. peremptorias. C. & ſen. reſ. non poſ. l. ſcire oportet. ff. & excuſ. tuto.
e Bar. in l. de quibus. ad fin. ff. de legib.
f l. 1. de cõſtit. in. 6. l. præſcriptio ne. C. ſi con. ius vel vti. li. pub.
g l. 1. §. nã ſi quidẽ ita. ff. ad turpil.
h l. 1. C. quæ ſit lon. conſue.
i Auth. de nupt. §. duo igitur. aut. vt cum de appel. cog. in princ.
k l. 1. §. his igitur. C. de no. codi. cõpo.
l l. 1. §. falſi criminis. C. de no. codi. compo.
m l. incivile. ff. de legi.
n l. 2. ff. ad l. aquil. l. ſi literarũ. ff. de iudic. l. 1. §. cũ vrbem infra de off. præf. vrb.
o l. 2. C. de offic. ciuil. iu di. l. heren- nius. §. Caia ff. de eui.
p l. argẽtarius. §. edi. ff. de eden. c. contingit. de ſi. inſtru.

editio mandato iudicis facta ſit: idemque
ferè in aliis omnibus inſtrumentis Docto-
res vtriuſque iuris ad vnum aiunt[q].

q Barto. in rub. ff. de no. op. nun. nu. 7. Alexã. nu. 35. Iaſ. nu. 8. Bar. in l. 2. §. diem. ff. quemad. teſtam. ape. Iaſ. ind. fin. C. de præſc. impe. offer. Deci. in d. l. num. 72. de probat.

X. VLPIANVS. Libro primo Regularum.

IVSTITIA eſt conſtans, & perpetua voluntas ius ſuum cuique tribuendi.

1 *Iuſtitia duplex eſt, diuina & humana.*
2 *Iuſtitia creatoris.*
3 *Iuſtitia humana duplex eſt.*
4 *Conſtans in homine nihil eſt.*
5 *Iuſtitia prout eſt extra hominem, duplex eſt.*
6 *Iuſtitia quodam ſenſu virtutes omnes complectitur.*
7 *Iuſtitia an fortitudo melior ſit virtus.*
8 *Auth. vt omnes obed. iudi. prouin. in prin, declaratum.*
9 *Iuſtitia ſpecialis quædam virtus eſt.*
10 *Iuſtitiæ proprium quid ſit? & nu. 16.*
11 *Iuſtitia alienum bonum eſt.*
12 *Iuſtitia virtutum omnium optima eſt.*
13 *Conſtans voluntas cur dicatur iuſtitia?*
14 *Perpetua voluntas cur dicatur iuſtitia?*
15 *Iuſtitia quo ſenſu dicatur voluntas.*
16 *Virtus nulla eſt (præter iuſtitiam) quæ mera voluntate feratur.*
17 *Virtutis cuiuſque quod proprium ſit?*

IVSTITIA.) 1
Iuſtitia duplex ad ſummũ
eſt, diuina & humana. Diui
nam Baldus, creatoris iuſti 2
tiam appellat: quæ dubio procul conſtans
& perpetua voluntas eſt, ius ſuum vni-
cuique tribuẽdi. Sed de ea iuris conſultus
non agit. Humana rurſus duplex, aut in 3
homine aut extra hominem, ſiue in virtu-
te ipſa, id eſt, (vt dialectici dicunt) aut in
concreto, aut in abſtracto. Prout in homi- 4
ne eſt, non diffinitur hic: nihil enim in eo
conſtans, nihil perpetuum, niſi forte cum
Baldo ponas, in animo viri conſtantis, &
perfecti: talis enim habitus non moritur:
ſicut anima diuina, perpetua, immortalis
eſt: aut niſi (quod Bartolus & cæteri fa-
ciunt) conſtantiam tũc eam accipias, quæ
in ho-

in hominem cadere poſsit[a]. Prout virtus
eſt in abſtracto, ſeu extra hominē, duplex
item eſt ex Ariſtotele libr. 5. Ethicorum.
6 Vna quæ virtutes omnes cōplectitur, altera quæ vna virtutum eſt. Prima mater omnium virtutum eſt, vt in qua & vniuerſæ virtutis vſus conſiſtat. Quare & Politicorū ſecundo idem Ariſtoteles, huic reli-
7 quas virtutes ancillari, tradit. Scitumque Ageſilai illud eſt, qui percōtāti, iuſtitia an fortitudo melior eſſet virtus, fortitudine (inquit) op⁹ nihil eſt, ſi iuſtitia abſit, quòd ſi iuſti omnes fiant, fortitudine nil erit opus, auctor Plutarchus. Quo ſenſu & Iuſtiniani quoq; pulchram nouellā. 69.[b] ac-
8 cipimus. Huc pertinet & Theognidis Megarenſis elegiaca ſentia pulcherrima.

Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή 'στι,
πᾶς δέ τ' ἀνὴρ ἀγαθὸς, κύρνε, δίκαιος ἐών.

¶ Quaſi omniū omnino virtutum ſumma quædā, iuſtitia ſit: & quicūq; iuſtus eſt, idē cōtinuo & vir quoq; bonus. Nemo igitur vere iuſtus, qui non idem & fortis, temperatus, prudēsq; ſit. Eſt enim in virture hac cæterarū omniū virtutū quidā quaſi cōcētus. Lactant, lib. 5. diuin. iuſtit. Iuſtitia aut ipſa eſt ſumma virtus, aut fons eſt ipſa vir-
9 tutū. De hac tñ Vlpianus modò non ſenſit. Quæ itaq; vna virtutū eſt, id eſt, ſpecialis virtus, à cæteris in eo vel maxime ſecerni-
10 tur, quòd huius inſigne eſt, alteri tribuere quod ſuum eſt: cæteræ in ſe relucere poſſunt. Poſſum enim mihi ipſi eſſe prudens, fortis, temperatus: at iuſtitia niſi ad alium
11 referatur, virtus perfecta non eſt. Proinde vna omniū iuſtitia alienū bonū eſſe videtur, qm̄ ad alium pertinet: nec ipſa virtutis tātum pars eſt, ſed tota ipſa virtus eſt: vt
12 viceuerſa iniuſtitia non vitij pars, ſed tota vitio conſtans. Hæc deniq; (vt Ariſtoteles ait) optima omniū eſt virtutū, heſpero etiā luciferoq; admirabilior, & numeros omneis virtutis cōplexa: quā hîc Vlpianus definijt. Cū autē prudentia, fortitudo, tēperantia, proprijs ſingulæ nominibus diſtinguantur: iuſtitia, quia cæteris (vt dixi) virtutibus ineſt, communi item nomine
13 appellata eſt.
CON ſtans.) inexorabilis, firma, non varia, vniformis, ſimplex. Vnde & græcus σταθερά, aut (quod alij legunt) μόνιμος, quòd neq; pecunia corrūpi, neq; potentia frangi, neq; gratia flecti valeat. Igitur Chryſippus Stoicus (auctore Gellio lib. 14. c. 4.) iuſtitiæ imaginem ſic depingit. Facit Chryſippus imaginem iuſtitiæ, fieriq; ſolitam eſſe dicit à pictoribus rhetoribusq; antiquioribus ad hunc ferme modum, forma atq; filo virginali, aſpectu vehementi, & formidabili, luminibus oculorū acribus, neq; humilis, neq; atrocis, ſed reuerēdę cu iuſdā triſtitiæ dignitate. Ex imaginis autē iſtius ſignificatione intelligi voluit, iudicem, qui iuſtitiæ antiſtes eſt, oportere eſſe grauem, anctum, ſeuerum incorruptum, inadulabilem, contraq; improbos nocenteſq; immiſericordē atque inexorabilē, erectumq; & arduum, & potentē, vi & maieſtate æquitatis, veritatiſque terrificum. 14
PERPEtua.) Quia ſemper eſt in viridi obſeruantia[c], Bald. Quia generalis, Pauſ. Quia continuata[d], Marius: quod & ipſe probo: nam & Theophilus διηνεκής. Qui itaque nō ſemper, ſed interdū iuſte agit, iuſtus non eſt. Lactant. lib. 7. diuin. iuſtit, Iuſtitiam virtutem eſſe ait vniformē & ſimplicem. Sapientiæ. 1. perpetua dicitur, &
immortalis. 15
VOLVNtas.) Lex, æquitas affectio animi, habitus animi. idque verius eſt. Quæ tamen omnia ſi recte perpendas, in idem recidunt. Sicque Agricolæ lib. 3. de inuentione dialectica cauillatio in Vlpianū excluditur[e]. An & quia nō alia virtus eſt pręter iuſtitiam, quæ mera voluntate feratur
(vt. 5. ethico. docet Ariſtoteles) cæteræ 16
virtutes aliunde mouentur, accedente tamen volūtate, id eſt, appetitu ſenſitiuo[f]? Fortis alio principio impellitur ad labores & diſcrimina ſubeunda: temperatus, ad voluntates reijciendas: ſolus iuſtus, (ſi iuſtus eſt) nullo alio affectu, niſi voluntate res iuſtas peragit. Sed quia non omnis volūtas iuſtitia eſt, adiecit differentias perpetuæ & conſtantis. Eſt itaq; in definitione hac voluntas, genus: ſed huic virtuti, quàm cæteris, ſpecialiter magis quadrat.
IVS ſuum cuique tribuendi.) Hoc pro- 16
prium, hoc inſigne huius virtutis eſt, quo (vt diximus) à cęteris virtutibus præcipue dignoſcitur. Cicero lib. 5. finiū. Proprium eſt cuiuſque virtutis munus. Fortitudo in laboribus periculiſque cernitur: temperātia in prætermittendis voluptatibus: prudentia in delectu bonorum & malorum: iuſtitia in ſuo cuique tribuendo. Auguſt.

a l. ſi quid vēditor. §. 2. ff. de adi. edic. auth. quomo. opo. epiſ. §. 1. laſ. hic ad fi.

b Auth. vt omnes obe. iudi. ꝓuin. in princ.

c l. arriani. C. de hære.

d l. via. §. 1. ff. de ſer. ruſti. ꝓd. l. ſi cum dotē. §. ſi maritus. ff. ſo lut. matr.

e Bald. & Pan. hic. Al ci. parer. li. 1. c. 31.

f S. Thom. 2. 2. q. 58. articu. vltim.

lib. 19. de ciuitate Dei, hæc exponens Iuſtitiæ (inquit) munus eſt, ius ſuum vnicuique tribuẽs. Vnde fit in homine iuſt⁹ quidam ordo naturę, vt anima ſubdatur Deo, animæ caro, ac per hoc Deo anima ipſa & caro. Et hæc de definitione iuriſconſulti ſatis. Namque innumeras aliorum aut referre aut perſequi, inſtituti noſtri non eſt.

IVRIS præcepta ſunt hæc: honeſte viuere, alterum non lædere, ſuum cuiq; tribuere.

1 *Præcepta iuris cur ita dicta, declaratum præter aliorum traditionem.*
2 *Præcipere, quid.*
3 *Affectus tres potentiſſimi, Libido, Ira, Cupiditas.*
4 *Vxor maritum cogere poteſt, vt ſuſpectam mulierem dimittat.*
5 *Cognati mulieris inhoneſtè viuentis implorare iudicis officium poterunt, vt eam honeſtè viuere compellat.*
6 *Meretrix de vicinia expelli poteſt.*
7 *l. 2. titu. 22. par. 7.*
8 *Meretrices cogi poſſunt, vt ſignum aut veſtes portent, quibus à matronis diſcernantur.*
9 *Meretrix propriè quæ ſit?*
10 *Socius inuito ſocio meretrices ad domum non ducet.*
11 *Socius ſocio diſſentiente ſocium inhoneſtum non recipit.*
12 *Inquilinus an poßit expelli, eò quòd inhoneſtas mulieres ad domum ducat.*
13 *Honeſtè viuẽdi preceptũ latius patet, quàm vt ad pauca exempla reſtringatur.*
14 *Honeſtas in matrimonijs, vel maxime attendenda eſt.*
15 *l. ſemper. ff. de ri. nup. declarata.*
16 *Iuſtũ facit non proba, ſed innoxia vita.*
17 *Suum vnicuique tribuere, & pars diffinitionis iuſtitiæ eſt, & vnum ex præceptis.*
18 *Alterum nõ lædere, ius ſuum vnicuique tribuere, an differant.*

1 IVRIS Præcepta.) Pręcepta à præcipiẽendo, quaſi iura præcipientia Accurſ. Sed cum non ea legis virtus ſemper ſit[a], vt præcipiat (vetat enim quandoque, punit, conſulit) Zaſius cum Valla. Præcepta, id eſt, doctrinas ſeu diſciplinas exponit. Quod melius eſt. Sed ego iam olim (quod & nunc probo) Præcepta, quaſi anticipationes προλήψεις & cõmunes quaſdã animi conceptiones. Præcipere enim non iubere tantũ, ſed & præ- 2
ſentire & præuenire eſt, Nonio Marcello auctore. Verg. in. 6.

Omnia præcepi atque aĩo mecũ ante peregi.

Et libro vndecimo.

Exultatque animis et ſpe iam præcipit hoſtẽ.

¶ Cicero in officiis. Ingenij magni eſt præcipere cogitatione futura. Capitolinus in Gordiano, Senatus auctoritate præcepta, id eſt, præcognita. Nulla enim gens, nullũ genos hoĩm eſt, quod de iuris tribus præceptis his non habeat ſine doctrina anticipationem: quę Epicuro πρόληψις dicta eſt præcepta animo informatio quæ id cuiq; dictat, vt hæc obſeruet.

HONESTE viuere.) Tres affectus (vt
Peripateticis placet) ſunt, qui niſi ratione 3
comprimãtur, in omne facinus præcipites agunt, Libido, Ira, Cupiditas: quibus hæc contraria ſunt, quæ iuris præcepta appellãtur: refręnatur libido, ſi honeſte viuas: ira cohibetur, ſi nemine lędas: cupiditas reprimitur, ſi ſuũ cuique tribuas. Lactant. lib. 6. diuin. inſtit. Virtus eſt, iram cohibere, cupiditatem compeſcere, libidinem refręnare, id eſt enim vitium fugere. Sanè ex præcepto hoc Martinus Syl. Albericus, & cæteri ad vnum, argumentum ſumunt, poſſe iudicem vxore inſtante maritum compel
lere, vt ſuſpectam mulierem dimittat: co- 4
gnatos & affines mulieris inhoneſte viuẽ- 5
tis, iudicis officium implorare poſſe, vt ho
neſtè eam viuere cogat: et poſſe hoc iudi 6
cem vel indicta mulcta. Meretricem de vi
cinia expelli poſſe[b]: quod & lex Regia[c] 7
quodãmodo quaſi confirmat, iudicisq; officiũ ad id implorabitur. Cogi meretrices
poſſe, vt ſignũ aut veſtes portent, quibus 8
à matronis diſcernantur[d]. Quare & Domitianus (auctore Suetonio) probroſis fœminis lecticæ vſum ademit iusque capiendi legata hęreditatesque: vt memineris tamẽ meretricem non eſſe, quæ cum vno aut al
tero, etiã pecunia acceptarẽ habet: ſed eã 9
quæ palã & pluribus ſe proſtituit: ſolamq; huiuſmodi de vicinia poſſe expelli Alciatus recte exiſtimat[e], ne ꝑbis mulierib⁹ ma
lo ſit exẽplo. Huc pertinet, & ꝙ ſocius in- 10
uito

a l. legis. ff. de legib.

b Pau. in l. nullus. C. de ſum. trini. & fi. cath.

c l. 2. tit. 22. part. 7.

d Bald. in l. mima. C. de epiſ. aud.

e Alc. in l. Maſſurius. ff. de verb. ſignif.

a Glo. in l. nō aliter. ff. de vſu & habi. in l. ſi pendētes. §. 1. ff. d vſuf.
b Ang. in l. 2. §. ſi alter. ff. quo. lega. Iaſ. in l. 2. col. pen. C. qui teſta. face. poſſ.
c Bal. in l. eadem. C. loca.
d l. Sēper. ff. de ri. nuptiarum.

uito ſocio meretrices ad domū nō ducit[a]:
11 quodq́; ſocius ſocio diſſentiente, ſocium
inhoneſtum recipere in domū nō poſsit[b]:
12 quæ cōmunis opinio eſt. Sed & inquilin⁹,
qui inhoneſtas mulieres in domum ducat
(quē facturum cùm locatio facta eſt veriſi
mile nō fuerit) expelli de domo poterit[c].
Verū hæc, & ſi vera & quotidiana ſint, mi-
nutiora tū, quàm ad quæ generale præce-
13 ptū hoc alligēt. Latius etenim patet hone
ſtas: ſed vel maximè in cōiunctionibus, in
14 quibus nō tam quid liceat, ſpectàdum eſt,
quàm ꝗd honeſtū ſit[d]. Quo in loco (ni fal-
15 lor) Iuriſcōſultus ad Iuliæ Autoniui Cara-
callæ nouercę impuriſsimā vocem alluſit.
Si libet, licet: hiſtoria eſt apud Spartianū
in vita Antonini.

ALTErum non lædere.) Non ergo ho-
16 neſta, ideſt, proba vita, ſed innoxia iuſtum
efficit. Id erit ſi alterum non lædas, ius ſuū
vnicuique tribuas.

IVS ſuum vnicuique tribuere.) Obſerua
17 ꝙ ſuū cuiq; tribuere, & pars definitiōis iu
ſtitiæ eſt, & vnū ex tribus iuris præceptis.
Sed illic vt genus ponitur, quo tria hæc cō
tinētur: hîc vt ſpecies, vt bene Accurſi⁹ &
Paulus animaduertunt. Alij in definitiōe
duo præcepta cōpræhendi, ſuum cuiq; tri
buere, alterū nō lędere (alteri em̄ alterum
cōſequens eſt) tertiū, ideſt, honeſtè viuere
non cōprehēdi: quia cōmune id cæterarū
omniū virtutū ſit, nō proprium iuſtitiæ ſo
lius, quæ vt vna virtutum definita eſt. Ego
priorū magis probo ſententiā. Nā & hone
ſtè viuere ad iuſtitiā, ſicut ad cęteras virtu
tes ſpectat: vtq́; genere & differētijs defini
tiones cōſtant, ſic nihil vetat, vt quæ gene
ralia cōmuniaq́; virtutis huius cum alijs,
quæq́; propria ſolius ſunt, definitio cōpre
hēdat. Cæterū Florētinus, Noricusq́; co-
dex hic dictionem, ius, expunxere: quaſi
aliud hic ſit, ſuū cuiq; tribuere, aliud illic
ius ſuum cuiq; tribuere. Reliqui codices
vtrobiq; agnoſcūt. Sed & Theophil⁹, apud
quē ſemper eſt *δίκαιον*. Verū & quid eſt, ꝙ
18 alterū nō lædere, ius ſuū vnicuique tribue
re, ponat tanquam diuerſa, quæ tū in idem
recidere videantur? Et Reſpondent Accur
ſius, & Angelus rectiſsimè, ſuum cuiq; tri-
buere non eum tantum qui non lædat, ve-
rum & qui adiuuat. Adiuuabimus igitur
(ſi poſſumus) vnumquenque, tantum ab
eſt, vt lædamus.

IVRISPRVdentia eſt diuinarum atque humanarum rerum notitia, iuſti atque iniuſti ſcientia.

1 *Iuriſprudentia virtus eſt intellectualis, iuſtitia virtus moralis.*
2 *Iuſtitia, ius, iuriſprudentia, quomodo differant.*
3 *Diuinarum atque humanarum rerum notitia ad Iuriſconſultos, Theologos, Philoſophos quomodo ſpectet.*
4 *Scientiæ & notitiæ nominibus cur ſit vſus iuriſconſultus nouè declaratur.*
5 *Iuriſconſulti nomine qui digni ſint.*
6 *Iuriſconſultis Vlpianus tribuit, quod Philoſophis Cicero.*

IVRIS Pruden-
tia.) Poſt morales ad intellectua 1
lem virtutē accedit. Rectè verò
Accurſi⁹ & alij. Iuſtitia (inquiūt) virtus ip- 2
ſa eſt: ius executio virtutis: Iuriſprudentia
iuris huius ſcientia eſt. Iuſtitia, ſummū bo
nū: ius, medium: Iuriſprudentia, infimum.
Iuſtitia, virtus diſtributoria eſt: Ius diſtri-
buit: Iuriſprudentia docet, quemadmodū
diſtributionem fieri oporteat.

DIVINArum atque humanarū rerum
notitia.) Non omniū, ſed earū quæ ad iuſti
& iniuſti ſciētiā pertineāt. Vnde placet Ac 3
curſij & Angeli ſenſus, qui poſtremā illā
dictionē, ſcientia, ablatiui caſus eſſe aiunt.
Spectat igitur ad Iuriſconſultū diuinarū
humanarumq́; rerum notitia, vt iuſtum ab
iniuſto ſecernat. diuinæ res in omnibus &
per omnia ad Theologos, humanæ ad Phi
loſophos.

IVSTI atque iniuſti ſcientia.) Accurſius
& alij ſuperi⁹ illud, Notitia, tū etiā inferi⁹
hoc, Scientia, nō ablatiui caſus, modo no
minatiui faciūt, Theophilus vtrūq; nomi-
natiui. *νομικὴ δέ ἐστι θείων τέ καὶ ἀνθρωπίνων
πραγμάτων γνῶσις τῶν δὲ δικαίων καὶ ἀδίκων
ἐπιστήμη*. Plato quidē (vt libro de Philoſo- 4
phia Apuleius teſtis eſt) oēs virtutes cum
animæ partibus diuiſit, & illam virtutem,
quæ ratione ſit nexa, & eſt ſpectatrix om-
nium rerū, prudentiā dixit, atq; ſapiētiam,
quarum ſapientiā, diſciplinā vult videri
diuinarum humanarūq; rerum: prudentiā
verè, ſcientiā eſſe intelligendorū bonorū

& malorum, eorũ etiam media quę dicuntur. Qui forte Iuriſconſulti hoc in loco eſt ſenſus. Vt cunq; id ſit. Ego aliquid eſſe arbitror, ꝙ cum de diuinis & humanis rebus loquitur notitiã dicit: cum de iuſto & iniuſto, ſcientiam, nempè vt inſinuet, iuſti & iniuſti ſcientiã ſpectare propriè ad Iuriſcõſultum: diuinarũ vero & humanarum rerum, notitiã ſolam. harum enim ſciẽtia, ad

5 Theologos (vt dixi) & Phyſicos pertinet. Cauè igitur ne Pragmatic⁹ tm̃ qui es, ꝓclamator, formularius, φιλόδικος, Iuriſcõſulti nomen vſurpes. merito em̃ iuris Sacerdos nõ eſt, qui non & Encyclopediã abſoluit[a]. Quod vero Vlpianus Iuriſcõſultis hic, Ci

6 cero libr. 1. de Orat. philoſophis, tribuiſſe videtur. Philoſophi (inquit) ipſius, q vnus omnia penè profitetur, eſt tamen quædã deſcriptio, vt is qui ſtudeat, omniũ rerũ diuinarũ atq; humanarũ naturam, cauſaſq; noſſe, & omnem bene viuendi rationẽ tenere & perſequi, nomine hoc appelletur.

[a] Bud. in l. 2. ſuprà.

XI. PAVLVS. Libro quartodecimo ad Sabinum.

IVS pluribus modis dicitur. Vnomodo cũ id, quod ſemper ęquũ ac bonum eſt, ius dicitur: vt eſt ius naturale. Altero modo, quod omnibus, aut pluribus in quaque ciuitate vtile eſt: vt eſt ius ciuile. nec minus ius rectè appellatur in ciuitate noſtra ius honorarium. Prætor quoque, ius reddere dicitur etiã cum inique decernit: relatione, ſcilicet facta nõ ad id, quod ita prętor fecit, ſed ad illud, quod prætorẽ facere conuenit. Alia ſignificatione ius dicitur locus, in quo ius redditur: appellatiõe collata ab eo, quod fit, in eo vbi fit. Quẽ locum determinare hoc modo poſſumus: vbicũque prætor ſalua maieſtate imperij ſui, ſaluoꝗ; more maiorum, ius dicere cõſtituit: is locus rectè ius appellatur.

1 *Ius naturale, æquum & bonum eſt.*
2 *Ius gentium an ſit æquum & bonum.*
3 *Dotis contractus naturalis & ex bono & æquo.*
4 *Dotis contractus ex iure gentium.*
5 *Ius municipale quod.*
6 *Anguſtiæ iuris.*
7 *Ius reddere Prætor quo ſenſu dicatur etiam cum inique decernit.*
8 *Sententia iniqua an valeat ipſo iure?*
9 *Sententia lata contra ius legis quãdo valeat.*
10 *Error expreſſus in ſentẽtia quando dicatur.*
11 *Sentẽtia lata contra ius litigatoris qñ valeat.*
12 *Iniquitas ſententiæ manifeſta qua ſit?*
13 *Sentẽtia precio, precibus, aut per gratiã lata.*
14 *Sententia an valeat, cum dolo litigatoris, aut falſis allegationibus index perſuaſus eſt.*
15 *Reſtitutio inintegrum aduerſus ſententiam.*
16 *Sententia ipſo iure nulla, quando aduerſus eũ lata eſt, qui ex probabili cauſa abſit.*
17 *Sentẽtia lata per iudicis imperitiã an valeat.*
18 *Decretum contra ius partis interpoſitum ipſo iure nullum eſt.*
29 *Iudicij locus an poſſit mutari conſenſu litigatorum.*
20 *Neceſſitas facit, vt alibi quàm in loco maiorũ dici ius poſſit.*
21 *Iudicij locum quæ non deſiderant.*
22 *Voluntariæ iuriſdictionis quæ ſunt, quouis loco expediuntur.*
23 *Iudices qui certum tribunal non habent, quocunque loco ius dicent.*
24 *Princeps Romanus, vbique gentium in Imperio ius dicit.*
25 *Epiſcopus in quouis loco Diœceſeos ius dicet.*
26 *Præſides ĩ quacũq; parte prouinciæ ius dicũt.*
27 *Iudices maiores cauſarum criminalium, ubicunque ius dicere poſſunt.*
28 *Arbiter certum ſñiæ dicẽdæ locum nõ habet.*
29 *Iudex delegatus, ſententiæ proferẽdæ locum determinatum non habet.*
30 *More maiorum ius dicere quid ſit.*

IVS plurib⁹ modis dicitur.) Suprà quid ius, quotuplex ſit, nũc quæ iuris ſignificationes ſint. 1

QVOD ſemper bonum ac æquum eſt.) Ius naturale & æquum & bonum pro eodẽ ponit. Sic & in Topicis Cicero, Aequitas eſt quod naturalis ratio perſuaſit.

IVS naturale.) Scilicet primæuũ, quæ expoſitio omniũ oĩno eſt. An & ius gentiũ? 2
Et Paulus, Iaſon Claudiuſq; idẽ exiſtimãt. Sed eſt uerius, qđ Accurſius & Zaſius ſentiũt, ius naturale ſimpliciter bonũ eſſe, ius gẽtiũ per ſuppoſitionẽ, ideſt, ſuppoſita gẽtiũ omniũ volũtate. Me etiã mouet, ꝙ dotus con-

tis cõtractus, & naturalis dicitur, & idẽ ex
bono & æquo cõcipi[a]. Cõſtat autem eſſe
4 eum contractum ex iure gentium[b].
OMNIbus aut pluribꝰ.) Notabis ius mu
5 nicipale oõ eſſe, quod nõ omnibus aut plu
ribus municipibus vtile[c] ſit, ſunt & quæ-
6 dam iuris anguſtiæ[d].
IVS ciuile.) Municipale.
7 IVS reddere dicitur.) Non abs re eſt qđ
& hic & ſuprà quoq; verbo hoc vtitur, ne
q; dixit. Eſt, vt bñ Peruſinꝰ animaduertit.
IN ique.) Sed ſi inique, quomõ ius, an nõ
hęc inuicẽ pugnãt[e], cũ ſit pręſertim ius, ars
boni & æqui? Exiſtimo ergo ex ſequẽtibꝰ
verbis Relatione &c. difficultatẽ diſſolui.
8 Cũ autẽ quæritur, iniqua ſnĩa ipſo iure va
leat, an nõ? Bartolus & plures[f] duobus ar-
ticulis diffiniũt. Primus eſt de ſentẽtia la-
ta cõtra ius legis, ſecũdus de ſentẽtia lata,
9 cõtra ius partis. In primo rurſus diſtĩguũt,
aut em̃ error expreſſus in ſentẽtia non eſt,
& ipſo iure valet, aut expreſſus eſt, & ipſo
iure nõ valet[g]: exp̃ſſum vero Innocẽtiꝰ[h]
10 & oẽs omnino accipiũt[i] errorẽ qui oculis
cerni poſsit, vt cũ pronũciat Iudex, impu-
berẽ teſtamentũ potuiſſe facere, aliud eſt,
ſi tacite error colligi poſsit, vt ſi pronun-
ciet Titiũ (erat aũt is impubes) teſtamẽtũ
potuiſſe facere. Sunt & alij caſus nõ pauci,
quibus hoc de ſentẽtia lata, cõtra ius cõſti
tutionis declarant, quos Iaſon, & alij hic
11 parcius, Socinus[k] latius exequitur. In ſecũ
do articulo, inter oẽs cõuenit, ſententiã cõ
tra ius litigatoris latã, nõ ipſo iure nullam
eſſe[l], niſi forte manifeſtã iniquitatẽ conti
neat[m]: vt Innocẽtius[n] elegãter notat, quẽ
oẽs ſequũtur, Illudq; Angelus adiecit (qđ
12 ego quotidianum ſemper ſum arbitratus)
manifeſtã iniquitatẽ eã eſſe, quæ ex actis
colligi poſsit. Sed & ſi corruptus, pecunia
iudicet, ſentẽtia ipſo iure nulla eſt[o]. Quid
13 ſi præcibꝰ, aut ambitioſe, ideſt, per gratiã?
Et cõſtat valere ſententiã, ſed reſcindi per
14 reſtitutionẽ in integrũ[p]. Quid, ſi dolo liti-
gatoris deceptus, falſiſque allegationibus
perſuaſus? Et tũc quoq; valere ſententiã,
15 crebrior opinio eſt, reſcindi tñ poſſe per
in integrũ reſtitutionẽ[q]: quod tũc nõ pro-
16 cedit, cũ aduerſus eum ſentẽtia lata ſit, qui
ex ꝓbabili cauſa abſit, puta Reip. aut mor-
bi. etenim tũc ipſo iure nulla erit. Quid, ſi
17 per imperitiã male iudicauit? & nemo eſt,
q̃ neſciat, iudicẽ tũc facere litẽ ſuã[r], ſentẽ-
tiã vero valere ipſo iure, ſed beneficio ap-
pellationis poſſe reſcindi[s]. Deniq; decre- 18
tum cõtra ius partis interpoſitum, ipſo iu-
re nullum eſt[t].
PRAETOrem facere conuenit.) Sic &
alibi[v], non tam id ſpectandum eſſe, quid
Romæ fiat, quàm quid facere oporteat.
VBICVNque Prætor.) Quid ſi cõſenſu 19
litigatorũ locus mutetur? Et ſi intra terri-
toriũ[y], fieri id poſſe. dubio procul oẽs fatẽ
tur. Quod tñ ipſe cum Mario[z] verũ exiſti-
mauerim, ſi modo locus is ſit, in quo ſalua
ſit Prætoris maieſtas, id em̃ præcipue cõ-
ſiderat lex. Quid, ſi vel extra territoriũ de
loco litigatores conſentiãt? Et cõcors om
niũ ſententia eſt, illic quoq; ius dici poſſe
cõſenſu partiũ, niſi id alterius territorij iu
dex ꝓhibeat[a]. Neceſsitas em̃ facit, vt alibi 20
quàm in loco maiorũ, dici poſsit ſentẽtiã:
vt ſi iudex ꝓbabiliter vim vereatur. pote- 21
rit em̃ vel ex turri, vel equo ſedens iudica
re[a]. Quæ aduerſus Bartolũ Accurſij appro
bata opinio eſt. Idem etſi actus eiuſmodi
ſit, qui cauſæ cognitionẽ nõ deſideret, vt
ſi partẽ iudex interroget. ea em̃, quæ iudi-
cialis interrogatiõis ſunt, etiã in itinere ex
pediri poſſunt[b]. Quare & quæ volũtariæ 22
iuriſdictiõis ſunt, quouis in loco expediũ
tur, vt manumiſsio, emancipatio, inſinua-
tio donatiõis, & alia id genus. Præterea &
ij iudices, qui certũ tribunal non habẽt, ſi
ne pręfinitiõe loci ius dicẽt[c]. Princeps igi 23
tur Romanus, vbiq; gentiũ in Imperio ius 24
dicet[d]. Epiſcopi in tota ſua Diœceſi, vtpo 25
te qui certã in ea ſedẽ non habeãt[e]. Præſi- 26
des, qui Epiſcopis cõparãtur[f]. Quæſtores,
parricidij, ſiue latrũculatores, qui in male- 27
ficia iuſſu Principis inquirunt, & animad-
uertũt, vt Baldꝰ hic notat, à quo nemo diſ- 28
ſentit. Arbiter etiã & iudex delegatus, ſta-
tum iuri dicundo locum non habent[g]. 29
MORE maiorum.) Vt pro tribunali Prę
tor ſedens ius dicat, tribunalis enim faſti- 30
gio vtendi maioribus magiſtratibus, ius
fuit, veluti conſulibus Romæ Prætoribus
& præfecto Vrb. In prouincijs vero Præſi
dibus, Proconſulibus, & Imperatoribus,
minores magiſtratus, in ſubſellijs ius red-
debant, auctor Aſconiꝰ. Sed & Vlpianus[h],
Qui tribunali (inquit) præeſt, vel aliam iu
riſdictionem habet. Moris etiam maiorũ,
& hoc quoq; fuiſſe apparet, vt quiſq; ma-
giſtratus propria inſignia præ ſe haberet.

Quo

a l. Leas. ff. d capi. dimi.
b l. ex hoc iure. ubi Bar to. ad fi. ſuprà.
c l. ſi priua tim. ff. q & à quib. Angel. hic.
d §. 1. inſti. ad Tertull. Claud. hic.
e l. Titia ſi non nupſerit. ff. de cõdi. & dmõ.
f Bal. Angel. & Iaſ. hic.
g l. ſecũda. C. quan. pro uo. nõ eſt ne ce. l. ſi expſſim. ff. de appel.
h Innoc. in c. p. & g. d offi. deleg.
i Iaſ. in l. certi conde ctio. in pri. nu. 20. ff. ſi cert. pet.
k Socin. in reg. 439. in cip. ſnĩa.
l l. 1. §. item cum contra. ff. quæ ſent. ſine appel. reſc. Ang. i pr. an. ſ. de offic. iudic. col. 3.
m ca. Inter cæteras. de re iud. ſecũ dum vnum l. cõmu. pars. in. a. de inof. tam. vbi Angel.
n Innoc. in c. fraternita tis. de frigi. Claudꝰ. & Iaſ. hic.
o l. Venales. C. quan. prouo. nõ eſt nece.
r l. ſeruo i. uico. §. cum prætor. ff. ad Trebell.
s l. Si prætor. §. Marcellus. ff. de iudi. l. diu. ff. de reſt. in integr.
t l. ſi filius. ff. de iudi. l. ſi iudex. ff. d vari. & extraor. cogn.
v l. ſi p imprudentiam. ff. de euict.
x l. ſcia egreſſa. ff. de cuto. & cu rato. da. ab his. l. ſi putat vbi glo. C. d pet. he.
y l. ſed licet. infrà de offi. præſi.
z l. ſi cum dies. §. ſi arbiter. ff. d ar bi. l. 2. §. ſed ſi iudex. ff. de iudi.
y Mari. hic verſ. quæ diſſi.
z l. quaro. ff. d ſol. Iaſ. Salom. Clau di. hic. colũ. vl. Zaſ. n. 17.
a Glo. i l. 1. C. de ſen. ex breui. recit. Za. hic. n. 16
b l. velut. §. fi. ff. de inter. actio.
c Bart. & Dec. i l. ſi ut ꝓponis. 2. C. quomo d. & quan. iu.
d c. ad peti tiõẽ. d accu.
e c. cũ epi. d of. ord. li. 6.
f c. 2. d of. d le. i 6. cũ g.
g l. ſi cum dies. ff. d ar bi. Bald. & Doct. i d. l. ſi vt ꝓpõi.
h l. 1. ff. de iudic.

Quo argumento cæcus à poſtulando repellitur, quia magiſtratus inſignia reuereri non poteſt[a]. Quod vero genus hoc locutionis, More maiorum, ſuprà Budæus oſtẽdit[b]. Et nos quodam in loco diximus.

a l. 1. ff. de poſtul.
b Bud. in l. ius ciuile ſuprà.

IS LOcus.) Plaut. in Rud.

Ego hunc ſceleſtum in ius rapiam exulem,
Age ambula in ius.

Et ſtatim

In iure cauſam dicito, hic verbum ſat eſt.

Sic & ἀγὼν, actio forenſis, & vel forum iudiciale, in quo cauſæ aguntur.

XII. MARTIANVS. Libro primo inſtitutionum.

NON nunquam ius etiam pro neceſsitudine dicim⁹. veluti, eſt mihi ius cognationis vel adfinitatis.

1 *Neceſſarij qui dicantur.*
2 *Neceſsitas pro iure affinitatis.*

1 PRO neceſsitudine.) Qui ob hoc ipſum ius adfinitatis, familiaritatiſuè cõiuncti ſunt, neceſſarij[c] dicũtur. Sed & neceſsitas ꝑ neceſsitudine ſeu iure affinitatis: vt apũd C. Cæſarem in Orat. qua Plautiã rogationem ſuaſit. Equidem mihi videor pro noſtra neceſsitate, non labore, non opera, nõ induſtria defuiſſe. Gellius lib. 13. c. 3. Cicero etiam pro. L. Flacco. Contendiſſe à Lælio paterno amico ac ꝑneceſſario, vt hũc hoc indicio arceſſeret. &c. Vnde ſatis conſtat, non eos tantum qui conſanguinitate aut affinitate, ſed & eos q̃ arctiori aliquo reuerentiæ vel amicitiæ vinculo teneantur, neceſſarios vocari[d]: quod alij notant.

c l. Diuus. 2 infrà. de off. præſid. l. Imperator. infrà. d pat.
d Cora. miſcellan. libr. 4. c. 10.

❦DE ORIGINE iuris, & omnium magiſtratuum, & succeſsione prudentium. Tit. II.

CAIVS. Libro. 1. ad legem duodecim Tabularum.

FACTVRVS legum vetuſtarum interpretationẽ, neceſſario prius ab vrbis initijs repetendũ exiſtimaui: nõ quia velim verboſos cõmentarios facere, ſed quòd in omnibus rebus animaduerto id perfectũ eſſe, quod ex omnibus ſuis partibus conſtaret. Et certè cuiuſq; rei potiſsima pars, principium eſt. Deinde ſi in foro cauſas dicentibus nefas (vt ita dixerim) videtur eſſe, nulla præfatione facta iudici rem exponere: quanto magis interpretationem promittentibus inconueniens erit, omiſsis initiſs, atq; origine non repetita, atq; illotis (vt ita dixerim) manibus, protinus materiam interpretatiõis tractare? nanq; (niſi fallor) iſtę præfationes & libentius nos ad lectionem propoſitæ materiæ producunt: & cum ibi venerimus, euidentiorem præſtant intellectum.

1 *Caij ad leges libri quindecim.*
2 *Verboſi commentarij reprehenduntur.*
3 *Azo primus commentarios edidit in ius ciuile, aduerſus Iuſtiniani edictum.*
4 *Verboſitas in libellis & aduocatis toleranda non eſt.*
5 *Sacra vici cuiuſque ad publicum ius ſpectant.*
6 *Perfectus aut excellens quis dici poßit.*
7 *Perfectus quis in iure ciuili num eſſe poſſit.*
8 *Erraſſe viros ſummos, neque tamen ideò perfectos dici non poſſe.*
9 *Perfecti appellatio quomodo accipienda.*
10 *Scientiæ eminentia quæ?*
11 *Perfectus euangelicè quis?*
12 *Principium, dimidium totius.*
13 *Proœmijs bene inſtituta ciuitates non vtebantur.*
14 *Nefas videri, in foro cauſas agentibus proœmio non vti, quo ſenſu dictum ſit.*
15 *Nefas, quid.*
16 *Statutum ne Doctores Arengis vtantur quo modo intelligendum ſit.*
17 *Illotis manibus, aut pedibus.*
18 *Præfationes quæ reſecandæ.*
19 *Prologi in legibus an tolerentur, Senecæ locus.*
20 *Nouellarum cõſtitutionum proœmia longiora Iuſtinianus excuſare debuiſſet.*

FACTV-

1 FACTVRVS legum vetuſtarum interpretationem.) Scripſit Caius inter cætera, ad leges libros quindecim, quo ſe hic (ni fallor) refert.

A B V R bis.) Romæ.

2 V E R B Oſos commẽtarios.) Neq; enim olim Iuriſconſultis operæ pretium id fuit, quod hodie (magna & temporis & totius orbis iactura) in precio eſt, vt ij videlicet, Iuriſconſultorum nomine & dignos ſe ipſi credant, & ab alijs habeantur, non qui oportuna neceſſariaque, ſed qui dicenda tacẽdaque, quibusq; locus nõ ſit, vbi vis incondita congerentea agglomerent. Quaſi vero Caius hic, Papinianus, Vlpianus, Paulus, atq; alij ad aſſem formati iuris prudentes ſic vnquam ius ciuile tradiderint. Atqui prohibuit edicto Iuſtinianus[a], vt nullus in poſterum iuriſperitus Commentarios Pandectis applicare auderet, & verboſitate ſua compendium iuris confunderet:
3 quod primus Azo temeraſſe dicitur[b]. Vt autem Commentarij, ſic litigatores, & li-
4 bellorum dictatores verboſos non eſſe cõuenit[c]: alioqui propter verboſitatem à poſtulando repelluntur[d]. Ouidius libr. 1. Amor. elegia. 15.

Non me verboſas leges ediſcere, non me,
Ingrato votes, proſtituiſſe foro.

5 P E R F E ctum.) Adnotauit Bartol[e] hinc ſacra vici aut pagi cuiuſque ad ius publicũ ſpectare, quòd ꝑfectio reip. vniuerſę, par-
6 tiũ perfectiõe cõſtet. Adnotari & illud poteſt, perfectũ ſeu excellentẽ in ſua profeſſione virũ (quiq;, vt cõmuniter traditũ[f] eſt ad mortẽ ea ratione dãnari nequeat[g]) eũ dicendum qui partes eius profeſsiõis oẽs
7 impleat. Adnotari deniq; & illud hinc poteſt, poſſe & ꝑfectionẽ dari diſciplinæ huius ciuilis, & in ea perfectũ hominẽ: id q̃d Angelus Cumanusq; negãt[h], quòd (vt aiũt) nemo perfectus adeò hactenus fuerit Iuriſcõſultus, cuius non opiniones, ſi non
8 prorſus, at aliqua ex parte reprẽhẽdantur. Sed an non D. Auguſtinus perfectus, q tamen erraſſe ſe minimè negas[i]? An non & ſummus ipſe Pontifex, quẽ aliâs viuentiũ nemo iudicas, errat nonnunquã, & ſi notoriè erret, vt eccleſiæ inde naſcatur ſcandalũ, apud vniuerſale cõciliũ accuſari, graduq; deijci poterit[k]? quod recepti[°] Decius[l],

a l. 1. §. Noſtram. C. de vet. iu. enu.
b Alciat. lib. 9. parerga. 26.
c l. vlti. §. in refutatorijs. C. de appella.
d Glo. in l. ex ea. ff. de poſtu. gl. in l. antiquitas. in gl. fi. C. & vſuf. Iaſ. in l. Gallus. §. quidã rectè in 2. lect. col. 2. ff. de libe. & poſth.
e Bar. in l. 1. §. hu[9] ſtudij. ff. de iuſti. & iur.
f Alci. parer. libr. 2. c. 29. & libr. 9. c. fin.
g l. ad beſtias. ff. de pœn.
h Angel. & Cuma. in l. ſi cõtra. C. de vſuc. pro empt.
i c. negare non poſſum. 9. diſtin.
k ca. ſi papa. 40. diſt.
l Deci. cõſi. 151. col. 3.

& Alciatus[m] affirmãt. An nõ & Imperatores ipſi, cùm tamẽ omnia iura in ſcrinio pectoris habere dicãtur[n], errãt, eorumq; error ius facit[o]? Quid cùm Paulus[p], Vlpian[9][q], & alij erraſſe dicũtur? num ideò min[9] perfecti Iuriſconſulti appellandi ſunt? Verius itaq; eſt (quod & olim aſſerui[r]) perfecti ap 9
pellationẽ in propoſito nõ ad liquidũ, ſed ἀπλάτως accipiendã: vt dici perfectus poſſit: qui tñ errauerit aliquãdo. Humanę em̃ naturæ congruũ accipimus, vt oẽs adhuc diſcere poſsint, omneq; artificiũ incremẽtũ recipiat[s], perfectumq; aliquid ꝓ ſubiecta materia accipitur[t]. Illa verò durior Innocentij[v] ſententia eſt (vt rectè Panormitanus aduertis[x]) ſcienſiæ eminentis eum 10
dicendum, qui ex tempore cuicunq; quæſtioni reſpõdeat. Sanè perfectus euangelicè qs dici poſsit, Archidiacon[9][y] declaras, 11
C V I V S que rei potiſsima pars principiũ eſt.) Vetus eſt, Principium dimidium to- 12
tius. Ariſtoteles lib. 5. Politicorum, Plato lib. de legibus Sexto, & paſsim tũ Greci, tũ latini auctores: vt memineris tñ, nihil actum eſſe, dum aliquid ſupereſt agendũ[z]. 13
N E F A S.) Pro fori conſuetudine Caius nũc: alioq in bñ inſtituta rep. ꝓœmijs nihil eſſe op[9], Ariſtoteles docet ad Theodectem. Quare & Fabius libr. 4. de procœmio ſic ait. Ariſtoteles id in totũ neceſſarium apud bonos iudices negat, & reliqua. Sed & de hoc alibi latiùs à me notatum eſt. 14
V T I T A dixerim.) Mitius hoc interp̃tãdũ eſt: quale & illud Fabij eſt lib. 5. de Epicheremate. Nãq; ego, vt in oratiõe ſyllogiſmo quidẽ aliquãdo vti, nefas nõ duco: ita conſtare totã aut certè cõfertã eſſe aggreſsionum & enthymematum ſtipatiõe minimè velim. Nefas alioqui, id quod iuri diuino cõtrarium eſt, ſignificat: non itaq; temere additũ hoc eſt, Vt ita dixerim. 15
N V L L A præfatione.) Colligit hinc Baldus[a], ſtatuto (quale Salmanticę eſt) caueri poſſe, ne Doctores Arengis (quas vocant) vtant[b]. Verũ id de neceſſarijs intelligẽdũ non eſt, ſed de ſuperuacuis & inutilibus. 16
I N cõueniẽs erit.) Ad Platonis exẽplũ fortaſsis hæc. Ille em̃ nullã legẽ ſine exordio aut inſinuatiõe ferri vult: vt videlicet nõ vi, minis, metu agat (q̃d tyrãnorũ eſt) ſed blãdis verbis, eos q obtẽperare op[9] ſit, alliciat: q̃d eſt ꝓpriũ oratoris, atq; magiſtri.
I L L O T I S (vt ita dixerim) manib[9].) Vetus 17

m Alci. de verb. ſigni. fol. 28.
n l. omnium. C. de teſta.
o Gl. in l. 3. in prin. ff. de ſup. leg. in authẽ. de depo. in gl. penult.
p l. lecta. ff. ſi certu peta. vbi Odoſ.
q l. poſthumus. §. ſi qs ex ijs. ff. de inoffi. teſta. vbi Pan.
r In l. ſi cõtra. C. de vſuc. p empt.
s l. Legatũ. §. Ornatricibus. de leg. tertio.
t l. adificia. §. perfeciſſe: vbi Alci. de verb. ſign.
v l. In vſucapiõe in prin. ff. de diuer. & tẽpora. praſcr.
x Innoc. in c. cum in cũctis. de elect.
x Abb. in c. venerabilis. in 2. not. de preben.
y Archi. in c. 1. 24. q. 1.
z l. cu Syllanianũ. C. ad Sylla.

a Bal. in l. 1. in princi. col. 1. ff. de iuſti. & iure.
b l. amplioren. §. in refutatorijs. C. de appel.

tus prouerbiũ eſt, trãſlatũq; (vt Eraſm⁹ notat) à ſacrorũ puritate in quibus omnia pura lotaq; exibebantur, pro eo quod eſt, imparate, atq; irreuerenter. Bene autẽ illotis manibus, non pedibus dixit, quia de tracta-
18 tione (quod Budęus aduertit) loquebatur, quę manuũ eſt. Iuſtinianus aliqñ in eundẽ
19 ferè ſenſum dixit, conniuentibus oculis[a]. IPSAE præfationes.) Inutiles ergo reſecandæ[b]: non quę ad rem faciãt[c]. Quod autem Seneca Epiſtola. 95. leges irridet, quæ
20 prologis vtantur, nos ſic reſpondemus, legibus ſingulis prologo opus nõ eſſe: legũ vniuerſæ compilationi, aut origini, eſſe. In Iuſtiniani igitur Nouellis procemia lõgiora excuſari poſſent.

a l.2.§.ſed cum proxime. C. de vete. iu. enucle.
b l. cõſti. C. §. quibus verbis Bal.
c l. vlti. ff. de ha. inſti.

II. POMPONIVS. Libro ſingulari Enchiridij.

NECESSARium itaq; nobis videtur ipſius iuris originem atque proceſſum demõſtrare. Et quidem initio ciuitatis noſtræ populus ſine lege certa, ſine iure certo primum agere inſtituit: omniaq; manu à Regibus gubernabantur. Poſtea aucta ad aliquem modum ciuitate, ipſum Romulum traditur, populũ in triginta partes diuiſiſſe: quas partes Curias appellauit, propterea quod tunc reipublicæ curam per ſententias partiũ earum expediebat. Et ita leges quaſdã & ipſe curiatas ad populum tulit. tulerunt & ſequentes Reges: quæ omnes conſcriptæ exſtant in libro Sexti Papyrij: qui fuit illis temporibus, quibus ſuperb⁹ demarati Corinthij filius, ex principalibus viris. Is liber (vt dixim⁹) appellatur ius ciuile Papyrianum: non quia Papyrius de ſuo quicquam ibi adiecit, ſed quod leges ſine ordine latas in vnũ compoſuit. Exactis deinde Regibus, lege tribunitia omnes leges hæ exoleuerunt: iterumq; cœpit populus Roman⁹ incerto magis iure & conſuetudine ali, quàm per latam legẽ: idq; prope viginti annis paſſus eſt. Poſtea ne diutius hoc fieret: placuit, publica auctoritate decem conſtitui viros, per quos peterẽtur leges à Græcis ciuitatib⁹; & ciuitas fundaretur legib⁹: quas in tabulas eboreas perſcriptas pro Roſtris compoſuerunt, vt poſsint leges apertius percipi. Datumq; eſt eis ius eo anno in ciuitate ſummum: vti leges & corrigerent, ſi opus eſſet, & interpretarentur: neque prouocatio ab eis, ſicut à reliquis magiſtratibus, fieret. Qui ipſi animaduerterunt, aliquid deeſſe iſtis primis legibus. ideoq; ſequenti anno alias duas ad eaſdem tabulas adiecerunt: & ita ex accidentia appellatæ ſunt, Leges duodecim tabularum. quarum ferendarum auctorem fuiſſe decemuiris Hermodorum, quendam Epheſium exulantem in Italia, quidam retulerunt. His legibus latis cœpit (vt naturaliter euenire ſolet) vt interpretatio deſideraret prudentium auctoritate, neceſſariam eſſe diſputationẽ fori. Hæc diſputatio & hoc ius, quod ſine ſcripto venit compoſitum à prudẽtibus, propria parte aliqua non appellatur, vt cæteræ partes iuris ſuis nominibus deſignantur, datis proprijs nominibus cæteris partibus: ſed communi nomine appellatur ius ciuile. Deinde ex his legibus eodẽ tempore ferè actiones compoſitæ ſunt, quibus inter ſe homines diſceptarẽt: quas actiones ne populus prout vellet, inſtitueret: certas ſolẽnes eſſe voluerunt. & appellatur hæc pars iuris, Legis actiões, ideſt, legitimę actiones: & ita eodẽ penè tẽpore tria hęc iura nata ſunt: Leges duodecim tabularũ. ex his fluere cœpit ius ciuile. ex iſdẽ legis actiones compoſitę ſunt. Omniũ tamen harum, & interpretandi ſcientia, & actiones, apud Collegium Pontificum erant: ex quibus conſtituebatur quis quoquo anno pręeſſet priuatis. & ferè populus annis propè centũ hac cõſuetudine vſus eſt. Poſtea cum Appius Claudius propoſuiſſet, & ad formam redegiſſet has actiones: Gnæus Flauius ſcriba

ſcriba eius, libertini filius, ſuperreptum librum populo tradidit: & adeò gratū fuit id munus populo, vt tribunus plebis fieret, & Senator, & ædilis curulis. Hic liber, qui actiones continet, appellatur ius ciuile Flauianum: ſicut ille, ius ciuile papyrianum: nam nec Gnęus Flauius de ſuo quidquàm adiecit libro. Augeſcēte ciuitate, & quia deerant quędam genera agendi, non poſt multum tum temporis ſpacium Sextus AElius alias actiones compoſuit: & librum populo dedit, qui appellatur ius AElianū. Deinde cum eſſet in ciuitate lex duodecim tabularum & ius ciuile, eſſent & legis actiones: euenit, vt plebs in diſcordiam cum patribus perueniret, & ſecederet: ſibiq́; iura conſtitueret, quæ iura plebiſcita vocantur. mox cum reuocata eſt plebs: quia multæ diſcordiæ naſcebantur de his plebiſcitis: pro legibus placuit & ea obſeruari, lege Hortēſia. & ita factum eſt: vt inter plebiſcita & legem ſpecies conſtituēdi intereſſent, poteſtas autem eſſet eadem. Deinde quia difficile plebs conuenire cœpit, populus certè multo difficilius in tanta turba hominum: neceſsitas ipſa curam reipublicæ ad Senatum deduxit. Ita cœpit Senatus ſe interponere, & quicquid cōſtituiſſet, obſeruabatur. Idq́; ius appellabatur Senatuſcōſultū. Eodē tempore & magiſtratus iura reddebāt: & vt ſcirent ciues, quod ius de quaq; re quiſq; dictur⁹ eſſet, ſeq; præmunirent: edicta proponebant: quæ edicta Prætorū ius honorarium conſtituerunt. Honorariū dicitur, quod ab honore prætoris venerat. Nouiſsimè ſicut ad pauciores iuris conſtituendi via tranſiſſe, ipſis rebus dictantibus, videbatur: per partes euenit, vt necE S S E T reipublicæ per vnū cōſuli. nā Senatus nō perinde omnes prouincias probe gerere poterāt. Igitur conſtituto Principe: datū eſt ei ius, vt quod conſtituiſſet ratum eſſet. Ita in ciuitate noſtra aut Iure, ideſt Lege conſtituitur: aut eſt proprium Ius ciuile, quod ſine ſcripto in ſola prudentium interpretatione cōſiſtit: aut ſunt Legis Actiones, quæ formam agendi continent: aut Plebiſcitum, quod ſine auctoritate patrū eſt conſtitutum: aut eſt magiſtratuum Edictum, vnde Ius Honorarium naſcitur: aut Senatuſconſultū, quod ſolùm Senatu conſtituente inducitur ſine lege: aut eſt Principalis Cōſtitutio, ideſt, vt quod ipſe princeps conſtituit, pro lege ſeruetur. Poſt originem iuris & proceſſum cognitum, conſequēs eſt, vt de magiſtratuum nominibus, & origine cognoſcamus: quia (vt expoſuimus) per eos, qui iuri dicundo præſunt, effectus rei accipitur. quantum eſt enim ius in ciuitate eſſe, niſi ſint qui iura regere poſſint. Poſt hoc deinde Auctorum ſucceſsione dicemus: quòd conſtare non poteſt ius, niſi ſit aliquis iuriſperitus, per quem poſsit quotidie in melius produci. Quod ad magiſtratus attinet: initio ciuitatis huius conſtat Reges omnem poteſtatem habuiſſe. Iſdem temporibus & tribunum celerum fuiſſe conſtat: is autem erat qui equitibus pręerat, veluti ſecundum locum à Regibus optinebat: quo in numero fuit Iunius Brutus, qui auctor fuit Regis eiciendi. Exactis deinde Regibus, conſules conſtituti ſunt duo: penes quos Summum ius vti eſſet, lege rogatum eſt. dicti ſunt ab eo, quòd plurimum reipublicæ conſulerent, qui tamen ne per omnia regiam poteſtatem ſibi vindicarent: lege lata factū eſt, vt ab eis prouocatio eſſet, nèue poſſent in caput ciuis Romani animaduertere iniuſſu populi: ſolum relictum eſt illis, vt coërcere poſſent, & in vincula publica duci iuberēt. Poſt deinde cū ſenſus iam maiori tempore agēdus eſſet & cōſules nō ſufficerēt, huic quoq; officio cenſores conſtituti ſunt. Populo deinde aucto, cum crebra orirentur

bella.

bella,& quædam acriora à finitimis inferrentur:interdum re exigente, placuit maioris poteſtatis magiſtratum conſtitui :itaq; dictatores proditi ſunt, à quibus nec prouocandi ius fuit, & quibus etiã capitis animaduerſio data eſt.Hunc magiſtratum, quoniam ſummam poteſtatem habebat,non erat fas vltra ſextum menſem retinere: & his dictatoribus magiſtri equitũ iniungebãtur, ſic quomodo regibꝰ tribuni celerũ: quod officium ferè tale erat,quale hodie præfectorum prętorio: magiſtratus tamen habebantur legitimi. Iiſdem temporibus cùm plebs à patribus ſeceſsiſſet,anno ferè ſeptimodecimo poſt Reges exactos: tribunos ſibi in monte ſacro creauit, qui eſſent plebeij magiſtratus. dicti tribuni, quòd olim in tres partes populus diuiſus erat, & ex ſingulis ſinguli creabantur:vel quia tribuum ſuffragio creabãtur.Itemq; vt eſſent, qui ædibus præeſſent, in quibus oĩa ſcita ſua plebs deferebat:duos ex plebe conſtituerunt, qui etiam ædiles appellati ſunt.Deinde cùm ærarium populi auctius eſſe cœpiſſet:vt eſſent qui illi præeſſent, conſtituti ſunt quęſtores qui pecuniæ præeſſent:dicti ab eo, quòd inquirendæ & conſeruandę pecunię cauſa creati erãt. Et quia (vt diximus) de capite ciuis Romani iniuſſu populi non erat lege permiſſum conſulibus ius dicere:propterea quæſtores conſtitueVantur à populo, qui capitalibus rebus præeſſent : hi appellabãtur quæſtores parricidij, quorum etiam meminit lex duodecim tabularum. Et cùm placuiſſet leges quoque ferri:latum eſt ad populũ, vti omnes magiſtratu ſe abdicarent, quo decemuiri conſtituti anno vno,cum magiſtratum prorogarent ſibi, & cum iniurioſè tractarent, neque vellent deinceps ſufficere magiſtratibus, vt ipſi, & factio ſua perpetuo rem publicam occupatam retineret : nimia atque aſpera dominatione eò rem perduxerant,vt exercitus à republica ſecederet, initium fuiſſe ſeceſsionis dicitur Verginius quidam : qui cũ animaduertiſſet Appium Claudium contra ius, quod ipſe ex vetere iure in duodecim tabula tranſtulerat,vindicias filiæ ſuę à ſe abdixiſſe : & ſecũdum eum qui in ſeruitutem ab eo ſuppoſitus petierat,dixiſſe.captumq; amore virginis omne fas ac nefas miſcuiſſe:indignatus quòd vetuſtiſsima iuris obſeruantia in perſona filiæ ſuæ defeciſſet,vtpote cùm Brutus,qui primus Romæ conſul fuit, vindicias ſecũdum libertatem dixiſſet in perſona vindicis Vitelliorum ſerui, qui proditionis coniurationem indicio ſuo detexerat, & caſtitatem filię vitæ quoque eius præferẽdam putaret: arrepto cultro de taberna lanionis filiam inter fecit: in hoc ſcilicet vt morte Virginis contumeliam ſtupri arceret:ac protinus recens à cæde, madenteq; adhuc filiæ cruore, ad commilitones confugit.qui vniuerſis de Algido, vbi tunc belli gerẽdi cauſa legiones erant, relictis ducibus priſtinis, ſigna in Auentinũ tranſtulerũt, omniſq; plebs vrbana mox eodem ſe contulit : populiq; conſenſu partim in carcere necati: ita rurſus reſpublica ſuum ſtatum recepit. Deinde cùm poſt aliquot annos, quàm duodecim tabulæ latæ ſunt: & plebs contenderet cum patribus,& vellet ex ſuo quoq; corpore conſules creare,& patres recuſarent:factum eſt vt tribuni militum crearentur, partim ex plebe,partim ex patribus conſulari poteſtate:hiq; conſtituti ſunt vario numero interdum enim viginti fuerũt, interdum plures, nonnunquam pauciores. Deinde cùm placuiſſet creari etiam ex plebe conſules : cœperunt ex vtroque corpore conſtitui. Tunc, vt aliquo pluris patres haberent,placuit duos ex numero patrum conſtitui. ita facti ſunt ædiles curules. Cumq; conſules aBocarentur

bellis

bellis finitimis, neque eſſet qui in ciuitate ius reddere poſſet: factum eſt vt prætor quoque crearetur, qui vrbanus appellatus eſt, quòd in vrbe ius redderet. Poſt aliquot deinde annos non ſufficiẽte eo prætore, quòd multa turba etiam peregrinorum in ciuitatem veniret: creatus eſt & alius prætor, qui peregrin⁹ appellatus eſt ab eo, quòd plerũque inter peregrinos ius dicebat. Deinde cùm eſſet neceſſarius magiſtratus, qui haſtæ præeſſent decemuiri, in litibus iudicandis ſunt conſtituti. Eodem tempore & quatuoruiri, qui curam viarũ gererent: & triumuiri monetales æris, argenti, auriflatores: & triumuiri capitales, qui carceris cuſtodiam haberent, vt cum animaduerti oporteret, interuentu eorum fieret. Et quia magiſtratibus veſpertinis temporibus in publicum eſſe inconueniens erat, quinqueuiri conſtituti ſunt cis Tyberim, & vltis Tyberim, qui poſſint pro magiſtratibus fungi. Capta deinde Sardinia, mox Sicilia, item Hiſpania, deinde Narbonenſi prouincia, totidem prætores, quot prouinciæ inditionem venerant, creati ſunt: partim qui vrbanis rebus, partim qui prouincialibus præeſſent. Deinde Cornelius Sulla quæſtiones publicas conſtituit: veluti de falſo, de parricidio, de Sicarijs, & prætores quator adiecit. Deinde Gaius Iulius Cæſar duos prætores, & duos ædiles, qui frumento præeſſent, à Cerere cereales conſtituit. Ita duodecim prætores ſex ædiles ſunt creati. Diuus deinde Auguſtus ſedecim prætores conſtituit. Poſt deinde Diuus Claudius duos prætores adiecit, qui de fideicommiſſo ius dicerent. ex quibus vnũ diuus Titus detraxit: & adiecit Diuus Nerua, qui inter fiſcum & priuatos ius diceret. Ita decẽ & octo prætores in ciuitate ius dicunt: & hæc omnia, quoties in republica ſunt magiſtratus, obſeruantur. Quoties autẽ proficiſcũtur, vnus relinquitur qui ius dicat, is vocatur præfectus vrbi. qui præfectus olim conſtituebatur, poſtea ferè latinarũ feriarum cauſa introduct⁹ eſt, & quotannis obſeruatur. Nam præfectus annonæ & vigilum non ſunt magiſtratus, ſed extra ordinẽ vtilitatis cauſa conſtituti ſunt. & tamen hi, quos Ciſtyberes diximus, poſtea ędiles Senatus conſulto creabantur. Ergo ex his omnibus decem tribuni plebis, cõſules duo, decem & octo pretores, ſex ædiles in ciuitate iura reddebant. Iuris ciuilis ſcientiam plurimi & maximi viri profeſsi ſunt. ſed qui eorum maximę dignationis apud populum Romanum fuerũt, eorum in præſentia mentio habẽda eſt: vt appareat à quibus, & qualibus hæc iura orta, & tradita ſunt. Et quidem ex omnibus, qui ſcientiã nacti ſunt, ante Tiberium Coruncanum publicę profeſſum neminem, traditur. cęteri autem adhunc vel in latẽti ius ciuile retinere cogitabant, ſolumq́; conſultatoribus vacare potius, quàm diſcere volentibus ſe præſtabant. Fuit autẽ in primis peritus Publius Papyrius, qui leges Regias in vnum cõtulit. ab hoc Appius Claudi⁹ vnus ex decẽuiris, cuius maximũ conſiliũ in duodecim tabulis ſcribendis fuit. poſt hunc Appius Claudius eiuſdẽ generis maximã ſcientiã habuit. Hic Centemmanus appellatus eſt: Appiã viam ſtrauit, & aquã Claudiã induxit, & de Pyrrho in vrbem non recipiendo ſentẽtiam tulit. Hunc etiã actiones ſcripſiſſe traditum eſt, primũ de vſurpationibus, qui liber non extat. Idem Appius Claudius qui videtur ab hoc proceſsiſſe. R. literã inuenit: vt pro Valeſij Valerij eſſent & pro fuſijs furijs. Fuit poſt eos maximę ſcientię Sempronius, quẽ populus Romanus σοφὸν appellauit: nec quiſquã ante hunc aut poſthũc hoc nomine cognominatus eſt. Gaius Scipio Naſica, qui optimus à Senatu appellatus eſt: cui etiã publicè domus in ſacra via data eſt,

quo facilius cõſuli poſſet.Deinde Quintus Mutius, qui ad Carthaginenſes miſſus legatus,cum eſſent duæ teſſeræ poſitæ, vna pacis, altera belli: arbitrio ſibi dato,vtram vellet referret Romam, vtrãque ſuſtulit:& ait Carthaginenſes petere debere,vtram mallent accipere. Poſt hos fuit Tiberius Coruncanius (vt dixi)qui primus profiteri cœpit: cuius tamen ſcriptum nullum extat,ſed reſponſa cõplura & memorabilia eius fuerũt. Deinde ſextus Aelius,& Frater eius Publius Aelius & Publius Atilius maximam ſcientiam in profitendo habuerunt: vt duo AElij etiam conſules fuerint. Atilius autem primus à populo ſapiens appellatus eſt. Sextum Aelium etiam Ennius laudaBit: & extat illius liber,qui inſcribitur Tripertita: qui liber veluti cunabula iuris cõtinet. Tripertita autẽ dicitur, quoniã lege duodecim tabularũ prępoſita,iungitur interpretatio dein,ſubtexitur legis actio.Eiuſdem eſſe tres alij libri referuntur: quos tamen quidã negãt eiuſdẽ eſſe, hos ſectatus ad aliquid eſt Cato. Deinde Marcus Cato princeps Porciæ familiæ, cuius & libri exſtant: ſed plurimi filij eius ex quibus cæteri oriũtur. Poſt hos fuerũt Publius Mutius,& Brutus,& Manilius, qui fundauerunt ius ciuile.ex his Publius Mutius etiã decem libellos reliquit, Brutus ſeptẽ,Manilius tres. & exſtant volumina ſcripta, Manilij monumenta. illi duo conſulares fuerũt,Brutus pretorius, Publius aũt Mutius etiã Põtifex Maximus. Ab his profecti ſunt Publius Rutilius Rufus, qui Romæ conſul, & Aſiæpro conſul fuit:Paulus Verginius, & Quintus Tubero ille Stoicus Panſæ auditor qui & ipſe cõſul.etiam Sextus Põpeius Gnęi Põpei patruus fuit eodẽ tẽpore:& Cœlius Antipater, qui luſtorias conſcripſit:ſed plus eloquẽtiæ, quàm ſcientiæ iuris operã dedit.etiã Lucius Craſſus frater Publij Mucij, qui Mucianus dictus eſt. Hunc Cicero ait Iuriſconſultorum diſſertiſsimum. Poſt hos Quintus Mutius Publij filius Pontifex Maximus ius ciuile primus conſtituit, generatim in libros decem & octo redigendo. Mucij auditores fuerunt cõplures: ſed præcipuè auctoritatis Aquilius Gallus, Balbus Lucilius,Sextus Papirius, Gaius Iuuentius.ex quibus Gallum maximę auctoritatis apud populum fuiſſe Seruius dicit.omnes tamen hi à Seruio Sulpicio nominantur:alioquin per ſe eorum ſcripta non talia exſtant, vt ea ad omnes adpetãt. deniq; nec verſantur omnino ſcripta eorum inter manus hominum, ſed Seruius libros ſuos compleuit, pro cuius ſcriptura ipſorum quoq; memoria habetur.Seruius cum in cauſis orãdis primum locum,aut pro certo poſt Marcũ Tullium obtineret traditur ad cõſulendum Quintum Mutium de re amici ſui perueniſſe.cumq́; eum ſibi reſpondiſſe de iure Seruius parum intellexiſſet,iterũ Quintum interrogaſſe,& à Quinto Mutio reſponſum eſſe, nec tamen percepiſſe: & ita obiurgatum eſſe à Quinto Mutio.Namq́; eum dixiſſe,turpe eſſe patricio, & nobili, & cauſas oranti, ius, in quo verſaretur,ignorare. Ea velut cõtumelia Seruius tractus, operam dedit iuri ciuili:& plurimũ eos de quibus locuti ſumus,audijt:inſtitutus à Balbo lucilio, inſtructus autem maximè à Gallo Aquilio, qui fuit Cercinę. Itaque libri cõplures eius exſtant Cercinæ confecti.Hic cum in legatione periſſet, ſtatuam ei populus Romanus pro Roſtris poſuit, hodieq́; exſtat pro roſtris Auguſti. Huius volumina cõpluria exſtãt. reliquit autẽ propè centum & octaginta libros.ab hoc plurimi profecerunt ferè tamen hi libros conſcripſerunt: Alfenus Varus,Gaius, Aulus Ofilius, Titus, Cæſius,Aufidius Tucca, Aufidius Namuſa,Flauius priſcus, Gaius Ateius Pacuuius, Labeo Antiſtius Labeonis Antiſtij

tiſtij

tiſtij pater, Cinna, Publicus Gellius. Ex his decem, libros octo conſcripſerunt: quorum omnes, qui fuerunt, libri digeſti ſunt ab Aufidio Namuſa in centum quadraginta libros. Ex his auditoribus plurimum auctoritatis habuit Alfenus Varus, & Aulus Ofilius: ex quibus Varus & conſul fuit: Ofilius in equeſtri ordine perſeuerauit. is fuit Cæſari familiariſsimus: & libros de iure ciuili plurimos, & qui omnẽ partẽ operis fundarent, reliquit. Nam de legibus Vicenſimæ primus conſcribit, de iuriſdictione: idem edictum prætoris primum diligenter compoſuit. Nam ante eũ Seruius duos libros ad Brutum perquàm breuiſsimos ad edictum ſubſcriptos reliquit. Fuit eodem tẽpore & Trebatius qui idem Cornelij Maximi auditor. fuit Aulus Caſcelius, Quintus Mucius Voloſij auditor: Deniq; in illius honorẽ teſtamento Publiũ Mutium nepotẽ eius reliquit hæredem. fuit autẽ quæſtorius, nec vltra proficere voluit, cum illi etiam Auguſtus conſulatũ offerret. ex his Trebatius peritior Caſcelio, Caſcelius Trebatio eloquentior fuiſſe dicitur: Ofilius vtroq; doctior. Caſcellij ſcripta non extant, niſi vnus liber Benedictorũ: Trebatij complures, ſed minus frequentatur. Poſt hoc quoq; Tubero fuit, qui Ofilio operam dedit. fuit autem patritius, & tranſijt à cauſis agendis ad ius ciuile: maximè poſtquàm Quintum Ligariũ accuſauit, nec obtinuit apud Gaiũ Cæſarem. Is eſt Quintus Ligarius, qui cum Africæ oram teneret, infirmũ Tuberonem applicare non permiſit, nec aquã haurire. quo nomine eum accuſauit, & Cicero defendit. exſtat eius oratio ſatis pulcherrima, quę inſcribitur, pro Quinto Ligario: Tubero doctiſsimus quidẽ habitus eſt iuris publici & priuati, & cõplures vtriuſq; operis libros reliquit. Sermone etiam antiquo vſus affectauit ſcribẽre, & ideo parũ libri eius grati habentur. Poſt hunc maximæ auctoritatis fuerũt Ateius capitò, qui Ofilium ſecutus eſt: & Antiſtius Labeo, qui omnes hos audiuit: inſtitutus eſt autem à Trebatio. Ex his Ateius conſul fuit. Labeo noluit: cum offerretur ei ab Auguſto conſulatus, quo ſuffectus fieret, & honorem ſuſciperet: ſed plurimum ſtudijs operam dedit: & totum annum ita diuiſerat, vt Romæ ſex menſibus cũ ſtudioſis eſſet, & ſex menſibus ſecederet, & conſcribendis libris operam daret. Itaq; reliquit quadraginta volumina, ex quibus plurima inter manus verſantur. Hi duo primum veluti diuerſas ſectas fecerunt. nam Ateius capito in his, quæ ei tradita fuerant perſeuerabat: Labeo ingenij qualitate, & fiducia doctrinæ, qui & cæteris operis ſapientiæ operã dederat, plurima innouare inſtituit. & ita Ateio capitoni Maſurius Sabinus ſucceſsit, Labeoni Nerua. adhuc eas diſſenſiones auxerunt. Hic etiã Nerua Cæſari familiariſsimus fuit. Maſurius Sabinus in equeſtri ordine fuit, & publicè primus reſpondit, poſteà hoc cœpit beneficium dari à Tyberio Cęſare. hoc tamen illi cõceſſum erat. Et (vt obiter ſciamus) ante tempora Auguſti publicè reſpondẽdi ius à principibus dabatur: ſed qui fiduciam ſtudiorum ſuorum habebant, conſulentibus reſpõdebant: neq; reſponſa vtiq; ſignata dabant, ſed plerunq; iudicibus ipſi ſcribebant, aut teſtabantur, qui illos cõſulebant. Primus Diuus Auguſtus, vt maior iuris auctoritas haberetur, conſtituit, vt ex auctoritate eius reſponderent: & ex illo tempore peti hoc pro beneficio cœpit. & ideo optimus princeps Hadrianus, cum ab eo viri pręctorij peterent, vt ſibi liceret reſpondere, reſcripſit eis: hoc non peti ſed præſtari ſolere. Et ideo, ſi quis fiduciam ſui haberet delectari ſe: populo ad reſpondendum ſe præpararet. Ergo Sabino conceſſum eſt à Tyberio Cæſare, vt

pōpulo reſponderet. qui in equeſtri ordine iam grandis natu, & ferè annorũ quinquaginta recept⁹ eſt. Huic nec amplæ facultates fuerunt, ſed plurimum à ſuis auditoribus ſuſtentatus eſt. Huic ſucceſsit Gaius Caſsius Lõginus, natus ex filia Tuberonis, quæ fuit neptis Seruij Sulpitij: & ideò proauum ſuum Seruium Sulpitium appellat. hic Conſul fuit cum Quartino temporibus Tyberii. Sed plurimum in ciuitate auctoritatis habuit eouſq; donec eũ Cęſar ciuitate pelleret. expulſus ab eo in Sardiniã, reuocatus à Veſpaſiano diem ſuũ obiit. Neruæ ſucceſsit Proculus: fuit eodem tempore & Neruæ filius. Fuit & alius longinus ex equeſtri quidem ordine: qui poſtea ad præturam vſq; peruenit. Sed proculi auctoritas maior fuit (nam etiam plurimũ potuit) appellatíq; ſunt partim Caſsiani, partim proculeani: quę origo à capitone & labeone cœperat. Caſsio Cęlius Sabinus ſucceſsit, qui plurimum temporibus Veſpaſiani potuit. Proculo Pegaſus, qui temporibus Veſpaſiani præfectus vrbi fuit. Cælio Sabino Priſcus Iabolenus. Pegaſo Celſus: patri Celſo Celſus filius, & Priſcus Neratius, qui vtrique conſules fuerunt. Celſus quidẽ & iterum Iaboleno Priſco Aburnus Valens, & Tuſcianus: itẽ Saluius Iulianus.

1 *Originis iuris cognitio non vtilis tantum, verùm & neceſſaria.*
2 *Ciuitas & Ius ciuile per excellentiam de Roma, & iure ciuili Romanorum.*
3 *Manus Regia quid.*
4 *Manus Regia ex iure gentium, ſicut & regum poteſtas.*
5 *Obligationes ciuiles & actiones in locũ manus Regiæ ſucceſſerunt.*
6 *Officium iudicis in locum manus Regiæ ſucceßit.*
7 *Manus Regiæ vis hodie durat in principibus.*
8 *Manus Regiæ reliquiæ in patria poteſtate.*
9 *Obligatio ciuilis inter patrem & filium cur non conſiſtat.*
10 *Reipub. gubernandæ ſpecies tres, Monarchia Ariſtocratia, Democratia.*
11 *Romuli gubernatio perfecta.*
12 *Curiæ triginta Romæ.*
13 *Tribus tres.*
14 *Decuriæ decem.*
15 *Decuriones.*
16 *Curiæ dominicales & feuda.*
17 *Leges curiatæ & centuriatæ.*
18 *Leges Regiæ.*
19 *Tarquinius ſuperbus Demarati Corinthij nepos non filius.*
20 *Filiorum appellatio an nepotes comprehẽdat.*
21 *Pomponius memoria labitur.*
22 *Principales viri & libri.*
23 *Ruſticus agrum quem colit, ſuũ dicere poteſt, ſicut & qui poßidet.*
24 *Exacti Reges qui?*
25 *Tyranni quemadmodum eijci poßint.*
26 *Lex tribunitia Bruti tribuni.*
27 *Rege exacto, leges illius non ſtatim ceſſant.*
28 *Tyranni leges, ipſo eiecto, antiquantur.*
29 *Tyrannis & ſimilibus fides ſeruanda nõ eſt.*
30 *Decemuiris legibus. 12. Tab. componendis.*
31 *Leges. 12. Tab. eboreæ, aut æreæ.*
32 *Roſtra quid?*
33 *Legum interpretatio à quibus petenda.*
34 *Prouocatio ad populum olim fuit.*
35 *Appellatio à iudicibus an poßit tolli per ſtatutum.*
36 *Hermodorus Epheſiorum princeps frugi vir.*
37 *Interp̃tatio rei obſcuræ ex iure naturali eſt: Vnde occaſio Doctoribus ius noſtrum interpretantibus.*
38 *Fori diſputatio, & forus ex iure gentiũ ſunt,*
39 *Ius ciuile innominatum, ſicut & vltima voluntas, ſeruitus hæres, iudex.*
40 *Actionum origo ex iure ciuili eſt.*
41 *Zaſij noua opinio eleuatur.*
42 *Legis actio inter actionũ formulas olim fuit.*
43 *Pontifices à Numa Pompilio Inſtituti.*
44 *Cornicum oculos configere, quid ſit.*
45 *Gn. Flauij hiſtoria, errarum commune eſt.*
46 *Seceßiones plebis à Patribus duæ & nu. 68. & numero. 72.*
47 *Ciuitatis pars vna, an poßit facere ſtatuta ad deciſionem cauſarum.*
48 *S.C. olim dupliciter fieri ſolita.*
49 *Edictum ab interdicto differt.*
50 *Monarchia melior gubernandi ſpecies.*
51 *Prudentum interpretatio, reſponſa prudentum, Media iuris prudentia differunt.*
52 *Origo regum & magiſtratuum à iure gentiũ aliter quam Bartolus.*

53 *Iuriſpe-*

53 *Iuriſperiti quidam in melius, multi in deterius iuris ciuilis ſtatum conſtituunt.*
54 *Celeres vnde dicti.*
55 *Tribunus celerum qui?*
56 *Conſularis poteſtas cur inducta.*
57 *Promulgare leges quid ſit.*
58 *Rogatio quid.* (?)
59 *Leges trinundino ferebantur.*
60 *Plebiſcita vnde dicantur.*
61 *Cenſum agere quid ſit,*
62 *Cenſus Romæ qui primus actus.*
63 *Cenſores & de eorum animaduerſionibus.*
64 *Dictatores.*
65 *Magiſter equitũ dictatori quomodo iũgeret.*
66 *Præfecti pretorio ab Imperatoribus ĩtroducti.*
67 *Seceſſionis prioris quæ cauſa, & quæ ciuiles diſſenſiones ſint.*
68 *Tribuni plebis, & infrà.nu.71.*
69 *Quæſtores parricidij.* (?)
70 *Parricidæ olim qui dicerentur.*
71 *Ferre ad populum.*
72 *Vindiciæ quid, vnde dictæ & cuiuſmodi iudicium.*
73 *Iudicia, quibus interim dum cauſa deciditur, in poſſeſſione conſtituimur, à vindicijs originem trahere.*
74 *Vindiciæ ſecundum ſeruitutem, & ſecundũ libertatem.*
75 *Partim, dictio an non geminata reperiatur aduerſus Budæum, Zaſium, Haloandrum.*
76 *Tribuni militum conſulari poteſtate cur creati ſint.*
77 *Officia an ſint inter nobiles popularesq; diuidenda, & quo iure hodie diuidantur.*
78 *l.1.in.ll.fratern.*
79 *Tribuni varij fuerunt.*
80 *Tribuni militum.20.pro Zaſio aduerſus Budæum.*
81 *Ædiles curules cur facti.* (?)
82 *Prætor vrbanus, idem & maior.*
83 *Prætor peregrinus, Idem & minor.*
84 *Haſta iudicium centumuirale cur diceretur.*
85 *Centumuiri litibus iudicandis.*
86 *Decem viri Stl.IVD.*
87 *Budæi, Zaſij, Haloandri diſpunctio notata.*
88 *Quatuoruiri, qui curam viarum agebant.*
89 *Triumuiri monetales.*
90 *Triumuiri capitales.*
91 *Hiſpania olim aliquando ſubdita, hodie maiori terræ totius parti dominatur.*
92 *Prætores fideicommiſſarij, vſque ad certam ſummam ius dicebant.*
93 *Præfecti vrbis ditio ad Prætorem tranſlata.*
94 *Præfectus latinarum feriarum cur creatus.*
95 *Præfectus annonæ cur inſtitutus.*
96 *Præfecti vigilum inſtituendi cauſa.*
97 *Erratum apud Pomponium Lætum.*
98 *T.Coruncani, & veterum Iuriſconſultorum ſapientia, & infrà.nu.103.*
99 *Appius Cæcus.*
100 *Vſurpatio quid?* (?)
101 *Sophi qui primum appellati.*
102 *Gallopræſsi ſingulare nomen, Philocali non item.*
103 *P.Scipio Naſica, optimus à Senatu iudicatus.*
104 *Q.Fabius, an.Q.Mutius fuerit, qui ad carthaginenſes legatus miſſus eſt.*
105 *Nebriſſenſis annotatio diſcuſſa.*
106 *Teſſera, belli ſignum eſt.* (?)
107 *Tranſuerſo foro ambulare,*
108 *Baldus, Petrus, Angelus, fratres & iuris vtriuſque profeſſores.*
109 *Sapiens à popu. Rom. qui primum dictus ſit.*
110 *Ad aliquid, locutio peculiaris iuriſcõſultorũ.*
111 *M. Cato Senior.*
112 *Catonis ſenioris filij duo.*
113 *M.Cato Vticenſis, pronepos Catonis Salonini.*
114 *P.Mutius Scæuola Iuriſconſult⁹ nõ eloquẽs.*
116 *Eloquentia quatenus conducat ad iuriſprudentiam.*
116 *Aquilius Gallus, cuius formulæ cautiſſimæ.*
117 *Ser.Sulpitij laus.*
118 *Iuris ignorantia in iuris perito dolo adſcribitur.*
119 *Fundare ius nouè dictum eſt.*
120 *Leges Viceſimæ quæ.*
121 *Quæſtorij & conſulares qui dicerentur.*
122 *Trebatij opiniones non paſſim approbatæ,*
123 *Patricij qui?*
124 *l.7.titu.18.par.4.*
125 *Satis, ſuperlatiuo iũgitur etſi Budæus & Haloander aliter ſentiant.*
126 *Suffecti conſules.*
127 *Nerua iuriſconſultus inedia vitam finiuit.*
128 *Reſponſa iuriſconſultorum & olim & hodie ſubſignantur aut ſubſcribuntur.*
129 *Annulus, cur detur inter cætera Doctorum inſignia.*
130 *Præſtari non peti licentiam de iure publicè reſpondendi, quo ſenſu dictum.*
131 *Diſcipulos magiſtris non ingratos eſſe oportere.*
132 *Magiſtris pro doctrina an liceat à diſcipulis mercedem accipere.*
133 *Priſcus Neratius iuriſconſultus, deſtinatus à Traiano Imperij ſucceſſor.*

D 3 NECES-

1 NECEſſarium.)
Nõ igitur vtile tãtũ. Vt ſto
machari ĩ malè auguratos
quoſdam liceat, qui hodie
2 ſuperuacuum exiſtimant.
CIVITAtis noſtræ.)Romæ, per excellẽ
tiam ſicut & ius ciuile.
SINE certa lege.) Incerto iure & cõſue-
3 tudine[a].
OMNIA que manu à Regibus guberna-
bantur.)Haloãder legit manu Regis.cũq;
vtrumq; innumeri codices agnoſcant,Do
ctores iuris ciuilis Manus Regiæ appella-
tionẽ aut ab hac,aut ab illa lectiõe ſumpſe
runt.Manũ verò Regiã Accurſius,Baldus,
& Angelus, arbitriũ interpretantur. Quo
modo & Auguſtinus quoq; lib.4.de ciuita
te Dei.Populi(inquit)nullis legibus tene-
bantur,arbitria principũ pro legibus erãt.
Bartolus[b]& frequẽtiores Regũ poteſtatẽ,
4 qua videlicet ſola facti veritate inſpecta,
adrõnis normã(parte tñ citata[c]) procede-
rent:ea cõmunis omnibus gentibus fuit ſi
5 cut & Regũ poteſtas.Sed cũ difficile eſſet
vt cauſæ negotiaq; omnia corã Regib⁹ tra
ctarentur,obligationes ciuiles actionesq;
iure ciuili inuentæ ſunt,per quas quiſque,
quæ vel ſua eſſent vel ſibi debita perſeque
retur:Sicq; factum, vt in locum manus il-
6 lius Regiæ obligationes ciuiles, & actiões
7 ſucceſſerint:hoc amplius, & officium iudi
cis[d].Verùm durat & manus Regiæ ius ho
die in principibus Romanis, qui ſola facti
veritate inſpecta,citra ſolẽnia (partibus ſo
lum citatis)procedere poſſunt. Quo iure
vtimur.Sed & ſi cui cauſæ cognitio cõmiſ
ſa ita ſit,ut is ſola facti veritate inſpecta ꝓ-
8 cedat,cõmiſſum hoc intelligimus, vt ma-
nu Regia procedere[e] poſsit.Durant & ma
9 nus Regiæ reliquiæ inter patrem & filiũ,
Qua ratione inter eos(vt cõmuniter tradi
10 tum[f] eſt)obligatio ciuilis non conſiſtit.
IPSVM Romulum.)Cum ſint Reip.gu-
bernãdæ ſpecies tres,Monarchia, quæ Re
11 gum eſt,Ariſtocratia optimatũ, vt Senato
rum:Democratia,ideſt,popularis,Romu-
lus,perfectiſsimã,ideſt,Platonicã inſtituit
quæ ex his tribus conſtat:nam & ipſe Re-
gem ſe dedit, & Senatores centum elegit,
& populum in triginta curias diuiſit.Dio-
12 nyſius & Polybius auctores.
CVRIAS appellauit.) Quæ (vt ſcribunt

a §.exactis infrà.
b Bar.Sali. & Iaſ.in l. frater à fratre. ff.de cõ. inde.Bar.in extrauag.ad reprimẽdũ, in verbo videbitur, ad finem. Zaſ. hic ĩ verbo manu.
c Iaſo. in l. nec quicquã §. vbi decretũ.nu.29.ff. de offi. pcõ. & leg.
d Innoc. in c.qua in eccleſiarũ. de conſtitut.ſoci. in l. quibus diebus. §. dominus. ff.de cõ. & demõ.Clau. in l. ex hoc iure.col.14. ff.Iuſt.& iu. Zaſ.in l. 1.nu.11.ff.de iu.om.iudi.
e Bal. in l. nemo.C. de ſentẽ.Iaſ.in l.certi condictio.§. ſi nũmos.n.33.ff. ſi cer.pet.
f Bart.in l. frater.co.2. ff.de cõd.indc.Soci.col. 2.

Liuius libr.1.& Plutarchus in Romulo) à
Sabinis raptis ſingulæ nomen ſumpſerũt.
Halicarn.lib.2.populũ ſcribit, primum in 13
tribus tres diuiſum,ſingulas tribus in decẽ
diuiſas, quæ Decuriæ dictæ, & earũ duces 14
Decuriones. An & hinc Curiæ dñicales 15
& Feuda originẽ traxerint,Zaſius tractat. 16
CVRIatas.)Sic dictas,ꝙ Comitijs curia- 17
tis eas ferrent:ſicut & Cẽturiatæ leges, qa
centuriatis comitijs.
SEQVENtes Reges.)Vnde & leges Re 18
giæ appellatæ.In codicibus quibuſdam an
tiquioribus legimus,Sequentes leges: Idẽ
tamen eſt ſenſus.
DEMArati Corinthij filius.)Imò nepos, 19
ex Liuio & Dionyſio. Sed filiorũ appella- 20
tione nepotes aliqñ cõprehẽdi, latius alio
in loco[g] à me traditum eſt.fortè aũt Pom- 21
ponij memoriæ lapſus hic eſt. Quidam
hic legunt,Superbus Demarati Corinthij
filius:quam lectionẽ Florentinæ Pãdectæ
agnoſcũt.Alij ſic,Superbus Demarati Co
rinthij filij filius.Haloãder dictionem,Su-
perbus,expunxit. Ipſe primã lectionẽ ſe-
quor,quam etiã Cotta[h] ſuſtẽtat. Sed quid
ſi pro,ſuperbus,ſubſtituas Tarquini⁹ Priſ-
cus? Me Macrobij Saturnal. li.1. verba nõ
parũ mouẽt.Tarquinius(inquit)Demara-
ti exulis Corinthij filius Priſcus, quẽ qui-
dã Lucumonẽ vocitatũ ferunt,Rex tertius
ab Hoſtilio,quintus à Romulo, de Sabinis
egit triumphum.Idque & Valerius Maxi-
mus confirmat lib.3.c.4.
EX PRINcipalibus.) Principis libris: ra 22
rum tñ vt libri ſic appellentur. Haloander
Florẽtiniq; legunt,Ex principalibus viris,
qđ magis ꝓbo:ſed & ea loquendi formula
rara eſt[i]: quàlibet ſic vulgo loquantur.A-
puleius de Aſino aureo lib.8. vbi vir prin-
cipalis, & aliàs religioſus. & Floridor.lib.
4. ſi quẽ interea conſpicantur ex principa
libus viris nobilem hominẽ: & in Codice
Theodoſiano[k], extraordinariorum mu-
nerum diſtributio nõ eſt principalibus cõ
mittẽda: quos ſtatim potiores & ditiores
dixit,eoſq; à mediocribus infimiſq; diſtin
guit:ſicq; alibi ſubinde ſumit.
IVS ciuile Papyrianum.) Sic & infrà ius
ciuile Flauianum[l].
IN Vnum compoſuit.) Argumentũ Ac-
curſius & Zaſius colligũt pro ruſticis, qui
agrum quẽ colunt,ſuum eſſe dicũt.Barto- 23
lus[m] rẽ eius dici poſſe, qui poſsideat tñ[n].
EXA-

g In l.Gallus.§.inſtitutus.
h Caſtelli. Cotta.in dictio. iuriſperiti.col.19.
i l. diui. ff. de pen.l.vrbem.C.de libe.can.l.q libet.C.ã de cur.lib.10.
k Libro.11. titu.16.l.4.
l §.poſtea. cũ Appius.
m Bart.in l.quintus.§. argento. de au. & arg. leg.
n l.1.§. ait prætor.cum l.ſeq.ff.nan fre.cau.ſta-bu..Alci.in l.mercũ.ff. de verbo.ſigniſi.

24 EXActis.) Tarquinio ſuperbo cum filijs
ꝓpter vim Lucretiæ illatã. Vel exactos ac
cipe, quia Liuio auctore Brutus Cõſul po-
pulum Romanũ iureiurãdo adegit, ne Ro
25 mæ Reges regnarẽt. Rectè igitur Baldus[a]
colligit hinc, Tyrãnum Regẽ eijci poſſe,
vt ex facto eum ſubditi expellant, nõ vt ip
ſe dignitatem continuo amittat.
26 LEGE tribunitia.) Bruti Tribuni celerũ
Regum expulſoris.
27 OMNES leges exoleuerunt.) Exacto er
go Rege, non continuo eius legibus abro-
28 gatum eſt. Quid de Tyrãno? & eſt verius,
cùm Tyrãnide leges eius antiquari[b]. Tyrã
29 nis vero, piratis, cæteriſq; publicis prædo-
nibus, ſed & neq; hæreticis fidem ſeruan-
dam[c], pulchrè hic Salomonius oſtẽdit. Ci
cero pro C. Rabirio ꝑduellionis reo. Sed
iſta laus primum eſt maiorum noſtrorum
Quirites, qui expulſis regibus, nullum in
libero populo veſtigium crudelitatis re-
giæ retinuerunt.
VIGINTI annos.) Eſſe hic in numeris
mẽdum, non indiligenter annotatum eſt.
Anno enim trecẽteſimo altero quam Ro
ma condita eſt, à Conſulibus ad Decemui
ros trãſlatum eſt imperium: ab exactis ve-
30 rò regibus ſeptimo & quinquageſimo.
DECEM conſtitui.) Quorum noĩa in de
cretis ſunt[d]. Miſsi aũt tres legati Athenas,
inſtructis de publico triremibus, eorũ nõ
mina. Sp. Poſthumus. P. Sulpitius, Aulus
Manlius: allatis legibus Decemuiri conſti
31 tuti ſunt, qui eas componerent.
TABVlas eboreas.) Dionyſius & Liuius
in æs inciſas aiunt. Sed & poſteriori princi
pum ſęculo in æs incidi leges vel Conſtan
tini lex quædã[e] argumento eſt in Codice
Theodoſiano, ſub titulo. Quẽadmodum
munera ciuilia indicantur. Quod vt perpe
tua obſeruatione firmetur, legẽ hanc inci-
32 ſam æneis tabulis iuſsimus publicari.
PRO roſtris.) Roſtra, Templum ſeu fo-
rum erat ante curiam Hoſtiliam, vbi pul-
pitum porrigebatur, ornatum roſtris na-
uium, quas ex Antiatibus Romani cepiſ-
ſent, vnde concionari ſolebãt. Plinius lib.
16. Antea roſtra nauiũ tribunali præfixa fo
ro decus erant, q̃d vel Accurſiũ in ſecũda
expoſitione hìc minimè latuit.
33 INTERpretarentur.) Quia durabat eo-
rum officium, alioqui de interpretatione
nõ ij qui ſtatuũt, ſed populus cõſulẽdus[f].

PROVOcatio ab eis.) An verò ſtatutum 34
valeat, vt à iudicibus appellare non liceat,
Bartolus[g] & cæteri vidẽdi ſunt, qui latius 35
tractant.
QVI & ipſi.) Decemuiri.
SEQVENti anno.) Quo ſub velamẽto
legum perficiendarum electi ſunt.
HERMOdorum.) Hic Hermodor⁹ prin 36
ceps Epheſiorum fuit, cuius integram vitã
quia Epheſij vitijs corruptiſsimi ferre nõ
poterãt, in exiliũ egerunt, dicentes, nemi-
nem apud ſe virum frugi viuere paſſuros.
Quapropter Heraclitus vniuerſos dicebat
Epheſios eſſe morte mulctandos, ꝙ cũ ci-
uitate expellerent Hermodorũ virum bo
num ita locuti ſunt. Nemo de nobis vnus
excellat, ſed ſi quis extiterit, alio in loco
& apud alios ſit. Auctores Cicero libr. 5.
Tuſcul. Strabo. lib. 14. Plinius. libr. 34. qui
Hermodori Epheſij legum decemuraliũ
interpretis ſtatuam in comitio publicè lo
catã eſſe ait. Fuit & alius Hermodorus Pla
tonis auditor, qui cõmentarios ab illo ſcri
ptos in Siciliã deportare ſolitus, inibi eos
venditabat. Vnde vetus illud natum eſt,
λόγοις ἑρμόδωρος ἐμπορεύεται. i. verba Her-
modorus importat, de his qui præter ver-
ba nihil adferunt: aũt in eos, qui verba pe
cunia vendere ſoleãt. Id q̃d dum Eraſmus
in aduocatos detorquet, nos de his tñ ad-
mittimus, qui verba captãt, qui ius ciuile
calumniantur[h].
VT NAturaliter.) Hinc occaſio ſumpta, 37
vt aduerſus Iuſtiniani edictũ[i] interpreta
tiones interpretationibus in dies addãtur.
DISPVtationem fori.) Obſerua diſputa- 38
tionem fori ex iure ciuili eſſe. forũ eñ cau
ſarũ ex iure gentiũ eſt, Baldo[k] auctore: O-
pinor & fori quoq; diſputationẽ in genere
ex iure gentiũ fuiſſe: fori verò diſputatio-
nẽ & interpretationes prudentiũ quidam
hìc confundũt. Ego has reſpõſa prudentũ
intelligo, illã verò iudiciarium ſtrepitum.
DES Ignantur.) Leges curiatæ, lex. xij.
Tab. ius Papyrianum, ius Flauianum.
IVS ciuile.) Sub incerto & indetermina- 39
to nomine. Sic & vltima volũtas[l], & ſerui
tus[m], hæres[n], iudex[o], furtum[p], ſententia[q],
ſucceſsio[r], iudicium[s].
ACTIOnes compoſitæ.) Actionũ igitur 40
origo à iure ciuili eſt, quę cõmunis opinio
eſt, vt ſuprà oſtendimus[t]. Zaſius hìc & in
lectione negat: neq; eñ dictũ, Inuẽtas, ſed 41

a Bal. in l. ex hoc iure. n. 2. ff. de iuſt. & iure.
b l. decemuirum. C. de ſacroſan. eccl.
c l. Mimmo. ff. de relig. & ſump. fune.
d cap. 2. & 3. diſt. 7.
e l. ſecũda.
f Bart. in l. oës populi. n. 56. de iuſt. & iure.

g Bar. in l. Oës populi. nu. 27. & nu. 53.
h l. pen. ff. ad exhibẽ.
i l. 1. §. Noſtram. C. de vet. iu. enu.
k Bal. in l. iur plurib⁹. ſuprà. de iuſt. & iure.
l Gloſ. in l. Decernimus. C. de pact.
m l. Si pomum. ff. de ſerui.
n Inſt. de eo cui lib. cau. bo. addi.
o Authẽt. habita. C. ne. fil. pro pat.
p Bal. in l. 1. nu. 14. C. de ſer. fugi.
q Bal. in l. ſi. §. ſed & ſi quis. colũ. 2. C. cõmu. de leg.
r Bal. in authẽt. ſtag. C. commun. de ſucceſ.
s Deci. in rubri. extra de iud. n. 7.
t In l. Ex hoc iure. de iuſt. & iur.

Compoſitas. Ipſe compoſitionē(cum in-
uentionis alterius hactenus mentio non
fiat)pro inuētione accipio,& cōia ſequor.
E T certas.)Propter formulas, quæ hodie
ſublatæ ſunt[a].

a l.1. C. de formu.

E T ſolennes.)Præſcriptas & ſtatas.
42 L E G I S actiones.) Benè hîc additum vi-
detur, in Florentino archetypo, ideſt, legi
timę actiones. Fuit autem & inter actio-
nū formulas legis actio[b], cuius Caius me-
minit. inſt. lib. 2.

b Alci. in l. pecunia. §. actionu. ff. de verb. ſigniſi.

O M N I V M tamen horum.) Legum. 12.
Tab. diſputationis fori, legis actionum.
43 C O L L Egium pontificum.) Pontifices à
Numa Pompilio inſtitutos, & quæ eorum
dignitas, quæ cura fuerit, Liuius, Diony-
ſius, Feneſtella docent.
A P P I V S Claudius.) Decēuiri ſucceſſor,
aut gentilis, ſed qui poſt priorem illū fue-
rit centum annis & amplius.
44 G N AE V S Flauius.) Quem cornicū ocu
los confixiſſe Cicero ſcribit in Orat. pro
Murena: vel quia nouo hoc inuento vete-
rū eruditionē obſcurauerit, effeceritq́;, vt
ſuperiores nihil ſciſſe, nihil vidiſſe viderē
tur: vt Eraſmus[c] & Zaſius exponūt. vel q̄a
callidos, verſutos, occulatiſſimosq́; hoīes,
quiq́; alios decipere ſolerēt, ipſe decepit:
quę Budęi interp̄tatio eſt. Adijcit Alcia[d].
metaphorā forte à cornicibus ductā, quę è
cauea oculos inſpiciētiū roſtro appetūt, &
plerūq; pueris, q̄ naſo nimis ad cācellos ſe
applicāt, eos euellūt. Ego de origine, puer
bij ſubſiſto. Cæterū teſtatius nihil quàm
45 Gnæū Flauiū ſurreptū librū hunc populo
tradidiſſe. hiſtoriæ em̄ Cicero, Liuius, Pli
nius, Valerius Maxi. meminerūt. At dubi-
tat idē Cicero(q̄d primus, q̄d ſciā, in hunc
locum annotaui) ad Atticū libr. 6. Epiſt. 1.
Nec vero(inquit) pauci ſunt auctores, Gn.
Flauiū ſcribā faſtos, p̄tuliſſe, actionesq́; cō
poſuiſſe &c. quibus Cicero vulgatā ſnīam
cōfirmat vel apertiſſimè. Subdit tn̄ paulo
poſt & hæc. Nā illud de Flauio & faſtis ſi
ſecùs eſt, cōmune erratū eſt, & tu bellè ἠπο-
ρήσας, & nos publicā p̄pè opinionē ſecuti
ſumus: vt multa apud Græcos. Quis enim
nō dicit Ἔυπολιν τῆς ἀρχαίας, ab Alcibiade
nauigāte in Siciliā deiectum eſſe in mare?
Redarguit Eratoſthenes: affert em̄ quas il
le poſt id tēpus fabulas docuerit. Nū idcir
co Duris Samius homo in hiſtoria diligēs,
q̄ cum multis errauit, irridetur? Quis Za-
leucū Locris leges ſcripſiſſe nō dixit? Nū
igitur iacet Theophraſtus, ſi id à Timæo
tuo familiari repræhēſum eſt? Apparet ex
his, dubitaſſe Atticū, eſſetne verū hoc, q̄d
de Gn. Flauio à pleriſque traditū eſt: cuius
ἀπορίας cū Cicero nō īprobat, ſignificare
vr̄, verius id eſſe, q̄d illi placeat, eſſeq́; hoc
cōe erratū. Sed & hæc ipſe pluribus aliâs.
AE D Ilis curulis.) Idē & Præturā adeptus
eſt, quo Romani quidā nobiliores offenſi,
annulos aureos ſibimet ipſis & phaleras
equis ſuis detractas abiecerūt. Auctor Va
lerius Maxi. lib. 9. c. 3.
G E N E ra agendi.) Formulas & verba ſo-
lennia, Cicero pro Murena.
S E X T V S Aelius.) De quo Ennius, Egre
giè cordatus homo Catus Aelius Sextus.
Cicero in Orat. & in. 2. Tuſcul.
I V S Aelianum.) Vt ſuperius Papyrianū,
& alterum illud ius Flauianum.
S E C E deret.) Hæc ſecunda plebis ſeceſ-
ſio fuit, cuius Virginius auctor. 46
P L A C V I T ea obſeruari.) Pars itaq; vna
ciuitatis ſtatuta facere ad deciſionē cauſa- 47
rum non poteſt, niſi totius populi confir-
matio acceſſerit[e].
L E G E Hortenſia.) Sunt[f] q̄ hîc emēdent
lege Horatia, quibus vt non omnino re-
pugno, ſic neq; planè aſſentio.
P O P V lus.) Vt q̄ nobilib⁹ etiā cōſtaret.
S E N A tuſconſultum.) Fieri ſolitum in re
facili per diſceſſionē, vnde pedibus ire in 48
ſententiā: in difficili & dubia per ſingulo-
rū ſententias. Sed & manus porrigēdo ſen
tentias aliquando dicebant, quod ad titu-
lum de Senatoribus dicemus.

e Bart. & alij. in l. oēs populi. in. 3. q. 1. q. ff. de iuſt. & iur.
f Cōna. Cō men. lib. 1. c. 14.

M A G Iſtratus.) Prætores.
E D I cta,) Quæ quid ab interdictis diffe- 49
rant, dixi alio in loco.
P R O P Onebant.) In albo.
V I A.) Methodus.
P E R partes.) Per rerum mutationes. aut
Partes id eſt factiones, vt de Cæſaris Pom
peijq; partibus intelligamus.
N E C E ſſe eſſet.) Blandiē Imperatorib⁹. 50
aut poti⁹. C. Cæſari parēdi neceſſitatē no-
tat An q̄a monarchia (ſi vna aut altera gu-
bernādi ſpecies eligēda eſt) cæteris p̄ſtat?
P R O V Idè regere poterat.) Nō itaq; ad
dominiū vrbis, ſed ad benè adminiſtrandā
remp. Senatui iunctus Imperator fuit: q̄d
Marius notat, Ipſe alibi dicam.
D A T V M eſt ei ius.) Lege regia lata[g].

g l. 1. ff. de conſti. princi.

I N ci-

IN ciuitate noſtra.) Orbe Romano.
51 PRVdentū interpretatione.) Diſtinguē-
da tria hæc ſunt, interp̄tatio prudentū, re-
ſponſa prudeotum, media iuris prudētia[a]:
52 quæ duo poſtrema recidere in idē videoꝛ.
ET origine.) Origo magiſtratuū Roma-
norū à iure ciuili eſt, regū à iure gētium, vt
docet Barto.[b] Ego originē regū magiſtra-
tuūq; in genere ex iure gētiū eſſe, regū &
magiſtratuū Romanorū, ex iure ciuili.

a §. caterū inſt. de legi. agna. ſuc.

b Bar. in l. ex hoc iure. col. 2. ff. de iuſti. & iu.

IVRA reddere poſsint.) Hinc & magiſtra
tus ipſi iura loquentia appellanꝛ: & leges
tunc demū potētes, cum iudices ſunt, q iu-
ſtè exequuntur. Id quod antiqui poëtæ
prudens carmen iam olim edixit.

ἰσχυρὸν ὁ νόμος ἐστὶν, ἂν ἄρχοντ᾽ ἔχῃ,
53 *Forte quid lex eſt, ſi magiſtratum habeat.*

IN melius.) At multi, per quos in deteri⁹
male adeo habeat, vt turba iuriſperitorū
(dicā an iperitorū) parū abſit, quin pereat.
TRIbnoū celerū) Trecētos ad cuſtodiā ſi
bi Romul⁹ elegit, q quia prōpti & p̄ belli
neceſsitate, nūc eqtes nuoc pedites depu-
gnarēt, & ſi qñ Reſp. illorū opera indige-
54 ret, celeriter acenrrerent, à celeritate ſiue
prōptitudine celeres appellabāꝛ. Sūt & q à
55 Celere quodā (q prim⁹ ijs ordinibus à Ro-
mulo p̄fectus fuit,) Remi ioterfectore no-
mē inditū opioētur. Vtriuſq; opinionis &
Plutarchus in Romulo auctor eſt & Fene-
ſtel. c. 2. Elegiſſe verò diciꝛ Romul⁹ ad ſui
corporis cuſtodiā trecētos, quos Numa ſu
ſtulit. Neq; eñ dignū exiſtimabat, aut ijs
nō credere qbus fides eſſet, aut eos regna-
re qbus ſubditi ſuſpecti videri poſſent. Plu
tarchus lib. 5. in vita Numę.
IVNIus Brut⁹.) Tarquinii ſupbi cognat⁹
fuit, à quo & Tribunus celerū creatus eſt:
cumq; patrē Bruti Iuniū, fratrēq; Tarqui-
nius interfeciſſet, Brutū (ꝙ ſtultitiā ſimu-
56 laret) vitā donauit. hiſtoria vulgo nota eſt.
CONſules.) Mutata regia dñatio in Cō-
ſularē (vt ſcribit Florus) de perpetua io an-
nuā, de ſingulari in duplicē, ne poteſtas ſo
litudine vel mora corrūpereꝛ. Verū oon-
dum ipſe ſatis conſtitui, ſit'ne hoc è beoe
cōſtituta Rep. magis, vt annui magiſtratus
creentur. Fieri eñ plerunq; vſu hoc vide-
mus, vt eiuſmodi q ſunt, tunc eſſe deſinār,
cū quales eos fuiſſe oportuit, diſcere pri-
mū incipiant. Pręterq̄ quòd & naturaliter
ea oō multū curamus, quæ ad breue tēpus
duratura ſunt: ſed tuoc vel minimè, cū no-
bis cū alio cōia ſunt[c]. quæ præcipua diſtin
guēdi ex iure gētiū dñij ratio affertur.

c l. 2. C. quã. et qb. quar. pars deb. li. bro. 10.

ROGAtū eſt.) Leges quæ magiſtratui v-
tiles viderentur, trinis nūdinis populo p̄- 57
ponebātur, quod p̄mulgari vocabatur: ter
tio foro rogabatur populus, vt ſciſceret:
vnde trinundino ferri leges dicebantur, id
eſt, tribus nundinis. Minus autem erat pro
mulgare quàm rogare: illic intercedere li-
cuit, hîc non licuit. Rogare itaq; legiſlator 58
dicebatur, vnde rogatio dicta: plebs verò
ſciſcere, hoc eſt, ſtatuere decernereq́;: vn- 59
de plebiſcitum, quod Græce ψήφισμα. ex
Cicer. Philip. 1. & alibi ſæpe, Gellio lib. 9. 60
LEGE lata.) à Valerio Publicola Bruti
collega.
PROVOcatio eſſet.) Ad populum.
CENSVS.) Cenſum agere dicebantur,
cum ciuium numerus recognoſcebatur, 61
Romani omnes deſcribebantur, iurati res
ſuas æſtimabant. Actus eſt primus cenſus
ſub Seruio Tullio Sexto Romanorum re-
ge, & inuenti octoginta quatuor mille ſe- 62
ptingentique Romani ciues.
CENSOres coōſtituti.) Circiter aonū 63
tercenteſimum decimum poſt vrbem con
ditam Cenſores conſtituti ſunt, ſic nomi-
nati, quòd arbitratores erant rerum & bo-
norum prout quiſque ciuis profiteretur.
Primi Cenſores Papyrius & Sempronius
fuerūt. Initio quidē ita inſtituti, vt quinto
quoque anno recrearētur: poſtea annuus
hic magiſtratus factus eſt. Ingreſſu magi-
ſtratus, primum omnium ſacris aoſeribus
alimenta locabant (vt Plutarchus io Pro-
blematis ſcribit) quòd bello Gallico anſe-
rum clangore capitolium ſeruatum eſſet.
Aſconius in diuinationem Ciceronis. Re-
gendis, inquit, moribus ciuitatis Cēſores
quinto quoque anno creari ſolebanꝛ. Hi
prorſus ciues ſic ootabant, vt qui Senator
eſſet, eijceretur Senatu: qui eques Roma-
nus, equum publicum perderet: qui ple-
beius, io Ceritum tabulas referretur, &
ærarius fieret: ac per hoc non eſſet in Al-
bo centuriæ ſuæ, ſcilicet ad hoc, vt eſſet
ciuis, ſed tantummodo vt pro capite ſuo
tributi nomine æra penderet. Gellius lib.
quarto, capit. duodecimò. Si quis agrum
ſuū paſſus fuerat ſordeſcere, eumq; indili-
gēter curauerat, ac neq; arauerat, neq; pur
gauerat: ſiue quis arborē ſuā vineāq; ha-
buerat derelictui, oō id ſioe pœna fuit, ſed

erat op⁹ cēſoriū,Cēſoreſq; ærarium faciebāt.Ideſi quis eques Romanus equum habere gracilentū aut parū nitidū viſus erat, impolitiæ notabatur:quaſi tu dicas incuriæ.Notati etiā à cēſoribus ſunt, q audientibus ijs dixerunt ioca quædā intēpeſtiuiter,q clare nimis & ſonore apud eos oſcitaſſent.P. Scipio Naſica,&. M. Pompilius cēſores(auctore Gell.lib.4.c. vlt.) cū equitum cēſum agerēt, equū nimis ſtrigoſum & male habitum,ſed equitē ei⁹ vberrimū & habitiſsimum viderunt:& cur(inquiūt) ita eſt,vt tu ſis ꝗ̄ equ⁹ curatior? Qm̄(inqt) ego me curo,equum Statius meus ſeruus. Viſum eſt parum reuerens eſſe reſpōſum, relatusque in ærarios,vt erat mos.

64 DICTAtores.) Creari dictatores ſoliti ſunt,vt Feneſtella tradit,cū vis aliqua maior de improuiſo oborta ingentē vrbi cla-
65 dē minaretur.creari niſi ſilētio noctis nō poterāt.Dicebatur autē dictator à cōſule, vt ipſe magiſtrum equum dicebat. Liu.lib. 9.Noctis ſilentio(vt mos eſt)Fabius.L. Papyrium dictatorē dixit.Creati oīm magiſtratuum imperium inhibebāt, ad ſeſeque trāsferebāt,p̄terq̄ tribunorū plebis.Hi eīm ſoli dictatore creato nō ceſſabant. auctor Plutarchus in Problem.

NEC prouocādi ius fuit.) Liu.lib.2.Creato dictatore primum Romæ poſteaq̄ p̄ferri ſecures viderunt,magnus plebē met⁹ inceſsit,vt intētiores eſſent ad dicto parendum.Neq; eīm,vt in cōſulibus, q pari poteſtate eſſent alterius auxiliū,neq; prouocatio erat,neque vlla vnquàm niſi in cura parendi auxilium.

VLTRA ſextum mēſem retineri.) Poſt mortē Cęſaris dictatura ſenatus cōſulto in perpetuū ſublata eſt. Cic.Philip.1.Ad ſingulare etiā.M.Antonij factum feſtinat oratio.Dictaturā quæ vim iam Regiæ poteſtatis obſederat fundit⁹ è Rep.ſuſtulit &c.

HIS dictatoribus magiſtri equitū iungebant.) Fuit hic ordo caſtrēſis,vt miles Cēturionis,Cēturio Tribuni, Tribunus legati,Legatus cōſulis,Magiſter equitum Dictatoris pareret Imperio.Liu.lib.8. ab vrbe condita.

66 LEGIT Imi.) Ideſt magiſtrorum equitū poteſtas legibus Populi Romani introducta eſt.Præfectos aūt Prætorio Imperator ſuo arbitrio introduxit.

PLEBS à patribus.) Hæ ciuiles diſſēſiones dicuntur[a], in quibus læſæ maieſtatis crimen minime committitur[b].

SEC Eſsiſſet.) Hæc prior populi ſeceſsio 67
fuit in ſacrū mōtē trās Aniēnē,Sicinio auctore,q̄ vrgeret plebē creditorum crudelitas,q corpora debitorum p̄ ſeruis nectebāt.Quapropter vt cum patribus in gratiā rediret,ſuus plebi magiſtratus conceſſus eſt,vt Tribunos pleb.haberet.

TRIBVnos.) Hi Tribuni plebis primi,il 68
li Tribuni celerum.

IN tres partes.) Tribus:quę populi diuiſio in tribus à Romulo facta eſt.earum noīa Rhānenſis,Tatiēſis,Lupercēſis, q ijs p̄poſiti ſunt,Tribuni appellati: vt Plutarchus tradit in vita Romuli.

QVAEſtores parricidij.) Quęſtores parricidij appellabātur,q cauſa rerū capitaliū 69
quærēdarum creari ſolerēt. Nā parricida nō vtiq; is tm̄,qui parentē occidiſſet,dicebat,ſed q qualēcūq; hoīem:ij quid à Triūuiris capitalibus differrēt,infra dicemus. 70

LATVM eſt ad populum.) Fertur ad po 71
pulum,cum lex in medium profertur: vnde etiam legiſlator dictus.

ABDIcarēt.) Liuius, Factum Senatus cōſultū,vt Decemuiri primo quoq; tempore magiſtratu ſe abdicarent.

OMNES magiſtratus.) Legendum,Magiſtratu.

QVOD Decemuiri.) Legēdum, quoad.

SVFFIcere.) Subſtituere.

FACTIO Sua.) Decemuirorum.

PERpetuo.) Liu.li.3.Perpetuoq; decēuiratu poſſeſſum ſemel obtinerēt imperiū.

SECEſsionis.) Hæc ſcda plebis ſeceſsio fuit in Auētinum mōtem, vt ſubd it infrà.

APPIum Claudium.) Decemuirum.

VETEri iure.) Romanorum,aut Græcarum ciuitatum.

VINdicias.) Lis Vindiciarū eſt, Aſconi⁹
inquit,cū litigatur de ea re apud Præto- 72
rem, cuius incertum eſt quis debeat eſſe poſſeſſor. Vindicias igitur appellat, quaſi poſſeſsionem libertatis filiæ,in qua dū nec cognoſceretur de ſtatu, debuit interim pendente lite remanere. Vindiciæ vero dictæ nō à vindicto(vt Accurſius putat) ſed à vindicādo[c]. Vñ & Liu.qui hiſtoriæ huius meminit lib. 3. Vindicari puellā dixit,pro vindicias puellæ ſecundū libertatē dari.& rurſus,Ita vindicatur virginia, ſpondētibus propinquis. Alij[d] dictas vindicias

a l.ſi quis ī genuum. §. cinsles.ff. de capt.
b Soci.3.4. volu. conſil. 121.num.5.

c Bud. hic.
d Alci. i l.pecun. §. aeſtimati. ff. de vgb. ſignif.

dlcias credunt, ꝙ qui in his obtineret, vin.
dicē.i.prædem dare deberet, nil in re poſ-
ſeſſa deterius ſe interim facturū. Vtcunq;
ſe etymus habeat, illud ſat conſtat, vindi-
ciarū iudiciū hoc pręparatoriū fuiſſe: qua-
lia agnitio bonorū poſſeſsionis litis ordi-
nandæ gratia, proluſoriū iudiciū, leuis cō-
tentio, diuinatio, præiudicium, cenſoria a-
nimaduerſio, & alia nonnulla q̄ doctè Al-
73 ciatus[a] exeqnit̄. Sanè & à vindicijs traxiſ-
ſe originē ea iudicia videri poſsūt, qb[9] in-
terim dū ſuper ꝓprietate poſſeſsiōeq; cā
decidit̄, vn[9] ex litigatoribus in poſſeſsiōe
cōſtituit̄[b]. Vn̄ & ſentētia tūc interlocuto-
ria, nō diffinitiua eſt[c]. Sed & admonui qn̄-
q; interdictorū etymū vnū huc reſpicere,
quo īterdicta quaſi interī dicta appellāt̄[d].
A S E abdixiſſe.) Alciatus aliqn̄[e], & Zaſi[9]
ſic legunt. Vindicias filiæ ſuæ à ſe abiudi-
caſſe, & ei qui in ſeruitutē ab eo ſuppoſitā
petierat, addixiſſe. Idē Alci.[f] & Haloand.
vindicias filiæ ſuæ à ſe abdicaſſe, & ſecūdū
eū qui in ſeruitutē petierat, dixiſſe. Aliqui
Codices abdixiſſe habēt, quod & Catelia-
nus teſtat̄, & cōfirmat Codex Hetruſcus.
74 V I N D Icias ſecundū libertatē.) Cū is cui
ſtatus quæſtio mouebatur, in quaſi poſſeſ
ſione libertatis eſſe iubebatur, vindiciæ ſe
cundū libertatē dari dicebātur: cū vero in
quaſi poſſeſsione ſeruitutis, dari vindiciæ
dicebantur ſecundum ſeruitutem.
I N perſona vindicij vitelliorū ſerui.) Iu-
uentus Romana de Rege Tarquinio redu
cendo cōſpirarūt, cuius cōiurationis Aqui
lij & Vitellij principes erāt. Ea per Vindi-
ciū Vitelliorū ſeruū detecta eſt. Cū itaq;
Vitellij Vindiciū tunc in ſeruitutē aſſere-
rent, Brutus ei tanq̄ de Rep. optime meri-
to Vindicias ſecundū libertatē dari iuſsit.
Alij hîc legūt, Vīdicis Vitelliorū ſerui. Sed
caſtigatior lectio, Vindicij eſt, ex Liuio &
Plutarcho.
75 P A Rtim in carcere necati.) Budæ[9], Zaſi[9]
& Haloāder addunt, Partim in exiliū acti:
tū ꝙ hæc particula, partim (vt putāt) nunq̄
nō geminata reperiatur, tum ꝙ ex Liuio
colligi poſsit, ex Decēuiris Appiū & Op-
piū in vincula cōiectos ſpontanea morte,
iudiciū ꝑuēniſſe: eorum autē collegas exi
lij cauſa ſolum vertiſſe. Ego quod ad hiſto
riæ fidē attinet, illis aſſentior, de particu-
lę vſu diſſentio. Nā præter iuriſcōſultos ſę
piſsime[g], Cice. quoq; in Verrē Act. 5. & a-

a Alci. parer. lib. 8. c. pen.
b l. æquiſsimum. ff. de vſuf. l. liberis. §. fi. ff. de libe. cau. Innoc. in c. cū veniſſent. de iſtitut.
c Pan. in. 2. volumi. conſ. 3.
d Alci. in. l. pecunia. §. actionis. ff. de ver. ſig. et in parer. lib. 3. c. 15.
e Alci. in d. §. actiōis. Zaſ. hic.
f Alci. lib. 8. parer. c. penult.
g l. menia. in princ. ff. de annu. l. fi. §. Titius. ff. de condi. in deb. l. dominus. §. fructuario. ff. de vſuf. l. lut. ff. de actio. emp.

liās, Apuleius apologia. 1. & de Aſino aureo lib. 4. & lib. 7. nō ſemel. Eutropius lib.
5. de bello ciuili. Feneſte. de Quæſtoribus
ſic loquunt̄. Sed & Iuſtinianus[h], licet diu-
tius (inquit) permanſit, attn̄ partim & hoc
in vſu eſſe deſijt. Quo loco Theophil[9] κα-
τὰ μικρόν. Dixi verò de his alibi latius. Sed
& ſentit mecū Alciatus[i]. Neq; Catelia-
nus[k] (quālibet dubitet) à nobis diſſentit.
E X ſuo quoque corpore.) Plebis.
C O Nſules creari.) Canuleius Tribu. ple.
(vt ſcribit Liu. lib. 4.) legē ferre conſtituit,
vt connubia patrū & plebis cōmiſcerētur
(quod lex. 12. Tab. de maritandis ordini-
bus vetuerat) & vt conſularis magiſtratus
cum plebe cōmunicaretur. Reſtitere Patri
tij, & vltro citroq; re agitata, placuit, vt de 76
inceps nō Cōſules, ſed Tribuni militū cō
ſulari poteſtate ex vtroq; corpore crearēt̄.
Anno itaq; 320. ab vrbe cōdita lata lex eſt
vt pro Cōſulibus Tribuni militum eſſent.
F A C T V M eſt.) Rogatio ne Camilli. 77
P A Rtim ex plebe, partim ex patribus.) Vt
Romę olim (qd̄ hic palā eſt) ſic hodie ſæ-
piſsime cōtentiones de hoc inter nobiles
popularesq;, quēdamodū officia, magiſtra
tus, adminiſtrationes Reip. inter eos diui-
dant̄. Et quidē iure nobiles p̄ferri oporte-
re, nō leuia argumēta ſunt[l] aut ſaltē aliquo
plurib[9] huic ordini gratificādū. Id qd̄ Albe
ric[9], & recētiores ꝓbāt, ꝙ & hîc aliquo plu
ris patres habuiſſe dicunt̄[m]. Cęterum cū &
inopibus tenuisq; vitæ hoībus ad munera
ꝑſonalia adit[9] pateat,[n] in hoc fere vētū Hi-
ſpanię eſt, vt in dubio (.i. cū nō lex aut cō-
ſuetudo cōtraria ſit) æqualiter inter ſe di-
uidāt. Cuius rei argm̄ inde nōnulli ſumūt,
ꝙ & obtinuit, Quæſtores indifferēter crea
ri tā patricios quā plebeios[o]. Verum illic
nō æqualiter ſed indifferēter dictum eſt,
cum dubitatum eſſet hoc, an oīno ab offi-
cio Quæſtoris plebeij arcerent̄. Igit̄, ꝓba-
ri hinc melius idmeri to diximus, tum etiā
ex his q̄ de p̄ſide ꝓuinciæ tradit Vlpia.[p] vt
ꝓuideat is, munera honoresq; ꝑ ciuitates
ſecūdū vices æqualiter iniūgi. Quo & Ca
tholici quoq; Reges Ferdinādus & Elyſa-
beth nunq̄ ſatis laudati principes reſpexiſ
ſe vident̄, q Fraternitatis illius ſanctiſsimę
ſaluberrimæque à ſe primū inſtitutę, duos
eſſe oīno Prępoſitos voluerunt[q], quorum 78
alter, è nobilium ordine ſit, alter ex po-
pularibus atque tributarijs.

h In princ. inſt. de teſt.
i Alci. parer. lib. 7. c. 20.
k Catel. in dict. iuriſperiti.
l l. ad ſubeunda. C. de decur. lib. 10. l. vnica. C. de poti. ad mune. nomi. lib. 10. l. 1. C. de diuer. offi. lib. 12.
m §. deīde cum placuiſſet.
n l. cura. §. inopes. ff. de mune. et hono.
o l. 1. ī prin. ff. de offic. quæſto.
p l. 3. §. præſen. ff. de mune. & hon. Plat. in d. l. vnica.
q l. 1. herm.

TRI-

79 TRIBVni militum.) Fuere & alij Tribu
ni militũ oon vrbanæ præfecturæ, ſed ca-
ſtręnſis, ad quorũ officiũ pertinuit curare,
vt milites ſua annona cõtẽri prouinciales
nou pręmerent, militũ manus cõtinerent,
ne vel pullos vel oua raperẽt, Vopiſcus in
Aureliano. Igitur Tribuni celerũ, Tribuni
plebis, Tribuui militũ in vrbe, Tribuni mi
litares in caſtris: ſed & Tribuni ærarij, q mi
litibus ſtipendia erogabãt, quo tẽpore cœ
ptum eſt publicis expenſis militare.
80 INTERdũ viginti.) Budæus emẽdat Se-
ni, ex Liuio. Ipſe cũ Zaſio vererẽ lectionẽ
nõ muto: cõſtat enim ex Feneſtella. c. 16.
tres à principio tribunos militum creatos:
eorũ tñ poſtea numerũ variaſſe. interdum
enim viginti fuerũt, interdũ plures, inter-
dum pauciores.
DEINde.) Abrogatis tribunis militum.
EX vtroq; corpore.) Plebeiorũ & nobiliũ.
VT aliquo plures.) Magiſtratus.
AEDIles curules.) Liu. lib. 6. Prætorẽ ob
81 hanc cauſam creatũ ſcribit, AEdiles verò
curules creatos propter ludos maximos q
pro concordia ordinũ inſtituerentur. Idẽ
Liu. lib. 7. Annus hic (inquit) inſignis no-
uis duobus magiſtratibus, Prætura & curu
li ædilitate: hos ſibi patricij q̃ſiuere bono-
res ꝓ cõceſſo plebi altero cõſulatu. AEdi-
les à ſacrarũ ędiũ cura dicti, Curules à ſella
curuli qua vehebantur. Fuit ergo hæc pa-
tricia ædilitas, fuit & altera plebeia.
QVI Vrbanus.) Idẽ & p̄tor maior dictus.
82 QVI peregrinus.) Idẽ & prætor minor. di
83 cti Prætores vel à præeſſendo (vt Feneſtel
la tradit) vel à præeũdo, auctore Varrooe.
HASTAE.) Iudicio centũuirali: inde ve-
84 rò nomen, ꝙ centumuiri haſta iu foro ſuo
poſita iudicarent.
DECEMuiri,) Centũuiri litibus iudican
85 dis cõſtituti ſunt: cogẽdis vero centũuiris,
Decẽuiri: Tranq. io Auguſto, Auctor & a-
86 liarũ rerũ fuit, inquit, oẽ acta ſenatus publi
carentur, vt cura ærarij à Quæſtoribus vr-
baois ad Prætorios Prætores'ue trãſiret: vt
centũuiralẽ haſtã, quã quæſtura functi cõ-
ſueuerãt cogere, Decẽuiri cogerẽt. Emen
87 dãt verò hîc Budęus, Zaſius, & Haloander
Cẽtũuiri, cũ legeretur antea, Decemuiri.
Alciatus [a] vererẽ lectionẽ ꝓbaſſe videtur.
Erant enim &. x. viri STL. iud. i. decẽuiri
ſtlitibus iudicãdis: quorũ & Spartiaous in
Hadriano meminit. Et hunc magiſtratum

a Alc. in l. pupillus. §. decuriones. ff. de verb. ſigni.

geſiſſe. C. Cęliũ Pliniũ ex duobus vetuſtiſ
ſimis monumẽtis, quæ Mediolani conſpi-
ciũtur, conſtat. Feoeſtella, c. 23. Creati. x.
viri ſunt, qui ius in vrbe dicerẽt. Prętorũq;
partes eo tẽpore gererẽt litiũ iudicãdarũ
appellati. Sed & Florẽt. Codex hãc lectio-
nem confirmat.
QVAtuor viri qui curã viarũ agerent.) 88
Sumptũ à Feneſtella, vt & pleraq; alia.
ET TRIumuiri monetales, æris, argẽti, 89
auri flatores.) Quorũ eſſet diligẽtia numi
ſmata ære, argento, auroq; fabricari.
TRIVMuiri capitales.) Horũ igitur in- 90
teruẽtu Quæſtores parricidij indelinquẽ-
tes animaduertere ſoliti. Cice. in orat. Pla
neq; duorũ virorũ iudiciũ, aut triũuirorũ
capitaliũ, aut decẽuirorũ litibus iudicau-
dis dico nuq̃. Atqui dixit Accius. Sed &
Plaut. io Amphi.

Quid faciam nũc, ſi tres viri me in carcerẽ cõpegerint?
Inde cras, è prõptuaria cella depromar ad flagrum.

Et iu Aſin.

Ibo ego ad treis viros, vſtaq; ibi nõia faxo erũt capitia.

Et in Aulul.

Eu. quia ad tres viros iam ego deferam tuũ nomẽ. Co.
Qamobrem?
Eu. quia cultrũ habes. Co. Coquum decet.

ET quia magiſtratibus.) Sũpta oĩa vſq;
ad verſiculũ. Nã præfectus annonæ, ex Fe
neſtel. c. 19. niſi forte auctor ille alius eſt,
qui hinc ipſe ſumat.
HISPAoia.) Olim hoc [b], hodie vero (quę
rerum omniũ viciſsitudo eſt) noo libera 91
tantũ Hiſpaoia eſt [c], ſuiſq; legibus viuit [d],
verum Caroli, Philippiq; optimorũ prin-
pũ fœliciſsimis auſpicijs maiori orbis to-
tius parti iam dominatur.
QVI fideicommiſsis ius dicerẽt.) Appa-
ret autem de fideicommiſsis Prętores vſ- 92
quead certã aliquam ſummã ius dixiſſe.
Quint. lib. 5. c. quot & qui ſtatus. Non de-
bes apud Prætorẽ petere fideicõmiſſum,
ſed apud cõſules. maior enim Prætoria co
guitione ſumma eſt. Quæritur an maior
ſumma ſit, facti controuerſia eſt.
QVOtiens in Rep.) Id eſt Romæ.
IS'QVE vocatur p̄ſectus vrbis.) De prę- 93
fecto Vrbis multa idẽ Feneſtella, nos etiã
nõ pauca proprio tractatu. Sed ille ad fioẽ
hæc ait. Sed cũ multo tẽpore Præfect⁹ Vr
bi creatus fuerit, demum illius ditione ad
Prætorem tranſlata Latinarũ feriarũ dũta
xat creari cœptus eſt.
POSTEA verò.) Haloauder, poſtea ſe-
rẽ

b l. relegatorum. §. interdicere. ff de interdic. & releg. l. vnica. C. de his q ſe deſt. lib. 10.
c Glo. in c. Adrianus. 63. diſtin.
d Oldr. cõſ. 69. Lup. in rubr. de donat. inter vir. & vxo. pag. 4.

rè:lego ex Feneſtella, Poſtea alius.
94 L A T Inarum feriarũ.) Sabinis per dolũ à Tarquinio in ſuam ditionẽ redactis, alios quoq; latinorũ populos ad ſocietatem ille perſuaſit, tẽplũq; in mõte Albano Ioui Latiali conſtituit, vbi quotãnis latini cũ Romanis nũdinas celebrarẽt: adſerẽtesq; pars agnos, pars caſeos, alij lactis mẽſuras Ioui ſacrificarẽt. Harũ feriarũ cauſa Præfect⁹ latinarũ creat⁹ eſt. Qđ ex Dion. li. 4. atq; Feneſtella rectiſsimè ab alijs hîc ãnotatũ eſt.
95 P R AE F E ctus annonę.) Cum dira fames vrbẽ ita vrgeret, vt multi obuolutis capitibus in Tyberim ſe præcipitarent, Cõſtitutus eſt. L. Minutius. Præfectus annonæ, vt Liu. ſcribit lib. 4. Huius magiſtratus difficili tẽpore & caritate ãnonæ vſus potiſsimũ atq; opera exigebatur, frumẽtũq; vndiq; coëmendũ, & ſi quis vltra ꝓprios vſus poſſideret, in mediũ ponendũ curabat: aduehi vndiq; & aductũ iuſto precio venire nitebatur. cuius ope magiſtratus egregia Popu. Rom. penuria laboranti ſæpe opera nauata eſt.
96 V I G I Lũ.) Diuus Auguſtus coërcendis incẽdijs ſeptẽ cohortes opportunis vrbis locis diſpoſuit, ita, vt binas vrbis regiones vnaquæq; cohors pręſidio tutaretur, tribunis & ſuper oẽs clariſsimo viro Præfecto Vigilũ præpoſitus. De quo ad titulum de
97 offi. præf. Vig. dicendũ. Apud Põpo. lætũ, Quinq; cohortes erratum eſt.
Q V O S ciſtiberes.) Quĩq; viros ĩtelligit.
98 T I B Eriũ Coruncanũ.) Cic. lib. 3. de orat. Hęc fuit. P. Craſsi illi⁹ veteris, hæc. T. Corũcani, hæc proaui generi mei Scipionis prudẽtiſsimi hoĩs ſapiẽtia, qui oẽs Põtifices maximi fuerũt, vt ad eos de oĩbus diuinis atq; humanis reb⁹ referreĩ, ijdemq; in ſenatu & apud populũ, & in cauſis amicorũ, & domi, & militiæ conſilium ſuum fidemque præſtabant.
P. P Apyrius.) A quo ius ciuile papyrianũ
A P P I V S Claudius.) Qui Virginii filiæ amore capt⁹, omne fas atq; nefas miſcuit.
E I V Sdem generis.) Qui actiones propoſuit, & ad formam redegit.
M A X Imam ſciẽtiã.) Vnde Liu. lib. 10. iuris & ſcientiæ conſultum vocat.
99 H I C centimalus.) Legendũ fortè cũ Haloandro, Cæcus. Cice. lib. 5. Tuſc. Appium quidẽ veterẽ illũ, qui cæcus annos multos fuit, & ex magiſtratibus & ex rebus geſtis intelligimus, in illo caſu nec priuato nec publico muneri defuiſſe. Cotta legit Cẽtimanus. Florẽtinæ pandectę, Cẽtẽmanus.
D E Pyrrho in vrbẽ non recipiẽdo.) Vlpianus[a]. Appius deniq; Claudius cæcus conſilijs publicis intererat, & in ſenatu ſeueriſſimã dixit ſententiam de Pyrrhi captiuis non recipiendis.

a l. 2. §. Appius. de po. ſtu.

D E vſurpationibus.) Vſurpatio vſucapionis interruptio eſt[b]. A. Gel. lib. 3. c. 2. ſe legiſſe ait, Q. Mutiũ iuriſcõſultũ dicere ſolitũ, nõ eſſe vſurpatã mulierẽ, q̃ cũ Calẽ. Ianua. apud virũ cauſa m̃rimonii eſſe cœpiſſet, añ diẽ. 4. Calẽ. Ianua. vſurpatũ iſſet: nõ poſſe impleri trinoctiũ, qđ abeſſe à viro vſurpandi cauſa ex. 12. tab. deberet: qm̃ tertiæ noctis poſteriores ſex horæ alterius anni eſſent, qui inciperet ex Calendis. Neceſſe itaq; fuit, nouam nuptã ex lege. 12. tab. trinoctium vſurpari. 100

b l. 2. ff. de vſucap.

A N T E hunc) Subaudi Romæ: namque Græcia habuit prius ſuos illos ἑπτὰ σοφούς, 101
& Iudęorũ doctores (qđ ex Hieronymo ad Algaſiã Zaſius admonuit) à plebe Sophi. i. ſapientes olim noĩati ſunt, qui in Nouella. 146. Magiſtri vocantur.
H O C noĩe cognominatus eſt.) Notant 102
Bal. & Ang. hîc ꝓ Gallo præſſo[c] & Philocalo[d]: huius tñ ſingulare nomen non eſt, ſed vulgare ijs qui Græce ſciunt.
O P T Imus à ſenatu appellatus eſt.) Ro- 103
mani cũ matrẽ Idæã adducturi eſſent, oraculo Apollinis iuſsi ſunt eã optimo viro inter Romanos cõmittere: cõi aũt patrum cõſenſu. P. Scipio Naſica filius eius Scipionis qui in Hiſpania ceciderat, optimus iudicatus eſt. Liu. lib. 9. Tertiæ deca. & Plin. de viris illuſtribus auctores ſunt.

c Glo. in l. hac conſultiſſima. C. qui teſta. fa. poſ. Ang. ĩ l. ſi in ſpem. ff. de reb. vẽ.
d Glo. in l. quoniã. C. de natu. libe.

D E I Nde. Q. Fabius.) Legebaĩ antea. Q. Mutius (leguntq; ſic etiã hodie florẽtinæ 104
Pandectæ.) Sed primus (quãlibet alij diſsimulẽt) Nebriſſa nr̃ reſtituit. Q. Fabi⁹. Hic
em̃ cũ Valerio Flacco Carthaginẽ miſſus 105
eſt legatus, vt niſi Hãnibal violator fœderis dederet, bellũ Carthaginenſibus indiceret. Hic Fabi⁹ Pãphil⁹ cognominat⁹ eſt, ad differentiam illius Fabij, qui in eodem ſecundo bello punico ſingularem operam Reip. nauauit: atque tum maximus, tum cunctator, tum verrucoſus, tum ouicula dictus eſt: hæcque propemodum Fabium Pamphilum feciſſe coram Carthaginenſibus, quæ Pomponius refert, auctores ſunt

Poly-

Polybius, Liuius, Plutarchus, Silius præterea lib. 2. Punicorum.

Non vltra patiens Fabius rexiſſe dolorem,
Conciliũ expoſcit propere, patribusque vocatis
Bellum ſe geſtare ſinu, pacémque profatus
Quid ſedeat legere, ambiguis neu fallere dictis
Imperat, at Scæuo neutrum renuente ſenatu.
Ceu clauſas acies gremióque effunderet arma,
Accipite infauſtum libyæ, eueniuque priori
Par (inquit) bellum, & laxos effundit amictus.

¶Gellius lib. 10. c. 27. Q. Fabius Imperator Romanus dedit ad Carthaginenſes epiſtolam, ibi ſcriptum fuit, Populum Rom. miſiſſe ad eos haſtam & caduceum, ſigna duo belli aut pacis, ex quibus vtrum vellent eligerent, quod elegiſſent, id vnum vt eſſe miſſum exiſtimarent. Carthaginenſes reſponderũt, neutrum ſeſe eligere, ſed poſſe qui attuliſſent, vtrum mallent relinquere: quod reliquiſſent, id ſibi pro lecto futurum. M. Varro autem non haſtam ipſam neque ipſum caduceum miſſa dicit, ſed duas teſſerulas, in quarum altera caduce⁹, in altera ſimulachra haſtæ fuerunt inciſa. Legũt & poſtea ſic quoque Zaſius & Haloander. At repugnat antiquiſsimorũ codicum fides: itemque quòd nuſquam conſtat. Q. Fabium in iuriſconſultorum catalogo recenſeri, cum contrà Mutiorum familia clari nominis iuriſconſultos ſemper habuerit. Quibus argumentis Alciatus[a] nihil mutãdum exiſtimat, credendũq; aut alios auctores ſecutum fuiſſe Pomponiũ, qui à cæteris non ſolum in legati nomine, ſed etiam in rei geſtæ deſcriptione diſsiderent, aut neglectim id & incidẽter, quod ad hiſtoriam attinet, dictum: ideoq; diſsimulatione quadam tranſmittendum eſſe: qualia multa ſunt, quæ graues auctores incidenter dicta prætereant. Nos hæc
106 nunc in medio relinquimus.

a Alci. pa rer. 4. c. 16.

TESSERAE.) Teſſera hic belli ſignum eſt, aliâs aliter accipitur.

CORVNcanus.) Seneca lib. 2. epiſt. eos qui vetuſta ex alieno ſæculo verba loq̃rentur, ad Appios & Corũcanos redire ſcribit.

SEXTVS AElius.) Cicero lib. 3. de ora. Meminerãt illi Sex. AElium. M verò Mã-
107 lium nos etiam vidimus tranſuerſo ambulantem foro, quod erat inſigne, eum qui id faceret, facere ciuibus omnibus conſilij ſui copiam: ad quos olim & ita ambulantes, & in ſolio ſedentes domi ſic adibatur, non ſolum vt de iure ciuili ad eos, verumetiam de filia collocanda, de fundo emendo, de agro colendo, de omni denique aut officio aut negocio referretur.

FRAter eius.) Habeo (inquit Angelus) in 108
libro meo manu propria Baldi ibi ſcribentis, Nota pro nobis, & ſubdidi ego manu propria, Qui afflante diuina potentia ſumus tres fratres doctores, Baldus, Petrus, & Angelus iuris vtriuſq; profeſſores. Quę nos in Baldi fratrumque gratiam non omittenda cenſuimus.

PRIMVS à populo ſapiens appellatus 109
eſt.) Sed an non Sempronium Popu. Ro. primum Sophon appellauit? Zaſio nodus videtur indiſſolubilis, niſi dicas Sempronio ab eminẽtia variarum diſciplinarum, ſicut ſeptem illis greciæ ſapiẽtibus nomẽ inditũ: Attilio verò, propter ſapientiæ ciuilis meritũ. Sed fortè ille primũ Sophos, hic primũ ſapiẽs appellatus eſt, vt nõis aut linguæ ſolius differẽtia (quãdo aliud non poteſt) antinomiã diſſoluat.

ENNIus laudauit.) Egregiè cordatus homo Catus AElius Sextus.

AD aliquid.) Id eſt, nõ prorſus, peculiaris
iuris conſultorũ locutio. Vlpianus[b]. Eaq; 110
res curſum fluminis ad aliquid immutauerit, cur nõ ei cõſulatur? Pleroſq; ſcio prorſus flumina auctiſſe, alueoſq; mutaſſe &c. Idẽ[c], dies autẽ iſtos, quibus appellãdũ eſt, ad aliquid vtiles eſſe, oratio diui Marci voluit. Modeſtin⁹[d]. Quoties penuria eſt eorũ qui magiſtratũ ſuſcipiũt, immunitas ad aliq̃d infringitur, ſicuti diui Fratres reſcripſerunt. Vſus eſt & Apuleius apologia. 1. Saltẽ quatuordecim ſeruis quos exhibui, ad aliq̃d vtere: & lib. de philoſophiã. Nãq; appetitus, & ad aliquid cupido, aut vero bono incitatur.

b l. 1. §. ſunt qui putant. ff. ne quid i flu. publi.
c l. 1. §. dies ff. quan. appel. ſit.
d l. vt gradati. §. quoties. ff. de mune.

M. CATO.) Hic Senior, Portius Cẽſori
rinus dictus: de quo Liuius, Plinius, Plutar 111
chus & alij notabilia multa: Mihi ſelectiora hęc viſa ſunt. Militauit natus annos. 17. Senex literas Græcas, Ennio præceptore didicit: accuſatus capitis quater & quadragies, ſemper abſolutus eſt.

SED plurimi.) Libri.

FILII eius.) Cato hic Senior (vt ſcribit 113
Gelli. li. 13. c. 19.) duos habuit filios matribus diuerſos, alterũ maiorẽ, qui Prętor deſignatus patre viuo mortuus eſt, & egregios de iuris diſciplina libros reliquit: al-

terum

terum minorem Salonianum cognomento, quem Cato ſenior, ſenex cũ eſſet, ex Salonij clientis ſui filia ſuſtulit. Huius Saloniani pronepos fuit. M. Cato Vticẽſis, qui ne in. C. Cæſaris manus veniret, Vticæ ſe
113 propria manu interfecit, cuius tantum illud Lucani elogium eſt.

Victrix cauſa Deis placuit, ſed victa Catoni.

Diligenter itaq; Zaſius, ſi quid in iure noſtro [a] Catoni tributum eſt, id non Catoni Vticẽſi, ſed huic maiori filio Catonis Cenſorini tribuẽdũ. Hic enim egregios & plurimos de iure ciuili libros reliquit.

EX quibus cæteri.) Catones. Ad Catonũ enim familiã, & genus hæc referẽda ſunt.

P. MVtius) Scæuola. cuius Cicero iuuenis auditor fuit, cuiusque ianua & veſtibulum (quod idem in oratore ait) ciuitatis veluti
114 quoddã oraculũ erat, dicere is ſolitus eſt, iura ciuilia in ſua familia ſine vlla eloquẽtiæ laude verſari. Iuris conſulto igitur prudentia, diuinarum atque humanarum rerũ noticia, non eloquentia neceſſaria eſt: & tamen ſi quis hæc cum iudicio coniungat, dubio procul melior futurus eſt.

115 M. MANlius.) Huius Cicero meminit in 3. de orat. M. verò Manlium nos etiam vidimus tranſuerſo ambulantem foro.

BRVtus ſeptẽ.) Craſſus in. 2. de orat. per facetiam, Decium Brutum virum Prætoriũ tres in iure ciuili libros reliquiſſe ait.

GNEI Põpeij patruus.) Sic antiqua exẽplaria, ſic Pomponius lætus, ſic Haloander legunt. Zaſius ex Cicerone de claris orat. legit. Gne. Pompeij frater.

SED plus eloquentiæ, quàm ſcientiæ iuris operam dedit.) Futurus melior, ſi contrà ſcientiæ iuris plus, q̃ eloquentiæ operã daret, Sed quid ijs facias, qui eloquẽtiæ nihil, ſcientiæ iuris parum (niſi quod ad lucellum attinet) operam dant. Quæro an eos iuris ſacerdotes appelles? Et dixit eos quidam nihil eſſe minus.

HVNC.) P. Mutium.

CICERO.) De claris oratoribus, nam Craſſus eloquẽtium iuriſperitiſsimus, Scæuola iuriſconſultorum eloquentiſsimus, vt noueris familiam hanc non ſemper eloquentiæ operam non dediſſe.

AQVILius Gallus.) Hic & Q. Mutij auditor, & Ser. Sulpitij præceptor, & Ciceroni amiciſsimus: de quo pro. A. Cecinna Ci
116 cero hæc ait. Hoc dicam, nunquam eius auctoritatem minimum valere, cuius prudẽtiam. P. R. in cauendo, non in decipiendo perſpexit: qui iuris ciuilis rationem nunquam ab æquitate ſeiunxit: qui tot annos ingenium, laborem, fidem ſuam. P. R. prõptam expoſitamque præbuerit: qui ita iuſtus & bonus vir eſt, vt natura, non ſolum diſciplina conſultus eſſe videatur: ita peritus ac prudẽs, vt ex iure ciuili non ſcientia ſolum quædam, verumetiam bonitas nata illi videatur: cuius tantum eſt ingenium, tam prompta fides, vt quicquid inde haurias, purũ liquidumque te haurire ſentias. hæc Cicero. Fuit aũt Aquilius in formulis concipiendis cautiſsimus, qualis illa eſt de poſthumi alieni inſtitutione [b], de liberatorijs ſtipulationibus [c], quam Aquilianam ſtipulationem vocant, de dolo malo [d]. Cicero. 3. offic. Nondum enim Aquilius collega & familiaris meus protulerat de dolo formulas: in quibus ipſis cum ex eo quæreretur, quid eſſet dolus malus, reſpõdebat, cum eſſet aliud ſimulatum, aliud actum. hoc quidem ſanè luculenter, vt ab homine perito definiendi.

SERVIVS autem Sulpitius.) De quo Cicero multa in Bruto. Idẽ Philip. 9. Nam reliqua Ser. Sulpitij vita multis erit prēclariſque monumentis ad omnem memoriã 117
commendata: ſemper illius grauitatem, conſtantiam, fidem, præſtantiam in Rep. tuenda, cu tam, atque prudentiã, omnium mortalium fama celebrabit. Nec verò ſilebitur admirabilis quædam & incredibilis & penè diuina eius in legibus interpretandis, æquitate explicandis ſcientia. Omnes nes qui ex omni ætate hac in ciuitate intelligentiam iuris habuerũt, ſi vnum in locũ conferantur, cum Ser. Sulpitio non ſunt comparandi. neque enim ille magis iuris conſultus, quam iuſtitiæ fuit.

TVRPE eſſe patritio & nobili viro, & cauſas oranti, ius in quo verſaretur ignorare.) Sanè enim in iuriſperito iuris ignorãtia nõ latæ culpæ, ſed dolo adſcribitur. [e] 118
STATVAM ei Populus Romanus pro Roſtris poſuit.) Ponendæ ſtatuæ Cicero ſuaſor fuit. Philip. 9. Qui locus ad Pompo nij intelligentiam aptiſsimus eſt, Quintil. etiam lib. 3. c. de ſuaſoria. Quid? nõ illa ſimilis iudicialium quæſtio de ſtatua Serui Sulpitij, an ijs demum ponẽda ſit, qui in legatione ferro ſunt interempti?

PLV-

a l. 4. §. Cato. ff. de verbo. oblig.

b l. gallus ff. de lib. & post posthu.

c l. & vno ff. de accepti l. §. quicquid insti. quib. mo. tol li. oblig.

d l. 1. ff. de dolo.

e Bal. in c. 1. §. iudices. de pace iura. firman. Claud. in. l. 2. col. 3. infra de legib.

PLVRIMI auditores.) Nam & infra, ex his auditoribus, &c.

PATER Cinna.) Quidam hic legũt, Pater Cecinna ex Cicerone in epiſtolis, & Seneca lib. 3. natural. quæſt.

DIGESTI.) Vnde & digeſtorum fortè appellatio ſumpta eſt.

119 FVNDArent.) Frequẽter hoc verbo vſus eſt Pomponius[a]: nouum autem eſt in hoc ſenſu. Apuleius de Aſino aureo. lib. 7. Quæ decimo partus ſtipendio viri familiam fundauerat. Sed & Vlpiano[b] iuris ciuilis bene fundata peritia dicitur. Voluſi Metianus amicus noſter, & iuris ciuilis præter veterem & bene fundatã peritiam, anxiè diligens.

a §. poſtea ne diutius. §. poſt hos. b l. diui. ff. de in. pat.

120 LEGIbus viceſimæ.) Fiſco olim viceſima hæreditatum deferebatur[c]. Lampridius in Heliogabalo, ad viceſimam hæreditatum mulionem curare iuſsit, iuſsit & curſorem, iuſsit & cocum, & clauſtralium artificem. Iulius Capitolinus in. M. Autonino Philoſopho. Leges etiam addidit de viceſima hæreditatum, de tutelis liberorum, de bonis maternis, & item de filiorũ ſucceſsionibus pro parte materna, vtque ſenatores peregrini quartã partem in Italia poſsiderent. Inde aurum viceſimarium apud Liuium, vt opinatur Egnatius. Fuit & viceſima portorii. Cicero in verrẽ Act. 4. Nunc hoc attendite, his exportationibus, quę recitatę ſunt, ſcribit Hs. 60. ſocios perdidiſſe ex viceſima portorij Syracuſis.

c l. vlt. C. & edic. diui. Adria. tollen.

121 QVAESTOrius.) Aut q̃ſtura functus, aut quæſtor: ſic conſulares, aut conſules, aut conſulatu functi qui ſunt.

122 SED minus frequentantur.) Sed & eius opiniones poſteriores hi iuriſcõſulti, quorum fragmentis hodie vtimur, non ſemel reprehendunt.

123 PATRIcius.) Liuius. lib. 1, ab vrbe cõdita. & Suet. in Auguſto, Senatores ab honore patres appellatos, patriciosque eorum progeniem ſcribunt. Verùm hæc apud Romanos. Nam apud Græcos maior multo dignitas fuit, videturque ſenatoria dignitas media conſtituta inter illuſtres (vt ſint hi velut infimi) & patricios conſulesque, quaſi ſupremos[d]. Quo fit, vt in Nouel. 38. patriciatus, μέγιστον ἀξίωμα, ideſt, maxima dignitas vocetur. Adnotauere & hoc Budæus[e], & Andreas Alciatus[f] ex Sidonio, Suida, Pro copio. Sed & nos ex Conſtanti-
no Harmenopulo, li. 6. epitomes iuris ciuilis, & Caſsiodoro lib. 3. variarum, & item
lib. 6. in formula Patriciatus. Hiſpaniæ
lex[g] patricios eos interpretatur, qui princi 124
pum conſiliarii ſint: quod quemadmodũ
intelligi oporteat, ſuo loco dicemus[h].

d l. vlt. ff. de ſenato. e Bud. in l. vlt. ff. de ſenato. f Alc. dcõ ſul. lib. 12.

g l. 7. titu. 18. par. 4. h in l. vlt. ff. de ſenat.

APHRICAE oram teneret.) Præfectus Aphricæ hic fuit.

ORATIO ſatis pulcherrima.) Budæus
emẽdat, ſanè pulcherrima. Non enim (in- 125
quit) pulcherrima tantum, ſed quàm pulcherrima oratio illa dici debuit, vel Quintiliano auctore: præterquàm quòd (vt exiſtimat) ſatis, particula cum ſuperlatiua ſignificatione diſsidet. Pomponius Lætus, & Zaſius veterem lectionem defendunt. Additq; hîc grauitati iuriſconſulti conueniſſe hoc, ne vim ſuperlatiui effunderet, ſed cum temperamẽto laudaret. ad exceſſum enim orator ſe comparat, nõ iuris cõſultus. Sunt qui ex fide Victorini cuiuſdã exemplaris delendam credant dictionem hanc, ſatis, ſiue ſanè: quos Haloander ſecutus eſt. Ego cũ codice Hetruſco nihil muto: nec paucæ leges ſunt, quæ me moueãt[i]. tum etiam præter Hieronymum ad Euſtochiũ, qui, ſatis deuotiſsime, dixit: Spartiano Adrianus poematum & literarũ nimium ſtudioſiſsimus: Apuleio aſinus piger tardiſsimusque nimis: Macrobio, ſatis plenum conuiuium dicuntur.

i Lex anno. ff. de d dona. inter vir. & vxor. l. ſcio. ff. de reſtit. in integ. l. ſi alius. §. belliſsime. ff. quod vi aut clam. l. ſi te ſolum. ff. de haere. inſti.

SVFFEctus.) Suffectus conſul is diceba- 126
tur, qui in locum ordinarij ſubmitteretur: vtriusque Lampridius meminit in Alexãdro Seuero. Coſſ. quoſcunque vel ordinarios, vel ſuffectos creauit, ex ſenatus ſentẽtentia nominauit, ſumptum eorũ contrahens. Spartianus in Mario ſeptimo. Nam vt Conſ. qui ſex meridianis horis conſulatum ſuffectum tenuit à. M. Tullio tali aſperſus eſt ioco, Conſulem habuimus tam ſeuerum, tamque cenſoriũ, vt in eius magiſtratu nemo prãderit, nemo cœnauerit, nemo dormierit, &c.

HIC etiam Nerua.) Tiberio Cæſari fami 127
liariſsimus, integro ſtatu & corpore illæſo, inedia vitam finiuit, auctor Corn. Tacitus, lib. 4. & 5.

NEQVE reſponſa vtiq; ſignata dabãt.) 128
Subſignabant olim reſponſa ſua iuriſconſulti: quo iure & nunc vtimur[k], aut ſaltim ſubſcribimus. Hinc vero originem Alciasus[l] habuiſſe credit, quòd hodie cum ad doctoris

k Pau. 5. l. cũ antiquitas, ad ſi. C. deteſta. Al ci. in. l. ſubſignatum. & verbo. ſign. l Alci. parer. 8. c. 10.

Doctoris inſignia quis promouetur, inter
129 cætera annulus aureus illi datur, quaſi ſi-
gnandorũ reſpõſorum ius tunc acquirat.
Atqui vel Baccalaurei eo iure gaudẽt. An
(quod idem ait) annulus ideo inſeritur, ꝙ
ordinis equeſtris id ſignum eſt, & bellicæ
virtutis inſigne: vt Plini⁹ lib. 33. c. 1. tradit,
tanquam Doctoratus ad equeſtrem digni
tatem pertineat? An (quod adieci ipſe o-
lim) quia (vt Cicero ſcribit in Verrẽ Act.
5.) Imperatores ſuperatis hoſtibus, opti-
mè Rep. geſta, ſcribas ſuos annulis aureis
in concione donabant: atque ea de cauſa
concionem aduocare ſoliti ſunt, Idque for
mula concepta, Quando tu quidem in bel
lo, in prælio, in re militari, &c.
HOC nõ peti ſed præſtari ſolere.) Accur
130 ſius & ſequaces ſic exponunt, quaſi facul-
tas de iure reſpõdendi inhoneſte petatur,
ſed honeſte concedatur. Qui ſenſus ſupe-
rioribus repugnat. Dixerat enim à tempo
ribus Auguſti ꝓ beneficio peti cœptũ. Bu
dæus igitur primũ ſic exponit, quaſi ſigni
ficaret Adrianus, non exiſtimare ſe benefi
ciũ ijs conferre, qui indultu ſuo de iure re-
ſpõderent, ſed ab eis accipere, vt quorum
opera maxime delectaretur. Idẽ rurſus ali
ter, Hoc nõ peti, ſed præſtari ſolere, quaſi
non petentibus dandum id ſit, ſed ijs qui
efficiant, factoq́; ſe dignos exhibeant, qui-
bus concedatur: nã & hoc præſtare eſt. Id
Zaſius probat, & ipſe præ cæteris magis ſe
quor. Verùm, quid ſi ad Adriani peculiare
ingeniũ referamus, de quo Dion inter cæ
tera ſic ait, Alios auxit pecunia, honoribus
alios & dignitate honeſtauit, neq; patieba
tur à ſe quicquam peti, ſed pro neceſsitate
cuiuſque omnia faciebat.
HVIC nec amplæ facultates fuerũt.) Plu
tarchus in Problematis obſeruatum à ve-
teribus ſcribit, vt literæ gratis docerentur,
mercenarias verò literas à SP. Carbilio
cœpiſſe. Ambroſius Diaconus Origenis
131 documentis imbutus male audijt, quòd cũ
eſſet vir nobilis & diues, præceptoris ſui e-
geni & pauperis moriens non ſit recorda-
tus. Hierony. auctor in lib. de ſcriptoribus
eccleſiaſticis. Cõtra. M. Antoninus Impe-
rator tãta in ſuos præceptores pietate fuit,
vt imagines eorũ aureas in larario habe-
ret: in quos & liberaliſsimus fuit, vt tradit
Capitolinus. debent enĩ magiſtro ſuo gra-
tiam diſcipuli non verbis tñ, ſed et rebus
rebus ipſis, qualem Aquilius iuuenis[a] Ni-
coſtrato præceptori retuliſſe dicitur. rece 132
ptumq́; eſt[b], licere doctori ſiue aliũde nõ
habeat, ſiue ſibi ſufficiat, pecuniã à diſcipu
lis pro ſalario exigere, aut collatitio ſcho-
laſticorum ſymbolo ſe & familiam alere.
PRIſcus Neratius.) Traiano gratus hic a- 133
deò fuit, vt Imperij ſucceſſorem relinque
re deſtinauerit, eique aliquando dixerit,
Cõmendo tibi prouincias, ſi quid mihi fa
tale cõtigerit, niſi ꝗ poſtea cõſilio mutato
Adrianũ adoptauit. auctor eſt Spartianus.

a l. Aquilius ff. de dona. Alci. parer. 2. c. 49.
b Gl. in c. à quibuſdã. 37. diſt. Alci. parer. 9. cap. 19.

DE LEGIBVS Senatúsque cõſultis, & longa conſuetudine. Titul. III.

PAPINIANVS, Libro primo definitionum.

LEX eſt commune præceptum, virorum prudentium conſultũ, delictorum, quæ ſponte vel ignorantia contrahuntur, coërcitio, communis Reipublicæ Sponſio.

1 *Lex commune præceptum, vtilitate, vſu, auctoritate.*
2 *Lex municipalis vnam tantum populi partẽ ligare non poteſt.*
3 *Appellare licet ei, aduerſus quem ius ſingulare ſtatuitur.*
4 *Lex generalis, odio tamen priuati lata, non tenet.*
5 *Lex municipalis de annona certo pretio vendenda.*
6 *Lex municipii priuatos ad cõpromiſſum non poteſt compellere.*
7 *Syndicus à ciuitate creari non poteſt, qui priuatos obliget.*
8 *Ius ſingulare & conſuetudo ex iuſta cauſa de priuatis hominibus induci poſſunt.*
9 *Iuſtæ cauſæ quæ, vt de priuatis hominibus leges ferantur*
10 *Lex, quo intellectu dicatur præceptum*
11 *Impuberes legem ferre non poſſunt.*
12 *Virorũ appellatio an impuberes cõprehẽdat.*

13 *Mulieres regulariter leges non condunt.*
14 *Senaculum mulierum.*
15 *Mulieres an inducant conſuetudinem.*
16 *Legis & reſcripti quæ differentia.*
17 *Leges populi cum conſilio, leges principis etiã citra conſilium ferri poſſunt.*
18 *Leges principum ex conſilio latæ, difficilius per reſcripta tolluntur.*
19 *Sponte an voluntariè quid fiat, differentia eſt.*
20 *Ignorantia iuris vel facti an excuſet à delicto.*
21 *Dormiens qui ſocium aut vulnerauit aut occidit qua pœna puniendus.*
22 *L. 5. titu. 8. par. 7.*
23 *Culpa, quæ delictũ præcedat, magni intereſt.*
24 *Caſu delinquens, quomodo puniendus.*
25 *Occidens alium, quàm deſtinaſſet, an puniendus ſit vt homicida, an extra ordinem.*
26 *Bartoli opinio communiter reprehenſa.*
27 *Delictorum coercio duplex.*
28 *Delictum quodlibet ſiue publicum ſiue priuatum, duplicem agendi viam producit.*
29 *Criminale iudicium dicitur cum pœna pecuniaria fiſco applicatur.*
30 *Rogatio olim quæ?*
31 *Leges quomodo à populo hodie ferantur.*
32 *Sponſio, quæ ſignificet.*
33 *Lex, communis Reip. Sponſio, quo vero ſenſu dicitur.*

1 COMMVne.) Vtilitate, vſu, & au
ctoritate[a]. Hinc autem
eſt, vt lege municipali
2 ciuitas vnam tantũ partem
populi ligare nequeat[b]: quod Ange-
3 lus notat, & alij ſequuntur. Hinc, vt quãuis
à legis iniquitate appellare nõ liceat[c], ap-
pellare tamen ei liceat, aduerſus quem ius
ſingulare conſtituatur[d]. Hinc, vt & appel
lari, & opponi doli exceptio poſsit, ſi lex
4 quantibes generalis, odio tamẽ priuati fa-
cta, probari per cõiecturas poſsit[e]. Qua ra
5 tiõe, ſi lex municipalis pretiũ annonæ vẽ-
dendæ generaliter ſtatuat, valebit: ſi certis
perſonis præſcribit, nõ valet[f]. Sic neq; cõ-
6 ſtitutio, quæ illũ aut illũ ad cõpromiſſum
compellat, ſeruabitur[g]. Et (quod Iaſon re-
7 ctiſsime adiecit[h]) nec creare ſyndicũ ciui-
tas poterit in hoc, vt certos ciues, non oẽs
8 obliget. Nõ procedit tamẽ id, ſi fieret ius
ſingulare ex cauſa iuſta[i]: quod etiã in con
ſuetudine aduerſus priuatũ aliquem indu
cta obſeruandũ eſt[k]. Sed quæ iuſta cauſa 9
erit? & facti quæſtio eſt: multæ enim cau-
ſæ accidere poſſunt. Illa dubio procul iuſta
eſt, ſi ſedãdi popularis tumultus cauſa lex
ſingularis fiat[l], ſi latro manifeſtus ſit, aut
ſeditioſus prærupte, aut factioſus cruente,
& generaliter ſi delictum notoriũ[m]. ſicut
per contrarium & illa iuſta cauſa eſt, ſi ex-
cellens virtus aut ſcientia eminẽs illius ſit,
in cuius fauorẽ lex fiat[n]. Nam & receptiſ-
ſimum eſt, his de cauſis recedi poſſe à regu
lis iuris communis[o].
PRAEceptum.) Atqui non ſemper præci 10
pit: permittit enim, vetat, punit[p]. Quocir
ca præcepti appellatio hæc legis virtutes
omnes comprehendit. Atque ita fit, vt la-
tius pateat, quod ſentit Accurſius expreſ-
ſius Zaſius, qui doctrinã interpretatur.
PRVDENtum.) Furioſos & ſimiles hîc
excludi quis nõ videat? An & impuberes?
Claudius[q], excludi: cui accedo, non tam 11
quia viri apellatio impuberes non com-
prehendat[r], (ſuſpecta enim & Alciato[s], &
mihi quoq; ea traditio eſt, qui virum pro 12
adulto nullibi niſi ex Roglerij tralatione
legerim) quàm quòd ea ætas nec pfecta[t],
nec prudens eſt[v], vt quæ quod videat igno
ras.
VIROrum.) Non igitur ad mulieres hoc
ſpectat, vt Bartolus & omnes notant. Sed
cur ita? Et alij, quia (vel Salomone teſte) 13
prudentes non ſunt: alij quia fragilis ille
ſexus & infirmus ſit[x]. Alij, quia leges con
dere publici iuris eſt, fœminę ab omnibus
officijs publicis arceantur[y]. Sed non ha-
bet locum quibuſdam caſibus. Primus,
in ijs quæ ad mulieres pertineant, qualia fi
lum, lana, & ſimilia ſunt[z]. Secundus, ſi pri
uilegio aut conſuetudine iuriſdictionem
ſibi acquiſierit[a]. Tertius, cum fœmina
Regina, Princeps, Comes eſt, aut qua ſi-
mili dignitate polleat[b]: quod tunc verum
intelligimus, cũ maritum non habet. Nã
ſi habeat (etiam ſi Auguſta ſit) legem non
condes[c]. Sanè Iuſtinianus Theodoræ con
iugis conſilio leges nonnunquam tulit[d].
De Heliogobalo præterea Lampridius.
Deinde (inquit) vbi primũ diem Senatus
habuit, matrem ſuam in Senatu rogari iuſ-
ſit, quæ cum veniſſet vocata, ad COSS.
ſubſellia ſcribendo affuit: id eſt, S. C. con-
ficien-

a l. iurandũ in ſingulos. §. 1. erit autẽ 4. diſt.
b l. totiens. §. fin. ff. de polli. l. ſi pri uatus. ff. qui & a quib.
c l. ſigna pœna. ff. de verb. ſigni.
d l. 1. §. ſolent. ff. quã. appel. ſit.
e l. 1. §. ſi. ff. de do. excep. Iaſ. in. l. ciuitas n. 10. ff. ſi cer. pet.
f Bar. in. l. nemo exterus. C. de iuda.
g Bal. in. l. conſt. C. §. quibus.
h Iaſ. in. l. ciuitas. nume. 10.
i l. damnatu. C. de hære. Bald & Ful. hic An ge. in. l. fin. C. ſent. reſ. non poſ.
k l. vendi tor. §. ſi conſtat. ff. com præ. gl. in. l. 2. i. g. detrahi. ff. de his qui ſui vel a. i. in. ſunt.
l l. ſi quis ſi li. §. biantẽ. ff. de in iuſti. rup.
m l. amiſſione. §. q de ſciunt. ff. & capi. dimi. vbi glo. relegati.
n l. neq Dorotheũ. l. de Eliis. C. de decu. li. 10.
o l. ad beſtias. ff. de pe. l. ſed & reprobari. §. valde. ff. de excuſ. tuto.
p l. legis. §.
q Claud. co lum. 3.
r l. cũ quis decedens. §. codicillis. vbi gloſ. & Bar. de leg. 3. Bart. in. l. ann. 45. C. de digni. libro. 12.
s Alci. diſpũc. 4. c. 12. & in. l. pueri. ff. de verbo. ſign.
t §. ſi. inſti. de Attili. tuto.
v l. 1. C. de ſal. mone.
x l. 2. ff. ad velle.
y l. fœmina ff. de reg. iu.
z l. 1. §. ſed & obſtetrices. ff. de va ri. & extra or. cog. Iaſ. et Zaſ. hic.
a l. vlt. C. de arbi. vbi gl. & dilecti. eo. titu.
b d. l. vlti. C. de arbi.
c Glo. in. l. princeps. legibus. §. De cius. in. l. fœmina. n. 37. ff. de reg. iu.
d Auth. vt iudic. ſine quoquo ſuffra. §. hoc autẽ oia.

ficiendi teſtis: ſolusque omnium Imperatorum fuit, ſub quo mulier quaſi clariſſima loco viri Senatum ingreſſa eſt. Fecit & in colle Quirinali ſenaculum, id eſt, mu
14 lierum Senatum, in quo ante fuerat conuẽtus matronalis ſolennibus duntaxat diebus, et ſi vnquam aliqua matrona conſularis coniugij ornamẽtis eſſet donata: quod veteres Imperatores affinibus detulerũt, & his maximè quę nobilitatos maritos nõ habuerunt, ne innobilitatæ remanerent. Sed Semiamirica facta ſunt, S.C. ridicula de legibus matronalibus, quæ quo veſtitu incederent, quæ cui cederent, quæ ad cuius oſculum venirent, quæ pilento, quæ equo ſaginario, quæ aſino veheret, quæ carpento mulari, quæ boum, quæ ſella veheretur: quæ've earum pellicea, an oſſea, an eborata, an argentata, & quę aurum vel gemmas in calciamentis haberent. Et paulo poſt. Occiſa eſt cum eo mater Semiamira pbroſiſſima mulier & digna filio. Cautumque ante omnia poſt Antoninum Heliogobalum, ne vnquam mulier Senatum ingrederetur, vtq; inferis caput eius dicaretur deuouereturq;, per quem id eſſet factum. Id Senaculum matronis reddi Aurelianus poſtea voluit, vt in eius vita ſcribit Vopiſcus. Verũ hæc male inſtitutorũ principũ exempla ſunt, notũq; vetus illud eſt.

ἐστὶ γυναικῶν ἔργα, κ'οὐκ ἐκκλησίαι.

Sed nunquid cõſuetudinem mulieres in-
15 ducent? Et Cynus[a], Bartolus[b], & omnes non inducere aiunt: neque enim quota (vt aiunt) pars populi ſunt: cui conſequens, vt Amazones & ſi quæ ſimiles ſunt, & ſtatuere & conſuetudinẽ inducere poſſint.

CONS Vltum.) Demoſthenes in lege ſequẽti, *λέγμα*. Deliberatio ergo & conſiliũ in legibus condendis neceſſaria[c] ſunt. Præcipitatio enim nouerca iuſtitiæ eſt[d], vel Mimo Publiano admonente.

Ad pœnitendum properat citò qui iudicat.

Et rurſus.

16 *Deliberate vtilia, mora tutiſſima eſt.*

Hæcque eſt inter legem & reſcripum principis differentia, quòd legem deliberatio, reſcripum petẽtium importunitas facit[e]:
17 quod de populi legibus cõiter accipiunt. Nam principis quæ ſunt, nullius cõſilium exigunt[f], ſed ab eius mera voluntate pen-
18 dẽt[g]. Magni tñ refert, ſtatuat princeps cũ conſilio procerũ: neq; enim reſcriptũ aduerſus eiuſmodi legem valebit, niſi in eo legis expreſſa mẽtio facta ſit[h]. Caueat igitur quiſquis eſt, aduerſus quẽ principis reſcripta, ſchedulæ Regiæ aut (quas vulgò
ſic vocant) Prouiſiones proferuntur. 19

DEL Ictorum quæ ſponte.) Vltro, nullo cogente, nõ ignoranter. Differt tamẽ ſpõte an voluntariè facias. Quocirca tabelliones Baldus admonuit[i], tortũ reũ ſponte cõfeſſũ ne ſcribãt: falſum eñ ſcribẽt: q̃uis recte ſcribãt, volũtarie cõfeſſũ. Dolo ergo ſi qs delinquat, ſine dubio puniẽdus eſt, vt
tñ vltra cogitationem dolus procedat[k]. 20

VEL iguorantia.) Demoſthenes in lege ſequẽti, *ἐπανόρθωμα δὲ τῶν ἀκουσίων καὶ ἑκουσίων ἁμαρτημάτων*, ignorãtia verò duplex eſt, iuris & facti[l]. An illa delinquẽtes excuſet, alibi diximus[m]: hæc nõ excuſat, dũ tñ culpam ignorantia in ſe habeat[n] cuius multa exẽpla ponit Accurſius. Addunt &
alia recentiores, de clericis qui viatorũ lu- 21
dum imitati, baculos in directũ iecerunt[o]: de dormiente vicij ſui conſcio, qui ſocium
(cum non pręmonuerit) occidit, aut vulne- 22
rauit[p]: cui tñ pœna iure noſtro[q] certa ſta-
tuta eſt. Intereſt tamen, quæ culpa delictũ 23
præceſſerit: nam ſi lata ſit, pœna quidẽ imponit, ſed mitior q̃ ſi dolo delictũ admiſſũ eſt[r]: ſi leuis, mitior q̃ pro lata[s]: ſi leuiſſima, mitior q̃ pro leui[t]. Quid ſi per igno-
rantiã delinquat, ſed caſu? Et diſtinguẽdũ 24
eſt, culpa caſum præcedat, an nõ. In prima
ſpecie delictũ punietur[v]: in ſecũda nõ pu- 25
nietur[x]. Sed quid ſi Titiũ interficere deſtinaueras, & amicũ tuũ aut conſanguineum interfeciſti? Bartolus homicidij reum te eſſe ait[y], quia dabas operã rei illicitæ. Cui cõtrà eſt, q cũ in culpa ſolũ fueris nõ in dolo, nõ videris vt doloſus homicida puniẽdus, ſed extra ordinẽ arbitrio iudicis tm̃. Nã & ſi quis hoĩem liberũ cęciderit, dum putat ſeruũ ſuũ, in ea cauſa eſt, ne iniuriarũ teneatur[z]: & ſi cũ ſeruo meo pugnũ ducere vellem, te in proximo ſtantem inuitus pcuſſerim, iniuriarũ nõ teneor[a]. Quid q & capitalem fraudem admittere is dicitur, qui dolo malo & per nequitiã admittit. Cęterùm ſi quis errore, ſi quis caſu fece
cerit, ceſſabit edictũ[b]: quam opinionẽ ad- 26
uerſus Bartolũ Angelus, Florianus, Alexãder, Iaſon[c], Claudius, & Zaſius ſequũtur: vt ſit hæc dubio procul cõis[d]. Salmonius[e] Bartolũ magis ſequitur, motus, q hominẽ

a Cyn. in l. 2. C. quæ ſit long. conſue. b Bart. hic ad fin. Zaſ. col. 2. Deci. ĩ l. fæmina. nu. 38. ff. de regu. iu. c l. humanũ. C. de legib. d l. ſi quis filio. §. hi autem. ff. de inoff. teſt. rap. e l. 1. C. de preci. Imp. offer. lib. 10. Bart. in proœ. ff. vet. nu. 6. f l. 3. C. de legib. g Pau. & Claud. hic doc. in. d. l. humanũ. h Bald. & Pau. in. d. l. humanũ. ca. nr. ĩ. c. pen. de capel. monachor. c. ſignificaſti. ĩ ele. Claud. hic col. 3. i Bal. in c. 1. de pace iura. fir. mã. Sa lo. l. ic. col. 2. k l. cogitationis. ff. de pœnis.

l Rub. d. in. et fac. igno. m in. l. c's populi. ſup §. q. Bart. de inſt. & iu. n l. itẽ Mela. in princ. ff. ad leg. Aquil. o c. continebatur. c. lator. de homicid. p Bar. in. l. pen. ff. ad. l. pompe. de parricid. q l. 5. tita. 8. par. 7. r l. in lege Cornelia. ff. ad. l. Corne. de ſica. s l. quicqd calore. ff. de reg. iur. t l. ſcietiã. §. qui cã aliter. ff. ad. l. Aquil. v l. fluminũ. §. hac ſtipulatio. ff. de dã. inf. x l. 1. §. ſi eo tẽpore. ff. de admi. re. ad ciui. perti. y Bar. in. l. reſpiciendũ §. delinquũt. ff. de pœnis. z l. ſcientiã §. ſed ſi defendẽdi. ff. ad. l. aquil. a l. illud relatum. §. fi. cũ. l. ſeq. ff. de iniu. b l. cũ aũt re dhibitio. §. excipiũ. ff. de adi. edi. c Iaſ. num. 18. Claud. col. 4. Zaſ. col. 2. d Iaſ. nu. 20. e Salo. hic verſ. quæ ru Iaſ.

occidere volueris, & occideris. neq; enim in ſubſtantia erraſti, ſed in qualitate quæ non releuat, niſi forte cũ ex qualitate perſonæ occiſæ, pœna varianda eſt: credidiſti laicum, occidiſti clericũ: occidiſti filium, quem hoſtem credebas. Quæ ſententia ꝓbabilis quidem ſit: verum magis eſt, vt & ipſe cõmuni aſſentiar: facile autẽ ex qualitate perſonarũ dolũ abſuiſſe præſumimus: vt ſi occidens & occiſus amici eſſent[a].

27 COERcitio.) Punitio. Ea dupliciter fit, vel cũ de crimine ciuiliter agitur, vel cum
28 criminaliter, Oritur autẽ ex quolibet delicto ſiue publico[b] ſiue priuato[c] duplex agẽdi via, altera ciuilis ad id quod partis in-
29 terſit, altera criminalis, ad vindictam publicam. Sed quid ſi ad pœnam pecuniariã agatur? Et ſi parti applicãda eſt, ciuile: ſi fiſco iudiciũ criminale dicitur[d]. Quæ opinio & à noſtris, & à Pontificijs approbata eſt[e], & à me alibi plenius diſcuſſa, hîc iſta ſatis, quibus lectio Bartoli occaſionẽ præbuit in præſentia inculcãtis. Dicitur autẽ hîc coërcitio, ea formula, qua & alibi exercitio[f]. Sunt & qui non male, correctio, emẽdent: eſt enim Græce, ἐπανόρθωμα.

30 COMmunis Reip. Sponſio.) Olim populus rogabatur. vnde rogationes dictæ: ipſe ſciſcebat, vñ plebiſcita appellata: quod
31 ſupra latius oſtendimus[g]. Hodie magiſtratus interrogat ſeu proponit, populus aut expreſſim reſpondet, aut ſignis[h]. Sed & ſi de propoſitione magiſtratus nõ cõſtet, de populi tamen voluntate conſtet, rectè lex fertur[i]. certè ſi ſtatuto legem ferri nõ poſſe, edictũ ſit, niſi magiſtratus proponat, aliter facta minime valebit[k]. Et quidem hoc
32 ſenſu (qui cõis oĩm eſt ſenſus) Sponſio, pro ſtipulatione ponitur: quod nouũ nõ eſt[l]. Zaſius pro vinculo ſeu obligatione poni mauult: cui non omnino repugno. Fuit & Spõſio, genus actionis apud antiquos, quę & apud Athenieſes παρακαταβολὴ, quã Budæus explicuit[m]. Quinetiã alia ſignificatione Sponſio eſt, cùm aut interpoſita ſtipulatione, aut pignoribus depoſitis certã pecuniam quis promittat, vita ſit, vt affirmat[n]. Verùm quod ad legem noſtrã pertinet, priorem expoſitionem amplector. Videtur autem Vlpiano lex, communis Reip. Sponſio eo ſenſu dicta, quo Demoſtheni in lege ſequenti. πόλεως συνθήκη κοινή

a Glo. & doct. in l. 1. C. ad l. cornel. de ſicc. b l. qui nomine. ff. ad l. cornel. de fal. Ang. ĩ l. qrela. C. d fal. c l. locatio. §. quod illicite. ff. d publica. d Glo. in l. 1. in glo. crimẽ. d ſepul. viola. in l. aut damnũ in §. 1. ff. de pœn. in l. agraria. ĩ. §. 1. ff. de termo. e Bar. in l. prætor ait. vbi gloſ. in verb. cenſũ. ff. de ſepul. viola. Iaſ. ĩ rub. C. de iudi. col. 2. f l. 1. infra de offic. ei. cui man. eſt iuriſdi. g l. 2. §. exactis. 2. ff. de ori. iu. l. itẽ veniunt. §. prædic. ff. de peti. hæ. l. 1. in princ. ff. ad l. falci. h Bar. in l. oẽs populi. nu. 19. i Bar. in l. 2. C. d decuri. lib. 10. k l. 1. vbi. Bar. et Auge. C. de pœ. ti. bono. ſu. bla. lib. 10. l l. ſponſio. ff de verb. ſign. l. ſciendũ. ff. d adi. edic. l. 1. C. d ſuffra. m Bud. ĩ. l. 2. ſupra de orig. iur.

MARTIANVS Libro primo Inſtitutionum.

NAM & Demoſthenes orator ſic definit τοῦτ' ἐστὶ νόμος ᾧ πάντας ἀνθρώπους προσήκει πείθεσθαι διὰ πολλὰ καὶ μάλιστα ὅτι πᾶς ἐστι[1] νόμος εὕρημα μὲν καὶ δῶρον θεῶν, δόγμα δὲ ἀνθρώπων φρονίμων ἐπανόρθωμα δὲ τῶν ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων, πόλεως δὲ συνθήκη κοινή, καθ' ἣν πᾶσι προσήκει ζῆν, τοῖς ἐν τῇ πόλει. Sed & Philoſophus ſummæ Stoicæ ſapientiæ Chryſippus ſic incipit, libro quem fecit περὶ νόμων. ὁ νόμος πάντων ἐστὶ βασιλεὺς θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων· δεῖ δὲ αὐτὸν προστάτην εἶναι τῶν καλῶν καὶ τῶν αἰσχρῶν, καὶ ἄρχοντα, καὶ ἡγεμόνα, καὶ κατὰ τοῦτο κανόνα τ' εἶναι δικαίων καὶ ἀδίκων, καὶ τῶν φύσει πολιτικῶν ζώων προστακτικὸν μὲν ὧν ποιητέων, ἀπαγορευτικὸν δὲ, ὧν οὐ ποιητέων.

1. *Iuris conſulti teſtimonijs bonorum auctorum vſi ſunt.*
2. *Leges omnium hominum ſunt, potentia paucorum eſt.*
3. *Serui dominis quatenus parere teneantur.*
4. *Voluntaria acerbius quàm non voluntaria puniuntur.*
5. *Ἀ'ιδεσις Athenienſibus quid fuerit.*
6. *Lex omnes ligat.*
7. *Lex ciuitatis ſuburbium & territorium comprehendit.*
8. *Indiæ ditioni Hiſpanorum adiecta, Hiſpaniæ legibus reguntur.*
9. *Hiſpaniæ adiecta non acceſſoriè, ſed æque principaliter, ſuis legibus gubernantur.*
10. *Conſuetudo & priuilegium ciuitatis ad villas municipiaq; ciuitati ſubiecta extẽdũtur.*
11. *Chryſippus philoſophus.*
12. *Lex quo ſenſu regula dicta*

NAM & Demoſthenes.) In Ariſtogitonẽ oratione priori: quẽ locũ Budęus primu reſtituit, & hîc quidẽ Demoſthenis atq; Chryſippi, alibi[n] Platonis, Theophraſti, Hippocratis[p], Homeri[q], Ciceronis,[r] Vergilij[s] teſtimonijs iuris cõſulti vtũtur, vt planè (niſi apud Barbaros) audiẽdi merito barbari iſti nõ eſſent, qui bonorũ auctorum nomina, quia doctũ aliquid ſonant, ideo per horreſcunt.

n l. quibus rebus. ff. de alea vſu. et alia. l. ſi rẽ tibi. §. ſi ex ſpõſionis. ff. d præſ. ver. o l. 2. ff. de mundi. l. iura. l. antiq. ff. ſi pr. hæ. peta. p l. ſeptimo ff. de ſta. homi. q l. 1. ff. de contrahen. empt. r l. Cicero. ff. de pœn. l. falcinius. §. cum hoc edictum. ff. qb. ex cauſ. in poſ. ea. s l. in tantum. §. ſi. ff. de re. diui.

Νόμος

Νόμος ἐστὶν.)Demoſthenē,Chryſippū,Mar-
tianūq; hoc loci quidā reprehendūt, q̃ le-
gis diffinitionē iuſtam minime attulerint.
Sed cū ſint variæ diffinitionū ſpecies à Vi-
ctorino Boethioq; diffuſius traditæ, ego
eos[a] magis ſequor, q de ea diffinitiōis ſpe
cie hîc accipiūt, q̃ κατ᾽ ἔπαινον concipitur. i.
laudatiōis ſeu encomij cauſa: cui contraria
illa eſt, q̃ κατὰ ψόγον. i. per vituperiū fiat:
vt, ſerui ſunt, qui pro nihilo reputantur[b].
Neq; enim tam diffinire quam laudare le-
gem illi voluerunt: quod & Cicero fecit
pro. A, Cluentio. Hoc enim (inquit) vincu
2 lū eſt hui' dignitatis, qua fruimur in Rep.
hoc fundamentū libertatis, hic fons æqui-
tatis: mens & animus, & conſiliū, & ſenten
tia ciuitatis poſita eſt in legibus: vt corpo-
ra noſtra ſine mente, ſic ciuitas ſine lege,
ſuis partibus & neruis, ac ſanguine vti nō
poteſt. Legum miniſtri, magiſtratus: legū
interpretes, iudices: legum deniq; idcirco
oēs ſerui ſum', vt liberi eſſe poſsimus.
πάντας.)Omnes hoīes. Inde & idem De-
moſthenes in orat. κατὰ μειδίου, τὴν μὲν γὰρ
ἰσχὺν ὀλίγων, τοὺς δὲ νόμους ἁπάντων εἶναι, id
eſt potentiā quidem eſſe paucorum, leges
verò omnium hominum.
δόγμα) Roglerius, aut quiſquis is fuit, qui
Græcorum verborum expoſitiones Pan-
dectis inſperſit, ad verbū ex Græco Chry-
ſippi Dogma. Budæus Decretū: Vlpianus
ſuprà Conſultū, ad ſenatusconſulti nomen
(vt opinor) alludens.
ἑκουσίων.) Voluntariorū Rogl. conſultorū
Bud. At Iuriſcōſultus ſuprà, quæ ſponte
vel ignorantia contrahuntur.
ἀκουσίων.) Non voluntariorū Rogl. incon
ſultorū Bud. ea ſunt quæ per ignorantiam
admittūtur. Sed quid ſi habens vxorē ſu-
ſpectam, ſeruo imperet, eam occidat,
3 alioquin peribit: ſeruus occidit, an ex-
cuſetur? Petrus & Cynus[c] excuſari cre-
dunt, quia aliter tueri ſe non potuerit[d].
Quo in articulo variè & leges & interpre-
tes omnes ſentiunt. Et in foro contentio-
ſo ex iuris Regula[e] adhibenda videtur di-
ſtinctio, leuia an atrocia ſint, quæ domini
iubēt[f]. In foro conſcientiæ exploratum
eſt omnium Philoſophorum, Theologo
rum, & Iuriſprudentum conſenſu[g], mor-
tem & extrema omnia ſubeūda, priuſquā
quicquam eorum quæ natura fœda ſunt,
4 facias: & generalius, prius omnia ſubeun-
da, quàm vt mortaliter pecces. Huic con-
ſequens latus ille de voluntario & inuo-
luntario articulus à Mario præcipue hîc
diſcuſſus. Inde & late fuſa & multiplex
quæſtio, num coacta, voluntas ſit[h]. Athe-
nis certè homicidia voluntaria acerbius
quàm non voluntaria puniri ſolita ſunt, li-
cebatq; lege, cædis non voluntariæ crimen
euadere, ſi is qui cædis reus erat, quendam
ex cōſanguineis precibus exorare potuiſ-
ſet, & ad clementiam adducere: cuiuſmo-
di exorata placabilitas, αἴδεσις vocabatur. 5
Apud vetuſtiores Græcos fortuiti homici
dij pœna ἀπενιαυτισμὸς fuit, id eſt, vt per
annum homicida exularet[i].
συνθήκη.)Ad verbum compoſitio eſt: Bu-
dæo, conuentum eſt: Iuriſconſulto ſuprà,
Sponſio.
ἐν τῇ πόλει.)Qui in ciuitate ſunt. Imò om-
nes vbique gentium[k]. Exiſtimo ergo aut 6
partem μετωνυμικῶς pro toto poſitam, aut
legem municipalem hîc definiri. Sed an
non leges ciuitatis ad territorium & eiuſ-
dem ciuitatis ſuburbia extendentur[l]? Et 7
non dubium eſt, extendi. Sed etſi quæ adij
ciātur acceſſoriæ[m] (vt Hiſpaniæ ditioni In-
diæ occidentales nuper repertæ) eiſdem,
quibus Hiſpania, legibus gubernabuntur:
Aliud eſt, ſi quæ adijciantur, non vt acceſ-
ſionis ſed vt augmenti principalis vicem 9
obtineant[n]: quale regnum Siciliæ eſt, Flā
driæ comitatus, & ſimilia. Quæ approba-
tiſsima ſentētia videtur[o]. Quinetiā & de 10
conſuetudine ciuitatis idem conſentiunt,
vt villas, vicos, municipia ciuitati ſubiecta
liget[p]. Idemq; ferè & in priuilegijs aiūt[q]:
& Pōtificij in interdictis[r], niſi fortè ciuita
tis mentio ſeorſum facta ſit: quod hîc An-
gelus rectiſsime adiecit.
CHRYſipp'.) Hic Cleanthis diſcipulus 11
fuit. Scripſit volumina ſeptingenta quin-
que: de quo dici ſolitum aiunt, εἰ μὴ γὰρ ἦν
Χρύσιππος, οὐκ ἂν ἦν στοά, nō futuram Stoico
rum ſectam, ſi non eſſet Chryſippus, cla-
r' adeò in dialecticis, vt exiſtimarint mul-
ti, ſi dialectica apud Deos eſſet, non aliam
futuram quàm Chryſippeā. Scripſit tamē
& inter alia de legibus, quod ex Diogene
Laërtio in eius vita ſat conſtat.
βασιλεύς.) Regina diuinarum atque huma
narum rerum lex à Chryſippo dicitur. At
antiquus interpres (rudis planè & ignarus
Græci ſermonis) pro Regina vertit noti-

a Alci. pa rer. lib. 9. c. 22.
b l. Antepe. ff. de regu. iur.
c Cyn. in l. 1. C. vn̄ vi.
d l. ſcientiā. §. qui cū ali ter. ff. ad l. aquil.
e l. ad ea. ff. de regul. iur.
f Bar. in l. ſi familia. ff. ſi fami. fur. fec. dic.
Deci. in l. velle nō cre ditur. ff. de regu. iu.
g Saluno. hic. pag. 2.
h l. ſi mu- lier. §. metū 2. ff. q̄d met. cauſ. Deci. i d. l. velle.
i Alci. pa- rer. li. 2. c. 2.
k l. iud. c. C. de iudæ. l. leges ſacra tiſsimæ. C. de legib.
l l. 1. §. cum vrbem. ff. d offic. præfe. vrb.
m l. pecu- liū. in prin. ff. de leg. 2.
n l. ſi quan do ducianæ. C. de appel.
o Bald. & oēs. in l. cū fundus. de leg. 2. Bar. et alij in l. ſi cō uenerit. §. ſi nuda. ff. de pig. act.
p Glo. in l. ex ea. ff. de poſtu. Alb. in l. 1. C. quæ ſit lon. con- ſue.
q Dec. in c. Rodulphus. de reſcript.
r c. ſi ciui- tas. de ſent. excō. in 6.

tia: credo, qa in iuriſprudentiæ diffinitione vidit, & legis quoq; quadrare opinatus eſt. Verum vt illic belliſsime, ſic hic præter Philoſophi iuriſconſultique propoſitum prorſus poneretur. Dedit autem ille nõ ſolum errandi occaſionem Accurſio, ſed & Theologis quibuſdam cum primis doctis anxiè inquirendi, quo bono ſenſu Chryſippi verba defendi poſſent. Quam curam leuare dubio procul potuit, ſi fideliter trãſtuliſſet.

θείων.) Diuinarum. Accurſius exẽpla ponit de Sum. trini. & fide catho. De ſacroſ. eccleſ. &c. quæ expoſitio Chryſippi temporibus non cõuenit. Alciatus[a] huc alluſum hîc credit, vt intelligeretur legibus quoque ſubijci Deos.

a Alci. lib. 4. diſpunc. c. 14.

προστάτην εἶναι,) Id eſt præſidem eſſe. Rogl. verò male qui Præſtare.

12 Κανόνα.) Regulam. Accurſius autem regulam ſic accipit, vt Iuriſconſulti ad tractatũ de Regulis iuris. Sed præſtat, vt cum Alciato Κανόνα exponas, regulam quam oẽs imitemur. Plin. lib. 34. Polycletus fecit, quem Canona artifices vocant, lineamenta artis ex eo petentes, velut à lege quadã. Vſus eſt & Ariſt. ad Theodectẽ. οὐ γὰρ δεῖ τὸν δικαστὴν διαστρέφειν εἰς ὀργὴν προάγοντας ἢ φθόνον, ἢ ἔλεον, ὅμοιον γὰρ κἂν εἴ τις ᾧ μέλλει χρῆσθαι κανόνι, τοῦτον ποιήσει στρεβλόν, id eſt, neque enim oportet peruertere iudicem in iram, aut inuidiam, aut miſericordiam trahentes: ſimile enim id eſt, ac ſi quis regulam, qua vti debet, hanc torqueat.

Καὶ τῶν φύσει πολιτικῶν ζώων.) Id eſt eorũ quæ naturaliter ciuilia ſunt animantium, Alciatus & recte. Nam Accurſius cum Rogerio inextricabiliter errat.

ὧν οὐ ποιητέων.) Non faciendorum. Sic & Cice. lib. 1. de legib. Lex eſt ratio ſumma, quæ iubet ea quæ facienda ſunt, prohibetque cõtraria &c. Cæterũ & varias eſſe legis diffinitiones à Theologis, Iuriſconſultis, Philoſophis alijſque bonis auctoribus traditas, quis ignoret? Verùm vt eas nunc perſequamur, operæ prætium non eſt.

III. POMPONIVS Libro vigeſimo quinto ad Sabinum.

IVRA conſtitui oportet (vt dicit Theophraſtus) in his quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον non quæ ἐκ παραλόγου accidunt.

1 *Argumentum à communiter accidentibus.*
2 *Accidere aut euenire dicuntur etiam quæ ſemel.*
3 *Vſitata non dicuntur, niſi quæ bis, vt minimùm, facta ſint.*
4 *Solita fieri an dicantur quæ ſemel fiant.*

IN HIS quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον.) Id eſt frequẽter: quem locum Budæus ex Florẽtinis Pandectis reſtituit. Sic autem Hermagoras & Theodorus Gadareus appellant, quod nos vulgò argumentum à cõmuniter accidentibus[b]. Haloandri editio hîc minimum placet, 1 qui dictiones has Græcas legit per conſequentiam.

ACCIdunt.) Accidũt igitur, aut eueniũt etiam quę ſemel[c]. Cõſueta aut vſitata ſunt, 2 non niſi quæ bis[d], vt minimùm. Sed quæ ſolita fieri dicemus? Et Bartolus[e] etiam ea 3 quæ ſemel, quòd ſic de alimẽtis ſcriptum extet[f], quæ pater familias præſtare ſolitus 4 fuerit: & ea opinio Paulo auctore communis eſt[g]. Baldus[h] contrà non dici ſolitum, niſi quod bis ſaltim factũ fuerit, huic Decius[i] non paucis motus accedit. Ego etiã hos ſequor, & nonnulla iam olim adieci,[k] quæ me, ne communem teneam ſententiam, omnino mouent.

IIII. CELVS Libro quinto Digeſtorum.

EX HIS quæ fortè vno aliquo caſu accidere poſſunt, iura non conſtituuntur.

1 *Lazarus & miraculo reſuſcitati an recuperent ſua.*

VNO aliquo caſu.) Accurſij primum exemplum de Lazaro eſt: quod (vt Angelus ait) Doctores 1 ideo non ſequũtur, quòd ethnico iuriſconſulto Euangelij reſpectum fuiſſe, veriſimile non ſit. Sed nunquid aut Lazarus, aut reſuſcitati ſua recuperant? Idem Accurſius

b l. neque natales. C. de proba. Alci. parer. li. 1. cap. 7.
c l. nam ad ea. infra.
d l. de quibus. infra.
e Bar. in l. 1. C. quo. et quan. ind.
f l. mela verſi. ſed ſi aliměta. ff. de ali. & cibа. le. vbi Bar.
g Pau. in l. 1. C. quo. & quan. ind.
h Bal. in l. iſtem lapilli verſi. decimo quæritur ff. de re diui.
i deci. in rubri. de conſue. col. pen. Deci. in l. vt liberis. nu. 11. C. de colla. & in l. certi cõditio. §. ſi nũmos. co. 2. ff. ſi cer. peta.
k l. q ſaltũ de leg. 3. l. q ſitũ. §. ſi. ff. eo. l. ſi vxori mundus. §. cũ ita. ff. de au. & ar. gen. leg.

curſtus[a] & hîc & alibi recuperare arbitratus eſt: quod omnes omnino probāt[b]. An & ea quæ animæ imprimuntur, qualia Ordo, Baptiſmus & cętera ſacramenta? & nō amiſſa verius eſt[c], tantum abeſt, vt non recuperentur. De vxore[d], filijs, profeſsione, & alijs cæteri diſputant.

a glo. in l. ſeruus. 2. ff. de actio & oblig.
b Alex. in l. ſi marito. in princ. eo. ſ. ff. ſol. ma. Zaſ. hic.
c Abb. i. c. fraternitatis. col. pen. de frigi.
d l. eudæ. ff. de capti.

V. IDEM Libro decimo ſeptimo Digeſtorum.

NAM ad ea potius debet aptari ius, quæ & frequēter & facile, quàm quæ perraro eueniunt.

1 *Raro accidentium exempla.*

1 PERRARO.) Sic non præſumit lex, viuere aliquem vltra centum annos[e], nō mulierē parere in vndecimo menſe[f], neq; propter bonas mulieres (vt Accurſius inquit[g]) leges fiunt, raræ enim ſunt: ſic & rara quæſtio illa fuerit, nunquid inter aſcendentes, nuptiæ vltra quartum gradum licitæ ſint[h].

e l. 2. §. ſi dubitetur. ff. quemad. ceſſ. ape.
f Auth. & reſti. & ea quæ par. in. xj. men.
g Auth. vt ſine prohi. mat. Barto. in. l. pat ſeuerinā. §. ſocrus. ff. de con. & de mon.
h g. i. l. nuptia. ff. d ri. nup. Abb. in. c. non debet. de conſan. et affi.

VI. PAVLVS Libro decimo ſeptimo ad Plautium.

Τὸ γὰρ ἅπαξ ἢ δὶς (vt ait Theophraſtus) παραβαίνουσιν, ὅνομοθέται.

1 *Rariſsimi caſus non conſiderantur, rari conſiderantur.*

VT AIT Theophraſt⁹.) Sic & alibi[i], τὸ γὰρ ἅπαξ, ἢ δὶς (vt ait Theophraſt⁹) παραβαίνουσιν οἱ νομοθέται, rariſsimi certè
1 caſus non conſiderantur, rari conſiderantur[k]: quod Accurſius & alij notāt[l]. Solon verò interrogatus, cur nullum ſupplicium conſtituiſſet in eum qui parentem necaſſet, reſpondit id ſe neminem facturum putaſſe. Dicitur ſapienter feciſſe, cùm de eo nihil ſanxerit, quod ante commiſſum non erat, ne non tam prohibere, quàm admonere videretur. Cicero pro Roſcio, Amer.

i l. antiqui ff. ſi pars ha. peta.
k l. ſeptimo. ff. d ſta. homi.
l gl. et doc. hic Alex. li. 2. diſpu. c. 8.

VII. MODESTINVS Libro primo Regularum.

LEGIS virtus hæc eſt, imperare, vetare, permittere, punire.

1 *Legis virtus quid.*
2 *Tormētis an poſsint eſſe præſentes aduocati.*
3 *Legis imperantie exempla.*
4 *Pœna non parentis legis imperio quæ ſit.*
5 *Imperandi verbum mitius, quàm iubendi*
6 *Imperatores cur ſic dicti.*
7 *Imperare, id eſt, parere.*
8 *Pœna quæ ſit eius, qui facit contra legem vetantem.*
9 *Delictum commiſsionis maius quàm omiſſionis.*
10 *Permiſſa iure naturæ omnia regulariter, ſed quædam non niſi per legem.*
11 *Puniat lex negatiuè, an affirmatiuè, per multum intereſt.*
12 *Lex punit, non iudex.*
13 *Legis omnes virtutes ad quatuor reducūtur.*
14 *L. 16. titu. 1. par. 1.*
15 *Conſuetudinis virtutes eædem quæ & legis.*

LEGIS virtus.) Poteſtas, ſiue officium, & alij aliter: Sed hæc expoſito receptior eſt[m]. 1
IMPErare.) Acurſius exemplū ponit in lege Iulia de adulterijs, quæ accuſantem, accuſatum, & aduocatos præſentes eſſe iubet, cū ſerui torquētur. Idem alibi[n] (quod Bartolus[o] & cæteri magis probant) præſentes eos eſſe poſſe diſputationi, an torquendi ſint, non tamen quæſtioni. Imperandi verò exempla poni poſſunt in educatione parentum, in inſtitutione ſeu exhęredatione filiorum, & alia per multa. Sed quæ pœna eſt eius, qui legis imperio non paret? Et eſt uerius, ſi certa ſtatuta ſit, eam imponendam[p]: ſi nō ſit certa ſtatuta, arbitrariam futuram[q]. Cæterùm eſt imperandi verbum mitius ciuiliusque, quàm iubendi. Vn̄ etiā (quod in prooemij Rubrica diximus) Imperatores dicti, quòd modeſtius æquabiliusque eſſet id nomen, quàm Regis aut domini. Sed & imperare,

(margin numbers beside the above paragraph, in order: 2, 3, 4, 5)

m Ang. hic.
n g. in Auth. de teſti. §. quia vero ſape. in. gl. aduocato rum.
o Bart. hic. et in l. cuſtodias. ff. de publi. iudi.
p l. ſanctio legū. ff. de pen.
q l. 1. §. expilatores. ff. de effrac. g. i. l. nemo. martyres. C. de ſacroſ. eccle.

7 parere quandoq; eſt: vt apud Cice. lib. 9. e
piſto. pen. & apud Saluſtium in Iugurta:
& fortè apud Alphenum[b]: & ſi nuperri-
me quidam diſſentiant.
8 VETARE.) Sed quæ[a] pœna eius, qui cō
trarium faciat? Et ſi ſtatuta certa non ſit,
non eſt dubium, arbitrariam futuram: vt
9 noueris tamen maius eſſe commiſsionis,
quàm omiſsionis delictum[b].
10 PERMITtere.) Sed an non iure natura-
li omnia permiſſa ſunt[c]? Et reſpondet Bal
dus, nonnulla eſſe quæ (niſi lege permiten
te) non licerent[d].
11 PVNIRE.) Neque hîc, neq; in ſuperio-
ribus (& ſi Accurſius id faciat) aliquid eſt,
cur laborem exemplis. Quod verò attinet
ad poſtremum hoc, notandum ſummope
re eſt, ſi lex negatiuè puniat (verbi gratia
ſi non fecerit inuentarium) monitionem
requiri, vt in pœnam incidat. Quod ſi affir
matiuè cōcepta punitio ſit (vt ſi quis per-
cuſſerit clericum) etiam monitione ceſſan
te, pœnam committi: quæ ſententia Inno
centij eſt[e], laudata paſſim & ab alijs proba
12 ta. Sed quis eſt qui punit, lex'ne an iudex
potius? Et legem punire aiunt[f]. Sed an nō
lex aliquando etiam conſulit, diuidit, diffi
nit, regulam tradit, vt Accurſius & Ange-
lus notant, quinetiam lex omnis (quod
13 Fabi⁹ ait.) aut tribuit, adimit, punit, iubet
aut permittit? Et reſpondet Baldus, quem
ſequimur, cætera omnia ad quatuor haſce
legis virtutes reduci poſſe[g]: quomodo &
14 Hiſpaniæ quoq; legem[h] nos intelligimus
quæ quintam (cōſulendi ſcilicet) legis vir-
15 tutē adiecit. Adde quod & conſuetudinis
eædem virtutes ſunt. Imperat[i] enim, ve-
tat[k], punit[l], permittit[m]. Illudq́ue memi-
niſſe ſemper oportet, præcellere ferè alijs
virtutem legis vetantis.

a l. medic⁹. ff. de ope. liber. Alcia. lib. 7. parer. c. 13.
b Glo. in. l. ſi mora. ff. ſolut. mat.
c l. 3. ff. de ſtat. ho.
d l. 1. §. cū autē. ff. de alea. vſu. et alea.
e Innoc. in. c. extirpanda. ad ſi. de preben.
f l. palam. ff. de ritu. nup. gl. in. l. cum probatio. ff. de p̄bat.
g l. 1. cū. g. ff. de. ſtatu homi.
h l. 16. tit. 13. par. 1.
i Bal. in. l. de quibus. nu. 34. iſra.
i c. cum dilectus. de ſi. inſtru.
l l. ſæcularij. §. ſūt qdam. ff. de extraor. cri.
m l. vendi tor. §. ſi conſtat. ff. com. prado.

VIII. VLPIANVS Libro tertio ad Sabinum.

IVRA nō in ſingulas perſonas, ſed generaliter conſtituuntur.

1 *Lex. 12. tabul. Priuilegia ne irroganto.*
2 *Priuilegium, quid olim, quidq; hodie ſit.*
3 *Lex Athenienſium de priuilegijs non ferendis.*
4 *Leges omnibus aut maiori parti feruntur.*
5 *Leges in ſingulas perſonas quando ferantur.*
6 *Leges cæteræ à regulis iuris in quo differant.*
7 *Statuta de certis perſonis an ad alias extendantur.*
8 *Lex de virili ſexu concepta, an extendatur ad fœminas.*

IVRA nō in ſin
gulas pſonas.) Sūpta ex. 12. ta 1
bu. Priuilegia ne irroganto:
quæ verba Cicero lib. 3. de legibus ex-
ponit, eſſeque priuilegia docet, leges quæ
de priuis ſeu priuatis ſingulis'ue homini-
b⁹ latæ ſint, vt rectè admoneat Budæus, lō
ge aliter hoc ſæculo priuilegij vocem acci
pi, quàm olim ſoleret. hodie enim priuile 2
gium prærogatiua aut principis indultū
dicitur[n]: quo ſenſu & Vlpian⁹[o] poſuit. O-
lim, lex aut in gratiam aut in odium priua
ti alicuius lata, quæ etiam interdum lex
appellata eſt:[p] extatq́; & nunc in Oratio-
ne Demoſthenis contrà Ariſtocratē Athe
nienſium lex, μὴ ιέμορ ἐπ' ἀνδρὶ ἐξεῖναι θεῖναι. 3
Vnde fortè. 10. viri mutuauerint.
SED generaliter.) Omnibus, aut maiori
parti. Liuius lib. 4. de bello Macedo. ſub 4
perſona Catonis legem Oppiam rogātis.
Nulla lex ſatis commoda omnibus eſt: id
modò quæritur ſi maiori parti, & in ſum-
mam prodeſt: ſi quod cuique priuatim of-
ficiet ius, id deſtruet ac demolietur. Quid
attinebat, vniuerſos rogare leges, q̄s mox
abrogare, in quos latæ ſunt, poſsint? Sed &
Ariſtoteles ad Theodectē lib. 1. ἡ μὲν τοῦ
νομοθέτου κρίσις, οὐ κατὰ μέρος οὔτε ἐπὶ τῶν πα-
ρόντων, ἀλλὰ ἐπὶ μελλόντων τε, καὶ καθόλου ἐστίν,
id eſt, legiſlatoris iudicium non ſecundū
partem eſt, neque in præſentia, ſed de futu
ris & generaliter.
CONſtituūtur.) Aliquando tamen fauo-
re[q], aut odio[r] priuati alicuius, aliquādo cer 5
tarū perſonarū reſpectu, ſi ſuper eiuſmodi
facto, quod nō oēs ſed aliquos tāgat: ſic vt
de quolibet contractu vectigal ſoluatur:
vt litigantes fiſco certum quid ſoluant: vt
conſanguineorum affiniumq́ue contro-
uerſiæ compromiſsis decidantur[s]: ſic &
quæ priuilegia in quorundam gratiam
conceſſa ſunt, ad alios minime trahen-
tur[t]. Sed ſi generaliter leges omnes con- 6
ſtituuntur, an non & omnes regulæ iuris
dicen-

n Rub. de priuil. et exceſ. prela.
o l. prīceps. infra.
p l. poſt liminij. ad ſi. ff. de capt. l. vlt. ff. de legat.
q l. neque Dorotheum C. de decu. lib. 10.
r l. damnamus. C. de hære.
s Bal. in. l. conſti. C. §. quibus.
t l. 1. §. plani. ff. de cōſti. prin.

iuris dicentur? Et Accurſius Bartolusque leges à regulis in hoc differre credidere, ꝙ regulæ per verba vniuerſalia affirmatiua, aut negatiua tradantur: quod in alijs legibus non eſt. Ego cũ Zaſio differentiam in eo magis eſſe dixi, ꝙ lex hypotheſim, regula theſim habet: lex ex facto oritur[a]: regula ex lege: lex ad facta ſe arctat, regula ius, non factũ reſpicit. Sed num & ſtatuta quoq; ad omnes perſonas trahũtur? Et eſt verius non trahi[b], pactorũ exemplo[c], quæ
8 ſtatutis æquiparãtur[d]. Quid ſi de certo genere lex fiat, vt quia de maſculino ſexu cõcepta ſit? Verbi gratia, lex eſt, vt nullus nocte ſine lumine incedat, an & fœminas liget? Et Iacobus, Cynus, Bartolus ligare aiunt, vbi eadem ratio ſit.

a l. Si ex plagis. §. in clivo. ff. ad l. Aquil.
b l. 1. §. plane. de cõſti. princ. Bart. in l. oẽs populi. nu. 63. de iuſti. & iure.
c l. Itẽ qa. §. 1. ff. d pac.
d Glo. rub. C. de decre. decu. lib. 10.

IX. IDEM. Libro. XVI. Ad edictum.

NON ambigitur, Senatum ius facere poſse.

1 *Conſilium ciuitatis cuiuſque an habeat facultatem legis condendæ.*
2 *Pauli opinio aduerſus Marium defenditur.*
3 *Appellandum ad quem ſit à cõſilio ciuitatis.*
4 *Leges condere an liceat alijs præter principẽ.*
5 *Venia ætatis an poßit impetrari coram Senatoribus.*
6 *Principibus quædam reſeruantur in ſignum excellentiæ.*
7 *Venia ætatis per ſtatutum cõcedi non poteſt.*
8 *Veniæ ætatis conceßio, principale beneficium eſt.*
9 *Legitimari per ſtatutum ſpurij non poſſunt.*

NON ambigitur.) Iuris indubitati eſt. Vt autẽ S. Conſulta ius facerent, lex nulla lata, ſed tacito conſenſu inductum: licuit ergò populo, atq; adeo plebi ſoli leges facere, quæ leges & plebiſcita dicta ſunt. Senatui, vt quod ſtatuiſſet iuris auctoritate valeret.

1 SENAtum.) Romanum[e]. Quid de conſilio ciuitatis cuiuſq;? Et habere poteſtatẽ legis condendæ Paulus affirmat. Sed ve-
2 reor (Marius inquit) ne erret Caſtrenſis, quoniam hîc de Romæ Senatu loquitur: cui ſicut non aliæ ciuitates, ita nec cõſiliarij Senatoribus Romanis comparari poſſunt. Igitur & aliorũ locorũ Decuriones[f], non Senatores nuncupantur: & Decurionum decreta, dicta[g], non Senatuſcõſulta. Ipſe vereor, nenõ potius erret Marius, nã conſilium Decurionũ, ſtatuta facere poſſe nemo eſt qui neget[h]. Et Paulus non de lege, ſed de ſtatuto locutus eſt.

e l. 2. §. Deinde qa. ff. de orig. iur.

IVS.) Senatuſconſultum, ſed & à Senatus 3
ſententia prouocatio non fuit[i]. Quo argumento, Paulus hîc, à conſilio ciuitatis ad populum prouocationẽ non eſſe ait: quod & ipſe probo. Nam à cõſilio ciuitatum ad Principem prouocari poſſe quis dubitet.
FACERE poſſe.) Sed an non legem con 4
dere ſoli Principi licet[k]? Reſpondcri variè poteſt. Primò, principẽ ſolum hoc poſſe, alium præterea neminem. Secundò, legis condendæ poteſtatem ſoli Principi competere: ſed poſſe facere Senatores Senatuſconſulta. Ego ſi propriè loquamur Leges ad populum, Senatuſconſulta ad Senatum, Conſtitutiones principum ad Imperatores rcferri debere ſcio. Tertiò tamen reſpõderi poteſt, Principem ſolum ius cõmune facere, Senatum Romæ olim etiam commune, Senatus hodie ciuitatum, mu-
nicipale[l]. Sed nunquid coram Senatori- 5
bus venia ætatis impetrari poterit? Et non poſſe verum eſt. Id enim ex eorum nume-
ro dicitur, quæ principi reſeruãtur[m]: qua- 6
lia adoptio[n], legitimatio per reſcriptum
Principis[o], & alia non pauca[p]. Cui conſe- 7
quens, vt neq; ſtatuto venia ætatis cõcedi
poſsit. Principale enĩ beneficiũ hoc eſſe, 8
& Codex quoq; Theodoſianus, & Conſtãtinus Harmenopulus libro. 1. προχείρου, & Caſſiodorus lib. 7. Variarum teſtãtur. Sic
neq; ſtatuto ſpurij legitimari poſſunt, ꝙ le- 9
gitimatio ex eorũ etiam numero ſit, quæ principi reſeruant[q]. Quid ꝙ ſtatuta aut à populo fiunt, aut ab ijs qui populum repræſentant[r]: nullibi uero legimus populo eã poteſtatem conceſſam. Quid quòd neque ordo Decurionum reſtituit natalibus[s]?

f l. pupill. §. dicitur oẽs. ff. de verb. ſignif.
g Rub. C. d decre. decu. libr. 10. & Rub. de decre. ab ordi. fa.
h l. aliud. §. referuntur. ff. d reg. iu. glo. in l. ſed ſi ex dolo. ff. d dolo. Bar. in l. oẽs. i. 2. q. princi. de iuſt. & iu.
i l. 1. ff. à qbus. appell. lic.
k l. vlt. C. de legib.
l Bar in l. oẽs. 1. 2. opp. de iuſti. & iure.
m l. 2. C. de his qui veni. ætat. ĩpe.
n §. 1. inſti. de adop.
o §. fin. authent. quib. mod. nat. eff. ſui.
p Bal. in l. 1. C. de iu. aure. annul.
q Authẽ. quib. mod. natur. effic. ſui. §. fi.
r Gloſ. in l. ſed ſi ex dolo. ff. d dolo.
s l. 1. C. de iu. aureo. annul.

X. IVLIANVS. Libro. LIX. Ad edictum.

NEQVE leges, neque Senatusconſulta ita ſcribi poſſunt, vt omnes caſus qui quandoque inciderint,

E 5

rint, comprehendantur: ſed ſufficit & ea, quæ plerumq; accidunt, contineri.

1 *Leges cur quotidie nouæ ferantur?*
2 *Leges quemadmodum rectè fiant.*

NEQVE leges.) Quæcunque.

S. CONſulta.) Si non leges, neque Senatus cōſulta. videtur em̃ quoddammodo bis κατά τοῦ αὐτοῦ dixiſſe.

1 SCRIBI poſſunt.) Natura enim rerũ id comparatum eſt, vt plura negotia ſint, q̃ vocabula[a]: ſed & caſuum infinitas facit, vt leges aliæ atque aliæ indies, ac denique vt finito præciſouè aliquo modo tradi vix poſsint[b].

a l. natura. ff de praſ. ver.

b c. non debet de conſan. & affi.

VT OMnes caſus.) Ariſtoteles (vt ſuprà diximus) in Rhetoricis ad Theodectem
2 (quod Baldum hîc minimè latuit) bene conſtitui leges exiſtimat, quæ quoad eius fieri poſsit. omnia diffiniant, & iudicis arbitrio vel minimum relinquant. Primum, quia facilius vnũ aut paucos, quàm multos reperias, qui rectè ſentiant, vel leges ferendo, vel iudicando. Deinde, quia leges ex ijs fieri ſoleant, quæ multo ante præuiſa ſint: iudicia ex ijs quæ in præſens accidunt. Poſtremo (quod vel præcipuum eſt) quòd legiſlatoris iudicium non partes aut præſentia reſpicit, ſed de futuris & generale eſt, cum iudex præſentia præciſaq; iudicet, & quem aut gratia aut odium, aut ſui ipſius commodum proprium ſic nonnunquàm tranſuerſum agat, vt verũ contemplari ſatis non poſsit: iudicio enim offundit tenebras quicquid iudici dulce aut moleſtum eſt.

XI. IDEM. Libro. XC. Digeſtorum.

ET IDEO de his, quæ primo conſtituuntur: aut interpretatione, aut conſtitutione optimi principis certius ſtatuẽdum eſt.

1 *Sententia non eſt nulla, ſi lata ſit aduerſus legem, cuius varij ſint intellectus.*

DE HIS.) Ideſt, ad eorũ exemplum.

QVAE primo conſtituuntur.) Quæ iam conſtituta ſunt.

INterpretatiõe.) Iuriſcõſulti, aut iudicis.

CONſtitutione optimi principis.) Qui legem aut tulit, aut ferre poteſt. eius enim interpretari eſt, cuius & condere[c]. Quidã hîc, conſultatione, legunt: qui ſenſus non male quadret, niſi q; legũ ipſe verba cõtra omniũ codicum fidẽ temerare vix ſoleo.

CERTIVS.) Quid ſi variè legem intelligant[d]? Et receptum eſt[e], iudicis ſententiam non eſſe nullam, cum iuris errorem contineat: in quo variæ opiniones ſint. 1

c l. vlt. C. de legib.

d l. Dos à patre. C. ſol. mat.

e Bart. & Iaſo. in l. cũ prolatu. ff. de re iud. Bar. in l. poſt dotem. col. 7. ff. ſol. matr.

XII. IDEM. Libro. XV. Digeſtorum.

NON poſſunt omnes articuli ſigillatim, aut legibus, aut Senatuſconſultis comprehẽdi: ſed cum in aliqua cauſa ſententia eorũ manifeſta eſt, is qui iuriſdictioni pręeſt, ad ſimilia procedere, atque ita ius dicere debet.

1 *Argumentum à ſimili frequentiſſimum, ſed quod facilè euitari poteſt.*
2 *Lex Romuli.*
3 *Emancipatio olim cur fieret per tres imaginarias venditiones.*
4 *Patribus quo iure licitum, filios vendere.*
5 *l. 2. de pat. qui fili. diſtra.*
6 *Sanguinolenti filij qui?*
7 *Pater an poſſit obligare, aut pignori tradere filium.*
8 *Communes opiniones contrariæ.*
9 *l. 8. titu. 17. part. 4.*

NON poſſunt.) Non poteſt id humana fragilitas.

ARTIculi.) Caſus.

SIGILLAtim.) Præciſè, & expreſsim.

IS QVI iuriſdictioni præeſt.) Iudex ſententiam dicturus.

AD SImilia.) Huius rei infinita exempla 1
ſunt. Non eſt enim in iure noſtro latius argumentum: ſicut neq; vllum infirmius, vt pote quod vel data modica diſsimilitudine, euitari poteſt[f].

PRocedere.) Habet autem locũ proceſſus hic vel de ſcripto iure ad ſcriptum, vel de non ſcripto ad ſcriptum.

f l. Iulian' ſcribit. ff. de iu. dot. c. cũ martha. in prin. de cele. miſſa.

ATQVE ita ius dicere.) Ex multis vnũ (qđ & Accurſij hic eſt) exẽpli cauſa, libet ſubijcere. Permiſit em̃ Romul' patrib', vt 2
filios vẽdere poſſent, ſi vellẽt, ita lege lata. Parentum in liberos omne ius eſto relegandi, vendendi, occidendi. Ea poteſtas (Dionyſio auctore lib. ij.) tãta fuit, vt etiã ter filiũ vẽdere pater potuerit, ſi fortè à primo &

3 mo & ſecūdo emptore fili⁹ manumitteretur. Hinc tres illæ in liberorū emācipatiōe imaginariæ vēditiones, & manumiſsiōes: quarū Caius Inſtitutionū libro prioriti. 6. Iuſtinianus[a], Theophilusq; mentionē faciūt. Sic enī demū extincto patris iure, filij ius magis in tuto veteres fore iudicabant.
4 Relata eſt eadem lex in. 12. Tab. & multis annis ſeueriſsimè ſeruata. Numa tamē ab initio nonnihil mitigauit, qui voluit filiū, cui pater vxorem dediſſet, vendi ab eo nō poſſe. Multis deinde temporibus Dioclet. & Maxim[b]. poteſtatē hanc prorſus reſtringunt, ne liceat parentibus venditionis, donationis, pignoris titulo aut quolibet alio mō liberos in aliū trāsferre. Tandē Conſtātinus[c] vnū caſum excipit (quo ad Romuli legem reuertimur) cum pater ꝓpter nimiam paupertatem egeſtatēque, filiū aut
5 filiam ſanguinolentus, ideſt, crudelis, aut (quod alij[d] legunt) ſanguinolentos, ideſt,
6 recens natos & adhuc à matre rubentes vēdiderit. Quam lectionē Rubrica. C. de infantib. expoſit. confirmat: tum etiam altera in Codice Theodoſiano. libr. 5. de his q
7 ſanguinolentos emptos, vel nutriēdos acceperint, & in legis primæ contextu, & ab interprete, infantem à ſanguine emere, ideſt, recens natum. Quid ergo ſi nō vendere, ſed obligare aut pignori filium tra-
8 dere ex ea cauſa pater velit? Et licet de venditione lex ſcripta ſit, poſſe tamen iudicem idem interpretari, in pignore, Accurſius hic ſentit: quam opinionem receptam eſſe Ripa[e] ait: contrà in pignore idē non eſſe dicendum, communem eſſe Ia-
9 ſon affirmat[f]. Ipſe priorem probo, quòd & lege quoque Regia[g] eadem opinio expreſsè approbata eſt. Quæ, eò amplius & hoc permittit, vt obſeſſus fameque laborans pater filium comedere poſsit: dura quidem illa, ſed quæ tamē ſic ſcripta eſt[h].

a §. præterea inſti. qb. mod. ius patri. pot. ſol.
b L. 1. C. de pat. qui fili. diſtra.
c L. 2. C. de pat. qui fili. diſtra.
d Bal. in l. Romuli. l. 17.
e Ripa. 7 l. obligatiōe. nu. 13. ff. de pigno.
f Iaſo. in l. in ſuu. nu. 28. ff. de lib. & poſthu.
g l. 8. titu. 17. par. 4.
h l. proſpexit. ff. q & à quib.

XIII. VLPIANVS. Libro. 1. Ad edictum ædilium Curulium.

NAM (vt ait Pedius) quoties lege aliquid vnū vel alterum eſt introductum bona occaſio eſt, cætera quæ tendunt ad eandem vtilitatem, vel interpretatione, vel certa iuriſdictione ſuppleri.

1 *Vtilitas pro æquitate ponitur.*
2 *Certa iuriſdictio.*
3 *Leges quomodo interpretandæ.*

VTILItatem.) In quibus eadē æquitas verſatur. docui enim alibi lati[i], vtilitatis verbum ſæpiſsimè ad æquitatem referri.

CERTA iuriſdictione.) Ideſt certis Ma- 2
giſtratibus ad id conſtitutis. Sic enim Marius[k] exponit, cui magis in hoc, quàm Accurſio accedimus. Florentinus codex nodum diſcindit, qui, certè, legit.

SVPPLEri.) Nimia in propoſito varie- 3
tas. Nunc de ſimilibus ad ſimilia procedi debere[k], nunc conſuetudinis interpretationem ſequendam[l], nunc conſulendum principem[m], nunc benignius leges interpretandas[n]. Accurſius igitur & Bartolus diſtinguunt: hunc alij ſequuntur.

i Salom. in tract. de bono & æquo fo. 44
k l. nō poſſunt.
l l. minime l. ſi de interpretatione.
m l. & ideò. infr. & l. cum de nouo. C. de legibus.
n l. Benignius īfrà.

XIIII. PAVLVS. Libro. LIIII. Ad edictum.

QVOD VErò contrà rationem iuris receptum eſt, non eſt producendum ad conſequentias.

1 *Lex vel conſuetudo contra rationem, de ſimilibus ad ſimilia non extenditur.*
2 *Ratio iuris, & rationis tenor idem ſunt.*
3 *Filius cauſa neceſsitatis patrem vendere non poteſt.*
4 *Lex antiqua ſi duos caſus æquiparet, & noua de vno tantum mentionem faciat, in altero diſponere etiam videtur.*
5 *Conſequentiæ quæ dicantur, & de huius vocis varijs ſignificationibus.*
6 *Intellectus huius legis.*
7 *Argumentum ab antecedenti non valet in ijs quæ contra iuris rationem ſunt.*
8 *Per conſequentiam accipere aut legere, quid ſit?*

QVOD VErò.) De ſimilibus ad ſimilia procedendum eſt, præterquàm ſi ex eo ſimile trahatur, quod contra rationem iuris receptum ſit: quod & in conſuetudine quoque aiunt[o].

o Bart. in l. De quibus. col. 2. infrà.

RATIO-

2 RATIOnem.) Infrà vocat tenorem rationis[a].
NON eſt producendum.) Sic pater cauſa egeſtatis filium vendere poteſt[b], filius
3 patrem nō æquè. Cæterum ſi lex antiqua duo quædam æquiparet, & noua ſuper vno
4 tātum ſtatuat, idem & in omiſſo dictū accipimus[c], licet tractatus ex eorū numero ſit, qui exorbitantes vocantur[d]: vt Alexander notat[e], quod tamen alij variè declarant[f].
5 CONſequentias.) Doctores, conſequentias hoc loco, ideſt, caſus ſimiles interpretanī: quibus vt nō omnino repugno[g], ſic illud addo, per conſequentias factū alibi id dici, quod nō directò fiat. Vlpianus[h], Item aut per ſe metipſum alicui fit iniuria aut per alias perſonas: per ſe met, cum directo ipſi patri familias vel matri familias fit iniuria: per alias, cum per conſequētias fit, vt eum fit liberis meis vel ſeruis meis &c. Alibi[i] conſequentia pro appēdice ponitur. Poterit igitur legis eſſe ſenſus pri-
6 mus, vt quod contra rationem iuris receptum eſt, nō producatur ad caſus ſimiles. Secundus, ne in huiuſmodi non ſolum directò, ſed neque per indirectum extenſio fiat. Tertius, vt neque ad eos caſus, qui appēdices ſunt. Quartus fortè & hic eſſe pōt,
7 vt velit Iuriſcōſultus in ijs, quę cōtra rationē inducta ſunt, non eſſe locū argumento ab antecedēti[k]. Neq; enī valeat antecedes cōtra rationē iuris receptū eſt: ergo & cōſequēs recipiendū. Quæ ijs addēda cenſuerim, quæ de loci hui⁹ poteſtate recētiores
8 nō indiligēter notāt. Per cōſequētias accipere, in pœmio hui⁹ libri[l] dictū eſt, quaſi tu dicas, cōtinua lectiōe, perpetua & nō interrupta, q rurſus[m] cōſequētiæ curſus vocatur: & paulo poſt[n] optima cōſequentia. ſic & per literarū cōſequentiā ſcribere, id eſt, non per ſignorū captiones, notas, ſiue cōpendia[o]. Dialectici, conſequentias hodie aliter ſumunt.

a l. Ius ſingulare. infrà.
b l. 2. C. de pat. qui fili. diſtrax.
c l. ſi quis ſeruo. vbi gl. vlti. C. de fur.
d Glo. in l. 2. in glo. ad agnatū. C. de cura. furio.
e Alex. in l. cēturio. colum. 2. ff. de vulg.
f Crot. ī l. ſi conſtāte. col. 25. ff. ſolu. matr.
g Arg. l. 1. §. nulla iniuque. C. de vet. iu. enu.
h l. 1. §. itē. ff. de iniu.
i l. Paulus. 2. ff. de re iudi.
k l. 1. §. 1. ff. ſi vſusfru. pet. l. 2. ff. de iur. om. iud.
l §. In ijs autem.
m §. hi igitur.
n §. in reliqua.
o l. 1. §. fin. C. de veter. iur. enucle.

XV. IVLIANVS. Libro. XXVII. Digeſtorum.

IN HIS, quæ contra rationē iuris conſtituta ſunt, non poſſumus ſequi regulam iuris.

1 *Exceptio repugnet ne regulæ, an potius eam confirmet.*
2 *Exceptio de genere regulæ eſt, non de officio.*

REGVlam iuris.) Repugnat ergò regulæ exce- 1
ptio. At alibi firmari regulā exceptione notant[p]? Sed poteſt eſſe verum
vtrumq;. eſt enim exceptio de genere re- 2
gulæ non de officio. Itaq; cùm aliquid à regula excipimus, ex eorum numero caſum exceptum oportet eſſe, qui ſub regula cōtineantur, officium verò diuerſum. Quæ Dyni, Bartoli, & cæterorum opinio eſt[q].

p l. Nā q̄. lig. de. §. fin. ff. de pena leg. Auth. de non alie. §. vt autem.
q Deci. in l. 1. nu. 25. ff. de reg. iu.

XVI. PAVLVS. Libro Singulari de iure ſingulari.

IVS ſingulare eſt, quod cōtra tenorem rationis propter aliquam vtilitatem auctoritrte conſtituentiū introductum eſt.

1 *Ius ſingulare quid.*
2 *Singularia ideſt vnica, proba vox.*
3 *Tenor rationis qui, & tenoris vocem nouam non eſſe.*
4 *Vtilitatis appellatio publicā priuatamue vtilitatem comprehendit, equitate ſuadenti.*

IVS ſingulare.) 1
Speciale, ſic & ſingularia præcepta[r] pecuniæ. Sic apud Ciceronē ꝓ Roſcio Amerino, ſingularis audacia, cauſa noua & ſingularis, ſingulare maleficiū, q̄d ita raro extitit, vt ſi qn̄ auditum ſit, portenti ac ꝓdigij ſimile numereī. Nō
igit malè Doctores noſtri, cùm leges aut 2
gloſſas quæ nō alibi reperianī, ſingulares appellāt: eadēq; apologia eſt, cùm eodem ſenſu vnicas vocāt. Nā & ī eadē Orat. Vnicus filius is dicitur, q ſolus eſt: & vnica malitiā, ad Herenniū lib. 3. cap. de genere demoſtratiuo: & Plautus in cap.

Quid me patrem par facere eſt, quoi ille vnicus?

Et ſtatim,

Tibi ille vnic⁹ eſt, mihi etiā vnico magis vnic⁹.

TENOrem rationis.) Suprà[s] dixit rōnē 3
iuris. Quidā tenorē rōnis, ideſt, cōes iuris regulas: quæ ferè in idem recidūt. Tenoris verò vox ī hoc ſenſu noua nō eſt: ſed qua ſæpe Cicero, Liuius, & alij vtunī. Alibi[t] tenorem inſtrumenti, & ſcripturæ[v], & reſcripti[x] legimus: vt nunc vulgo loquūtur. Alibi tenor actiōis[y], alibi tenor veritatis[z],

r l. ſingularia. ff. ſi cer. peta.
s l. Quod vero. l. ī gs.
t l. Imperator. ff. de ſta. homi.
v l. ad probationē. C. de probat.
x l. cū precibus. eo. tit.
y l. ſancimus. C. de ſacroſan. eccl.
z l. 2. C. ſi cōtra ius vel vtil. pub.

VTI-

39

4 VTILitatem.) Publicam aut priuatam, æquitate id ſuadente.

XVII. CELSVS. Libro. XXVI. Digeſtorum.

SCIRE leges non hoc eſt, verba earum tenere: ſed vim ac poteſtatem.

1 *Memoria Iuriſconſultorum qualis eſſe debet.*
2 *Legis deciſio ex ratione ipſius augetur & minuitur.*
3 *Vis & poteſtas.*
4 *Tutela, ius & poteſtas, noniter definitio tutelę declaratur.*

SCIRE.) Memoria itaq; (dos vel
præcipua iuris conſultorum, vt
1 Cicero ait) non verborum, ſed
intelligentiæ, ſenſus, rationis, futura eſt.
Quare ſi ratio in lege expreſſa ſit, ex ea &
2 augeri & minui deciſionem, ſat conſtat:
quoniam leges non tam in verborum forma,
quàm in ratione conſiſtunt. Quid ſi vnica
tãtum reddi poſsit, quid ſi duæ, quid
ſi de ratione legis dubitetur, quid ſi ratio
correcta ſit Alciatus exequitur diligẽter[a].
VIM ac poteſtatem.) Accurſius, Baldus,
3 & cæteri[b] hîc, vim, propriũ verbi ſenſum,
poteſtatem, legis interpretationem exponunt.
Ego ex æquo duo hæc poſita eſſe arbitror:
quo circa ſciendum eſt, poteſtatis
verbum multa ſignificare[c]. Illud frequentius,
cùm pro vi ponitur. Sic legis commiſſoriæ[d],
& venditionis poteſtas[e], & actiõis
ad exhibendum vis[f]: Sic poteſtas cõditionis[g],
& contrà cõditionis vis[h]. quãdoq; tñ
iuncta ex æquo ponuntur: vt hîc, & in tutorũ
etymo[i]. Tutores (inquit) ſunt, qui eã
vim & poteſtatem habent. Et alibi[k], de noxalibus
actionibus, quarum actionum vis
& poteſtas hæc eſt. Et alibi[l] de codicillis
& teſtamẽtis, Cur diuerſum his inſtrumẽtis
vocabulum mandaretur, quæ vis ac poteſtas
vna ſociaſſet? Græcè vtrunq; vna voce
redditur δύναμις, quod Fabi⁹ lib. 2. oſtẽdit.
Sanè in tutelæ definitione non vis &
4 poteſtas, ſed ius & poteſtas legendum ex
Theophilo & Harmenopulo lib. 5. tit. 11.
Iam olim admonui. Illi enim δικαίωσί τι καὶ
ἐξουσία, poniq́ue poteſtatẽ illic pro auctoritate,
veriſsimum eſt[m].

a Alciat. lib. 2. de verbo. ſigni.
b Zaſ. co. 2.
c l. poteſtatis. ff. de verbo. ſign.
d l. ſi fundus. §. ſi. ff. de lege commiſ.
e l. cum emptor in pri. ff. de cõtrah. empt.
f l. 1. ff. ad exhib.
g l. itaque. ff. ſi cer. pet.
h l. Corneliæ. ff. de hær. inſti.
i l. 1. ff. de tute.
k l. 1. ff. de noxa. actio.
l l. ſi idem. C. de codi.
m Alciat. in l. poteſtatis. ff. de verbo. ſignifi.

XVIII. IDEM. Libr. XXIX. Digeſtorum.

BENIGNIVS leges interpretandæ ſunt, quò voluntas earum cõſeruetur.

1 *Benignioris legum interpretationis exempla.*
2 *Legitimatio filij, an requirat ipſius conſenſum.*
3 *Legitimatio per ſubſequens matrimonium fit etiam in articulo mortis.*
4 *Legitimatio nepotum per ſubſequens aui matrimonium an procedat, mortuo iam filio.*

BENIGNIus.) 1
Quàm verba patiantur, vt cùm
prohibita alienatio eſt, videtur
enim prohibita vſusfructus & pignoris
conſtitutio[n]. Aut benignius, ideſt, benignè,
ponitq; Accurſius exemplum in lege,
quæ filios naturales antea natos, per
ſubſequens matrimonium legitimos effici
ſtatuit, non ſolum cùm poſt matrimonium
alij naſcãtur, verum etiam ſi vel nulli
nati fuerint, vel nati moriãtur[o]. Sed quærunt
Guilielmus, Angelus, & Paulus hîc,
an in ea legitimatione requiratur filij ip- 2
ſius conſenſus? & requiri dubiũ non eſt[p],
niſi eiuſmodi filius ſit, cuius conſenſum
expectare ſuperfluum videatur: vt quia anniculus
ſit, aut infans[q]: qui tamen articulus
controuerſus eſt[r]. Sed quid ſi pater in 3
articulo mortis cõſtitutus concubinã vxorem
ducat? Et licet non pauci diſſentiant,
receptius[s] tamẽ & hoc eſt, vt tunc quoq;
filij legitimi efficiantur. Quid ſi auus mor 4
tuo iam filio, ex quo nepotes habeat, concubinam
vxorem ducat, an nepotes legitimi
ſint? Et non eſſe frequentiores[t] credũt:
quia ſcilicet filij medium deficiat[v]. Quod
ſi mortuo filio nepotem per principis reſcriptum
legitimum faciat, valituram legitimationem[x]
omnes[y] conſentiunt.

n l. ſi. C. de reb. ali. non alie.
o l. cũ quis. l. nuper. C. de natu. lib.
p Authẽt. quib. mod. natura. eff. ſui. §. generaliter.
q l. iubem⁹ in fine. C. de eman. libe.
r Iaſ. in l. Poſthumo. col. 2. C. de bo. poſſ. contra tab.
s Iaſ. in l. ſed eſt quæſitum. col. 2. ff. de lib. & poſth.
t Angel. & Pau. hic Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore. n. 121. ff. de vſuc. Alci. lib. 3. parad. c. 16.
v l. qui libertinus. §. poſthumo. ff. de ope. libert. l. 1 § carerũ. ubi Pau. ff. de acqui. poſſ.
x l. Adoptiones non ſolũ infrà de adop.
y Bar. in l. Gall⁹. §. nũc de lege. col. pen. Iaſ nu. 20. Alexã. in §. ſi eius. col. pen.

XIX. IDEM. Libro. XXXIII. Digeſtorum.

IN Ambigua voce legis ea potius accipienda eſt ſignificatio, quæ vitio caret: præſertim cum etiam volũtas legis

legis ex hoc colligi poteſt.

1 *Verba omnia ambigua ſunt, & Chryſippi ſententia.*

2 *Benignior interpretatio differt ab ea, quæ ſine vitio fit.*

1 IN AMBIgua.) Chryſippus Stoicorũ princeps omne verbũ ambiguũ eſſe defendebat. Cæteri ambigua, incerta, dubia à certis & claris (pro humanæ fragilitatis captu) diſtinguunt.

SIGNIficatio.) Etiam impropria[a].

QVAE vitio caret.) Quid hæc lex à præ-
2 cedenti differat, laborat Accurſius: Mihi hæc dubitationem tollunt. illic enim benignius leges interpretandas dixit, hîc ſine vicio: quæ diuerſa ſunt.

XX. IVLIANVS. Libro. LV. Digeſtorum.

NON omnium, quæ à maioribus conſtituta ſunt, ratio reddi poteſt.

1 *Vſucapio cur introducta.*

2 *Vſucapioni tempus cur nõ maius aut minus ſtatutum, ratio quærenda non eſt.*

3 *Iuris poſitiui exempla varia.*

4 *Maiorum appellatio.*

NON omniũ.) Quaſi dicat, omnia ferè ratiõe niti, ſed nõ omnia om-
1 nino: ſed quæ huius rei exẽpla: Et Accurſius cæteriq; in vſucapione[b] ponũt. Si quis em̃ quærat cur inducta, rationes in prõptu ſunt, bono publico introductã, ne dominia rerum in incerto ſint[c]: deinde, vt finis litiũ aliqs ſit[d]. Poſtremo, vt negligẽtes puniantˀ. Quòd ſi quærat, cur
2 trienniũ mobilibus atq; ſe mouẽtibus: longũ tẽpus immobilibus ſtatutũ, ratio nulla eſt, niſi ꝙ ſufficere tempus illud legiſlator voluerit[e]. Sic neq; in legib⁹, quæ de lucris
3 dotalibus aut donationibus ante nuptias loquuntur[f]: neq; cur in pupillari ſubſtitutione filius in poteſtate vt ſit, neceſſe eſt, in exemplari non item: in illa filium inſtitui, aut exhæredari oporteat, in hac non æquè[g]. Sed & tentat Baldus[h], ſucceſsiões omnes iuris poſitiui eſſe. Idem, cur aditio hæreditatis ſub conditione fieri non poſſit, rationem reddi non poſſe ait[i]. Idem[k], cur actio furti ignominia notet, condictio furtiua non notet, rationẽ nõ eſſe. Suntq; etiam id genus[l] alia: ſed hæc nunc ſatis.

MAIORIbus.) Veteribus. Calliſtra- 4
tus[m], Maiores noſtri penè eundem honorem ſenibus, quem magiſtratibus tribuebant. alibi[n] auctores ſignificat, à quibus cauſam habemus. Ad differentiam quoq; minorum. xxv. annis, maiores dicti: referturq; nonnunquam ea vox ad genus, & aſcendentes alicuius qui ſunt, maiores vocãtur[o].

a Alciat. de verb. ſigni. fo. 33.
b Glo. hic & in l. 1. §. initium. ubi Bal. ff. de poſtul.
c l. 1. ff. de vſuc.
d l. fin. ff. pro ſuo.
e Abb. in c. ſi quando. ad fi. de reſcrip. Capo. in rub. de vſuc. & emp. nu. 10.
f Gl. in auth. de nupt. §. quoniam in firmas. in gl. moriantur. Bar. in auth. de nõ elig. ſecun. nub. col. 1.
g Bar. in l. ex facto. n. 11. & 20. ff. de vulg.
h Bal. in l. lege. colũ. 2. C. de leg. hære.
i Bal. in l. 1. nu. 10. C. qui admit.
k Bal. in c. at ſi clerici. in prin. nu. 14. de iudi. Iaſ. in l. certi condictio. in prin. nu. 22. ff. ſi cer. pe.
l Feli. in c. ſi qñ. de reſcript. purp. in rub. ff. ſi cer. pet.
m l. Semp. ff. de in. immu.
n l. vitia. C. de acqui. poſſ.
o l. ſi in emptioné. ff. de mino.

XXI. NERATIVS. Libro. VI. Membranarum.

ET IDEO ratiões eorum quæ conſtituuntur, inquiri non oportet: alioquin multa ex his quæ certa ſunt, ſubuertuntur.

1 *Legis ratio an ſit inquirenda.*

2 *Factorum varietas definitiones iuris reddit periculoſas.*

EORVM.) Parum erat ſi dixiſſet, Quorũdam, dixit eorum quæ conſtituuntur: quæ verba latius patent. Vnde & ſubiecit, alioquin multa &c.

INQVIri non oportet.) Ego legem nõ eſſe arbitror, quæ ratione careat[p]. Quid igitur? ne inquiramus, vetat. Legum ergo 1
rationes non indagabimus? Dixi vix legẽ eſſe aliam, quę magis ratione careat. Nam Cretẽſium lex laudabilior, qua (vt ſcribit Plato) cautum fuit nè iuuenes, aut coram iuuenibus ſenes de legibus diſputarent. Si quid videretur dubium, ciuitatis Principes conſulerentur: idque ſecretò, ne quid ea de re perueniret in vulgus, quo leges contemnerent.

SVBVERterentur.) Sic & definitiones 2
periculoſæ[q], factorumq; (vt opinor) in vtroque varietas in cauſa eſt.

p c. erit autem. 4. diſt.
q l. Omnis definitio. ff. de reg. iu.

XXII. VLPIANVS. Libr. XXXV. Ad edictum.

CVM LEX in præteritũ quid indulget, in futurum vetat.

1 Præte-

1 *Præteritorũ ĩdulgẽtia, prohibitio futurorũ ẽ.*
2 *Bannitorum reſtitutio ſtatuto cõceſſa, an extendatur ad eos qui poſt ſtatutum factum delinquant.*

1 CVM lex in præteritum quid indulget, in futurum vetat.) Sed quomodo
hoc, cùm leges futuris negotijs formam præſcribant[a]? Et quidam exẽplum non poſſe poni opinantur. Alij ſen-
2 ſum inuertunt, vt ſit hîc; legem quæ in futurum vetat, in præteritũ indulgere: quæ expoſitiones abſurdæ ſunt. Alij (quæ cre-
3 brior ſententia eſt) rectè accipiunt, vt intelligas, præteritorum indulgentiam prohibitionem eſſe futurorum[b]. Quid igitur
1 ſi ſtatuto cautum hoc ſit, vt banniti reſtituantur, qui quinq; pro centum ſoluerint, an beneficium eos etiam compræhendat, qui poſt ſtatutum factum deliquerint? Et legis noſtræ argumẽto Bartolus, cuius eſt
2 opinio communis[c], reſpondet de præteritis tantùm bannitis intelligendũ. Ius itaq; ſingulare eſt, vt cùm in præteritum lex indulgeat, in futurum vetet[d]. Quod verò de bannitis dictum eſt, hac ratione nititur, ꝙ occaſio delinquendi daretur: quæ amputanda eſt[e]. Si itaque ea non præſtetur, etiã futuri banniti continebuntur: vt Abbas & Crottus declarant.

a l. Leges. C. de legib.
b l. 2. C. de gene. aboli.
c Paul. & Zaſ. hic Barte. in l. Oẽs populi. nu. 64. ff. de iuſti. & iure. Cret. ubi. nume. 80.
d Abb. in c. 2. in 2. notã de conſtitu.
e l. ſi vnus. §. illud. ff. de pact. l. conuenire. ff. de pacti. dot.

XXIII. PAVLVS. *Libro IIII. Ad Plautium.*

MINIME ſunt mutanda, quæ ſemper interpretationem certam habuerunt.

1 *Opiniones aduerſus communẽ q̃n tenendæ.*
2 *Teſtes quomodo examinandi.*

MINIME.) Colligit Zaſi[o] rectiſsimè ar-
1 gumentum, ne contra communia tẽtes, niſi aut lege certa, aut ratiõe vrgente moueare. quod Matheſalanus[f], Salomonius[g], & Purpuratus[h] probant.
INTERpretationem certam.) Ponit Accurſius inter cætera exẽplum in examina-
2 tione teſtium, qui præſente parte iurant, ſecreto verò examinani: quæ opinio (etſi alij aliter ſentiãt) cõmunis eſt[i]. Verùm certã interpretationẽ nos hîc accipimus, quã vel conſuetudo, vel opinio cõmunis adhibuit, vt Matheſalanus[k] notat.

f Matheſ. i tract. elec. veri. opi. co. 1. & 2.
g Salomo. in §. Reſponſa. fol. ante pe. inſt. de iu. na. gent. & ciui.
h Purpur. i l. 1. nu. 138. ff. ſi cer. pet.
i l. ſi quando. C. de teſtib. vbi do cto.
k Matheſ. in tract. electio. veri. opi. col. 1. & ſecunda.

XXIIII. CELSVS. *Libro. IX. Digeſtorum.*

INCIuile eſt, niſi tota lege perſpecta, vna aliqua particula eius propoſita, iudicare vel reſpondere.

1 *Statutum integrum edendum eſt, & integra ſtatuti editiones.*
2 *Teſtamenti particulam an ſufficiat edere.*
3 *Contractus particula edi poteſt.*

TOTA lege.) 1
Idem & in ſtatuto dicũt. integrũ enim edendũ eſt[l]. Integræ etiã ſtatuti editiones:
non tñ integrũ volumẽ. Quid in teſtamen 2
tis? Finge legatario edi particulã qua ei legatũ relictũ eſt, nũ hoc ſufficiat? Et poſſe crebrior opinio eſt[m]: quæ omnia longiori tractatu Bartolus, & cæteri explicuerunt. Legẽ etiã pro conuentione ſcripta, aut in-
ſtrumento Accurſius hîc accipit: ſed in ea 3
ſpecie particulã edi poſſe verum eſt[n]. de quo ſuo loco dicam.
PERſpecta.) Inſpicere igitur is dicitur, q ſcit. videtur enim ſciens inſpicere oculis intellectus[o].

l l. 1. §. edere. vbi Bar. ff. de eden.
m Barto. in l. 2. §. diem. ff. quemad. teſta. ape. Bar. in rub. ff. de no. op. nunc. nu. 7. Alexã. nu. 35. Iaſ. n. 8. Deci. in c. 1. num. 72. de probat.
n l. Argentari⁹. §. edi. ff. de eden. l. vlt. C. de precib. imp. offe.
o Bar. in l. de bis. colũ. fi. ff. de tran ſact.

XXV. MODESTINVS. *Lib. VII. Reſponſorum.*

NVLLA iuris ratio aut æquitatis benignitas patitur vt quæ ſalubriter pro vtilitate hominum introducũtur, ea nos duriore interpretatione contra ipſorum cõmodum producamus ad ſeueritatem.

1 *Iuris ſcientia pro iure ſtricto.*
2 *Æquitatis proprium, vt benigna ſit.*
3 *Laxamentum legis.*
4 *Vtilitas ad æquitatem refertur.*
5 *Interpretatio quadruplex.*
6 *Stricti iuris appellationes.*
7 *Introducta in fauorem alicuius, ad eius odiũ nonnunquam retorquentur.*

NVLLA iuris ra- 1
tio.) Stricta. quam Celſus[p] iuris ſcientiã quodam in loco vocat.
Alibi[q] ſtricta diſputandi rõ appellata eſt. 2

p l. Si ſeruũ. §. ſequitur. ff. de verbo. oblig.
q l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil.

AEQVI-

AE QV Itatis benignitas.) Proprium hoc
3 æquitatis eſt, vt benigna ſit, ideſt, benefica, & quæ de ſuo (cum opus fuerit) remittat. Cicero pro Cluentio, legis laxamentū vocat. Non modo cauſæ, ſed nè legi quidem
4 quicquam per tribunos plebis laxamenti datum eſt.

VTIL Itate.) Dixi nō ſemel, vtilitatis verbum ſæpiſsimè ad æquitatem referri, quæ vel publicum vel priuatum bonum reſpiciat.

5 INTER pretatione.) Quæ quadruplex eſſe poteſt, correctoria, derogatoria, declaratoria, extenſiua: de quibus ſuprà latè dictum eſt[a].

a In l. Oēs populi. in 6. q. Bar. ff. de iuſt. & iur.

6 AD S Eueritatem.) Strictum ſiue ſummū ius. vnde illud, Summum ius ſumma iniuria, tritum ſermone prouerbium. Quidā ſummam malitiam: alij ſummam crucem dixerunt. Sed & poterit ſeueritatis vox mitius bīc accipi, vt ſit iuſtitia rigidior exactiorque, ſed quæ ad clementiam vergat: quo ſenſu Publius in Mimo dixit,

Bono iuſtitiæ proxima eſt ſeueritas.

7 ¶Verùm, ſiue hoc ſiue illo modo intelligamus, non pauci caſus notantur, quibus hæc lex non procedit. Primus, cum ad poſtulationem tuam conceſſum aliquid tibi eſt[b]. Secundus, in minore: cui ſine tutoris auctoritate non licet adire hæreditatem, etiā lucroſam[c], ne fortè vexetur litibus[d]. Tertius, in ſeruorum quæſtionibus, qui neque pro dominis neq; aduerſus dominos torquentur[e]. connexa enim & conſequentia illa ſunt. Quart' in Iudæis eſt, q die Sabbati neque conueniri, neque conuenire alios ipſi poſſunt[f]. Sic enim lex dum conceſsit, exprimit. Quintus, in eo cui ius aureorum annulorum cum eſſet, ingenuum ſe eſſe pronunciare voluit. renuntiaſſe eū videtur iuri annulorū[g]. Sextus, in eo qui non ſuo, ſed alterius iure priuilegium habet[h]. Septimus, cum fauor pacto inductus eſt, tendatque pactum ad non contrahendum[i].

b l. 1. §. 1. ff. quod quiſq; iuris.
c §. neq; in ſti. de auct. tuto.
d l. minori bus. ff. d mi nor.
e l. Pridē. C. de quæſt.
f l. die. C. d Iudæis.
g l. 2. ff. de iu. aure. annul.
h l. cum ex oratione. ff. de excuſ. in torum.
i l. ſi vino. ff. de peric. & comod. rei ven.

XXVI. PAVLVS. Libro IIII. Quæſtionum.

NON eſt nouum, vt priores leges ad poſteriores trahantur.

1 *Leges priores ad poſteriores tripliciter trahi.*

TRAHANtur.) Determinando[k], ſupplendo[l], corrigendo[m]. 1

k l. 1. & 2. C. quā. libe. prin. da.
l l. vlt. C. de cōſt. pec.
m l. Generali. & authen. ingreſſi. C. de ſac. ſan. eccle.

XXVII. TERTVLLIANVS. Libro primo Quæſtionum.

IDEO, quia antiquiores leges ad poſteriores trahi, vſitatum eſt. Et ſemper quaſi hoc legibus ineſſe credi oportet, vt ad eas quoq; perſonas & ad eas res pertinerent, quæ quandoque ſimiles erunt.

1 *Locus à communiter accidentibus.*
2 *S. C. Macedoniani extenſio.*

VSITAtum eſt.) 1 Locus à cōmuniter accidentibus, ſiue ſolitis, qui lātiſsimùs eſt[n].

PER ſonas.) Vt in Macedoniano videm[o], quod de filio loquitur, & tamen ad nepotes extenditur[o]. 2

RES.) Vt in Macedoniano, quod à pecunia numerata ad ſimilia quæ ſunt, extenditur[p].

n l. neq; na tales. C. de probat. l. cū quis in prin. vbi gl. ff. de public.
o l. filium. ff. ad Maced.
p l. item ſi. §. mutui. ff. ad Maced.

XXVIII. PAVLVS. Libro. V. ad legem Iuliam & Papiam.

SED ET poſteriores leges ad priores pertinent: niſi contrariæ ſint, idq; multis argumentis probatur.

1 *Lex poſterior ad priorem quomodo trahitur.*
2 *Lex noua generaliter corrigens.*
3 *Priuilegiorum derogatio generalis quæ comprehendat.*
4 *Lex interpretans in ijs caſibus locū habet, in quibus & lex interpretata.*

AD PRIOres.) 1 Fingē lege municipali cautum, vt ſi furtum noctu commiſſum ſit, loci cuſtodes emendēt: deinde poſteriori alia, vt ſi furtū noctu commiſſum ſit, neq; reperiatur fur, omnes de ciuitate emendent: quemadmodum poſteriorē intelligi oporteat? Et quidam

dam corrigi priorem exiſtimarunt[a]. Gui-
lielmus, Barsolus & plures, poſteriorē ad
priorem pertinere, vt intelligamus, dam-
num ab omnibus ciuitatis cuſtodibus emē
dādum, non tantum à cuſtodibus loci. Nā
2 neque ſpeciei derogat genus[b], & generalē
clauſulam ſequentem ſpecialis præcedens
determinat[c]: & quæ ſpecialiter diſpoſita
ſunt, generale uerbum non tollit[d]. Et ſimi
liter ſi lex noua generaliter corrigat, nun
quam intelligitur corrigere caſus legis an
3 ſiquæ ſpeciales[e]. Et generalis derogatio
priuilegiorum ſiue generalium ſiue ſpe-
cialium ad priuilegia in corpore iuris clau
ſa minime extenditur[f].
4 MVLTIS argumentis.) Eoque vel maxi
me, quòd quibus caſibus locum habet lex
interpretata, eiſdem & lex interpretans[g].

XXIX. IDEM. Libro ſingulari ad legem Cinciam.

CONTRA legē facit, qui
id facit, quod lex prohibet
in fraudem verò, qui ſal-
uis verbis legis, ſententiā
eius circumuenit.

1 *Fraus legi latæ quot modis fiat.*
2 *Fraus legi ferendæ fit.*
3 *Fraus de menſura ad menſuram.*
4 *Legis verba offendere an liceat.*

CONTRA legem
facit.) Directè.
PROHIbet.) Expreſsim: vt ſi
res minoris ſine decreto vendantur[h].
INFRAVdem.) Fit legi fraus de re ad
1 rem, perſona ad perſonam, vno contractu
ad alium, vno contractu ad eūdem: quorū
exempla bene poſuit Accurſius, quē alij ſe
quuntur. Fit & de verbis ad ſententiā[i] (ne
que enim oportet verba captare[k]) cuius gn̄
ris & cauillatio eſt, quā Græci σόφισμα di-
cunt[l]. Fit & legis interpretationi[m], fit &
de nomine ad nomē: vt ſi quis cùm creari
poteſtas nequeat, nomē defenſoris fingat,
quod hîc de Othone quodam retulit Bal-
dus. Fit & de cōditione ad conditionē. Si
enim vendita hac lege ancilla fit ne proſti
tuatur, fraudē facit qui in caupona ſub ſpe
cie miniſtrādi proſtituit[n]. Fit & legi fraus

a l. Non eſt nouum. b l. alimenta. §. baſilica. ff. de ali. & cib. leg. c l. Legatorū. §. q plures. de leg. 2. d Gl. i l. de curionibus. C. de ſilētia. lib. 11. Pric. i l. in quartā. nu. 104. ff. ad l. falci. e Gl. appr. ī l. ſciendū. ī pri. ff. q ſa tu. cog. Iaſ. ī l. bonorū. n. 13. C. q ad mi. & in l. 1. n. 9. ff. ſol. matri. f Gl. appr. ī l. 2. §. legatu. ff. d ind. Iaſ. ī l. ſicut certi. col. pe. C. de teſta. mili. g Authē. de fil. ante dota. inſtru. nar. ī auth. ſacramēta. co. 2. C. ſi ad uer. ven. h l. 1. ff. de reb. eo. i l. Scire oportet. §. alud. ff. d ex cuſ. tutor. l. credēdū. ff. q pet. tut. k l. pen. ff. ad exhiben. l l. natura. ff. de verb. ſignifi. m l. Ita fidei. ff. de in. fiſ. n l. fin. C. ſi manci. ita ue ne. ne pſti. tua.

calumniando[o]: fit etiam legi non latæ ſo- 2
lum, ſed & ferendæ. Vnde & in eo Guiliel
mus, Cynus, Bartolus & omnes bene con-
ſentiunt, ſi in conſilio tractatum ſit, vt fru-
mento pretium taxaretur, vnuſque Decu
rionum feſtinauerit quanti plurimi po-
suerit vēdere: lege dein, minori pretio ſta
suto, venditionem reſcindi poſſe: vtpote
factam in fraudem legis futuræ[p]. Fit deni-
que fraus (vt hic Guilielmus, & Bartolus 3
opinantur) de menſura ad menſuram[q]. Ve
rum ea non legi, ſed priuato fit. Quo circa
vel maxime notari oportet, cōtractum in
fraudem legis factum ipſo iure nullū eſſe:
factum in fraudem priuati, valere quidem
ipſo iure, ſed reuocari per Fauianā aut Cal
uiſianam actionem[r].
SALuis verbis.) Quid ſi verba tātum of-
fendantur? & offendi poſſe Accurſius & a-
lij concludunt[s].
SENTENtiam.) Mentem.
CIRCVMuenit.) Si legis ſententia cla-
ra eſt, verba offendi & contemni poſſunt[t]: 4
ſi ſentētia legis clara & certa non eſt, à ver
bis recedere minime oportet[v]. Colligitur
autem ex eo mens, ſi verbis inhærendo, ſe
queretur abſurdum[x]: ſi qualitas perſonæ
repugnet[y], ſi cōmunis vſus loquendi aliud
ſuadeat[z]. Sed & impropriè verba accipiū
tur, vt aliquid operētur[a]: & excepti caſus
quidam ſunt, quibus à verbis licet recede-
re: quos Iaſon[b], & Socinus[c] notant.

XXX. VLPIANVS. Libro. IIII. Ad edictum.

FRAVS enim legi fit: vbi
quod fieri noluit, fieri autē
non vetuit, id fit: & quod
diſtat ῥητὸν ἀπὸ διανοίας, hoc
diſtat fraus ab eo, quod contra legē fit.

1 *Vlpianus in Rhetoricis doctus.*
2 *Legales quæſtiones quatuor.*

NOLVIT.)
Quoad mentem.
NON vetuit.) Quoad verba.
ET QVOD diſtat ῥητὸν ἀπὸ διανοίας.) Po
litianus (quod hîc Budeus teſtatur) ex Pan
dectis Florentinis hūc locum reſtituit. Ap 1
paret autem ex eo (vt aliūde alios[d]) Vlpia
F num

o l. ſi calūnietur. ff. de verbo. ſign. p l. ſi qs vina. l. ſi vina. 2. ff. d pi. & com. rei vend. l. 3. §. minor. ff. de mino. q l. Arbitrio. §. dolo. ff. de dolo. l. Impatores. ff. de cōtrahen. emp. r l. ſi liber tus, minor. ff. d in. pat. Iaſ. in §. itē ſi qs ī fraudē. col. 2. iſt. de actio. s l. quāuis in fi. ff. d in ius voc. t l. ad generē. §. quanis ff. d ia. patr. l. ſcire. §. v l. nō aliter. d leg. 3. l. 1. §. ſi is q nauem. ff. d exer. x l. ī ambigua. ſupra. y l. pleuū. §. equitū. ff. de vſu & habi. z l. cū d la nionis. §. aſi nam. ff. de fun. inſt. a l. Heredibus. §. ſi. ff. Treb. b Iaſ. in l. non dubiū. nu. 41. C. de legib. c Soci. reg. 536. verborum. d Alcia. lib. 1. parer. cap. 7.

num Rhetoricis ſtudijs doctum. à Rhetoribus enim quæſtiones legales quatuor eſſe dicuntur, ῥητὸρ καὶ διανοία, ideſt, ſcriptū & volūtas, ſiue dictum & ſnīa: ἀντινομία, id eſt, cōtrariarū legū cōtentio: ἀμφιβολογία, i. ambiguitas: συλλογισμὸς, ideſt, collectio: additur & à quibuſdam tranſlatio. De ſcripti verò & voluntatis ſtatu, tum alibi illi, tum vel maxime Quintilianus, lib. 7. ca. 7. à quo exempla petantur.

HOC diſtat.) Quantum ſcilicet occultū ab aperto. Vt fraudē legi facere id ſit, quaſi damnum afferre legi, & eam ſua auctoritate priuare, idque dolo malo & conſilio occulto.

XXXI. IDEM. Libr. XIII. Ad legem Iuliam & Papiam.

PRINCEPS legibus ſolutus eſt. Auguſta autē licet legibus ſoluta non eſt: principes tamen eadem illi priuilegia tribuūt, quæ & ipſi habēt.

1 *Solui legibus quid ſit?*
2 *Princeps quo iure legibus ſolutus eſt.*
3 *Lex Imperij.*
4 *Princeps qua ratione legibus ſolutus ſit.*
5 *Principi cui primum conceſſum eſt, vt legibus ſolutus eſſet.*
6 *Princeps iure diuino aut naturali ſolutus nō eſt.*
7 *Summus Pontifex contra diſpoſitionem diuinam nihil diſponit, ſed neque contra eccleſiæ vniuerſalis ſtatum.*
8 *Princeps iure gentium ſolutus non eſt.*
9 *Princeps iure ciuili ſolutus, & quomodo.*
10 *Solennitates remittuntur, quando corā principe actus fiunt.*
11 *Solennia non remittuntur, vbi priuatus in principis gratiam diſponit.*
12 *Princeps non eſt ſolutus legibus, quando contrahit cum priuato.*
13 *Princeps lege legis ſolutus eſt, non lege conuentionis.*
14 *Princeps ex contractu facto cum priuatis naturaliter tenetur, non ciuiliter.*
15 *Naturalis obligatio qua Princeps tenetur, efficax eſt.*
16 *Princeps ſine cauſa non aufert priuatis dominium rerum ſuarum.*
17 *Ciuitas ex cauſa dominium ciui pōt auferre.*
18 *Principes pacem inter ſe componentes remittere poſſunt inuicem damna & iniurias ſubditorum.*
19 *Princeps ex cauſa moderari & tollere poteſt ius priuato quæſitum, ex contractu celebratu cum Principe.*
20 *Princeps cum aufert alteri ius ſuum, debet compenſare.*
21 *l. 1. tit. 1. part. 2.*
22 *Principis poteſtas duplex.*
23 *Principem vti plenitudine poteſtatis non eſt præſumendum.*
24 *Princeps plenitudine poteſtatis multis caſib⁹ vti poteſt.*
25 *Princeps melius facit, ſi cum poteſt, legibus non ſoluitur.*
26 *Principibus barbaris omnia licent, Chriſtianis non niſi iuſta.*
27 *Ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι præceptū principibus ſaluberrimum.*
28 *Auguſta gaudet priuilegijs mariti.*
29 *Auguſtæ cubicularijs & famulis eadem, quæ Imperatorijs, priuilegia iure conceſſa ſunt.*
30 *Auguſtæ non omnia Imperatoris priuilegia dantur.*
31 *Priuilegium, ideſt, prærogatiua.*
32 *Priuilegia Imperatori in ſignum ſupremæ poteſtatis conceſſa, an & Auguſtæ tribuantur.*

PRINceps legib⁹ ſolutus eſt.) Solutū legibus, hîc 1
accipimus pro eo quod eſt, legibus non teneri. Cicer. Philip. 9. Ille homo ſummo ingenio, ſumma potentia, qui ex AEdilitate Conſulatum petit, ſoluatur legibus, quanuis eum leges non tenent. Sed
quo iure Princeps legibus ſolutus eſt? Et 2
reſpondet Salomonius, non ex vi principatus, ſed ex priuilegio lege Regia cōceſ-
ſo[a]: quæ fortè lex Imperij aliquando dicta 3
eſt[b]. Sed qua ratione? Et Budæus Zaſiusq́; 4
ex Ariſtotele. libr. 3. Polit. hoc colligunt: quià legibus in populū latis ſacroſanctos homines virtute, genere, facultateq́; omni politica alijs præſtantes (quales Reges aut ſunt, aut certè eſſe debent) teneri minime oporteat. Sed cui primum conceſſum hoc eſt? Et ex Dione bene notat Alciat⁹[c], conceſſum primum Auguſto, quod ante eum antiquorum nemini, vt legibus ſolutus eſſet. ſignificat hoc (inq̄t Dion) ab omni legum neceſsitate liberum, nulliq́; iuri ſcripto obnoxium, vt qui abſque diſquiſitione

a l. 1. ff. de conſti. prin.
b l. Ex imperfecto. C. de teſta.
c Alcia. in libello. de magiſt. ciuil. lib. offi. fo. 2.

tione omnem Regum poteſtatem habe-
ret, quanuis nomine abſtineret. Sed qui-
bus legibus non tenetur? Et diuino natura
lique iure ſulutum non eſſe Principem, ſa
tis conſtar. Nam neque ſummus Pontifex
7 contra diſpoſitionem diuinam attentare
quicquam poteſt[a]. Idq́ue dubio ꝓcul om
nium conſenſu eſt veriſsimum. Hoc am-
plius (vt Abbas[b] exiſtimat) neque contra
eccleſiæ vniuerſalis generale ſtatutũ. Ve-
rùm huic Panormitani opinioni peritio-
res oẽs Theologi minime aſſentiunt. Sed
8 neque iure gentium Princeps ſolutus eſt.
Non ergo parte non citata procedet[c], ne-
que me non citato, quæ pacificè poſsideo
mihi auferet[d]. Solutus denique iure ciuili
Princeps. Sed num omnino? Et Accur-
9 ſius ſimpliciter aut à ſe[e] aut ab alio[f] iure
lato ſolutum ait, Cæteri diſtinctius, qui ſo
lennibus ſolutum aiunt[g]. Non itaque obli
gatur teſtando ad teſtamentariam obſer-
uationem, non iudicando ad iudiciariam,
non ſtatuendo ad legitimam[h], & ſi qua ſi-
10 milia ſunt. Sic & cum corã Principe actus
fit, ſolennia remittuntur[i]: à quo tamen ca
ſus nonnulli excipi ſolent[k]. Sic & cũ Prin
ceps in alterius gratiam aliquid agit. Qua
11 re & Auguſtæ, conſtante matrimonio, do
nare poteſt[l], & filio ſub ſua poteſtate con
ſtituto[m]: & ſi donatio à Principe facta ſit
(quanuis quingentos aureos excedat) in-
12 ſinuatione non eget[n]. Sed quid ſi priuatus
in Principis gratiam diſponat? Et ſolẽnia
non remitti teſtes locupletiſsimi ſunt Di-
ui Seuerus & Antoninus, Pertinax, & Iu-
ſtinian[o], qui ex nulla ſcriptura cui iuris au
ctoritas deſit, quicquã ſe adepturos affir-
mant[n]. Licet enim (inquiunt) legibus ſolu
luti ſumus, attamen legibus viuimus. Sed
& Imperator Alexander[p] ex imperfecto
teſtamento nec Imperatorẽ vindicare hæ
reditatem, ſæpè conſtitutũ ait. Licet enim
lex Imperij ſolennibus iuris Imperatorẽ
ſoluerit, nihil tamen tam proprium Impe
rij eſſe, quàm legibus viuere. Et Paulus[q]
ex imperfecto teſtamento legata vel fidei
commiſſa Imperatorem vindicare, inue-
recundum eſſe, decere enim tantæ maie-
ſtati, eas ſeruare leges, quibus ipſe ſolutus
13 videatur. Quid ſi cũ priuato Princeps con
traxerit? Et non eſſe tũc ſolutum legibus,
verius eſt[r]: obligarique ex contractu cum
ſubditis facto Principem, ita, vt ſeruare te
neatur, Cynus[s] & cõiter omnes affirmãt[t].
Alioqui cum Principibus commerciũ eſſe
non poſſet, eſſetq́; (vt ſcitè Baldus hîc ait)
tanquã exul, qui eſt omnium præſul. Solu
tus itaque Princeps eſt lege legis, nõ lege 14
conuentionis[v]: ſubiecitq́; Deus illi leges,
non autẽ contractus[x]. Sed quomodo Prin
ceps tenetur? Et (Baldo licet Aretinoq́; re-
clamantibus, quorum eſt ſententia proba
bilis) naturaliter non ciuiliter principem
obligari, frequẽtiores omnes concludũt[y];
negari tamen non poteſt (neq; eſt qui ne- 15
get) naturalem hanc ciuilis poteſtatẽ ha- 16
bere. Num ergo ſolutus in hoc legibus eſt,
vt priuatis dominiũ rerum ſuarum aufer-
re poſsit? Et ſine cauſa non poſſe, verius 17
eſt[z]: ex cauſa verò publicæ vtilitatis poſſe,
receptum[a]. ſic ſtatuto ciuitas ex cauſa do-
minium aufert, ſine cauſa non aufert[b]: quę 18
etiam cõmunis omnium opinio eſt[c]. Qua
ratione ſi Principes pacem componant, re 19
mittere inuicem poſſunt iniurias dãnaq́;
ſubditorum. Sed & priuato ius quæſitum
ex contractu cum principe celebrato prin
ceps ipſe ex cauſa moderatur, & tollit[d]. Vt 20
memineris tamen compẽſari aliqua ratio
ne à Principe id deberi, quod priuatis au-
fertur[e]. Quæ Accurſij (licet aliquando va- 21
riet[f]) approbata traditio eſt: & quãquam
Romano iure probari vix poſsit, Hiſpano
probatur vel apertiſsimè[g]: quod tñ ita tẽ-
perandũ eſt, vt tunc locum non habeat, cũ
ex cauſa lege generali cõdita princeps do
minium abſtulerit[h]. Sunt & alij quidã ca-
ſus, quibus Princeps priuatis dominiũ au- 22
fert, quos Iaſon & cæteri diffuſius proſe-
quũtur[i]. Sed cum duplex ſit Principis po-
teſtas, ordinata & abſoluta (vt hîc Ange- 23
lus notat) nũ plenitudine poteſtatis vſum
Principem præſumemus? Et conſtat non 24
præſumendum[k]: non pauci verò caſus ij
ſunt, quibus pro plenitudinis ſuæ poteſta-
re poteſt procedere[l]. Sed num honeſtius
Principes faciunt, ſi quibus caſibus ſoluti 25
ſunt, legibus tamen ſponte ſua ſe alligent?
Et dubium id minime eſt[m]. Pareto (inquit
Pittacus) legi, quiſquis legẽ ſanxeris. Qua
re & Sanazarus noſter libr. 1. epig. ad Fe-
dericum Regem eleganter.

Publica nimirũ res tunc ſibi conſtat, & æquũ
Imperium, cùm rex quod iubet, ipſe facit.

a c. ſunt qui-dã. 25. diſt. Abb. in ca. 1. §. vna vero. de ſum. tri. b Abb. in c. quæ in eccleſiarũ. a. 10. de cõſt. & in c. ad hæc, de reſcrip. c Gl. in cle. paſtoralis. de re indi. d l. fi. C. ſi per vim vel alio mo. e l. fi. ff. de arbi. f l. Nã & magiſtrat[9]. ff. de arbit. g l. ex imperfecto. C. de teſta. h l. 3. C. de legib. i l. oim. C. de teſta. l. fi. C. de legib. cũ cauſis, de re iudi. k Feli. in c. ea. in cauſis. col. 5. l l. pen. C. de dona. inter virum. m Bal. in c. 1. §. itẽ ſacramẽta. co. pe. de pa. iura. fir. n l. ſancimus. i prin. C. de dona. Oldra. 231. o §. fi. inſti. quib. mo. te ſta. infir. p l. Ex imperfecto. C. de teſta. q l. ex imperfecto. ff. de leg. 2. r l. Cæſar. ff. de publi. c. 1. de ꝓbat. c. 1. de natu. ſen. s Cyn. in l. digna vox. C. de legib.

91 rò cõſuetudo noui aliquid inducit, aut difformiter, id eſt, vt nõ incidat in caſum, cui ius cõmune formã dedit, vnde actio oriatur, & dabitur condictio ex moribus ſiue conſuetudine [m]. Aut formiter (quæ appel-
92 latio vt & ſuperior quoq; ſcholaſtica eſt) id eſt, ita vt actum iuriſcõmunis informet: & agetur ex illo iure formato, nõ ex conſuetudine. Quare ſi contractũ conſuetudo inducit, ex contractu agetur: ſi ius ſuccedendi, petitione hæreditatis: ſi dominiũ rei vẽdicatione, ad exemplum iuris iurandi [n]. Quòd ſi ius excipiendi cõſuetudo tribuat: aut ita, vt ius actoris ipſo iure reſcindat, & ſufficit probari conſuetudinem, neque id neceſſe eſt, vt exceptio ꝓponatur [o]: aut propriè ius excipiendi vel excuſandi tribuit: & proponere exceptionem oportet intra tempus ſtatutum [p]. Quæ Bartoli diſtinctiones ad literã in ſtatutorum quoq; tractatu repetitæ [q], vtrobiq; à cæteris approbantur: colligendũq; ex eis eſt, conſuetudinẽ in criminalibus aut per accuſationẽ aut per iudicis officiũ produci: in ciuilibus aut excipiendo, aut iudicis officiũ implorando, aut agendo, aliâs cõdictione ex cõſuetudine, aliâs actione ex contractu: quorũ oĩm exẽpla Bartolus in lectione poſuit [r], eaq; bona ſunt, illo excepto dum de conſuetudine loquitur, ſecundum quam (vt exiſtimat) venditor equi ſellam quo- 93
q; emptori præſtat: etenim id iure magis [s] quàm cõſuetudine inductũ. Et idem alibi ſentit [t], & alij affirmãt. Vnde & redhibitoria intra ſexaginta dies proponẽda eſt propter equi ornamẽta non tradita: & ſi tempore venditionis prætioſiora fortè ornamẽta appoſita erant, emptori debentur [v]: eò amplius, & ea quibus biduo ante venditionem, equus ornatus erat. Cæterum videndum & illud eſt, qualiter conſuetudo probetur. Cuius articuli ſumma ad duos caſus redigitur. Primus eſt, qualiter probetur per ſcripturas: ſecundus, qualiter per teſtes. In priori ſpecie, aut conſuetudo in 94
ſcriptum principis populi've iuſſu redacta eſt, & tunc ad eius probationẽ librum ape- 95
riri ſufficiet: vt in conſuetudinibus feudorũ, quæ Imperatoris Federici iuſſu in ſcriptum redactæ ſunt: vt in conſuetudinibus 96
Romæ, quæ iuſſu populi Romani. Quod ego tamen verum intelligo, niſi lex aliud 97
requirat: vt in legibus fori & ſtili videmus quæ, licet iuſſu Principis in ſcriptum redactæ ſint, legis tamen poteſtatem non ha- 98
bent, præterquam ſi in vſu eſſe probentur [x], aut conſuetudo in ſcriptum à docto- 99
re redacta eſt: id eſt, conſuetudinem eſſe doctor teſtatur, vt ſæpiſsime facit Accurſius [y], & eius teſtimonio conſuetudinẽ probari Bartolus tenet [z], nec deſunt q hoc ſequãt [a], nec ꝗ recepti [a] affirmẽt [b]. Iaſon [c] tñ, Decius

a l. 3. §. qui habet. ff. de ſer. ruſti. prædio. l. qui ad certum. ff. loca.
b l. 2. ff. de arbi.
c Bart. nu. 18. Bal. in repet. nu. 20. Iaſ. n. 84.
d Bald. in c. 2. ad fi. de feu. cog.
e Roma. in ſing. 41.
f l. 2. C. de arbit.
g l. Quid ergo. §. excõpromiſſo. ff. de his qui not. infa.
h Pragm. 45.
i d. § excõpromiſſo. cũ gl. Bal. in c. at ſi clerici. col. 2. de iud.
k Bacto. in dict. §. ex cõpromiſſo. Iaſo. in. l. ait prator. §. ſi damnetur. nu. 5. ff. de iureiuran.
l Laibil. ff. de conu. eũ emen. lib.
m l. 1. ff. de condic. ex la.
n l. ſi duo. §. ſi quis iurauerit. ff. de iureiur.
o l. qua ſub cõditione. §. fi. de condi. inſti.
p l. peremptorias. C. ſi cõtra. reſ. nõ poſ. l. ſciet oportet. ff. de excuſ. tuto.
q Bar. in d. oĩs populi. 7. q. princ. ff. de iuſt. et iur.
r Barto. in lect. nu. 16.
s l. ædiles in prin. cũ glo. ornata. ff. de adil. edict.
t Bart. in non ſolum. l. eũ qui. §. ff. de furt.
v Bal. in. l. 2. col. C. de ædil. actio.
x l. 1. Tanci.
y Glo. in. l. dos à patre. C. ſolu. matr. in auth. æqualitas. C. de pac. conu. in. §. alia in ſti. de acti.
z in. l. idem pomp. ſcribit. §. idem ſcribit ff. de rei vend.
a Bar. in repet. n. 20.
a Guido. q. 139.
b Alex. in l. poſt doté. col. pe. ff. ſo. ma. Dec. in l. 2. §. mutui datio. nu. 8. in 2. lec. ff. ſi cert. peto
c Iaſ. his col. penul.

100 Decius[a] & plures[b] contrà: quæ receptior
opinio eſt[c]. Iuriſconſulto igitur in hoc ple
101 nè credendum eſt[d]: quale & illud eſt, cùm
ait[e], pleroſq; in vſu libros appellare char-
tas, doctori quanuis excellenti non æquè.
facti enim quæſtio iſtæc eſt, quæ vel pru-
dentiſsimos interdū fallit[f]. Non diſplicet
tamen Decij[g] concordia, vt prior opinio
quod ad præſumptionē attinet procedat,
poſterior quoad probationem. Aut ſcri-
102 ptura in acta publica redacta eſt, & ſi per
ſentētiam interlocutoriam iudex conſue-
tudinem eſſe pronunciet, conſuetudo nō
probatur[h]: ſi per diffinitiuam, probatur[i],
principis ſententiæ ad exemplum. Nam
103 & magiſtratus veluti princeps quidā ſuæ
ciuitatis eſt[k], & ciuitas iudicaſſe videtur,
104 quæ iudici eā poteſtatē conceſsit[l]: Noce-
bitq; hoc caſu oib^9 res īter alios acta, eo ꝙ
publicū nō priuatū ius reſpiciat. Certè &
eius ad quē negociū ſpectat, poſtea proba
tio in cōtrariū ex cauſa admittenda eſt[m].
05 Sed quid ſi in ſentētijs nō hoc ſcriptū à iu-
dice eſt, cōſuetudinē eſſe, ſed tale quid vn-
de conſuetudo ꝓcedat: verbi gratia, duæ
ſententiæ producuntur infra decē annos
106 latæ, per quas tota hæreditas primogenito
adiudicata eſt, an ſic cōſuetudo ꝓbabitur?
Et omiſsis Gallorū cōmentis, Bartolus au
dacter cōſudinē probatā cōtendit[n]. Ideóq;
ait etiā ſi interlocutoria ſententia fuerit,
aut ſi in actis ſcriptum ſit, ita ſine contradi
ctione obſeruatum eſſe[o]: quæ opiniones
cōmunes ſunt. Ego illud non oſcitanter le
gendum cenſeo, ꝙ Bartolus in legis huius
relectione ter exēplū poſuit[p], in conſuetu
dine, quæ primogenito totā hæreditatem
defert, vt ſignificare in hoc videat, cōſue-
tudine ſtatuto've filiorū legitimā non mi-
nui ſolū (quod oēs admittūt) ſed & prorſus
tolli poſſe. qui tamen articulus controuer
107 ſus eſt. Nam & Dynus id primum tenuit[q],
eamq; opinionem non pauci cōmunē affir
mant[r]. At non pauciores contrà receptam
108 aiūt[s], ne tolli poſsit. Sed vera receptiorq;
in hoc concordia illa eſt, vt ex cauſa tolli
prorſus poſsit, ſine cauſa nō poſsit: cauſa
verò iuſta fuerit agnationis, familięq; con
ſeruatio: quā opinionē cū Paulo[t] multi e-

tiā cōem teſtantur[v]. Sed & cauſa iuſta cre
denda eſt, cū alij fratres habent vnde ſe a-
lant, vt Abbas[x] & pleriq; tenēt[y]. Quæ nos
omnia alibi latius: nūc eò reuertamur, vn-
de digreſsi ſumus. Quid ergo ſi cōſuetudi 109
nē probare quis velit per acta extra iudi-
cium, vt quæ ſit conſuetudo contrahendi?
Et ꝓbari per inſtrumenta fatendū eſt[z]: ſed
& illud etiam, tot actuum probationē tūc
exigi, ex quibus veriſimile fiat, colligi po-
puli tacitum cōſenſum. acta enim extra iu 110
diciū nō ſic innoteſcūt[a]. Probatur etiā cō-
ſuetudo per teſtes: & ſi ordinē iudicii reſpi 111
ciat, quē ſtilū diximus, de plano iudex in-
terrogabit teſtes, aduocatos, & procurato
res curię quibus hæc nota eſſe ſulēt[b]. Si ve
rò litis deciſionē reſpiciat, plenius iudex
cognoſcet[c]. Sed quid teſtes dicere opor- 112
tet, vt fidē faciant? Et conſtat, de frequen-
tia actuum & curſu longi temporis eos di-
cturos. Verum quid ſi cōſuetudinem eſſe
dixerint, aliud præterea nihil interrogati
ſint? Et Bartolus peritum ab imperito di- 113
ſtinguit, illū (verbi gratia aduocatū, aut bo
num procuratorem) probare ait,[d] hunc
conſuetudinem probare, quatenus facti
ſeu vſus eſt[e]. Quid igitur ſi in hac ipſa ſpe
cie interrogentur, quid conſuetudo ſit,
an poſitio valeat? Et eſt receptius valitu-
ram[f], vt illæ, quid mutuum ſit, quid poſ-
ſeſsio, quid fama, & alię id genus. Num
ergo & tunc imperitum ab imperito
diſtinguam? Et Romanus diſtinguit:
ſed crebrior opinio in contrarium eſt[g].
Quid ſi de diuerſis actibus teſtes dicant? 114
Et ſi duo de vno, alij duo de alio,
probatur actuum pluralitas: ac proin- 115
de frequentia[h]. Idq́ue ſufficiet, dummo-
do & de curſu temporis probent: neque
enim probationes anguſtandæ ſunt[i].
Quòd ſi vnus teſtis de duobus actibus di
cat, alius de alijs duobus, conſuetudo
probatur. Dicunt enim de frequentia,
ad quam producuntur[k]. Si verò vnus
de vno actu, alius de alio dicat, con-
ſuetudo ſic non probabitur: actus enim
& teſtes ſingulares ſunt[l]. Nunc de ef- 116
fectu conſuetudinis videamus, qui tri-
plex præcipuus examinandus eſt: legem

a Deci. i. c. ex parte ad ſi. de reſcri. b Purp. in §. mutui da tio. nu. 37. c Alci. in l. anniculus 2. ff. de ver bo. ſign. Deci. conſ. 402. nu. 17. d d. l. anniculus. e l. librorū §. quod tamen caſſius. de leg. tertio. f l. 2. ff. de iur. & fa. igno. l. idem eſt. ff. de ſta tu hom. g Deci. in d. §. mutui. h l. 1. C. de legib. i l. fi. C. de legib. k l. ſpadonem. §. ſi ciuitatis. ff. de excuſa. tut. l l. 2. §. oia C. de vete. iu. enucle. m l. ſi cui. §. iiſdem. ff. de accuſ. l. cum. de conſuetudine ſecūdū vnā lect. infra. n l. 1. C. quæ ſit lon. conſue. l. an in totum. C. de adi. prima. l. cum. de conſuetudine. infra ſecū dū vnā lec. o l. cum de conſuetudi. ne ſcdm iſtā vam negati uam. p Bart. nu. 16 & 21. q Dyn. in reg. ſtatutū. r Saliic. in auth. nouiſsima. col. antep. C. de inof. teſt. Imo. & Alex. in l. quod de bonis. §. fi. ff. ad l. fal. Dec. in l. iura ſanguinis. ff. de reg. iu. & in conſ. 19. Alciat. in reg. 1 præſump. 8. s Rota in antiq. 476. in nou. 18. Socin. in 1. cōſ. 5. et conſ. 30. & cōſ. 150. Deci. conſ. 106. Iaſ. i. l. quoniā in priorib^9. Rod. li mit. 11. Ioā. Leci. de primog. in 2. parte. q. 16. vol. vlti. t Pau. in l. Titio centū. §. Titio genero. ff. de cōdi. & demonſtra. v Alex. in l. quod de bonis. §. fi. Deci. in l. iura ſaguinis Roch^9 de cōſue. fo. 21. col. 4. x Abb. in c. Raynūtius. col. 4. de teſ. y Io. Lup. in c. per veſtras §. 22. co. 2. Rode. in l. 9. tit. 5. lib. 3. fori 2. limit. z §. quia aſſidua. l. ſemper in ſtipulationibus. a l. in donationibus. C. de donat. l. oim. C. de teſ. b Auth. ni ſi breuiores. C. de ſentē. ex breui. reci. l. 3. §. fi. ff. de teſti. c l. iudices. C. de iudi. d l. 1. §. 1. ff. de vent. inſpi. l. ſemel. C. de re mili. lib. 12. e l. ſtipulatio. § hac quoq. cum gl. ff. de verbo. oblig. f Bar. in l. 1. col. 3. ff. ſi cert. peta. g Alex. in l. 1. col. 4. ff. ſi cert. pet. Purp n. 71. Alcia. Pag. 3. h l. 3. ad fin. C. de epiſ. audien. i l. quoniam. C. de hæret. k Gloſ. in l. ob carmen. §. fi. ff. de teſtib. l l. iuriſiurandi. C. de teſtib.

ne vin-

nè vincat, extendat nè eam, interprete-
tur, & ab ea interpretationem recipiat: ad
quas pſonas quæ've loca ſuã vim extẽdat.
117 Et de prioribus ſuprà dictum eſt, nunc de
poſteriori. Et primũ, an cõſuetudo mino-
res & furioſos liget? Et ligare verum eſt[a]:
118 quo fit, vs minor in integrũ nõ reſtituatur
ſiue iure cõi, ſeu cõſuetudinario, ſeu muni
119 cipali vſus ſit[b]. Sed nũquid ligas alienige-
nas, exteros, ſiue forenſes? Et hic articulus
in delictis, contractibus, teſtamẽtis & alijs
tractãd[c]. In delictis cõcors oĩm diſtinctio
eſt, vt ſi quid admiſſum fuerit, quod iure
cõi delictũ eſt, ſecundũ conſuetudinẽ loci
puniatur[c]: qua ratione in eos qui σκεπελι-
σμοὺ in Arabia ponerent, iuxta prouinciæ
morem graui[e] præſides aĩaduertere ſoliti
ſũt[d]. Si cõſuetudo puniẽdi ceſſet, publicis
legibus delinquens (etiãſi clariſsimus ſit)
ſubiugabitur. reatus enim omnẽ honorẽ
excludit.[e] Si verò delictũ iure non eſt, ſed
cõſuetudo vs eſſet delictũ, induxit, eũ qui
morã cõtraxit cõſuetudo ligat[f]: nõ ergo
eũ qui iter faciat, ſed neq; nouũ ciuẽ[g]: nã
& huic & tyroni parcendũ oẽs cõſentiũt[h].
Neq; enim cõſuetudines, aut iura munici-
120 palia ignorantes cõprehendũt[i], niſi fortè
res eiuſmodi ſint, quæ per vniuerſam pro-
121 uinciã prohiberi ſoleãt: vt exportatio fru-
mẽti[k]. In contractibus illa etiã diſtinctio
cõis eſt, vt in ijs quæ ad contractus cõpoſi
tionem ſiue ſolennia pertinẽt, loci contra-
ctus cõſuetudo attẽdatur[l]. In ijs verò, quæ
ad ius quod ex cõtractu oritur, ſi litis ordi-
nẽ reſpiciãt, locũ iudicij inſpiciamus[m]: ex-
ceptis quibuſdã caſibus, quos Marianus cõ
geſsit[n]: ſi litis deciſionẽ reſpiciant, aut eiuſ
modi ſunt, quæ ſecundũ contractus ipſius
naturã oriuntur, aut ex poſt facto propter
122 moram ſeu negligentiã. Primo caſu locus
contractus inſpicitur[o], præterquã in dote,
in qua locus domicilij mariti[p], id eſt, habi-
tationis[q], non originis ſpectãdus eſt. quod
samẽ ipſum permultis caſibus diligenter
coarctant[r]. Secundo caſu, loci conſuetu-
do attẽdetur, in quem ſolutio collata eſt.[s]
Quæ diſtinctiones & ab omnibus admiſſæ
ſunt, & ad quottidiana multa inducuntur.
Finge diuerſam eſſe conſuetudinem lucri
dotalis in ciuitate viri, ab ea quæ ſit in ciui
tate vxoris: certè conſuetudinẽ domicilij
mariti inſpiciemus: quæ concluſio cõmu-
123 nis eſt, ſed permultis caſibus nõ ꝓcedit[t].

a l. ſi ſine hærede. §. tutor ff. de admi. tuto.
b l. vlt. vbi Bal. & alij. C. de reſtit. in integ.
c aut. quã ò prouincia. C. vbi crimina agi opor.
d l. ſaccula rij. ff. de extraor. crim. alias l. ſunt quædam.
e l. 1. C. vbi ſenat. vel clariſs.
f l. 2. cũ gl. C. vbi de crimi. agi oper.
g l. qui cũ vno. §. fin. l. qui commeatus ad fi. ff. de re milit.
h Bal. in l. data opera. n. 17. C. qui accuſa. non poſs. rema. cõſ. 228. nu. 8. Iaſ. in d. l. nu. 32. C. de ſum. trini.
i l. vlt. ff. de decre. ab or di. faci. c. vt animarũ de cõſt. li. 6.
k l. fi. §. licit. de publ.
l l. ſi fund. ff. de euic. l. 1. §. fin. ff. de ven. inſpi.
m l. 3. §. fi. ff. de teſt.
n Maria. in c. quod cleri cis, ad fi. de fo. compe.
o l. contraxiſſe. ff. de actio. et obl.
p l. exigere ff. de iudi.
q Glo. in c. ſtatutũ. §. cũ vero. in gl. dictã. de reſcri. in 6.

Ille cum primis notandus, quòd inter ſpõ
ſos locus contractus attendi debet[r]. Hinc
Baldus[x], ſi ſtatutum ſiue conſuetudo fue-
rit de lucris inter ſponſum & ſponſam, lo-
cũ contractus conſiderandũ ait. Quo exẽ-
plo, cum Salmanticæ ſponſam accepiſſet
Tarraconenſis, & ille paulo poſt ſponſalia
eſſet mortuus. Reſpondi (quia baſia inter 124
ſponſum & ſpõſam interueniſſent[y]) ſpon
ſæ dimidiam omnium deberi, quæ ei à ſpõ
ſo donata erant: reſpõſurus profectò con-
trà, ſi inter eoſdem ſponſalia Cæſaraugu-
ſtæ cõtracta ꝓponerẽtur. Finge rurſus Sal
manticæ conſuetudinem aus ſtatutum eſ-
ſe, vt qui non petit debitum per decem an
nos, cadat à iure ſuo. Pincianus aliquis mu
tua centum mihi dedit, quæ ei illic redditu
rus ſim: decennio tacuit, contracta certè
negligentia eſt, & præſcriptione ille exclu
ditur[z]. Si itaque Barcinonenſis mercator
Burgenſi ea conditione mutuet, vt Burgis
reddat, ius executionis petẽdæ ex obliga-
ſione perſonali decennio amittitur[a]: con 125
trà futurum, ſi Burgenſis apud Barcinonẽ
eſſet ſoluturus. Finge demũ, hîc vbi exe-
cutio ſit, nullam exceptionẽ opponi poſ-
ſe inſtrumento, in loco contractus poſſe,
an opponi exceptio poterit? Et reſpõdet
Bald.[b] poſſe, quod & alii[c] ſequũtur. Cùm
ergo Vlyſsipone cõtractus inter duos mer
catores factus proponeretur, creditorẽ ei[9]
ciuitatis incolam, debitorẽ verò Hiſpalen
ſem, & Hiſpali executio peteretur: quæ-
ſitumque eſſet, num Hiſpalenſis exceptio
nes admittẽdæ eſſent, Dixi ipſe iure admit
tendas, quòd non locũ executionis[d], ſed
locum cõtractus in propoſita ſpecie (ſi ve 126
rum amamus) inſpici neceſſe eſt. Quæ &
quotidiana, & ab alijs ad leges Regias no
sata non ſunt. In teſtamẽtis exemplum po
nitur in Venetorum conſuetudine, apud
quos teſtamenta coram tribus teſtibus fie 127
ri poſſunt. Videndum ergo eſt, an valeat:
deinde an liget exteros, qui ibi teſtentur?
Et valere apud Venetos dubitari vix po-
ſuit, propter eius vrbis inter ſuos impe- 128
rium[e]. Sed num valeret etiam in alijs ciui-
tatibus, quæ ſuperiorem agnoſcuns?
Et principe conſentiẽte, non dubitamus[f].
nã & priuato princeps priuilegiũ hoc põt
cõcedere[g], & cõſuetudo, vs Patriarchis[h],
ſic ciuitatibus priuilegia dare poteſt.
Quid igitur ſi Princeps conſuetudinem
igno-

r Sec. ã reg. 468. incip. ſtatutũ. Iaſ. in l. 1. n. 25. C. de ſum. tri. Feli. in. c. 1. de ſponſ.
s l. vnũ. ff. ſi cert. pet. l. fi. ff. de tritic.
t Iaſ. in d. l. cũctos. nume. 24.
v Glo. 3. in l. cũ quædã puella. ff de iuriſdic. om. iudi.
x Bald. in auth. oẽs peregrini. col. 2. C. cõmu. de ſucceſ.
y l. 52. tauri
z l. vinum
a l. 63. tauri.
b Bal. in l. 1. q. 5. C. ne fi li. pro. pat.
c Tan. & docto. in l. à diuo. § ſententiã ff. de re iudi. Iaſ. in d. l. cunctos, nu. 22.
d l. 4. & 5 tit. 8. lib. 3. ordi.
e Iaſ. in l. cũctos. n. 12.
f l. quid ergo. §. 1. ff. de his q. not. inf. l. cũ i plures §. locator. ff. locat. l. 1. §. magiſtrũ. ff de exer.
g l. ſi nõ ſpeciali. C. de teſta.
h c. tenquã ſius. 9. q. 3. c. mos antiquus. 65. di.

ignoret? Et Iacobus non valituram con-
tendit[a], quaſi temerariam, malam, & quæ
fallacijs fraudibuſque viam aperiat[b], qui-
bus ius ciuile obſtruxit. Bartolus[c] contrà
valituram: cuius ſententia & in ſcholis, &
in iudicijs approbata eſt[d]. cum enim con-
ſuetudo circa ſolennitatem publicandi te
ſtamenti mutare poſsit[e], cur non & cir-
129 ca numerum teſtium? Neq; his obſtat Vl-
tima conſtitutio de teſtam[f]. Etenim dero
gatio illa tacita eſt, ac proinde ad præteri-
130 tas tantum, non etiam ad futuras conſuetu
dines extendetur[g], quomodo ſolutio Bar
toli hoc in loco ſuſtinenda eſt: alioqui ſi
expreſſa derogatio eſſet, & futuris quoq;
conſuetudinibus reſiſteret, omnium con-
ſenſu[h]. In ſequenti articulo, id eſt, an alie-
131 nigenas conſuetudo hæc comprehendat,
ex communi opinione[i] pro regula tradi-
tum eſt, eos comprehendere[k]: quod tamẽ
quibuſdam caſibus non procedit. Primus
cum limitata ad ciues ſtatuti ſeu conſuetu
dinis diſpoſitio fuerit[l], alienigenæ enim
tunc non ligantur. Secundus, in alienige-
nis quibus alioqui iure communi non eſt
permiſſum facere teſtamentũ: quales ob-
ſides ſunt, qui (niſi togæ Romanæ vſu ac-
cepto[m]) non teſtãtur[n]. Qua ratione cum
132 conſuetudo aut lex municipij, aut etiam
cõis adſit[o], vt filijſ. teſtari poſsint, alieni-
genæ filijf. teſtamenti factionem habituri
non ſunt[p]. Nam & ſi circa ſolennia teſtiũ
conſuetudo exteros quoque comprehen-
dat, circa capacitatem non comprendet.
Tertius in ijs alienigenis eſt, qui religio-
nis cauſa peregrinãtur. Ij enim (ſi teſtium
copia præſto non ſit) quomodo velint, &
133 quomodo potuerint, teſtamẽtũ facient[q]:
ſicque Hiſpaniæ lex declarãda eſt[r]. Quar
134 tus in ijs eſt, qui apud Barbaros, Turcas,
Sarracenos, Indos teſtantur. neque enim
135 iure gentium (quod apud eas gentes fere
in vſu eſt) ſed iure communi teſtamẽtum
facturi ſunt, vt Bartolus cenſuit[s]: contrà
136 Baldus[t] & frequẽtiores[v], quibus accedo.
Didici enim teſtamenta (quo argumento
enixe Iaſon mouetur) à iure gentium ori-
ginem trahere, tum etiam (quod me mo-
uet vel maxime) Paganis, qui in hoſtili lo
co deprenſi ſint, nimiam hanc ſolennium
teſtamenti diligentiam remitti[x]. Nõ de-

a l. vlt. C. de teſta.
b l. iubemus C. de teſt. l. 2. ad fi. C. de indi. vidui. tol. auth. vt nulli iudi. §. 1.
c Bart. hic col. penu.
d Iaſ. in. l. cũ. tot. n. 37
e l. publicati. C. de teſt. l. 2. C. quem ad. teſ. ape.
f l. fi. C. de teſta.
g Bar. in. l. fi. ĩ princ. ff. d leg. 2. Iaſ. in. l. cũctos. nu. 35.
h Iaſ. in. l. ſi mihi et ti bi §. in lega tis. col. fi. de leg. 2. repra.
g. in clem. ſtatutũ. de elect.
i Iaſ. ĩ. l. cũctos populos nu. 40.
k l. 1. C. de emã. libe. l. fi. ff. de teſt. milit.
l l. conſcriũtur. §. 1. ff. d in. codi. l. fi. C. de teſt. l. age. C. de tranſact.
m l. ſed ſi accepto. ff. de in. ſiſ.
n l. obſides. ff. de teſt.
o l. 5. sanxi.
p Bar. in. l. 1. nu. 24. C. de ſũ. trini.
q Ang. in l. oẽs peregrini. C. cõ. de ſucceſ. Pau. in. l. un tritoribus.
r l. 30. tit. 1. par. 6.
s Bar. in. l. qui a latronibus ĩ prin. ff. d teſta.
t Bal. in. l. ius ciuile. ff. de iuſti. & iur.

ſunt tamen qui & Bartoli opinionem cõ-
munẽ dixerint (quod ſupra notaui) quo- 137
rum & nunc quoque placet concordia.
Sed num alienigenæ teſtamentum ad o-
mnia omnino bona porrigitur, quæ vbi-
cunque gentium is habeat? Bartolus infe-
rius dicturum ſe pollicetur, nec præſtat.
Verum communis opinio ſic ſe habet, vt
ad omnia porrigatur[y]. Sed num & in alijs
quoque, quæ delicta, contractus, teſtamen
ta non ſunt, conſuetudo alienigenas com 138
prehendet? Et cum quæſtio de iure ſit,
quod ex re ipſa deſcendat, loci conſuetu-
do inſpicienda eſt[z]: nam & hoc generale
eſt[a]. Pone igitur conſuetudinem hic eſſe
ne domus niſi ad certam altitudinem ele- 139
uentur[b]: alienigenæ qui domos hic ha-
bent, non altius quàm indigenæ eleua-
bunt. Denique conſuetudinem loci ab
alienigenis abſeruandam, pulchra Hiſpa-
niæ lex[c] pro regula tradit: quæ tamen ex 140
ſupra ſcriptis declaranda eſt. Huic autem
proximus tractatus ille eſt, num ſtatuta & 141
conſuetudines laicorum clericos ligent?
In quo Bartolus tres caſus diſtinguit. Pri-
mus eſt, cum laici directè ſuper clericis 142
aut rebus eccleſiaſticis diſponunt, & hæc
non valent[d]: idque adeo verum eſt, vt 143
nec Imperator id poſsit[e]. deeſt enim lai-
cis in clericos iuriſdictio, etiam iure diui- 144
no[f]. Vnde nec ius in eos ſtatuendi ha- 145
bent[g], & iuriſdictionem in eos tempore
acquirere minime potuerunt[h]. Secundus
cum ſtatuta ſimplicia ſunt, ſed aduerſus ea
tendunt, quæ eccleſiæ & clericis in priui-
legium conceſſa ſunt, quæ etiam tanquam
contra libertatem eccleſiæ non valent[i].
Et hi duo caſus communiter approbãtur.
Tertius eſt, cum ſtatuta ſimplicia ſunt,
non tamen aduerſus ea tendunt, quæ cle-
ricis aut eccleſijs in priuilegium conceſſa
ſunt, ſed vt cuilibet: & his (modo hone- 146
ſta ſint) clericos ligari Bartolus cenſet[k],
quod alij frequentiores reprehendunt[l].
quãquam enim ſtatuta bona & æqua ſint,
ſtatuentes tamen auctoritate deficiuntur.
Verum id rurſus reſtringunt, vbi conſue-
tudo mixta ſit, id eſt, laicorum & clerico-
rum[m]. Sed & ſi laicorum tantum fuerit,
inquęrendis clericos ligat, vt Baldus,[n]
Ancarranus, Andreas Siculus, & Decius[o]

v Iaſ. in. l. cunctos populos. n. 44.
x l. fi. ff. de mil. teſ. not. in. l. ius ciuile. ſupra. de iuſt. & iu. poſt Zaſ.
y Iaſ. in. l. cunctos. nu. 44.
z l. vẽditor §. ſi cõſtat. ff cõmu. pdio. l. an in totũ. C. de ædif. priua.
a l. reſcripto § fin. ff. de mune.
b Glo. in. l. qui luminibus. ĩ princ. ff. de ſer. vrba. pra.
c l. 26. titu. 7. par. 1.
d c. eccleſia ſancta mariæ. d cõſti.
e c. bñ qdẽ 96. diſt.
f Glo. ĩ. c. ſi imperator. 96. diſtin.
g Bar. in. l. oẽs. populi. ĩ 1. q. princip. ſupra de iu. & iu.
h Rota. in antiq. decis. 840. Deci. in. d. c. eccleſia. col. 2.
i Aut. caſſa. C. de ſa. croſ. eccle. c. non erit. de ſent. excõ.
k c. cũ venissent d eo q mitti. in poſſ. cauſ. rei. ſer.
l Deci. ĩ. c. eccleſia. nu. 73. de cõſti.
m d. c. cum veniſſent.
n Bald. in rub. de con ſtit. colum. ſecunda.
o Deci. in. d. c. eccleſia. nu. 74.

concluſ-

147 concludunt. An verò conſuetudo liget v-
biq; locorum? Bartolus hîc ſuſpēſa manu:
cū em̄ tres articulos propoſuerit, vni tan-
tum reſpondet. Legendus itaq; de hoc ali
bi eſt[a], quo in loco diſtinguendo & ſubdi
ſtinguendo (quod hîc vitat) vix finem fa-
cit.
148 NAM quid intereſt.) Voluntas & verbis
& rebus declarari poteſt: qđ & in ratihabi
tione[b], aditione hæreditatis[c], iniuria[d] vi-
149 demus. Cum enim volūtas facti ſit[f] (dum-
modo idē effectus ſequatur) nō refert, hoc
an illo modo declaretur, niſi fortè actus e-
150 iuſmodi ſit, in quo pro ſubſtantia verba re
quirantur: qualis ſtipulatio eſt[f], prolatio
151 ſententię[g]. nam executio, facti ſemper eſt[h],
vt & ſolutio, traditio & id genus alia[i]. Sūt
tamen quidam, qui cùm verbis ferre ſentē
152 tias poſsint, facto tamē non exequuntur:
vt magiſtratus[k] municipales, & arbitri[l].
153 SVFfragio.) Ius ſuffragiorum populo Ro
mano olim fuiſſe & in magiſtratib' decer-
nendis, & in legibus ferendis, notius cer-
tè eſt, quàm vt hoc loco dicam. Iuuenalis
Satyra decima.

Ex quo ſuffragia nulli
Vendimus, &c.

VT leges.) Quid ſi conſuetudini lex reſi-
154 ſtat? Et conſtat, conſuetudinem in contra-
rium nō valituram[m], ſicut neq; legē muni-
cipalem[n]. Quid ergo ſi in lege clauſula il-
la adiiciatur, Non obſtante quacunq; cō-
155 ſuetudine contrarium diſponente, de prę-
cedenti, an & de ſequenti cōſuetudine in-
telligemus? Et iuris Pontificij gloſſa[o] præ
cedenti tantum reſiſti credidit: Dynus, &
Bartolus[p] contrà vtriq; reſiſti: quorū eſt
156 opinio cōmunis[q], & hoc ipſe ſequor. Neq;
enim Pauli diſtinctionē hîc ſatis proba-
re poſſum, ſequēs cōſuetudo contra ratio-
nē ſit, an nō, Nā ſi improbabilis conſuetu
do eſt, ex ſe ipſa (lege licet non reſiſtente)
corruit[r]. Quid ꝙ & gloſſæ Canonicæ opi-
nio crebriore calculo dānata eſt[s]. Quibus
157 conſequēs & illud eſt, vt cōſuetudines cō-
tra ordinationes Regias aut Pragmaticas
nullius momēti ſint, ꝙ proœmio legū Tau
ri & deſuetudini & conſuetudini in contra
riū inductis reſiſtitur. Aliud igitur in alijs
legibus (etiam Regijs) dicendum eſt, quæ
ſimilem clauſulam non habeant.
158 PER deſuetudinē.) Quid eſt ergo, quod
alibi[t] legimus, conſuetudine rationē aut

a Bar. in l. cunctos populos. b l. Paulus. ff. rem ra. hab. c l. mutum l. pro harede. ff. d acq. ha. l. ſeruo inuito. §. ſi pupille. ff. ad trebel. d l. 1. verſ. iniuriam. ff de iniur. e l. bona fidei. ff. de ac qui. re. do. f l. 1. ī pric. ff. de verbo. obliga. g l. 1. C. de ſenten. ex. breui. reci. h l. executorem. C. de execu. rei iudic. i l. conſilio. §. ſi. ff. de cura. furio. k l. magiſtratibus. ff. de iu. om. iudi. l. ea quæ. ff. ad muni. l l. à diuo pie ī pri. ff. de re iudi. m l. eos. §. fi. C. de vſu auth. caſſa. C. de ſacroſ. eccle. Barto. hîc in. 8. oppoſi. n Bar. in l. oēs populi. nu. 26. ff. de iuſt. & iur. o Gl. in cle. ſtatutum. in gl. electione de elec. gl. ī clem. 2. i gl. pen. de reb. eccl. nō alie. p Bar. in l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. de legat. 1. q Alexan

legem minimè vinci? Et alij (quorū eſt opi
nio approbata[v]) generalem legem à gene
rali conſuetudine, ſpecialē ab ſpeciali vin
ci dicūt, non generalem ab ſpeciali, aut cō
trà. Alij abrogari conſuetudine legem, nō
tamen rationem naturalem, ſed & neque
legem ſi reſiſtat. Alij, legem quidem abro
gari poſſe conſuetudine, ſed non adeo, vt
à ratione legis correctæ non liceat ſume- 159
re argumentum. Quanquam itaque à ra-
tione legis per legem correctæ argui non
poſsit[x], poterit à ratiōe legis correctæ per
conſuetudinē. Fortiora enim expreſſa ta- 160
citis ſunt, vt in ſubſtitutione pupullari vi-
demus, quæ non tacita cum eſt, ſed expreſ
ſa matrem excludit[y]: quod ego vel cū pri 161
mis notatu dignū exiſtimo. Nam lex cor
rigens extendi quatenus poſsit, late fuſus 162
tractatus eſt, & ab alijs plenè diſcuſſus[z].
ABROgentur.) Imo conſuetudine per le 163
gem. Sic enim conſuetudo mortuos intra
vrbem ſepeliendi, Adriani reſcripto abro-
gata[a]. Verùm, eſt diſſolutio huius antino
miæ multiplex. Prima, inſpiciendum eſſe, 164
lex an conſuetudo præcedat, id quod præ-
cedat, per ſequens videri ſublatū. Sed huic
Bonifacij conſtitutio repugnat[b]. Secunda
ante conſuetudinē quam Adrianus ſuſtu-
lit, legem viguiſſe conſuetudini contra-
riam, facile ſcilicet fuiſſe, vt lex formæ
ſuæ redderetur[c]: fuitque lex illa ante
conſuetudinem, (Bartolus enim & alij di-
uināt magis quàm explicant) lex. 12. tab.
Hominem mortuū in vrbe ne ſepelito, 165
ne've vrito. Cuius Cicero meminit lib.
de legibus. 2. Tertia, conſuetudinem tolli
à legiſlatore ſciente[d], ab ignorante verò
non videri ſublatam[e]. Quæ Angeli, Pauli
& plurium eſt. Quarta Baldi, Paulíq;[f] hoc
in loco, & ante eos Ioannis monachi, &
Ioannis And.[g] conſuetudinem illicitam,
& quę ad uerſus publicam vtilitatem vide
ri poſsit (etiam ab ignorante legiſlatore)
lege abrogari, huiuſmodi em̄ hæc potuit
videri, mortuos intra vrbem ſepeliendi:
quum pręſertim eo res euaſerit, vt non in-
tra vrbem, aut in eccleſiarum cœmiterijs,
ſed in ſacellis ipſis, atq; adeò penè ſanctiſ-
ſimum Chriſti redemptoris noſtri corpus
ambitioſe multi ſepelirentur. Vnde & ve
tuit Diocletianus[h], legemq;. 12. tab. & A-
driani reſcriptū confirmans. Mortuorum
(inquit) reliquias, ne ſanctum municipio-

dict. §. in legatis. colū. penu. v l. quod nō ratione. infra. s Iaſ. hic. n. 55. & in d. §. in legatis ī vtraq. lec. t l. 2. C. quæ ſit lon. conſue. v Bart. hic in. 6. oppoſ. Pau. col. pe. Iaſ. nu. 53. x l. 1. ī pri. C. de latis. libertatib. y l. fi. C. de inſti. et ſubſtitut. z Iaſ. in §. ſi quis agēs col. fi. inſti. d actio. Iaſ. in l. fratres. col. 2. C. de inoffi. teſta. a l. 3. §. diuus. ff. de ſepul. viola. b cap. de cō ſtitu. in. 6. c l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ad finem. ff. de pact. d dict. §. diuus. e c. 1. de conſtit. in. 6. f Paul. hic. num. 7 g Ioan. Andr. in. d. c. primo.

h l. mortuorum. C. de religioſ.

rum ius polluatur, intra ciuitatem condi iam pridem vetitum eſt. Sed & Valentin. & Theodoſ.[a] Nemo Apoſtolorũ vel Martyrum ſedem hnmanis corporibus exiſtimet eſſe cõceſſam. Poſtremò vetuit & Varenſe cõcilium [b], nequis in eccleſia ſepeliatur, ſed tantum in atrio, vel porticu, vel exhedris eccleſiæ: quæ vulgo capitula appellantur. ſed Moguc ienſe quibuſdam ius hoc conceſsit, vt in eccleſia ſepelirẽtur [c], 166 quæ latius à Pontificijs traduntur [d]. Certè quantum mortuorum interſit, vt iuxta eccleſias ſepeliantur, præter diuum Auguſtinũ [e] à quoq; bñ diſcas, iure quoq; noſtro latius aliquanto relatum eſt [f]. Quibus à me hoc loco inculcandis Accurſius & cæteri occaſionem prębuerunt. Nam de conſuetndine contra rationẽ ſuo loco dicemns [g].

a l.2. C. de ſacroſ. eccl.
b c. præcipiendũ. 13. q.2.
c c. nullus. 13. q.2.
d c.1. de ſepult.
e c. non æſtimemus. 13. q.2.
f l.2. tit.13. part.1.
g In l. q̃ nõ ratione.

XXXIII. VLPIANVS Lib. I. de officio Proconſulis.

DIVTVRNA conſuetudo pro iure & lege in his, quæ nõ ex ſcripto deſcendunt, obſeruari ſolet.

1 *Diuturna conſuetudo quæ.*
2 *Conſuetudinis variæ appellationes.*
3 *Conſuetudo ſcripta & non ſcripta.*
4 *Conſuetudinis officia quæ?*

1 DIVTVRna.) Decem annorum [h]. tantum enim tempus iure ciuili ſufficere ad cõſuetudinem inducendam, in lege proxima ſatis ſuperque
2 oſtẽdimus. Dicitur & lõga [i], lõgæua [k], inueterata [l], perpetua [m], vet' [n], vetuſta [o], antiqua [p]: quæ in idem omnia recidunt. Atq; ita quidem Iuriſcõſulti: nam Ciceroni in lib. de Seneƈt. nihil diuturnum videtur, in quo eſt aliquid extremum.
3 QVAE non ex ſcripto deſcendunt.) Redigitur tamen & in ſcriptum nonnunquã, & conſuetudo manet: derogat aliquando
4 ſcriptis legibns: interdum eas interpretatur: quæ conſuetudinis officia ſunt.

h l. ſi cum fideicõmiſſa. §. ariſto. ff. qui & à quib.
i In rub. ſupra. & C. q̃ ſit lõ. cõſue.
l. ſed & ea, infra.
k l.2. C. quæ ſit lõ. cõſue.
l l. de quibus. ſupra.
m l. nã imperator.).
n l. imperatores. ff. de pollici.
o l. teſtamẽ 14. C. de teſt.
p l. pen. C. de iur. fiſc. lib. 10.

XXXIIII, IDEM Libro quarto, de offic. Proconſulis.

CVM de conſuetudine ciuitatis vel prouinciæ confidere quis videtur, primũ quidem illud explorandum arbitror, an etiam contradiƈto aliqñ iudicio conſuetudo firmata ſit.

1 *Conſuetudo inducitur per aƈtus extra iudicium, ſicut & per iudiciarios.*
2 *Conſuetudo eſt confirmatio taciti conſenſus per lapſum temporis.*
3 *Conſuetudo an debeat eſſe præſcripta.*

CONTR Adiƈto.) Sed nnm & per aƈtus extra iudicium faƈtos conſuetudo inducetur? Et induci, verius receptiusq; eſt [q]: quomodo & legem Regiam [r] declarandã ſupra [s] ipſe admonui: niſi quòd in ijs qnæ extra iudiciũ fiant, maior frequẽtia requiritur quàm in iudicialibus. Merito igĩ cõfidet is magis, qui contradiƈto aliquando iudicio firmatam oſtenderit. 1
FIRmata.) Eſt ergo cõſuetudo, confirmatio & roboratio quædam taciti conſenſus per temporis lapſum [t]. An & præſcriptam eſſe neceſſe ſit, ſuprà diƈtum eſt. 2 3

q Bar. in l. de quib'. n. 13. Pau. nu. 11. & 14. Imo. in c. fi. nu. 22. de cõ ſue. Aym. de antiq. tẽp. in. 4. part. §.1. num. 33.
r l.5. tit.2. part.1.
s In l. de q. bus.
t Ang. in l. de quibus. nu. 27.

XXXV. HERMOGENIANVS Lib. primo iuris epitomarum.

SED & ea quæ longa conſuetudine cõprobata ſunt, ac per annos plurimos abſeruata, velut tacita ciuium conuentio: non minus, quam ea quæ ſcripta ſunt iura ſeruantur.

1 *Anni plurimi decem anni ſunt.*
2 *Conſuetudinis cauſa duplex, proxima & remota.*
3 *Lex ſcripta & conſuetudo in cauſa materiali conueniunt, in formali differunt.*

ANNOS plurimos.) Decem annos. 1
VELVT tacita ciniũ conuentio.) Conſuetudinis duplex eſt cauſa, vna remota. i. vſus aut mores: altera proxima, id eſt, 2

Id eſt, tacitus ciuium conſenſus[a].
3 NON minus.) Lex ſcripta & cõſuetudo
in cauſa materiali conueniunt (vtrumque
enim prouenit à populi conſenſu) in cau-
ſa formali differunt: lex, ius ſcriptum eſt,
conſuetudo ius non ſcriptum: lex tamen
expreſſo conſenſu, conſetudo tacito con-
ſtat: illa verbis, hęc rebus ipſis, & factis ex
primitur: illa momẽto perficitur, hæc tra-
ctum requirit.

a Bar. in l. de quibus. nu. 10.

XXXVI. PAVLVS Libro ſeptimo ad Sabinum.

IMO magnæ auctoritates hoc ius habetur: quod in tantum probatum eſt, vt nõ fuerit neceſſe ſcripto id comprehendere.

1 *Conſuetudini non repugnat, quòd in ſcriptũ redacta ſit.*
2 *Lex à conſuetudine differt, vt ab expreſſo tacitum*
3 *Feudorum conſuetudines & nu. 5. & 7.*
4 *L. 4. titu. 2. part. 5.*
5 *Conſuetudo in ſcriptum redacta, conſuetudinis ne naturam retineat, an iuris ſcripti.*
6 *Conſuetudinis in ſcriptum redactæ quæ vtilitas.*
7 *Cõſuetudo in ſcriptũ redacta, cõſuetudo eſt.*
8 *Feudorũ iura quã auctoritatem habeant.*
9 *Communes opiniones contrariæ.*
10 *Cæſaris deciſio neceſſaria eſt.*
11 *Libellus petentis aduerſarium condemnari ſecundum ſtatuta & conſuetudines ciuitatis.*

SCRIPTO.)
Num igitur repugnat cõſuetu
1 dini, quòd in ſcriptum redacta
ſit? Et hîc argumentum eſt, ne repugnet.
nam & differt à cõſuetudine lex, vt ab ex-
2 preſſo tacitum[b], non vt ab ſcripto nõ ſcri-
ptũ. Sed recepta Guilielmi diſtinctio eſt[c],
quoad originem ſiue inductionẽ impoſ-
ſibile eſſe, vt ſcripta ſit: populi enim con-
3 ſenſu tacito conſtat: quoad reformationẽ
verò, poſsibile eſſe: vt in cõſuetudinibus
4 Feudorum videmus. Quomodo & legem
Regiam[d] nos Intelligimus, quæ conſuetu
5 dinẽ, ius non ſcriptũ eſſe diffinijt. Sed nun
quid quę in ſcriptũ redacta eſt, cõſuetudi-
nis naturam retinet, an iuris ſcripti? Et ſi in
hoc tantũ ſcripta eſt, vt ꝓbetur, dubio pro
cul conſuetudinis naturam ſeruat, contra-
ctuũ[e] & iuris Prætorij[f] ad exemplũ: cuius
articuli in conſuetudinibus Feudorũ Bar-
tolus & doctores ex exemplum ponunt. Si
in hoc, vt nouum ius fiat, & conſuetudo re
manet, & vt ius ſcriptũ valet[g], & vtroq; a-
gi poteſt, ſiue vtrũq; ordinariũ auxilium,
ſiue vtrumq; extraordinariũ dicas. neque
enim vnũ aliud excludit[h], nec parua vtili- 6
tas eſt noui iuris ſcripti: ſiquidem facilior
inde probatio peti poteſt[i]. In ſumma, con 7
ſuetudo in ſcriptũ redacta, cõſuetudo eſt,
atque ita frequentiores affirmãt[k]. Cui cõ-
ſequẽtia & hæc ſunt, difficilius tolli quàm
ius ſcriptũ[l], probãdum huius conſuetudi-
nis vſum: quod non eſſet neceſſe, ſi ius ſcri
ptum diceremus[m]: deniq; & ſupraſcripta
in conſuetudinibus Feudorum ſibi vendi-
care locũ, quod & ipſum omnes fatentur.
Quid ergo eſt, ꝙ alibi pleno ore aſſeuerãt, 8
receptius eſſe, vt feudorũ iura eãdem vim
auctoritatẽq; habeant, ac cæteræ leges im
periales[n]? An nõ hæc cõmunium opinio- 9
nũ repugnãtia eſt? Si enim legũ imperia-
lium natura habent, quomodo cõſuetudi-
nis naturã ſeruant? Difficilis certè nodus,
& qui deciſione Principis egeat. Et fortè
dici ſic poteſt, vt conſuetudo in ſcriptũ re 10
dacta, conſuetudo adhuc ſit, niſi ſcriptum
conſuetudini aut addat, aut detrahat: quæ
Socini declaratio eſt[o]: aut niſi Principis
iuſſu in ſcriptum redacta ſit, quales cõſue-
tudines Feudorum ſunt, quę ad Bononien
ſis collegij preces iuſſu Frederici. iij. in vo
lumen hoc compoſitæ ſunt, quo hodie vti
mur. Vix enim eſt vt adducar, libro illi iu-
ris ſcripti auctoritatem non eſſe. Sed quid 11
ſi eo caſu quo conſuetudo in ſcriptum re-
dacta eſt, petat quis aduerſariũ ſuum con-
demnari ſecundum ſtatuta & conſuetudi-
nes ciuitatis? Et libellũ prucedere verius
eſt, neq; eligere actor cogetur. declaram[p]
enim ſecundũ eius intentionem[p], vt vna
actio videatur propoſita, quæ vel à cõſue-
tudine per ſtatutum approbata, vel contrà
naſcatur. Nam & ſic ex ſtapulatione & nu
meratione qui agit, vnica actione agit[q],
& iure gentium ciuiliq; maritus agit[r].

b l. de quibus. in fin.
c Bart. in repe. l. de quibus. q. 1.
d L. 4. titu. 2. part. 2.

e l. contractus. C. de ſi. inſtru. l. cõtrahitur. ff. de pigno.
f l. poſthumus. in pri. ff. de iniuſ. rupt. vbi Pan.
g Cap. 2. de prob. in 6.
h l. qui bona. §. 1. illo. ff. de dam. infe. l. quotiens. ff. de actio. & obliga.
i l. 3. §. ſi rẽ. ff. de leg. 3.
k Iaſ. in. l. 2. n. prin. n. 10. ff. de vulga. Soci. ibi. co. 1. Purpu. in. l. 1. n. 55. ff. ſi cer. pet. Claud. itra cta. feu. ſub rub. de orig. feu. col. 3.
l c. 1. de cõſti. in. 6. l. viros. C. de diuer. offi. lib. 12.
m l. ornamentorũ. ff. de aur. & arg. leg. Iaſo. in d. l. 2. in pri. n. 10.
n Iacob. Alua. in proœ. feud. col. pe. Iaſ. colũ. 2. Clau. col. 4. Zaſ. fol. 2. Alb. in. l. de quibus. col. 3.
o Soc. in. d. l. 2. col. 2.
p l. ſi quis intentio. ff. de iudic.
q l. ſi ita fuero. §. fin. cũ. l. ſeq. ff. de nouat.
r l. verũ. in prin. ff. re. amo.

XXXVII IDEM Libro primo Quæſtionum.

SI de interpretatione legis q̃ratur, in primis inſpiciendũ eſt, quo iure ciuitas retro in huiuſmodi caſibus à fuiſſet. Optima enim eſt legum interpres conſuetudo.

1 *Conſuetudinis effectus interpretatio eſt.*
2 *Conſuetudo leges, teſtamenta, contractus & omnes diſpoſitiones interpretatur.*
3 *Maioratus verba ex conſuetudine interpretationem admittunt.*
4 *Conſuetudinis, an legum ſimilia magis ſpectanda.*
5 *Lex & Regio.*

SI de interpretatione.) Hîc vnus conſuetudinis 1
effectus eſt.
LEGIS.) Teſtamenti etiam
2 vel contractus, vel cuiuſlibet alterius diſpoſitionis: idq́; etiã contra verbi propriã ſignificationem: quod Innocentius[a] Abbas[b] & alij notant. Hoc amplius, & ad eam interpretationem ex conſuetudine faciendam præſcriptio conſuetudinis huius interpretatiuæ neceſſaria non eſt[c]: quod Alexander, Aretinus & Decius[d] ex facto cõ
3 ſulti tradiderunt. Secundum quę, & verba quoq; teſtamentorũ aut ſcripturarũ quibus maioratus inſtituũtur, interpretationẽ ab vſu loquẽdi, & cõſuetudine recipiũt[e].
IN primis.) An tamen ad ſimilia legũ ma
4 gis quàm conſuetudinis recurrendum ſit, ſupra vidimus.
OPTIma eſt enim legum interpres conſuetudo.) Quemadmodum id procedat, ſuprà diſſerui. Videntur autem & huc alluſiſſe Græci prouerbio celebri, νόμος & χώρα,
5 id eſt, lex & Regio, Regionem pro regionis cõſuetudine (vt arbitror) accipiẽtes, vt his duob' vitã hoĩm cõſtare ſignificarent.

a Innoc. in c. olim. de verb. ſigni. b Abb. in c. certificari. de ſepul. Feli. in c. 1. ñ. M. Ferrarienſis. de conſtitu. Ioſ. in l. vt liberis. col. 2. C. de colla. c Anto. in c. vlt. col. 18. de conſuet. Imola in c. vlt. de praeſc. d Deci. cõſi. 441. col. fina. e Bal. in l. libertis. n. 18 C. de ope. libe. Deci. cõſil. 242. & conſ. 265. colum. 4.

XXXVIII. CALLISTRATVS Libro primo Quæſtionum.

NAM Imperator noſter Seuerus reſcripſit, in ambiguitatib' quæ ex legibus proficiſcuntur, conſuetudinem, aut rerum perpetuo ſimiliter iudicatarum auctoritatem vim legis obtinere debere.

1 *Conſuetudinis præſcriptio interrumpitur per actus contrarios.*
2 *Conſuetudo inducitur per actus factos in iudicio, vel extra iudicium.*

PERPETVO.) Semper igitur obſeruanda eſt: nam ſi aliter aliquando factum eſſet, cõſuetudo minime induceretur. Interrumpitur enim conſuetudinis præſcri- 1
ptio per actus contrarios[f].
IVDIcatarum.) Exempli cauſa poſitum eſt. inducitur enim conſuetudo per actus
etiam extra iudicium factos: quæ opinio 2
communis eſt[g].

f Glo. in l. nemo alieno §. temporalis. ff. de regu. iur. g Pan. in l. de quib'. n. 11. & 14.

XXXIX. CELSVS Lib. xxij. Digeſtorum.

QVOD non ratione introductum eſt, ſed errore primũ, deinde conſuetudine obtẽtum eſt: in alijs ſimilibus nõ obtinet.

1 *Conſuetudo contra ius aut contra rationem naturalem non valet.*
2 *Conſuetudo contra rationẽ ciuilẽ an valeat.*
3 *Corruptela quæ ſit.*
4 *Conſuetudines aduerſus concilium generale nullius momenti ſunt.*
5 *Conſuetudo contra rationem nõ extenditur.*
6 *Conſuetudo contra ius ſcriptum an valeat.*
7 *Conſuetudo onerosa an valeat.*
8 *Conſuetudo iniqua à pœna legis excuſat, ab æterna ſiue diuina non excuſat.*
9 *Lex contra rationem de ſimilibus ad ſimilia non extenditur.*
10 *Vinũ exportare ſi lege non licet, an vuas exportare licitum erit.*
11 *Frumẽtum exportare ſi lege licitum non eſt, an farina exportabitur*
12 *Lex ne mulieres margaritas portent, non extenditur ad fictitias.*
13 *L. Vellera. C. de veſtib. holo. lib. 11.*
14 *Imperatoris inſigne, veſtis murice tincta.*
15 *Conſuetudo quæ non ratione inducta eſt, etiã ab ignorante legiſlatore ſublata videtur.*

QVOD

a Bar. in l. de quibus. opp. 10. Iaſ. nu. 54.
b c. cum tãto. de conſuet.
c Auth. vt nulli iudi. in princ.
d Bal. in c. imperialis. nu. 22. de pace conſtan.
e Ang. in l. de quibus nu. 33. Bart. ibi in. 1. op.
f Pan. in l. de quibus. nu 2.
g l. ius ſingulare. ſup.
h Inno. in c. dilecto de offi. arch. c. 1. de conſue.
i Pan. in l. de quibus. nu. 12.
k Gl. in c. cum venerabilis. de conſue.
l Glo. in c. denique. 4. diſtinct.
m Rom. ſingu. 13. Iaſ. in l. ait prætor §. in vari. co'lũ. ſi. ff. de re iu. Hipp. ſing. 1. n. 100
n ff. ad. l. cor. de ſicca. Ripa in rubr. de iudi. nu. 24.
o Bar. in l. quæſitũ. §. illud. ff. de leg. 3.
p l. i. §. hee interdictũ. ff. de ſon. vbi Bar.
p l. vellera C. de veſti. bolo. lib. 11.
q Iaſ. in l. gallus. §. quid ſi is. in 1. lec. nu. 16. ff. de

1 QVOD non ratione.) Conſuetudo contra ius diuinũ, naturale, aut gẽtium dubio procul non valet[a], neq; cõtra naturalem 2 rationem: ſed & neq; contra ciuilem, ſi iure impoſsibilis ſit, vt quia cõtra bonos mores. ea enim neq; in ſe, neq; in ſimilibus cõ- 3 ſuetudo eſt, ſed corruptela[b]. Male ſiquidẽ adinuenta, malęq; conſuetudines neq; ex longo tempore, neq; ex longa conſuetudi- 4 ne confirmantur[c]. Sic & aduerſus concilium generale conſuetudines nullius momẽti ſunt[d]. Quòd ſi iure impoſsibile quid non inducat, ſed cõtra rationem ſit, in ſe 5 quidem cõſuetudo eſt, ſed de ſimilibus ad ſimilia trahi nõ poteſt[e]. Quid ſi contra ius 6 ſcriptum? Et non extendi verius eſt[f], iuris ſingularis exẽplo[g]: quod & in ea omnes 7 fatentur, quę onero ſa ſit[h]: cuius exempla poſuit Caſtrẽſis[i]. Illudq; in propoſito eleganter dicitur, iniquam & irrationabilem 8 conſuetudinem à pœna temporali, id eſt, à pœna legis excuſare[k]: à pœna ęterna ſeu diuina minime excuſare[l]: quam rem longo ſermone plenq; tradiderunt[m].

9 IN alijs ſimilibus) Sic nec lex municipalis. Vnde ſi ea cautum ſit, vinũ nequis ex- 10 portet, vuas exportare licebit: ſi ne frumẽ- 11 tum, farina iure exportabitur, dum'ne id in fraudem fiat[n]. Sic & ſi prohibeat, mulie- 12 res ne margaritas ſiue gemmas portent, prohibitio (vt quę pręter rationem eſt) nõ extendetur, auctore Baldo: licebit igitur 13 portare adulterinas ſuppoſititiasq;[o]. Nec obſtat, quod Theodoſij cõſtitutio[p], quæ vellera ſacro murice intingi nõ permittit, etiã adulterino colore fucari prohibet. Id enim ius ſingulare eſt, vel ne Princeps cõtemni 14 videretur[q], cuius erat inſigne veſtis ſacro murice tincta. Lãpridi' in Alexãdro, Hoc ſolũ (inquit) Imperatoris habẽs, quod lacernã coccineã habebat. Vel ne facile eſſet rebellibus, tyrannũ Imperatoriæ maieſtatis purpura vera aut fucata amicire: quod ex Amiano Marcellino cõſtat[r]. Et quid ſi cũ Georgio[s] dicam' inſpici debere, quod fuerit legiſlatoris propoſitũ? Nã ſi vt ſumptus euitentur, adulterina fictitiaq; prohibita non eſſe videri poſſunt: ſi ob aliam cauſam, aliud dicemus.

15 NON obtinet.) Adde quod conſuetudo non ratione inducta per legem, non à ſciente tantum, ſed & ab ignorante legiſlatore ſublata videtur[t].

lib. et poſt. r Alci. de verb. ſign. lib. 2.
s Georg. nat. in rep. c. quamuis pactum. col. 58. de pact. lib. 6.
t l. 3. §. diuus. ff. de ſepul. viola. Pan. hic col. pen. ad ſi.

XL. MODESTINVS *Libro primo Regularum.*

ERGO omne ius aut conſenſus fecit, aut neceſsitas conſtituit, aut firmauit cõſuetudo.

1 *Ius ciuile tribus partibus conſtat.*

OMne ius.) ciuile.
CONſenſus.) Populi.
NECEſsitas.) Parẽdi principi.
CONſuetudo.) Quæ & ipſa pars iuris ciuilis eſt. 1

XLI. VLPIANVS *Libro ſecundo Inſtitutionum.*

TOTVM autem ius conſiſtit aut in adquirendo, aut in conſeruando, aut in minuendo. aut enim hoc igitur, quemadmodum quid cuiusq; fiat: aut quemadmodum quis rem vel ius ſuum conſeruet: aut quomodo alienet, aut amittat.

1 *Status rerum omnium triplex eſt.*
2 *Part. 4. titu. 18. in proœm.*

TOTVM autẽ ius.) Sic & ſtatus rerum naturaliter ciuiliterq; triplex eſt. 1 Aut enim nouiter producũtur, aut producta deſtruũtur, aut producta in alterã formã mutantur: quæ Bartoli[v] & oĩm[x] traditio, & lege Regia approbata[y], Vlpiani reſponſo hoc ſat confirmata eſt. 2

v Bar. in l. nec vilem. ff. quib. ex cau. maio.
x Bar. in l. ſi is qui pro emptore. n. 25. Iaſ. col. 4. ff. de vſucap.
y In proœ. titu. 18. pt. 4.

DE CONSTITVTIONIBVS PRINCIPVM Titul. IIII.

VLPIANVS *Libro primo Inſtitutionum.*

QVOD Principi placuit, legis habet vigorem: vtpote cum lege Regia, quæ de Imperio eius lata eſt, populus ei & in eum omne ſuum imperium & poteſtatem

 conferat

conferat. Quodcunq; igitur Imperator per epiſtolam & ſubſcriptionẽ ſtatuit, vel cognoſcens decreuit, vel de plano interlocutus eſt, vel edicto præcepit, legem eſſe conſtat. Hæ ſunt quas volgo conſtitutiones appellamus. Planè ex his quædam ſunt perſonales, nec ad exemplum trahuntur. nam quę Princeps alicui ob merita indulſit, vel ſi quam pœnam irrogauit, vel ſi cui ſine exemplo ſubuenit: perſonam non egreditur.

1 *Princeps ſolus per ſe legem facere poteſt.*
2 *Princeps cum cõſilio prudentum leges ferat.*
3 *Legis definitio.*
4 *Principis placita legis vim habent, cum animo legem conſtituendi fiunt.*
5 *Reſcripti Imperatorij interpretatio iuri diuino & humano conformanda eſt.*
6 *Principum placita, leges'ne an pro legibus fuerint.*
7 *Salomonij opinio confutata.*
8 *Leges Regiæ Romanorum.*
9 *Lex Regia, qua populus poteſtatem tranſtulit in Imperatorem, quæ fuerit.*
10 *Auguſtus Regiam poteſtatem nunquam vſurpauit.*
11 *Veſpaſianus lege Regia omnibus legibus ſolutus eſt.*
12 *L. 1. titu. 1. part. 2.*
13 *Imperium ex iure ciuili eſt, Regna ex iure gentium.*
14 *Ei & in eũ conceſſio, cuius ſignificationis ſit.*
15 *Populi poteſtas quanta fuerit in legibus rogãdis & abrogandis.*
16 *Imperium quatenus translatum fuerit in Imperatorem.*
17 *Dominium rerum ſuarum an tranſtulerit populus in principem Romanorum.*
18 *Populus à ſe prorſus nõ abdicauit poteſtatẽ.*
19 *Imperium Chriſti & eccleſiæ.*
20 *Epiſtolæ Principum.*
21 *Reſcripta Principum leges ſunt.*
22 *Subſcriptio.*
23 *L. 114. titul. 18. part. 3.*
24 *Cognitio cauſæ.*
25 *Decreta Principum vnde dicta.*
26 *Decretales epiſtolæ vnde dictæ.*
27 *Sententia diffinitiua Principis aliquando nõ facit ius.*
28 *De plano procedere.*
29 *Summariæ cauſæ.*
30 *Leuato velo procedere.*
31 *Sententia interlocutoria Principis an habeat vim legis.*
32 *L. metum. §. ſed quod Prætor. ff. quod metus cauſ.*
33 *Priuilegia iuris corpori inſerta generali derogatione non tolluntur.*
34 *Interlocutiones de planę quæ.*
35 *Edictum ab interdicto quid differat.*
36 *Edicere.*
37 *Edicti vocabulum incertum.*
38 *Edictales leges.*
39 *Conſtitutio genus eſt.*
40 *Orationes Principum.*
41 *Pragmaticæ Sanctiones.*
42 *Oracula Principum.*
43 *Adnotationes Principum.*
44 *Semenſtria diui Marci quæ?*
45 *Principis contractus pro lege eſt.*
46 *Contractus Principis an liget eius ſucceſſorẽ.*
47 *Reſcripta Principum contra ius an valeant.*
48 *Motu proprio an ad poſtulationem partis reſcribat Princeps, permagni intereſt.*
49 *Priuilegiũ perſonale an ad alios tranſeat.*
50 *Bartoli opinio cõmuniter reprehenditur.*

QVOD Principi.) 1
Etiam ſoli[a]: faciet tamen huma
nius, ſi in legibus ferendis prudẽ 2
tum virorum conſilium adhibeat[b]. Sic enĩ
Principis conſtitutionem legis definitio 3
verè comprehendet[c].
PLAcuit.) Animo legem conſtituendi. 4
Non tamen vt licere credat, quicquid & li
bet. Quare & in dubio iuri diuino & huma 5
no reſcripti Imperatorij interpretatio cõ-
formanda eſt, atque vt læſiſſe alios non vi-
deatur, dum alijs indulget. Nã neq; aucto-
ritate reſcripti cõfirmabitur poſſeſsio per
vim apprehenſa[d]: quod de Hugolini Ca-
ſtris ab Accurſio proditum[e] Baldus & alij
frequenter ſequuntur[f].
LEGIS habet vigorẽ.) Colligit hinc Sa- 6
lomonius, Principũ placita non leges, ſed
pro legibus fuiſſe, quaſi minor his auctori
tas eſſet. Quæ mihi opinio non placet. nã 7
& infrà ſubdit. Legem eſſe conſtat. & Vl
pianus idem alibi errorem Imperatoris
multo magis quàm populi ius facere ait[g]:
& Theophilus[h] indubitatum affirmat. τὰ δὲ παρὰ τ͂ βασιλέως νομοθετούμενα, ἰσοδυνα-
μεῖν

a l. ſi. C. de legib.
b l. humanum. C. de legib.
c l. 1. ſupra de legib.
d l. auctoritate. C. vnde vi. l. meminerint.
e Gl. in. l. 2. C. de fun. et ſalt. rei dom. lib. 11.
f taſ. ibi et in. l. clã poſſidere. §. qui ad nũdinas nu. 86. ff. de acq. poſſ.
g l. barbarius. ff. de offi. præto.
h Theoph. in. §. ſed & quod princi pi. inſti. de iu. nat. gẽt. & ciui.

μεῦμ τοῦ λέξεῶμ ὡμολογημένωμ ἐςὶμ.

8 LEGE Regia.) Antiquam hanc fuiſſe Iuſtinianus[a] ſatis oſtendit: cuiuſmodi verò aut à quo lata planè incertum eſt. Romulus quidem, Numa, & primi illi Romanorum reges leges Regias tulerunt[b], verùm ex earum numero hæc non eſt: quod tem
9 pora ipſa ſatis oſtendūt. Alciatus[c] (id quod & Paul' ferè notauerat[d], & alij ſibi poſtea[e] adſcribunt) Octauio Auguſto populū lege hoc conceſsiſſe credit: idcircoque legem eam Regiam appellari; quòd Romuli conſtitutione ad populum ius Regis creandi pertineret. Vnde à Tarquinijs Seruio Tullo obijciebatur (vt T. Liui' inquit) quòd iniuſſu populi regnum inuaſiſſet. Cum verò Auguſtus à populo Romano Imperator creatus eſt, videtur Regiæ legis obſeruatio in vſum reuocata, quanuis Re
q idem ſcribit. ff. de rei ven.
r l. 24. tit. 28. par. 4.
s l. fi. C. ad orficia.
t l. cū inter C. de fideic. liber.
v l. fi. C. de lib. cau.
x l. cū ſyllanianū. C. de his quib. vt indig.
y l. fi. C. de murileg. libro. 11.
z l. 2. C. de liber. & eo. lib. vbi alb. colū. 1. Bald. col. pen. poſt Oldr.
a Iaſo in l. naturalis. ī prin. colū. 2. ff. de praſc. ver.

uicem aduerſus patronum erigat, nõ ipſe tantũ, ſed & filij ipſius iure ſingulari propter patris delictum puniantur[a].

a l. ſi ante. C. de pæn.

INGENVI ſunt, qui ex matre libera nati ſunt. ſufficit enim liberã fuiſſe eo tempore quo naſcitur, licet ancilla cõcepit. & è cõtrario ſi libera conceperit, deinde ancilla pariat, placuit eum, qui naſcitur, liberum naſci: nec intereſt, iuſtis nuptijs concepit, an volgò: quia non debet calamitas matris nocere ei, qui in ventre eſt. Ex hoc quæſitum eſt, ſi ancilla prægnans manumiſſa ſit, deinde ancilla poſtea facta (aut expulſa ciuitate) pepererit, liberum an ſeruũ pariat: & tamen rectius probatum eſt, liberum naſci: & ſufficere ei, qui in ventre eſt, liberam matrem vel medio tempore habuiſſe.

1 *Filij cur matris magis quàm patris conditionem quoad libertatem ſequantur.*
2 *Pater ſemper incertus eſt.*
3 *Filij cur patris conditionem magis quàm matris quoad honores & dignitates ſequantur.*
4 *Calamitas quid.*
5 *πταῖσμα.*

LIBErum naſci.)
1 Sed cur matris cõditionem magis quàm patris, quod ad libertatem pertinet, filij ſequuntur? Et nonnulli rationem aiunt, quòd mater ſemper eſt
2 certa, pater verò incertus, vel Homero teſte. 1. Odyſſ.

μητὴρ μέν τ' ἐμὲ φησὶ τοῦ ἔμμεναι, αὐτὰρ ἔγωγε
οὐκ οἶδα. οὐ γάρ πω τὶς ἑὸν γόνον αὐτὸς ἀνέγνω,
Me genitum ex ipſo mater fert, attamen ipſe
Neſcio: nam ſuum certus ſcit nemo parentem.

¶Qui ſub Cynoſura nauigant, eſſe quaſdam inſulas referunt, vbi prima cauſa ſucceſsionis ſit fratrum, non filiorum: quòd fratres ſint certi, filij incerti. Alij[b] (quæ crebrior opinio eſt[c]) rationem afferunt, quia filijs id fauorabilius eſt, vt matris conditionem ſequantur: cuius conditio tribus temporibus (vt Martianus hîc inquit) ſpectari poſsit, patris verò non, niſi tempore con-
3 ceptionis. Sed cur quantum ad honorẽ & dignitatem, patrem potius ſequuntur[d]? Et aiunt, quia & mater eorũ, quoad hæc, mariti conditionem ſequitur[e]: vt merito filij velut acceſsiones quædam, eodem iure vtantur.

b Bal. in l. ſi. C. de ſer. fugi. Sal. in l. partũ. C. de rei ven.
c Ang. in §. ſerui. nu. 5. inſt. de iur. perſo.
d l. filiã. l. liberos. infrà. de ſenato.
e l. Mulieres. C. de digni ta. li. 12.

4 CAL Amitas.) Pro infortunio, miſeria, ærumna hîc ponitur. Theophilus, *ἢ βλαβήσεται ἐκ τῆς συμφορᾶς τῆς περιστάσης τὴν μητέρα.* Propriè verò calamitatem ruſtici grandinem dicunt, quòd comminuat calamum, hoc eſt, culmum ac ſegetem. Terẽt. Sed eccum ipſa egreditur, noſtri fundi calamitas. Cicero pro. l. Manilio. Nam cæteris in rebus cum venit calamitas, tum detrimentum accipitur: at in vectigalibus nõ ſolum aduentus mali, ſed & etiam metus
5 ipſe affert calamitatem. Græci *πταῖσμα* dicunt.

VI. CAIVS. Libro primo Inſtitutionum.

LIBERTINI ſunt, qui ex iuſta ſeruitute manumiſsi ſunt.

1 *Iuſti ſignificatio, latior quàm legitimi.*
2 *δίκαιον*

IVſta.) Vera & perfecta. Sic Iuſtus pater[f], Iuſta vxor[g], Iuſti liberi[h], Iuſtus contradictor[i], Iuſta in litibus perſona[k], Iuſta conuentio[l], Iuſtæ ſepulturæ traditum corpus[m], Iuſtum teſtamentum[n], voluntatis noſtræ iuſta ſentẽtia[o], & id genus reliqua. Nam Iuſti ſignificationem quàm legitimi pleniorem eſſe, alio in loco diximus. Sic & *δίκαιον* Græcè latioris ſignifica- 2
tionis eſt, vt cuius ſunt partes *εὐσεβὲς καὶ ὅσιον*: cuius rei Plato in Euthyphrone eſt auctor.

f l. lege Iulia. §. hoc capite. ff. d ri nupt.
g l. ſi Senatori. ff. d ri nup. l. filius à patre. §. ſi quis eo tẽpore. ff. de lib. & poſthu.
h l. 4. ff. de in ius vocã.
i l. 2. ff. de collu. dete.
k l. in vniuerſis. C. qui tut. da. poſ.
l l. cum emptor. ff. d reſcin. vendi.
m l. Diui. ff. de relig. & ſumpt. fune.
n l. ſi is ad quem. ff. de acq. her.
o l. 1. ff. de teſta.

VII. PAVLVS. Lib. ſingulari de portionibus, quæ liberis damnatorum conceduntur.

QVI in vtero eſt, perinde ac ſi in rebus humanis eſſet, cuſtoditur, quoties de commodis ipſius partus quæritur: quanquam alij, antequam naſcatur, nequaquam proſit.

1 *Venter non habetur pro nato, quoties de incõmodis eius agitur.*

2 *Ventri non confert emancipatus.*
3 *Venter in poteſtate non eſt.*
4 *Venter matri quomodo proſit.*
5 *Lupam prægnantem capiens, an pro lupulis præmium ex ſtatuto accipiat.*

1 COmmodis.) Cõtrà ergo ſi d in commodis ipſius agatur, ꝓ nato non habebitur: quod Baldus, Nellus, Hippolytus[a] varijs exemplis probant.

2 IPSIVS.) Neque tamen huic filius emãcipatus confert, quòd in poteſtate non ſit,
3 qui in vtero eſt[b].

4 ALII.) Iure tamen ſingulari matri ꝓdeſt, ne interim dũ prægnans eſt, vltimo ſupplicio affici[c], aut torqueri poſsit[d]. Prodeſt & matri, cui dum venter in poſſeſsionẽ mittitur, alimenta præſtantur[e].

5 NEQVAquam proſit.) Argumẽtũ Guilielmus, Bartolus & cæteri hinc ſumũt, vt ſi lege municipali præmium certũ propoſitum illi ſit, qui lupum ceperit, & lupã prægnantem quis capiat, huic pro matre tantum, non etiam pro lupulis qui in vtero tunc eſſent, præmia debeantur[f]. Quid ergo ſi eiuſmodi eſſent, qui ad vbera iã lactarentur? Et Baldus[g] idem exiſtimat. Imola & Alexander[h] contrà, quos ſequor. Nam etſi paruuli ſint, multa tamen accidere poſſent, propter quæ non capias[i], nõ capti damnum deinde facerent: cuius vitãdi cauſa lex lata eſt. Quid quòd & ver⁹ eſt, Mali corui malũ eſt ouũ: tum illud quoq;, Ex peſsimo genere ne catulum quidẽ habendum.

a Hippoly. ſingu. 426. incip. part⁹.
b l. ſi. ff. de colla. bono.
c l. Imperator. 2. infrà.
d l. Prægnãtis. ff. de pœn.
e l. 1. §. 1. ff. de vent. in poſſ. mitten.
f l. Sed & addes. §. Si quis mulierem. ff. loca.
g Bal. in l. fi. C. de libe. cau.
h Alexã. in l. in lege falcidia placuit. col. fin. ff. ad l. Falc.
i l. in laqũ. ff. de acqui. re. domi.

VIII. PAPINIANVS. Libr. III. Queſtionum.

IMPERATOR Tit⁹ Antoninus reſcripſit: non lædi ſtatum liberorum, ob tenorem inſtrumenti male concepti.

1 *T. Antoninus, an M. Antoninus hic legendum ſit.*
2 *Profeſſio filiorum natorum.*
3 *Tabellio an poſsit corrigere errorem ſuum.*
4 *Teſtis an poſsit corrigere dictum ſuum.*
5 *Inſtrumentum ſine die & conſule.*
6 *Intereſſe quomodo probetur.*
7 *Error, quot teſtibus probetur.*

IMperator Titus Antoninus.) Cognomẽto Pius: 1 huic enim Titi prænomẽ fuit. Sed fortè (quamuis exẽplaria oĩa refragentur) legẽdũ hic, Diuus Antoninus, vt de M. Antonino Philoſopho intelligas. Me mouet Iulius capitolinus in M. Antonino. Inter hæc (inquit) liberales cauſas ita muniuit, vt primus iuberet, apud Præfectos ærarij Saturni vnũquẽq; ciuiũ natos profiteri, intra tertiũ diẽ nomine impoſito: per ꝓuincias tabulariorũ publicorũ vſum conſtituit, apud quos idẽ de originibus fieret, qđ Romæ apud Præfectos ærarij: vt ſi fortè aliqs in ꝓuincia natus cauſam liberalẽ diceret, inde ferret: atq; hanc totã legẽ, de aſſertionibus firmauit. Et in Gordianis. Nam illud ſatis cõſtat, ꝙ filiũ Gordianũ nomine Antonini ſigno illuſtrauit, cũ apud Præfectũ ærarij more Romano profeſſus filiũ, publicis actis nomen eius infereret. Huius verò 2 profeſsionis liberorum non pauca in iure noſtro mẽtio eſt[k], quã ipſe alibi explicui.

TENOREM inſtrumenti.) Profeſsiõis apud acta publica.

MALE concepti) Sed nunquid Tabellio 3 errorem ſuum corrigere poterit? Et receptius eſt, vt ante inſtrumenti publicationẽ poſsit, poſtea non poſsit, ſi parti copia iam facta ſit: ſed & neq; declarare poterit, niſi 4 fortè vtrũq; incõtinẽti faciat, ad teſtis exẽplum, qui etiã incontinenti dictũ ſuũ cor- 5 rigere põt[l]. Sed quid ſi inſtrumentũ ſine die & conſule cõfecerit: idque poſtea apponere velit? Et cũ error hic ſolennitatis ſit (ſi parti copia inſtrumẽti data iã eſt) ſoli tabellioni nõ creditur[m], niſi oſtẽdat per errorẽ, non ex certa ſciẽtia à ſe id omiſſum. Quinimo & cõſultius tunc aget, ſi iudice mãdante iſta faciat. Quid ergo ſi corrigere ei nõ liceat? Et teneri eũ parti læſæ, cer- 6 tiſsimũ eſt[n]: verum id quod intereſt, aliâs partis iuramẽto, aliâs plenè probandũ[o]. In errore autẽ probãdo regulariter tot teſtes 7 quot in actu ipſo principali requiri, Accurſius ſentit[p], cuius opinio approbata eſt[q].

k l. cum de ætate. l. etiã l. pen. ff. de probat. l. nõ nudis. C. de probat. l. neque pfeſsio. C. de teſta.
l Gl. in auchen. de teſti. §. quod vero. Iaſo. in l. Iuris gẽtiũ. §. quinimo. nu. 7. ff. de pact.
m Authẽ. de hære. & Falc. §. ſi vero abſunt. Iaſ. in l. nec is. in prin. n. 7. ff. de acq. hære.
n l. fi. C. de magiſ. conue. l. fin. ff. ſi mẽ. fal. mo. dixe.
o Iaſo. in l. errore. C. de teſta.
p Glo. in l. eum proponeretur. ff. de leg. 2.
q Soci. in 3. vol. conſi. 5. col. fi.

IX. IDEM. Lib. xxxv. Queſtionum.

IN MVLTIS iuris noſtri articulis deterior eſt conditio fœminarũ, quàm maſculorum.

1 Fœmina-

1 *Fœminarum conditio deterior in multis, in alijs melior.*
2 *Arbitratrix an poßit eſſe fœmina.*
3 *Procuratrix an poßit eſſe mulier.*
4 *Mulier an poßit eſſe teſtis in teſtamento.*
5 *An in codicillis.*
6 *An aliâs, tam in ciuilibus quàm in criminalibus.*
7 *Mulier an ſit teſtis in cauſa matrimonij.*

IN multis.) Nõ ergo ĩ oĩbus, multi enĩ articuli ſunt, in quib⁹ fœminarum cõditio deterior eſt: nec pauci, in qbus eſt melior [a]. Poterit igitur mulier eſſe arbitratrix? Et Bartolus, & cæteri hoc admittunt: negant ijdem, vt arbitrix ſit [b]: non igitur arbiter iuris cõponere amicabiliter poterit. Quid ſi ꝓcuratrix eſſe vult? Et ad iudicia nõ poterit, niſi pro perſonis coniunctis [c]: extra iudicium (cõi Doctorum vtriuſq; iuris conſenſu [d]) poterit [e], niſi quòd caſus nonnulli ſunt, qui à regula hac excipiũtur [f]. Sed num in teſtamẽto teſtis erit? Et non futurã [g], niſi inter liberos, oẽs conſentiunt [h]. Quid in codicillis? Et teſtem eſſe poſſe omnes fatẽtur [i]. Quid aliâs? Et iure ciuili, tam in ciuilibus quàm in criminalibus regulariter teſtis eſſe poteſt [k]: iure canonũ, in ciuilib⁹ põt, æque & in criminalibus, ſi ciuiliter agitur. ſi verò criminaliter agatur, non põt. Atq; ita cum Bernardo [l] frequentiores affirmant [m]. Nã in cauſa matrimonij [n] (etiã ſi de ſeparãdo agatur [o]) teſtimonij dictionem ei eſſe, nemini hodie in dubium venit [p].

(Left-margin paragraph numbers in the order printed: 1 beside "ti enĩ articuli ſunt", 2 beside "tur mulier eſſe arbitratrix", 3 beside "eſſe vult", 4 beside "to teſtis erit", 5 beside "Et teſtem eſſe", 6 beside "aliâs", 7 beside "Bernardo".)

a Gloſ. hic. Dec. in l. fœmina. ff. de reg. iur.
b l. ſi. C. de arbit.
c l. Fœmina. ff. de procurato.
d Doct. in l. alienã. C. de procur. in c. cũ dilecta. de confir. vti.
e l. 3. §. 2. vbi Bar. ff. de nego. geſt.
f Dec. ĩ l. fœmina. nume. 16.
g l. qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſta.
h Socin⁹. in regu. ſtuir. cap. teſtu.
i Iaſ. in l. ſi. col. ſi. C. de codicil. Decius l fœmina. nu. 18.
k l. 3. §. lege. l. Ex eo. ff. de teſtib.
l Glo. in c. forus. in gl. nõ fœmina de verb. ſignif. gl. in c. Quoniam. ĩ gloſſa. 2. vbi Abb. de teſtibus.
m Chriſtopho. in §. teſtes. inſt. de teſta. Alexãd. in 1. vol. cõſil. 11. nu. 11.
n c. Super eo. 2. de teſtib. ca. Videtur. 35. q. 6.
o Abb. in ca. Super eo. in 3. not. Dec. ĩ cõſil. 342. col. 1.
p Soci. lib. 2. conſil. 29. col. 2.

X. VLPIANVS. Lib. I. Ad Sabinum.

QVAERITVR, Hermaphroditum cui cõparamus: & magis puto eius ſexus exiſtimandum, qui in eo præualet.

1 *Hermaphroditi qui ſint.*
2 *Androgyni.*
3 *Hermaphroditus an poßit eſſe teſtis.*
4 *Lex. 19. titu. 16. part. 3.*
5 *Lex. 10. tit. 1. par. 6.*
6 *Lex. 55. Tauri.*
7 *Hermaphroditus an ſuccedat in feudo.*
8 *An de vitè teneatur.*
9 *Clericus an eſſe poßit.*
10 *Monſtroſæ quæſtiones demonſtro.*
11 *Comparo, ſimilitudinẽ ſignificat in ſubſtãtia.*
12 *Mixtum attribuitur digniori.*
13 *Dominij appellatio.*
14 *Artifex quo artificio cenſendus, ſi plura exerceat.*
15 *Domicilium vbi conſtituiſſe quis dicitur.*
16 *Parochianus cuius eccleſiæ quis dicendus.*
17 *Fructus, qui naturales, & qui induſtriales.*

QVæritur.) Dixit de ſimplicibus, nunc de mixto.

HERMAphroditum.) Hermaphroditi, qui & Androgyni, ſemiuiri ſcilicet & ſemifœminę homines ſunt, vtriuſq; ſexus participes: olim (vt Plinius ſcribit lib. 7.) in prodigijs, hodie in delitijs habiti. Cicero libro. 1. de Diuinat. Quid cum Cumis Apollo ſudauit? Capuæ victoria? Quid ortus Androgyni nonnè fatale quoddã monſtrũ fuit? Suidas dupliciter interpretatur, vel vtriuſq; ſexus participẽ, vel eũ qui turpiter faciat, patiaturq;. Ἑρμαφρόδιτος ἢ τὸν ἀμφότερα ἔχοντα τὰ μόρια, ἄρρενος καὶ θηλειῶν φασίν, ἢ τὸν αἰσχρὰ καὶ ποιοῦντα καὶ πάσχοντα. Sed & D. Auguſtinus de ciuitate Dei lib. 16. c. 8. Androgyni (inquit) quos Hermaphroditos etiam nũcupant, quanuis rari admodum ſint, difficile eſt tamen, vt temporibus deſint: in quibus ſic vterq; ſexus apparet, vt ex quo potius debeat accipere nomen, incertum ſit: à meliore tñ, hoc eſt, à maſculino vt appellarentur, loquendi conſuetudo præualuit. Nã nemo vnquã Androgynæcas aut Hermaphroditas nuncupauit. Artemidoro vero auctore lib. 2. Hyæna mulieris Androgyni ſymbolũ eſt. ὕαινα δὲ γυναῖκα σημαίνει ἀνδρόγυνον. Horum & Gelli⁹ meminit libr. 9. c. 4. ad finẽ, & Ouid. libr. 4. Metamorph.

Semimarem feciſſe videt, molliáque in illis
Membra, manus tẽdens, ſed iam nõ voce virili
Hermaphroditus ait.

Extat & Pulicis poetæ antiqui nobile de his Epigramma.

Cum mea me genitrix grauida geſtaret in aluo
Quid pareret, fertur conſuluiſſe deos.
Mas eſt Phœb⁹ ait, Mars fœmina, Iunoq; neutrũ
Cũque forẽ natus Hermaphroditus eram. &c.

¶Scribitq; Eutropius libr. 4. belli Achaici temporibus Androgynum Romæ viſum, qui ſit iuſſu Aruſpicum ĩ mare demerſus. De his igitur quæſitum eſt, quibus comparẽtur? Et eius ſex⁹ exiſtimãdos lex credit, in quo incaleſcant. Qua ratione ſi virilia (vt Vl-

(vt Vlpianus inquit[a]) in eo præualeāt, poſthumum hæredem inſtituet: ſic ſi dubitetur, an in feudo ſuccedant, videndū eſt, virilia an muliebria in illis magis præſtēt[b].
3 Eadémq; diſtinctio ſit, cum quęritur, an in teſtamento teſtes eſſe poſsint: qualitas eñi inualeſcētis ſexus iſtud oſtendit[c]: quæ Ac-
4 curſij nota, & cōis eſt[d], & Hiſpanię iure approbatur[e]. Vt mihi tamē in hoc ſcrupulus reliquus ſemper ſit, cur iure noſtro[f] her-
5 maphroditus (ſi in eo fœmineus ſexus prę ualeat) non in teſtamento tantum, verum neque in codicillis teſtis eſſe poſsit: cū tamen cōi omnium conſenſu (quod ſuprà diximus[g]) mulieres in codicillis teſtes eſſe poſsint? Niſi fortè hunc, quia prodigij inſtar videatur, merito deterioris conditiōis
6 eſſe voluerūt. Sed quid ſi lege municipali cōiue[h] cōtrahere mulieres niſi certa ſolēnitate nequeāt? Et verius eſt, hermaphro-
7 ditos contineri tunc, cum ad muliebrē ſexum accedunt[i]. Quid ſi conſuetudo feudalis ſit, qua maſculi in beneficiarijs illis poſſeſsionibus fœminis præferuntur? Et ſi in maſculino ſexu incaleſcat, cōſuetudini locus eſt: ſi in fœmineo, excludit̄: ſed et ſi planè dubium fuerit, vtro ſexu ſit potior, Reſpondit Baldus[k] excludi, ꝙ huiuſmodi conſuetudo ſtrictè accipi debeat. Nec eſt veriſsimile, id actū (quod Alciatus addit[l]) vt huiuſmodi naturæ ludibria ad ea beneficia admittantur, quæ non niſi nobilibus & ſtrenuis viris indulgeri ſoleās, & quadrēt. Sine diſtinctione verò Hermaphroditi de
8 vi tenentur[m]: quod ego generaliter verum exiſtimauerim in omni tractatu, qui viris fœminiſq; cōis ſit. Trāſmittet igitur (qđ & ſuo loco dixi[n]) ex potētia ſanguinis. Si-
9 ne diſtinctione etiā clerici eſſe nō pñt[o]: cū enim corpore viciati ſint, nihil refert, hoc an illo ſexu incaleſcant. Sed quid ſi mille annis hermaphroditus nullus ſit, nūquid hæc lex per non vſum tollitur? Et nō tolli rectiſsime Ioānes Andr[p]. & Iaſon[q] ſcribūt. Quid ſi in vtroq; ſexu vigeat? Es eius aſſertiōi, marē an fœminā magis ſe eſſe videat, ſtandū, Baldus Angelusq; hîc rñdēt. Quid ſi vxorē duxit hermaphrodit[r], an ea mortua, rurſus (vt fœmina) viro nubet? Et alij viderint, ne demōſtro mōſtroſæ quæſtio-
10 nes fiant[r]. Nā & fabuloſa magis quā vera hæc eſſe, quæ de hermaphroditis tradunt̄ Clemētis Alexādrini grauiſsimi auctoris teſtimoniū extat cōtextorū cap. x. libr. 2.
11 C O Mparamus.) Similitudinem in ſubſtāſia ea voce ſignificari Bartolus notat[s].
12 P R AEualet.) Mixta ergo ſi qua ſunt, po-
13 sētioribus prioribusq̧, magis attribuuntur: ſic appellatio dñij ad directū, non ad vtile refertur[t]: ſic artificij, aut officij illius quilibet creditur, in quo plerūq; verſatur, licet
14 duo exerceat[v]: ſic ſi duobus locis inſtructus quis ſit æqualiter, & hîc magis q̄ illic
15 frequēter cōmoretur, domiciliū hîc eū cōſtituiſſe dicimus[x]. Quo argumēto Baldus
16 hîc elegāter parochianū huius vel illius eccleſiæ cenſendū ait, niſi ꝙ parochiæ (quaſi
17 agri ſint) finibus terminari ſolēt. Sic & fructus naturales, an induſtriales ſint, iudex ita arbitrabitur, vt natura, an induſtria magis operetur, ſubtili conſyderatione perpēdat, quæ Bartoli[y] & crebrior opinio eſt[z].

XI. PAVLVS. Libro decimooctauo. Reſponſorum.

PAVLVS reſpondit, eum qui viuente patre & ignorante de coniunctione filiæ, conceptus eſt: licet poſt mortem aui natus ſit, iuſtū filium ei, ex quo cōceptus eſt, nō videri.

1 *Differentia inter ius ciuile & canonicum.*
2 *Conſenſus parentum in matrimonio an requiratur.*
3 *Conditio pro matrimonio.*
4 *Conditio pro illicito concubitu.*
5 *Legitimatio per ſubſequens matrimonium.*
6 *Spurÿ per ſubſequens matrimonium non legitimantur.*
7 *Diſpenſatio poſterior, quomodo operetur circa legitimationem filiorum.*
8 *Bona fides cōiugum quatenus proſit filÿs, vt legitimi iudicentur.*
9 *Lex. 5. titu. 3. part. 4.*

ETIGNorante.) Hinc decidēdi ratio orta eſt, ꝙ 1
iure ciuili cōſenſus eorū requirebatur, in quorum poteſtate ſunt, qui nu- 2
ptias cōtraherent[a]: ſecundū quā legē vixere oēs vſq; ad Euariſti Pontificis tēpora[b]: & tū aliud ſucceſſoribus eius viſum eſt. Sufficere enim in matrimonio, vt in re ſpirituali ipſorū conſenſum, qui contrahūt[c].
C O Nditione.) Ideſt, matrimonio. Plau- 3
tus in Trucul.

Ego adeo

a l. Sed eſt quæſitū. ff. de libe. & poſthu.
b Gl. appr. in l. de quibus. ff. de legib. Bald. in l. ſi. co. pen. C. de ſuu & legi.
c l. Repetūdarū. §. 1. ff. de teſtib.
d Gloſſ. & Docto. in §. teſtes. inſt. de teſta.
e l. 17. titu. 16. par. 3.
f l. 10. tit. 1. part. 6.
g In l. In multis.
h l. 55. Tauri.
i Iaſ. in §. Omniū. nu. 29. inſtit. de actio. Alexā. in 2. vo. conſilio. 116. nu. 10.
k Bal. conſ. 257. lib. 3.
l Alciat. de verb. ſigni. libr. 3.
m Gl. app. in l. ſi quis in tantā. in gl. mag. in prin. C. vnde vi.
n l. vnica. ibi cuiuſcūq; ſexus. C. de his qui ante aper. tab.
o Bal. in auth. habita. colū. pen. C. ne fili. pro pa.
p Io. And. in c. Ioānes. col. 4. de clerico conin.
q Iaſo. in l. fin. nu. 53. de conſti. prin.
r Glo. in c. Si teſtes. §. hermaphroditus. 4. q. 3. tertia.
s Bar. in l. de quibus de legib.
t l. 1. ff. ſi ager. vectig. vel emphy. pet.
v l. legatis. §. ſi vn. ff. de leg. 3. Doci. in l. rogaſti. in princ. col. pen. ff. ſi cer. pet. Alcia. in l. mercis. 2. ff. de verb. ſigni.
x l. Eius. 2. §. Celſus. ff. ad munici.
y Bar. in l. Et ex diuerſo. col. 2. ff. de rei vend.
z Soci. in 2. volu. conſil. 25. col. fina.
a l. 2. ff. de rit. nupt.
b cap. 1. 30. quæſt. 5.
c cap. ſufficiat. 27. q. 2.

Ego adeo iam illi remittam nuncium, Adimeo dicam, vt aliam
Conditionem inueniat filio ſuo.

Et in Aul.

Narraui amicis conſilium meum
De conditione hac.

¶Suetonius in Iulio, Ad retinendã aũt Põpeij neceſsitudinẽ ac volũtatẽ, Octauiani ſororis ſuæ neptẽ, quæ. C. Marcello nupta erat, cõditione ei detulit, ſibiq; filiã eius in mr̃imoniũ petijt Fauſto Syllæ deſtinatã.
4 Sumitur & nõnũquã ea vox in ſenſu inhoneſto, vt illicitũ cõcubitũ ſignificet. apud Suet. in Aug. Et conditiones quæſitas per amicas &c. Sicque etiã Capitolino auctore Fauſtina apud Caietam cõditiones ſibi & nauticas, & gladiatorias elegit. Sanè hîc vetuſti quidã codices (& vel Florentinus) Coniunctione, legunt: ſed Norica editio elegantior.
5 NON videri.) Nuptiæ à principio illicitæ, quoad filiorũ legitimationẽ, ex poſt facto non cõualeſcũt. Sed an non ex cõcubina ſuſcepti per ſubſequẽs matrimoniũ legitimantur[a]? Et cõiter id admittũt, etiã ſi ab eo qui in extremis cõſtitutus ſit, nuptiç cõtrahantur[b]. Quid igitur? R̃ndet Bartolus, à quo nemo diſſenſit, hîc illicitã cõiunctionẽ fuiſſe, illic verò iure ciuili licitam[c].
6 Vnde annotandũ eſt, per ſubſequẽs matrimoniũ ſpurios non legitimari, quãuis naturales legitimentur: id quod iure Pontificio expreſſum eſt[d]. Sed an non alibi legimus, ſi aui cõſenſus acceſſerit, pdeſſe id filijs, vt legitimi cẽſeantur? Et admittendũ hoc eſt, non vt retrotrahatur cõualidatio, ſed vt ex eo tpe, quo adhibetur cõſenſus, ſiue expreſſus ille fuerit, ſiue tacitus: neque
7 em̃ vis in hoc eſt. Quid ergo ſi intra grad' phibitos nuptiæ cõtrahantur, deinde ſummus Põtifex diſpẽſet, an filij ante diſpenſationẽ ſuſcepti legitimi fiant? Et non fieri, verius eſt, huius legis argumẽto, niſi bonç fidei cõiuges fuerint. tũc em̃ filij legitimi
8 ſunt, ſiue alter ſiue vterque coniunx impedimentũ ignorẽt[e]: dũmodo in eccleſiæ facie matrimoniũ cõtraxerint: nã ſi clãdeſtine (etiã vtroq; ignorante) legitimi filij nõ erũt[f]. Accurſij verò opinio[g] exploſa (quin
9 & iure quoque noſtro[h] reprobata eſt) qui ignorãti legitimos, ſcienti illegitimos naſci opinatus eſt.

XII. IDEM. Lib. XIX. Reſponſorum.

a L.cũ quis. L.nuper.C.de natu.lib.
b Iaſ. in l. ſed eſt quæſitũ.col.fin. ff.de lib.& poſth.
c L.in cõcubinatu. ff.de concubi.
d c.tanta. qui fil. ſint legi.
e c.cum inter. c.ex tenore. q fily. ſint legi.
f c.cũ inhibitio.§.ſi quis vero. de clã deſt.deſpon.
g Glo.in l. qui contra. C.de inceſt. nupt.
h L.3.tit.3. part.4.

SEPTIMO menſe naſci perfectum partum, iam receptũ eſt propter auctoritatem doctiſsimi viri Hippocratis. & ideo credẽdum eſt, eum qui ex iuſtis nuptijs ſeptimo menſe natus eſt, iuſtũ filium eſſe.

1 *Septimo menſe incipiente, perfectus partus naſcitur.*
2 *Octimeſtris partus vitalis non eſt.* 1
3 *Partus veri termini nonus & decim' mẽſis.* 2
4 *Parcæ, parca, Nona, Decima, & cur ſic dictæ*
5 *Vndecimi menſis partus an legitimus.*
6 *Lex.4.tit.23.part.4.*
7 *Partus termini plures quã ius ciuile admittat*
8 *Partuum terminos an leges reſtringant.*
9 *Peritus in arte ſua credendum eſt.*
10 *Periti plures an conſulendi.*
11 *Iuris ignorantia, an excuſet mulierem & ruſticum.*
12 *Peritũ qui ſe profitetur, non excuſatur, quòd alterius ſe dicat conſilium adhibuiſſe.*
13 *Filius iuſtus is dicitur, qui in domo naſcitur, quamuis matris adulterium probetur.*

SEptimo.) Incipiente. Quare & de eo qui centeſimo octogeſimo ſecundo die poſt mortẽ patris 1
natus eſt; Hippocrates ſcripſit, & Diuus 2
Pius Pontificibus reſcripſit, iuſto tpe videri natum[i]. Quid ſi Octauo? Et idẽ Hippocrates in libro περὶ τροφῆς. ſic ait, ἐστὶ δὲ καὶ οὐκ ἐστὶν ὀκτάμηνος γένεσις, i. eſt autẽ & non eſt octimeſtris partus. Eſt, q\ a naſcitur: nõ
eſt; quia vitalis non eſt. Sic enim Sabinus 3
Iuriſconſultus interpretatur. Quid nono
& decimo? Et hi veri vitaleſque pariendi 4
termini ſunt, ac proinde ab eis (vt Gellius lib.3.ca.16. ex Varrone notat) Parcis noĩa
impoſita, Parca, Nona, Decima: & illi qui- 5
dem à pariendo, his à partus tẽpeſtiui tpe. Quid de vndecimo menſe? Et nõ eſſe partum legitimũ Iuriſconſulti arbitrati ſunt[k]. Sed quid ſi parum poſt decimũ, puta duos dies, mulier enixa ſit? Et legitimũ partum non ſemel credit Accurſius[l]. Hîc tñ cõtrariũ ſentit: quæ opinio cõis eſt[m], & iure probatur vel apertiſsime. Vlpianus[n] em̃ de eo
loqtur, qui poſt decẽ mẽſes natus eſt: quæ 6
verba, tranſacto decimo menſe, tẽpus omne deinde cõprehendunt[o]. Sed & Hiſpaniæ lege

i l.Inteſtato.§.ſi.ff.de ſuis & legit.
k l.Inteſtato.§.ſi.ff.de ſuis & leg. Auth.de reſti.& ea q pa.i.11.me.
l Gl.in authẽ.de reſti.& ea quæ par.§.fin.in gl.perfecto. in l.Gallus. in princi. in gl.10.ff.de libe.& poſthu.
m Areti.in l.Gallus.col.5.Iaſo.in 2.lect.n.35. Salom fo.12.
n d.l.Inteſtato.
o Bart.& Doct.in l.2.§.Creditũ.ff.ſi cer.pet.

niæ lege eſt[a] hoc vel apertius. Verū quid eſt, qđ Hippocrates, Ariſtoteles, Plinius, 7 Varro, Gellius & alij tam Græci quàm Latini probatiſsimi auctores, ſeptimo, octauo, nono, decimo, vndecimo menſe legitimos pattus edi poſſe affirmant[b]? Et videri ideo poteſt noſtrorum dubia in hac redeciſio, niſi ꝙ frequentiora reſpexit lex[c], & 8 ne occaſio mulieribus præberet, dum quæ ſtupra adulteriaq; ſua cælari vellent, alienos filios ꝓ legitimis maritorū mentiētes ſupponerēt. Quid ꝙ & illi à filij cōceptione, nr̄i à morte patris dinumeraſſe videnť. PROPTER auctoritatem.) Credendū 9 peritis medicis in arte ſua eſt[d], nedū Hippocrati[e], Philoſophis, obſtetricib[f], architectis[g], menſoribus[h], & generaliter peritis in arte ſua credendum eſt: dūmodo quanquiſq; nouit artem (vt in prouerbio eſt) in 10 hac ſe exerceat. Sed num vnus tantum, an plures conſulendi ſunt? Et plures cōſulendos, videri poteſt nō leuibus argumētis[i]: contrà tamen non minus vrgentia ſunt[k]. Verùm ea inualuit diſtinctio[l], vt ſi pluriū copia fuerit, duo ſaltim cōſulantur: ſi vnus ſit, eius conſilium ſufficiat: ſed etſi plures ſint, ſatis eſſe vt is cōſulatur, modo partes in hoc conueniant. Quæ diſtinctio adhibēda eſt (etſi Baldus aliter ſentiat[m]) cum tra- 11 ctatur, an mulier & ruſticus propter iuris ignorantiam excuſentur, iuriſperitis cōſultis: neque tñ ij excuſantur, qui imperitos[n]: eo amplius, & temerarij ſunt, qui nō peritiores conſulunt[o]: aduocati præterea cum iudicio de iure rogandi, vtpote quorum ſuſpecta reſponſa[p]. Et quanquam alij 12 propter periti conſilium excuſari ſoleant, ij certè non excuſantur, qui ipſi peritos ſe profitētur: quales Doctores, aſſeſſores, aduocati ſunt[q]. Nam quid ridiculum magis eſſe poteſt, quàm vt ijs patrono opus ſit, q ſe defenſores parant[r]?

DOCTISSIMI viri Hippocatis.) In libro quem de ſeptimeſtri partu ſcriptū reliquit. Meminitq; & huius rei Plutarchus de Philoſophorum placitis.

IVSTVM filium.) Filius enim is diffini- 13 tur[s], qui in domo naſcitur, etiam ſi alioqui de matris adulterio conſtet[t].

XIII. HERMOGENIANVS. Libro primo, Iuris Epitomarum.

SERVVS in cauſa capitali fortunæ iudicio à domino commiſſus: & ſi fuerit abſolutus, non fit liber.

1 *Capitalis cauſa quæ?*
2 *Capitalis pœna quæ?*
3 *Pœnæ non capitales quatuor.*
4 *Pœnæ capitales tres.*
5 *Pœnæ capitalis appellatione deportatio intelligitur.*
6 *Pœna capitalis & capitis æquiparantur.*
7 *Capitis amputationis pœna mortem naturalē comprehendit.*
8 *Litis euentus dubius eſt.*
9 *Dubitare videtur de iure ſuo cui mouetur cōtrouerſia.*
10 *Pro derelicto cur non videatur habuiſſe dominus in præſentia.*
11 *Lites viri probi execrantur.*
12 *Dominus quo iure defendet ſeruum ſuum in cauſa criminis.*
13 *Seruus de crimine quando accuſari poſſit.*
14 *Seruus quando accuſari poſſit, ſi pœna pecuniaria imponenda eſt.*
15 *Lex. 10. titu. 1. part. 7.*

CApitali cauſa.) 1 Cuius pœna mors, aut exilium eſt[v]. Sed quæ capitalis 2 pœna eſt. Et iure ciuili (qđ Innocentius[x], Guilielmus, Durandus[y], & Angelus[z] notant) pœnarum non capitaliū 3 quatuor ſpecies ſunt, Relegatio, Infamia, Cinguli, ſeu dignitatis amiſsio vel interdictio, Verbera. Capitalium tres, Mors natu 4 ralis, Damnatio in metallum, Deportatio. Quod ſi mentio pœnæ capitalis in lege fiat, deportationem intelligi, poſt Accur 5 ſium[a] omnes conſentiunt. Sicque etiam, 6 ſi pœnæ capitis[b]. Etenim æquiparari hæc videtur[c]: aliud, ſi capitis amputationis pœna impoſita ſit. nam mors naturalis ſignifi 7 catur[d]: quæ & Imola[e] quotidiana eſſe ait, & cæteri probant[f]: & Felinus[g] quatuor caſibus locum non habere notat.

FORTVNAE iudicio.) Ideſt, fortunæ iudicij: per contrapoſitum dubius enim 8 euētus litis eſt[h]. Quare & omnis, cui de re 9 ſua controuerſia ſit (quanuis re vera non dubitet ta) vacillare men iuris præſumptione, &

a l. 4. titu. 13. part. 4.
b Alci. parad. lib. 3. c. 7. Tiraq. in l. ſi vnquā ī pte ſuſceperit liberos. folio. 560. in paruis. C. de reuo. dona.
c l. nam ad ea. ff. de legib. Aret. ī l. Gallus. cō lū. 5. Soci. eo lum. 3.
d l. ſemel. C. d re mili. lib. 12.
e l. ſi pater. ff. de ſol.
f l. 1. ff. de vē. inſpi.
g Auth. d non alie. §. quod autē.
h l. 1. ff. ſi mē. ſal. mo. dixe.
i l. in bonorū. ff. de bono. poſſ. c. ſignificaſti. 2. de homic. c.
k ſtatutum. d reſcri. lib. 6. l. vtique. §. culpa. ī gl. ff. de rei vē.
l l. regula. §. ſed iuris ignorantiā. ff. de iu. & fac. igno. authē. de non alie. §. quod autem.
l Iaſo. in l. 1. §. ſi. nu. 8. ff. de verb. obli. Alex. ī. 1. vol. cōſ. 35. colū. pen.
m Bal. in l. iuris ignorātia. 2. 4. q. C. qui admit.
n l. ſi nō lic. § ſi mācipiū. ff. ad di. edic. Gl. il. vtiq. §. culpa. ff. de rei vendi.
o Ang. in l. plagij. C. ad l. Fab. de plagia.
p Ang. in l. terminato. C. de fruct. & lit. expen.

q Bar. in l. 1 bonorū. ff. de bono. poſſ.
r l. 2. verſ. turpe. ff. de orig. iur.
s l. filiū. ff. de his q ſui vel alie. iu. ſunt.
t l. Miles. §. defuncto. ff. ad l. Iul. d adul. Ang. hic. Bal. ī l. ſi matre. C. d ſuis & legi.
v l. 2. ff. de pub. iud.
x Inno. ī c. qualiter & quā. 2. d accu.
y Spe. ī tit. d accuſatio. §. Secundo loco.
z Ang. ī l. abſentē. C. d accuſ.
a Glo. in l. vnica. C. ne chriſtia. mācip.
b Io. andr. & cano. in c. quāto. in glo. de iure iurā.
c Gl. in l. 1. C. ad l. Cor. d fal. l. qcū maior. §. is demū. ff. de bo. lib.
d l. capitaliū. in prin. ff. de pœn.
e Imo. ī l. 2. col. 4. ff. d pub. iud.
f Iaſo. in l. 3. §. hæc pœna colū. 3. ff. q̄ quiſq; iuris.
g Aret. d maleſic. in verbo. & ibi capue. nume. 32.
h Feli. in c. qualiter & quando. colum. 2. de accuſ.
h l. quod debetur. ff. de pecu. gl. in l. Lucius. §. ſi. ff. ad Trebellianum.

10 ne, & de iure ſuo dubitare dicitur[a]. Idq; fortè hic in cauſa fuit, cur pro derelicto habuiſſe non videatur dñs, nã etſi maxime dubitaret, lite mota, at nõ dereliquit. Quid quod potuit
1 tædio litiũ, fortunæ iudicio ſeruum cõmittere. Nam neq; alienat is, qui duntaxat omittit poſſeſsionẽ, neq; eius factũ improbat lex, qui tanti habuit re carere, ne pro-
11 pter eam ſæpius litigaret. Hæc enĩ verecundia & cogitatio eius, qui lites execratur, non eſt vituperanda[b].
12 A DOMINO commiſſus.) Quid ſi defendat dñs, quo iure defendit, neq; enĩ in cauſa criminis procuratores admitti ſolẽt[c]? Et frequẽtiores[d], non vt procuratorem admitti dñm, aiunt, ſed quia ipſiuſmet inter-
13 ſit. Accuſari autẽ ſeruus põt, cum pro crimi-
ne pœna corporalis imponenda eſt, nõ ſi
14 pecuniaria: quæ cõis opinio eſt[e]. Quid ergo ſi cõniuentibus oculis dñi, ſeruus peculiam habeat[f]? Et accuſari hunc poſſe (etiã cum pœna pecuniaria imponẽda eſt) Bar-
15 tolus cenſet[g]: quod & iure quoq; noſtro[h] per locum à contrario ſenſu probatur.

XIIII. PAVLVS. Libr. IIII. Sententiarum.

NON ſunt liberi, qui cõtra formam humani generis conuerſo more procreantur: veluti ſi mulier monſtroſum aliquid aut prodigioſum enixa ſit. Partus autem, qui membrorũ humanorum officia ampliauit, aliquatenus videtur effectus: & ideo inter liberos connumerabitur.

1 *Monſtra, prodigia, oſtenta quando filiorum loco habeantur.*
2 ἑτερομορφία.
3 *Lex vlti. titu. 33. part. 4.*
4 τριόρχεις.
5 *Membrum & membri officiũ quomodo differant.*
6 *Digitus an membri appellatione contineatur.*
7 *Bart. ſibi ipſi contrarius.*
8 *Lex. 25. titu. 6. part. 2.*
9 *Effectus partus qui.*
10 *Intellectus verus huius legis qui?*

NON ſunt liberi.) Vt tanquam liberi legitimi ſuccedant: ſunt tamen, vt extitiſſe eis natis conditio videatur, ſub qua matri relictum eſt, ſi peperiſſet[i]. Monſtra igitur 1
prodigia, oſtenta quæ ſunt, parentibus nõ ſuccedunt[k]; neque ſi prętereãtur, iure poſthumorum rumpent[l].
CONTRA formam humani generis.) Aut quia in alterius animalis formam, non in hominis partus producitur. Græci ἑτερομορφίαν vocant: ut ſi canino capite[m], aſini 2
nis aurib⁹. aut quia aſpectu inæquales, ſed 3
ad hominum formam propius partus edũtur: qoales bicipites ſunt, trimani, tripedes, quadrupedes, quiue oculos in pectore ſeu fronte, aures ſupra tempora habeãt; qualis eo tempore, quo Viriatus in Luſitania contra Romanos bellum gerens, interfect⁹ eſt Romæ, puer ex ancilla natus, quadrupes, quadrimanus, oculis quatuor, auribus totidem, naturã virilem duplicem habens. Author Eutropius libro 4. de bello Achaico.
MEMbrorum humanorum officia.) Vt qui ſenis digitis, vel tribus teſtibus, quos 4
Græci τριόρχεις vocant. Aliud igitur mem- 5
brum eſt, aliud membri officium: manus quidem & pes, membra ſunt[n], digiti non item[o], niſi in larga ſignificatione[p]. Inde & 6
Bartolus hic quoque notat, ſi lege monici pij caueatur, vt qui membrum alteri abſciderit, talionis pœnam in ſimili mẽbro patiatur: in eo qui digitum abſcindat, legi lo- 7
cum non eſſe. Idem Bartolus in hoc alibi[q] contrà. ex relationis enim vi[r], tunc membri appellatione digitum comprehendi: quod & ipſe ſequor. Suntque alij caſus nõ pauci, in quibus membrorum appellatio digitos continet: quos Felinus congeſſit[s]: ſed & recentiores[t] aliquid addunt. Quid quod & Hiſpaniæ lege[v] non digitus tantũ, ve- 8
rùm & dens membrum vocatur, niſi fortè & illic in larga ſignificatione accipimus.
A L Iquatenus videtur effectus.) Noricus Codex habet. Alicuius videtur effectus, vt dictionem, effectus, tunc ſubſtantiue accipias. Antonius Auguſtinus lib. 1. emendat. iur. ciui. c. 8. Quia aliquatenus videtur effectũ, emendat: quod vix eſt vt probem. Vetuſtiores Codices, atque adeo Florentinæ ipſæ Pandectæ, Aliquatenus videtur

a Bald. & Ange. in l. nemo ad ſi. C. de acqui. poſſ.
b l. Item ſi res. §. 1. ff. de alie. iud. mutã. cauſ. fac.
c l. pen. §. ad crimen. ff. de publ. iudi.
d Bal. in l. 2. C. de accu.
e Sali. in l. 2. C. de accuſ.
f l. 4. ff. de manumiſſi.
g Bar. in l. hos accuſare. §. Omnibus. ff. de accuſa.
h Lex. titu. 1. par. 7.

i l. quaree. ff. de verb. ſigni.
k l. oſtẽtũ. ff. de verb. ſigni.
l l. quod dicitur. cũ gl. ff. de lib. & poſthu. l. quæ certatũ. C. de poſthu. har. inſti.
m l. vlt. ti. 33. part. 4.
n Authẽ. ſed nouo. C. de ſer. fugi.
o l. ædiles. §. ſi. l. Itẽ quæritur. §. ſi quis digitis. ff. de ædi. edic.
p c. 1. de corpo. vici.
q Bar. in l. 2. col. ſi. ff. de pub. iud.
r l. nonnũquã. ff. de cõdi. & demõſtra.
s Feli. in c. cũ illorũ. de ſentẽ. excõ.
t Deci. ĩ l. Imperiũ. n. 51. infrà. de in. om. indi. valla. n. 88.
v l. 25. tit. 6. part. 2.

effectus: quæ dubio ꝓcul veriſsima lectio eſt, vt ſit effectus partus, ideſt perfectus: ſic enim paulo ante appellauerat. Efficere verò, apud Ciceronem & eos qui bene locuti ſunt, rei perfectionem ſignificat: vnde etiā Plinio Epiſt. libr. 2. effecti Syllogiſmi; ideſt, beneformati. & Terentio in And. effectum reddere. Hoc ego tibi profectò effectum reddam. Et in Eunuch. Effectū dabo. Sed & Paulus recep. ſent. libr. 4. titu. 8. Aborſus (inquit) & abactus venter partum efficere non videtur. Aliquatenus itaque partus effectus, ideſt, aliqua ex parte perfectus eſt.

XV. TRIPHONINVS. Libro. X. Diſputationum.

ARESCVSA ſi tres peperit, libera eſſe teſtamento iuſſa, primo partu vnum, ſecundo tres peperit: quæſitum eſt, an & quis eorum liber eſſet. Hæc conditio libertati apposita iā implenda mulieri eſt. Sed non dubitari debet, quin vltimus liber naſcatur. Nec enim natura permiſit, ſimul vno impetu duos infantes de vtero matris excedere: vt ordine incerto naſcentium non appareat, vter in ſeruitute libertateue naſcatur. Incipiēte igitur partu, exiſtens conditio efficit, vt ex libera edatur, quod poſtea naſcitur: veluti ſi quælibet alia conditio libertati mulieris adpoſita parturiente ea exiſtat: vel manumiſſa ſub hac conditione, ſi decē milia hæredi Titio ne dederit: eo momento quo parit, per alium impleuerit conditionem: iam libera peperiſſe credenda eſt.

1 *Partus execto matris vtero naturalis non eſt.*
2 *Lex. 12. titu. 33. part. 7.*
3 *Caſares vnde dicti.*
4 *Conditio, ſi pepererit, differt ab illa, ſi habuerit filios.*

PEperit.) Hactenus thema legis eſt.
QVAESITVM eſt.) Duplex quæſtio proponitur.
HAEC conditio.) Aliquem liberum eſſe primo reſpondet.
SED non dubitari.) Quæſtioni ſecundæ reſpondet.
NEC enim natura.) Aliud, cum execto matris vtero naſcuntur: poſſunt enim duo ſimul vno impetu naſci: ſed ille partus naturalis non eſt. 1
VLTIMVS.) Quid in dubio; ideſt, ſi non appareat quis fuerit vltimus? Et nullum liberum ꝓpter incertitudinem[a], omnes conſentiunt. Iure tamē noſtro[b] ſi maſculus & fœmina ſint, maſculum prius natum cenſemus. 2
INCIPIENTE igitur partu.) Quarto.
QVI poſtea naſcitur.) Quartus non tertius.
PEPERISSE.) Quid ſi non peperit, ſed matris vtero cæſo (vnde & Cæſares dicti) pueri extrahantur? Et verius eſt, conditionem, ſi tres habuerit filios, ſic impleri[c]: cōditionem, ſi tres pepererit, non impleri. 3 4

a l. Duo ſunt Titij. ff. de ſta. tute.
b l. 12. ti. 33. par. 7.
c l. Etiam mulier. ff. de verb. ſigni.

XVI. VLPIANVS. Libro. VI. Diſputationum.

IDEM erit, ſi eadem Areſcuſa primò duo pepererat poſtea geminos ediderat. dicendū eſt enim, nō poſſe dici vtrunq; ingenuum naſci, ſed eum qui poſterior naſcitur: quæſtio ergo facti potius eſt, non iuris.

1 *Gemini ſi edantur, quis in regno dignitate aut primigenio præferendus.*
2 *Lex. 12. tit. 33. part. 7.*
3 *Glo. l. Regiæ opinio eleuatur.*
4 *Quæſtiones de puncto.*
5 *Quæſtio facti ad Iuriſcōſultum non ſpectat.*
6 *Iuriſconſultus, iuris, non facti ſacerdos eſt.*

GEMInos ediderat.) Vno partu. Quid ī regno, dignitatib9, primigenijs, hæredijs ſeu maioratibus, quis præferēdus, ſi gemini edantur? Et diſtinguendū eſt. aut enim conſtat, quis prior editus ſit, & ille præfertur[d], quanuis momento præceſſerit. nam & natus eſt Iacob plantā tenens Eſau: & tū erat Eſau primogenitus. Aut vno impetu ꝓceſſerūt, qđ (licet natura fieri nō poſsit) in ijs 1

d Ioā. and. ad Specu. in rub. de feu. col. antepe. verſ. ad contrarium.

in ijs euenire ſolet, qui ex ſecto matris vtero poſt eius mortem extrahuntur: & tunc vtroq; altero've petēte, ſorte q̃ſtio (vt potè q̃ iuris eſt) decidēda eſt[a]. Si neuter ad ſortes puocet, erit gratificationi loc⁹[b]. Aut in dubio eſt, vter prior, vter poſterior nat⁹. Finge enim vel matrem cæcam, vel in obſcuro loco peperiſſe: vel neque eam, neq; eos qui parienti adeſſent, eius rei ſatis recordari poſſe: & in hoc articulo magna varietas eſt. Sunt enim qui vtrumque admittant[c]: quę opinio ex eo eleuatur, quòd in huiuſcemodi, expediat potius adminiſtrationem vni committi[d]. Alij, neutrum eſſe admittendum[e], quod etiam procedere minime poteſt. cur enim primogeniti ijs poſtponātur, qui poſtea editi ſunt[f]? Quidam ſorti rem committendam[g]: verùm cum facti quæſtio iſthæc ſit, ſorti locus iure non eſt[h]. Denique Baldus[i] gratificationi locum eſſe exiſtimat: quæ crebrior opi-
2 nio eſt[k]. Hiſpaniæ certè lex[l] notanda vtrumq; ad ius primogeniti admittit. Nam legis Regiæ interpretē antiquū vix eſt vt audiam, dū illā, ad ſucceſsionē bonorum
3 reſtringit, quæ diuidātur, & in alijs, ſorti locum eſſe arbitratus eſt. Quò enim obſecro tunc honoris, quò primogeniti mentio facta eſſet? Sed ſi lege Regia vterq; adadmittendus, horum filij quemadmodum ſuccedēt? Qui quibus præferēdi ſunt? Delio conſultore opus eſt.

NON poſſe dici vtrumq;.) Sic ſi Titius Sticho ſeruo ſuo libertatem conceſſerit, ſi ſeruo primum in ponte obuiam ierit: Seius Pamphilo, ſi libero: & Stichus Pāphilusq; in pōte inuicem ſibi obuiauerint, quæſtio
4 de pūcto eſt. Sed Bartolus & plures aiūt[m], Stichum liberum futurum, non Pamphilum. Suntque etiam ſimiles de puncto quæſtiones, quæ alio in loco traduntur[n].
5 QVAEſtio ergo facti.) Quæ cum vel prudentiſsimis interdum fallat, ad iuriſconſultum non ſpectat[o]. Quid igitur, an non ex
6 facto ius[p]? Fatendum vtiq; eſt. Verum iuriſconſultus, iuris eſt, non facti ſacerdos[q].

XVII. IDEM Lib. 12. ad edictum.

IN orbe Romano qui ſunt, ex cōſtitutione imperatoris Antonini ciues Romani effecti ſunt.

1 *Ciuem Romanum quem haberi, ſtatim atque Romæ eſſet, abſurdum eſt.*
2 *Orbis Romanus qui, & qui ea appellatione non continentur.*
3 *Ius ciuitatis Romanæ parcè olim conceſſum.*
4 *Chriſtiani omnes hodie ciues Romani.*

IN orbe Romano.) Legebatur antea, In vrbe Romana, ſed nouum nimis, ne abſonum dicā, ſi ciuis Romanus ideo quis haberetur, quod Romæ caſu fortè eſſet. Emendatior ergo lectio[r], In orbe Romano, quam veriſsimam Iuſtiniani Nouella[s] conſtitutio conuincit. Nec noua appella- 2
tio, ſed frequens Spartiano, Lampridio, & eius ætatis hiſtoricis. Ea ij cōtinebantur, q ſubditi populo Romano eſſent cuiuſmodi Prouinciales omnes erant. Fœderati, & hi qui populi Romani maieſtatem comiter obſeruabāt[t], nō comprehendebantur, ac multominus hoſtiles nationes, quales Parthi, & Germani. Item nec Hoſtiles, nec aliquomodo Romanis cōiunctæ. Mentio eſt & orbis Romani, in codice Theodoſij lib. 16. titu. 2. Damus copiā colligendi his qui ſecundum ea ſentiunt, quæ tēporibus Diuæ memoriæ Conſtanti ſacerdotibus cōuocatis ex omni orbe romano, expoſitaq; fide ab his ipſis, &c.

CIVES Romani.) Ius ciuitatis Romanę parcè olim cōcedi ſolitum, vt Nouocomē- 3
ſibus, In ſubrib⁹, Hiſpanis, Gallis & aliis quibuſdam Conſtitutione Antonini omnib⁹ omnino liberis, q in orbe Romano eſſent, cōceſſum eſt. Hodie oēs Chriſtiani (modo
verè Chriſtiani ſint) eo iure cenſentur[v]. 4

XVIII. IDEM. Libro. 27. ad Sabinum.

IMPErator Adrianus Publicio Marcello reſcripſit liberam quæ prægnans vltimo ſupplicio damnata eſt, liberum parere: & ſolitum eſſe ſeruari eam, dum partum ederet: ſed ſi ei, quæ ex iuſtis nuptijs cōcepit, aqua & igni interdictum eſt, ciuem Romanum parit, & in poteſtate patris.

a l. vlti. in prin. C. commu. de leg. l. ſed cum ambo. ff. de iudi. Can. in c. ſi de iudic.
b Aret. in l. Ex duob⁹. colūn. ff. de vulga.
c Bal. in authē. ex teſtamēto. col. fi. C. de collat. arg. gl. hic. Alex. in l. qui filiabus. §. ſi quis ita. col. ſi. de leg. 2. Iaſ. col. ſi extrane⁹. n. 18. ff. de cō. ob cau. Feli. in c. Capitulum ſancte. de reſcript. Landen. de primoge. q. 37.
d l. vlti. ff. de re. diui. l. in apibus. 7. q. 1.
e Imo. in l. ex duobus. ff. de vulg.
f l. 2. §. hæreditas. ff. de ſuis & leg.
g Io. andr. ad Specu. in rub. de ſeu.
h l. fina. in prin. C. commu. deleg.
i Bald. in l. 1. quibus. C. de ſecundis nupt.
k Alexā. hic & in l. ſi fuerit. ff. de rub. dub. & in l. 3. §. hoc interdictū. ff. de lib. ho. exhib. Ioan. Leci. de primoge. lib. 2. q. 10. Ignc. in l. 3. §. ſi cum omnes. ff. ad Syll.

l l. 12. tit. 33. part. 7.
m Bal. hic. in 2. lect.
n Bart. & Iaſo. in l. ſi poſt mortē. in princ. de lega. 2.
o l. 2. ff. de iu. & fact. igno.
p l. ſi ex plagis. §. in clino. ff. ad l. Aquil.
q l. 1. ſupr. de iuſti. & iure.
r Alci. diſpūct. lib. 2. c. 21. & in l. poteſtatis ce in l. hoſtes. ff. de verb. ſignif.
s Authē. vt liber. de cate. §. fi.
t l. non dubito ff. de captiui. bud. ad l. vlti. maieſta. Alc. pa rer. 2. c. 25.
v Alciat. in l. Hoſtes.

1 *Prægnans ſiue libera ſiue ſerua non eſt punienda.*
2 *Prægnans etiam ex modico tempore punienda non eſt.*
3 *Prægnans deportari, & in metallum dati an poßit?*
4 *Mors ciuilis & naturalis æquiparantur.*
5 *Prægnans an punieda membri mutilatione.*
6 *Membri mutilatio & vltimum ſupplicium æquiparantur.*
7 *Prægnans an proſcribi aut banniri poßit?*
8 *Prægnans an poßit torqueri?*
9 *Prægnantem in adulterio deprehenſam an liceat occidere.*
10 *Prægnans ſeruatur, ſiue legitimum ſiue adulterinum filium paritura ſit.*
11 *Partus editus ne intereat, etiam poſt editum mulier ſeruanda eſt.*
12 *Pœnæ executio differtur, donec rationes damnatus reddat.*
13 *Per alium conſequimur, quod per nos non poſſumus.*
14 *Prægnantes iurare non coguntur.*
15 *Adiuncti ratione permittitur, quod alias nõ permitteretur.*
16 *Acceßiones ſeparabiles & inſeparabiles.*
17 *Adulterij commißi cum ſacerdote mulier à iudice eccleſiaſtico punitur.*
18 *Sacerdos ſi ſit vnus ex delinquentibus, alij ad iudicem eccleſiaſticum remittuntur.*
19 *Laicus habens rem communem cum eccleſia, vtitur priuilegio præſcriptionis eccleſiaſticæ.*
20 *Pœna ſubſtituti in duello an ſit differenda.*
21 *Campionis & partus longe diuerſa ratio eſt.*
22 *Aquæ & ignis interdictio.*

LIberam.) Idem & ſi ancillam, quod
1 attinet ad hoc, ne prægnãs puniatur: eadem enim ratio eſt[a], ne partus periclitetur[b].
2 PRÆgnans.) Etiam ex modico tempore, verbi gratia. x. aut. xx. dierum.
3 VLTImo ſupplicio.) Quid ſi deportatione, aut damnatione in metallum? Et eſt verius (ſi detrimentũ ventri inde immineat) pœnam differri. Nam & ſic alias deporta-
4 tio, & mors naturalis equiparantur[c], quòd vtriuſque idem effectus ſit[d]. Quid ſi mem-
5 bri amputatione? Et tunc quoque pœnæ executionem differri aiunt. Quia membri
6 mutilatio, & vltimum ſupplicium æquiparantur[e].

DAMnata.) Quid de proſcripta, aut bannita? Et idem Nellus[f] Hippolytusque[g] reſpondent. 7
SERuari.) Sed an interim torqueri poterit? Et receptius eſt, neque prægnantem[h], neque poſt dies. xl. à partu connumerandos torquendam[i]. Sed nunquid maritus 8
vxorẽ, pater filiã nuptam in adulterio deprehenſas prægnantes impunè occident? 9
Et poſſe crebrior opinio eſt, ſine metu pœnæ homicidij. nam & facti atrocitas attenditur[k], & iuſtus eos dolor excuſat: nihilominus tamen iudicis arbitrio punientur.
PARtum.) Siue legitimũ ſeu adulterinũ[l]. 10
EDEret.) Quid ſi edidit, ſed ſi vltimũ ſupplicium ſubeat, periculũ eſt, ne partus intereat, an adhuc ſeruanda? Et licet hæc legis verba obſtent, ratio tamen eadem eſt. 11
Seruanda igitur tum quòd in mora modici temporis periculum minime ſit[m]: tum etiam, quòd & in ſeruo fieri hoc videm[n].
Quo exemplo, & illud traditũ eſt[o], vt damnati ſerui, liberi ve ꝓcuratoris, tutoris, curatoris, factoris, inſtitoris, pœnæ executio differatur, quouſque rationes reddant. An- 12
notãdumque generaliter hic eſt, propter partum mulierem id cõſequi, quod per ſe non poſſet. 13
Quo iure fit, vt nec cogi ad teſtimonium dicendum ſolenne in itinere partus periclitetur[p]. Idq; eſt (vulgo quod dicitur) prægnantes non cogi, vt iurent: alioqui enim iuratos eſſe teſtes oportet[q]. An- 14
notandum præterea eſt, ratione adiuncti permitti, quod alias non permitteretur: 15
quod Bartolus[r], & alij de adiuncto ſiue acceſſione inſeparabili intelligunt[s]: aliud, 16
ſi ſeparabilis ſit[t]: quibus tñ exẽpla multa repugnãt. Ecce ſi nupta adulterij cũ ſacerdote cõmiſſi accuſetur, à iudice eccleſiaſtico rõne adiũcti dãnãdã Federic[9] reſpõ- 17
der[v], & tamen hæc ſeparabilia ſunt. Si plures delictũ committãt, inter quos ſit vnus ſacerdos, oẽs ad iudicẽ eccleſiaſticũ remit- 18
tentur[x]: & tñ ſeparari poterant. Si cũ eccleſia cõmunẽ rem laicus habeat, priuilegio cẽtẽnariæ, aut quadragenariæ præſcriptionis, & ille vtetur[y]. Quæ & ſi à permultis 19
admiſſa ſunt[z], neſcio an iudices (latrunculatores præſertim) admittent[a]. Collegit & hinc Bartolus argumentum, ſi in duel- 20
lo quis ſubſtitutus eſt, & interim vltimo ſupplicio damnatus, an pœna eius differri debeat? Et nõ differendã cum Guilielmo verißi-

a l. illud. ff. ad l. aquil.
b Ana. in c. intellexi. mus. de his qui fil. occi.
c l. ex facto § ex facto. ff. ad Treb. l. ſi necẽ. §. 1. ff. de bon. libe.
d l. gallus. §. & quid ſi tantum.
e Auth. de collato. §. ꝑhibemus. l. imperiũ. ff. de iuriſdic. om. iudi.
f Nel. i. 2. part. 2. tẽp. q. 45.
g Hippo. in l. 1. in princ. nu. 13. ff. de quæſti. et in pract. in pte nunc videndum. col. pe.
h l. prægnãtis. ff. de pœ.
i Bar. in l. prægnãtis. Alex. in d. 2. §. ſi nõ ꝑter. ff. ſi qs can. Aret. in parte fama verſ. ſexto quæro.

k l. quid ergo. §. cũ ãnc ff. de his q not. infa.
l Ana. in c. intellexi mus. de his qui fil. occi.
m l. ſi debitori. ff. de iudi.
n l. 1. C. de bo. proſ. l. ſi ſeruus. de legat. 2.
o Bart. & Iaſ. in d. l. ſer legato. §. ſeruus. de leg. 1. Capo. can. 2. Pole. in c. meminimꝰ. nu. 12. de accuſa.
p Bald. hic Hipp. in pract. in ver. nũc videndum. nu. 48.
q l. iuriſiurandi. C. de teſtib.
r Bart. & doc. hic Bal. in l. partim C. de rei ve.
s l. ſi cõmunẽ. ff. quemad. ſerui. amit. l. ſed et addes. §. ſi qs mulierẽ. l. loca.
t l. 1. C. ſi in comu. et ca. cauſ. reſtit. poſtu.
v Federic. cõſi. 16. Aret. in parte che me. Ay. n. 46.
x Soci. in l. cum ſenatꝰ. col. 5. ff. de reb. dub.
y l. fi. C. de ſacroſ. eccle.
z Abb. in c. ad audientiã. col. pen. de præſcri.
a Hippo. in ſing. 180 in cp. plura.

21 veriſsimè ait. Longe enim alia ratio campionis, longe alia partus: quod his addendum merito eſt, quæ in libello de ſingulacertamine Andreas Alciatus reſpondit[a]. AQVA & igni interdictũ eſt.) Quod genus pœnæ hoc, quæque eius ratio, ab alijs notatum eſt[b].

a Alci. de ſing. certa. c. 35.

b Bud. in l. vlt. ff. de do nat. iter vi. & vxor.

XIX. CELSVS Libro. 29. Digeſtorum.

CVM legitimæ nuptiæ factæ ſint, patrem liberi ſequuntur: volgo quæſitus matrem ſequitur.

1 *Legitimatus filius nihil differt à verè legitimis.*
2 *Legitimatus patris nobilitatem ſequitur.*
3 *L. fi. titu. 15. part. 4.*
4 *L. 12. Tauri.*
5 *L. fi. titu. 22. lib. 4. fori.*
6 *Schedula Caroli anni. 1542.*
7 *Legitimatus per reſcriptum Principis, nobilitate patris non gaudet, quo ad hoc tãtũmodo, vt tributa ſoluat, quo ad cætera verò gaudet.*
8 *Spurij ad honores interdũ admittuntur.*
9 *Spurij ad dignitates regulariter admittũtur.*
10 *legitimari quis poteſt, non quo ad omnia.*
11 *Nobilis quis eſſe poteſt quo ad quædam, qui in vniuerſum nobilis non ſit.*
12 *L. 86. ſtili.*
13 *Nobilitas diuidi poteſt, tam loci quam aliarũ qualitatum reſpectu.*
14 *Poſſeſsio particularis in nobilitate.*
15 *Pragmatica Cordubæ.*
16 *Nobilitas augeri, mutari, diminui poteſt.*
17 *Filius naturalis non legitimatus nobilitatem patris non ſequitur.*
18 *Naturalis fili⁹, de familia aut de domo nõ eſt.*
19 *Naturalis filius agnationis arma nõ portat.*
20 *L. 1. titu. 11. part. 7.*
21 *L. 3. tit. 15. Part. 4.*
22 *L. fi. tit. 22. lib. 4. fo, et prag. anni. 1544. c. 9.*
23 *Filius ex damnato concubitu, etiam legitimatus, patris nobilitatem non ſequitur.*
24 *Filij ex damnato & punibili concubitu ſuſcepti matris conditionem ſequuntur*

CVm legitimę.)
1 Quid ſi naturalis ſit, quem
2 vulgo baſtardum vocant?
Et ſi legitimatũ proponas,
3 nihil ille differt à verè legitimis[c]: ſed &
4 quantũ ad honores[d], atq; nobilitatem[e], pa
5 tris conditionem hunc ſequi Hiſpaniæ iure, nõ eſt cur dubitemus. Niſi quod ex ſchedu 6
la anni. 1542. quæ Pinciæ à Carolo Maximo & lata & confirmata eſt, qui per reſcri-
ptum legitimati ſunt, ad collectas, indicta, 7
cõtributiones (perinde ac ſi legitimati nõ
eſſent) tenẽtur. Neq; enim eorũ probo ſententiam, qui nobilitate eos omnino nõ gaudere ſentiunt. aliud enim eſt, omnino ignobilem iudicari, aliud ſoluẽdi tantum tributi cauſa ignobilẽ: quod ſchedula vult. Nã & quid ſi eo modo legitimus factus ad duellũ prouocet? Quid ſi ad honores, ad-
mitti velit, ad quos (ſi legitimi deſint) iure 8
ciuili etiã ſpurij[f]. Quid ſi ad dignitates, ad 9
quas ijdẽ regulariter iure Pontificio[g]? Et ego non arbitror ab alio hunc iure arcendũ, quàm ab eo quod ſchedula expreſsit, cũ ad alia expreſsim[h] (vt dixi) admittatur. Neq;
nouum hoc eſt, vt legitimatus, non quoad 10
omnia, pro legitimo ſit[i]. Neq; nouũ etiã, 11
vt qui non in omnibus & per omnia nobi-
lis habetur nobilitatis tamen iure in qui- 12
buſdã[k] fruatur. In ſumma, vt ratiõe loci di-
uidua nobilitas eſt, locoq; circunſcribitur, 13
quã poſſeſsionẽ particularẽ ex lege Cor-
dubę[l] vocare ſolem⁹: ſic nihil vetat, vt ei⁹ 14
qualitates ſcindantur: quàm dubio procul (vel Caſ- 15
ſaneo notãte[m]) ad aliarũ dignitatũ exem-
plũ, augeri, mutari, diminui poteſt. Si verò 16
legitimatus non ſit, in eo maior dubitatio
eſt: hunc tñ neq; honores[n], neq; nobilita- 17
tẽ[o] patris ſequi, Bartolus & frequentiores
affirmãt, eo amplius neq; de familia aut de 18
domo eſt[p]. Neq; agnatiõis arma portat[q], 19
niſi cõſuetudo in cõtrariũ adſit[r]. Verũ Re 20
gia lex quædã[s] ad patris nobilitatẽ admit-
tit, altera à patris & aui honoribus arcet[t]. 21
Quæ hoc iure difficilis antinomia eſt: niſi forte ad nobilitatẽ admitti, à cęteris honoribus eũ repelli dicimus. Sit æſtimationi
in hoc locus. Illud affirmandũ eſt, eos qui ex 22
dãnato aut punito cõcubitu ſuſcipiuntur
(etiã ſi legitimati ſint) patris nobilitatem 23
non ſequi[v]. Quid igitur ijs futurum eſt? Et
dici poteſt vt (quia patris nõ poſſunt) ex re 24
gula, matris conditionem ſequãtur[x].
VOLgo quæſitus.) Qui & vulgo conceptus, de quo ſtatim.

c §. igitur. §. reliqui. auth. quib. mon. nat. ef ſi. legi. Iaſ. ĩ rub. ff. de li be. et poſth. nu. 9. Soci. ĩ l. gallus. §. & quid ſi tantũ. n. 30.

d l. 4. & vlt. titu. 15. part. 4. l. 12. Tauri.

e l. vlt. tit. 22. lib. 4. fo.

f l. ſpurij. l. generaliter §. ſpurius. ff. de decur.

g c. per venerabilẽ. qui filii ſint legi. Alci. parer. lib. 10. c. 8.

h d. ll. reg. i c. 1. de fili. nat. ex mat. ad morga. cõtra Iaſ. et doc. in rub. ff. de libe. et poſthu.

k l. 86. ſtili.

l Pragm. fo. 178. co. 1. in Catalog. 8. parte con ſid. 15.

n Glo. ĩ. cle. vnica. ĩ ver bo liberi de baptiſ.

o Bart. & Alex. in l. 1. col. 5, C. de dign. libe. 12. Alex. et Ripa. ĩ. l. ex facto. §. 1. ff. ad trebel.

p Iaſ. in l. fi. nu. 13. C. de verb. ſigni.

q Bal. in. l. generaliter ad fin. C. de inſti. et ſubſtitu.

r Guid. de- ciſ. 580.

s l. 1. titu. 11. par. 7.

t l. 3. titu. 15. par. 4.

v l. fi. tit. 22. lib. 4. fo. pragm. ãni 1544. c. 9.

x l. eos. C. de decurio. lib. 10.

XX. VLPIANVS Lib. 38. ad Sabinum.

QVI furere cœpit: & ſtatum, & dignitatem in qua fuit, & magiſtratum & poteſtatem. videtur

videtur retinere: ſicut & rei ſuæ dominium retinet.

1 *Furor ſuperueniens non mutat ante geſta.*
2 *Furor ſuperueniens an excuſet à pœna.*
3 *Argumẽtum à iuriſdictione ad dominium.*
4 *Iuriſdictio, dominium, poſſeſsio an æquè trãſferantur.*

ET ſtatũ & digni
1 tatem in qua fuit.) Nõ igitur
mutat ſtatum furor ſuperueniens: cui conſequens eſt, vt & malæfidei vicium non purget[a], ſic neque peccati culpam antea contractam[b], neque ingratitudinis culpam, ob quam filius exhæredari poteſt[c]. Sed & ſi furor ei qui deliquerit, ſu
2 perueniat, pœnam bonorum nõ euitabit. corporali certè puniendus non eſt. Hoc enim reſpectu ſatis ipſo furore puniri dicitur[d], quæ Baldi receptiſsima traditio eſt[e].
3 DOMInium.) Cum dominio iuriſdictionem æquiparet, argumentum certe eſt, vt quemadmodum dominium amittere quis non dicitur, qui in alium non transfert[f], ſic nec iuriſdictionem ei delegãdo, qui iuriſdictionis capax nõ eſt. Poſſeſsionis trãſ
4 ferẽdæ facilior via: amittit enim etiam is, qui in alium non transfert[g].

a l. nũquã §. ſi vi aut clam. ff. de vſuc. vbi Bart.
b Iaſ. in l. patre. n. 42. ff. de his q ſui vel alie. iu. ſunt.
c Bar. in l. ex facto. n. 18. ff. d vulga. Iaſ. ibi. nu. 19.
d l. diuus. §. ſed licet. ff. de offic. praſi.
e Bal. Alexa. & Iaſ. in l. furioſũ C. qui teſta. fac. poſ. Iaſ. ĩ l. fi. nu. 7. ff. ſi ex noxa. cau. aga. & in l. patre. n. 42 ff. de his q ſui vel alie. iu. ſunt.
f l. uet vtilẽ. ff. ex qb. cau. maio.
g l. q̃ vxo §. ſi a furioſo. ff. de acqui. poſ.

XXI. MODESTINVS Libro ſeptimo Regularum.

HOMO liber qui ſe vendidit, manumiſſus non ad ſuũ ſtatum reuertitur, quo ſe abdicauit: ſed efficitur libertinæ conditionis.

1 *Rem faciliter ad ſuam naturam reuerti quomodo intelligendum.*
2 *Natalibus non officere manumiſsionem.*
3 *Seruus an liceat fugere.*

QVI SE vendidit.) ad precium participandum.
REVERtitur.) Quid eſt
1 ergo quod traditum vulgò eſt, rem faciliter ad ſuam naturam reuerti[h]? Et Baldus Paulusque reſpondent, id verũ eſſe tunc, cum actus ſimilis iteretur. Ea etiam quæ perpetuo mutata non ſunt, facilius multo reuertuntur[i]. Quod autem dicitur, nata- 2
libus non officere manumiſsionem, intelligendum eſt, cùm vere ingenuus manumittatur.

h l. ſi vnus §. pactus ne peteret. ad fi. ff. de pac.

LIBERtinæ conditionis.) In hoc ſerui hi cum illis conueniunt, qui bello capti ſunt. Sed nũquid in aliquo inter eos eſt differẽ
tia? Et ſunt q in eo cõſtituant, quòd his fu- 3
gere ſine peccato non liceat, illis liceat. Quo in articulo iuris Pontificij gloſſam[k] reprehendũt. Ego ſubſiſto, quòd ſerui qui bello capti ſunt, ſi fugiant, ſui furtum faciunt[l]. Sed & alia non pauca pro gloſſæ opinione vrgent, quæ nũc prudẽs omitto.

i l. in tãtũ. in princ. ff. de re. diui.
k Gl. in c. ius gentiũ. 1. diſtin.
l l. 1. C. de ſer. fugi. l. ancilla. ff. de furt.

XXII. IDEM Libro duodecimo. Reſponſorum.

HErennius Modeſtinus reſpõdit: ſi eo tempore enixa eſt ancilla, quo ſecundum legem donationis manumiſſa eſſe debuit: cum ex conſtitutione libera fuerit, ingenuum ex ea natum.

4 *Nati ex ancilla quibus caſibus liberi naſcantur.*

SEcundum legẽ.) Idẽ & ſi
ex teſtamento[m]: idem & ſi 1
dilatio legalis libertatẽ matris diſtuliſſet[n]: de quibus ſupra quoque dictum eſt.

m l. vlt. C. ad offici.
n l. cum ſyllanianũ. C. de his quib. vt indig.

XXIII. IDEM Libro primo Pandectarum.

VOLGO concepti dicuntur, qui patrem demonſtrare non poſſunt: vel qui poſſunt quidem, ſed eum habent, quem habere nõ licet: qui & ſpurij appellantur παρὰ τὴν σπορὰν.

1 *Naturales filij qui propriè.*
2 *Naturales verè pauci vocari poſſunt.*
3 *Quomodò filij.*
4 *Baſtardi filij qui?*
5 *Nothi filij qui ſint.*
6 *Vulgò concepti qui proprie dicuntur.*
7 *Spurij vnde dicti.*
8 *ἀπάτορες filij.*
9 *SP. nota quid olim ſignificaret.*
10 *Spurij duplices.*
11 *Spurij quomodo ſuccedant.*
12 *L. 9. Tauri.*

Vulgo

1 VVLGO cōcepti.) Naturales filij ij proprie ſunt, qui ex cōcubina vnica do
mi retenta, & quam habere iure ciuili lice
2 bat, naſcantur: quæ cum opinio cōmunis
ſit[a] ſat conſtat, paucos eſſe, qui verè natu-
3 rales vocari poſsint[b]. Hi à Græcis ad verbū
4 φυσικοὶ, vulgò baſtardi[c]. Nothi (q̄ dictio
5 Fabio auctore lib. 3. c. 8. Latine reddi non
poteſt) filij ſunt ex cōcubitu progeniti, cui
per legē impoſita pœna non eſt: diſtantq́;
à naturalibus, quòd nothi non adeò custo-
dita matre, nec q̄ loco vxoris haberetur,
naſcerentur. Vnde & ea voce continētur,
6 qui ex meretricibus ſuſcipiuntur, quos hic
7 vulgò cōcepros, & ſpurios dixit, παρὰ τὴν
σποράν Theophil⁹ quaſi σποράδην. i. paſsim
8 cōceptos, aut quaſi ſine patre filios: qui &
9 Græcè ἀπάτορες: & hac nota. SP. olim ſi-
gnificari ſoliti, vt in Problematis Plutar-
chus oſtendit: de quibus prima legis pars,
Qui patrem (inquit) demōſtrare non poſ-
ſūt. Cuiuſmodi Tyrrhenorū filios oēs eſſe
Athæneus eſt teſtis lib. 12. eſſe enim illis le
ge vxores cōes, cōmuniterq́; partus alere
ſolitos, οὐκ εἰδότας ὅτου πατρός ἐστιν ἕκαστος,
quaſi ſine patre certo omnes ſint: quales
& Moſsynes Pōtici ſunt, qui (vt Artemido
rus de ſomniorū interpretatiōe lib. 1. c. 9.
ſcribit) tantū de mulierū fide ſolliciti vidē
tur, vt eis cōiter miſceātur, in his ſoli nihil
ipſi curioſi, quæ apud cæteras gētes admiſ
ſa grauiſsime lege puniri ſolēt, nihilq́; veri
ti, ſi incerto prorſus patre filii naſcantur
ὁμιλοῦσι δημοσίᾳ καὶ γυναιξὶ μίσγονται
ὥσπερ οἱ κύνες, ἃ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ἄτιμα
10 νενόμισται. Sūs & alij ſpurij ex dānato coitu,
vt ſi ex matre ſint, cū qua ſtuprū, adulteriū
inceſtū cōmitteretur, de quibus ſubijcit,
11 Vel q̄ poſſunt quidē &c. Illi matri inteſta
teſtatæ ſuccedūt, hi nō ſuccedūt[d]: quæ cō
munes opiniones ſunt[e]: niſi ex ancilla pro
pria ſint, quòd & legens, & ex facto Soci-
12 nus reſpōdit[f]. Hiſpaniæ iure[g], de illegiti-
morū ſucceſsione, ius dubium non eſt.

a Angel. hic.
b oldr. cōſ. 196. Bal. in 2. vol. conſ. 242. Alci. parer. lib. 4 c. 5.
c Gl. in rubri. ff. de cōcubi. Alex. in 1. vol. conſ. 128. n. 13.
d Glo. in l. ſi qua illuſtris. C. ad orficia.
e Soci. in 1. volu. conſi. 148. col. 2. et fina.
f Soci. in l. gallus. §. qd ſi tā. col. fi.
g l. 9. Tauri.

XXIIII. VLPIANVS Lib. 27. ad Sabinum.

LEX naturæ hæc eſt, vt qui naſcitur ſine legitimo matrimonio matrem ſequatur: niſi lex ſpecialis aliud inducat.

1 *Matris conditionem ſequuntur, qui patris nō poſſunt.*
2 *Legitimi ſiue naturales filij an infamia facti notentur.*
3 *Baſtardi nomē an iniurioſū ſit apud Gallos.*
4 *Sacerdotū filij, cuius conditionem ſequantur.*

LEX naturæ.) Imo & ci- 1
uilis[h]. id enim pro regula tradi
tum, vt qui patris non poſſunt,
matris conditionem ſequantur[i].
SINE legitimo matrimonio.) ſed nū ille 2
gitimi, ſiue naturales ſeu ſpurij de facto in
famia notantur? Et Azo notari cenſet[k]: qđ
& cæteri vbiq; ſequuntur[l]. Sed quid hi me
ruerūt, quorū culpa nulla eſt, vt tales ꝓdu
cerētur? Mihi igitur ꝓbabilior Alciati opi
nio viſa eſt, qui in ſpuriis, nedū in naturali
b⁹ cōtrariū defendit[m]. Niſi quod à Baldo[n]
illi ſordes vocantur. Sanè Calliæ, notā, in-
famiam, iniuriā nullā ex baſtardi nomine
contrahi, Itali[o] nō leues auctores ſunt. At 3
cōtrà Galli[p] ipſi multis cōtēdunt: quib⁹ de
patriæ iure, cōſuetudineq́; magis aſſētior.
SPEcialis.) Vt quæ Ilienſibus & Ponticis 4
hoc tribuit[q]. Sed qđ de ſacerdotū filiis? Et
iure ſcripto[r] conditionem eccleſiæ ſequū-
tur, eius ſerui facti. Verū bone Deus, quot
eſſent ſerui, qui tamen hodie longe lateq́;
dominātur[s]. Quare cōſuetudine recepti⁹
hoc videmus, vt & illi matrem ſequantur.

XXV. IDEM. Libro primo. ad leg. Iuliam & Papiam.

INGENVVM accipere debemus etiam eum de quo ſententia lata eſt, quāuis fuerit libertinus, quia res iudicata pro veritate accipitur.

1 *Sententia lata in cauſa ſtatus facit fidem cōtra omnes.*
2 *Sententia aduerſus abſentem lata, non facit ius quo ad omnes.*
3 *Sententia Principis aduerſus abſentem non inducit ius commune.*
4 *Iuramentum parti delatum ſuper ſtatu fidē facit quo ad omnes.*
5 *ſententia lata ſuper cauſa libertinitatis non differt ab ea quæ pro libertate lata eſt.*

h l. eum legitimæ.
i l. eos. C. de decu. lib. 10.
k Azo in ſum. C. ex quib. cau. infa. irro. et d. natu. libe.
l Alexā. in 2. vol. conſ. 25. col. 2.
m Alc. parerg. lib. 10. c. 8.
n Bald. in l. eum legitima. ſup.
o Panor. in l. ſed & ſi pe perceriſ. ff. de libe. & poſth. Ripa. in l. ex facto. nu. 9. ff. ad trebel.
p Guiliel. Bened. in c. raynūtius. in verb. et vxorem. n. 147
q l. 1. ff. ad municip.
r l. cū mul ta. 15. q. 8.
s Fab. in §. ſeruitus. ꝑ ꝑe ſi. inſt. de iu. perſo.
t Guilielm. Bened. in c. raynuntius. in verbo raynuntius. nume. 21.

6 Sen.

6 *Sententia ſuper maioratu aduerſus poſſeſſorem lata, an noceat ei qui ad maioratum vocatus eſt.*
7 *Communes opiniones contrariæ.*
8 *Sententia multis caſibus in rem iudicatam non tranſit.*
9 *Sententia altera natura eſt.*
10 *Sententia quibuſdam caſibus ius inter partes non facit.*
11 *Rem iudicatam pro veritate accipi, minus eſt quàm ius facere.*

1 SENtentia lata eſt.) Cuius in propoſita ſpecie concipiendæ, formula nõ vna alibi[a] bene tradita eſt: facit vero ea ſenten-
2 tia (ſi modo cõtra pſentẽ lata ſit) fidẽ quo ad oẽs: aliud ſi cõtra abſentẽ. Receptũ em̃ vt ſententia aduerſus abſentẽ etiam contumacẽ lata (quæ aduerſus præſentẽ faceret)
3 quo ad oẽs, ius minime faciat[b]. Quo iure etiam neq; Principis ſentẽtia aduerſus abſentẽ ius cõmune facit[c]. Sed regulã Felin[9] varie declarat[d]. Vs autẽ ſuper ingenuitate lata ius facit, quo ad oẽs: ſic & ſuper iure filiorũ[e], ſuper ſtatu, aut cõditiõe[f]: vt ſi clericus ſecularis ſubditus quis pnũcietur[g]. ideq; erit, etſi ſuper ętate lata ſit, ex Abba-
4 tis[h] ſententia, à quo nõ diſſentio. Quinetiã vt ſentẽtia his caſibus, ſic iuſiurandũ parti
5 delatũ fidem facit quo ad oẽs, Accurſij hîc
6 & omnium conſenſu[i].
7 LIBERtinus.) Habet ergo locũ hæc lex, ſiue de ſeruitute lis fuerit ſeu etiã de libertinitate: quæ aduerſus Innocẽtiũ[k] concors ſententia eſt[l]. exiſtimabat enim ille (cũ agitur, ſit'ne quis libertus alterius an nõn) ſententiã p ingenuitate eius latã alijs neq; obeſſe neq; pdeſſe, quaſi differat in propoſito cõtrouerſiã quæ ſuper libertinitate ab ea quæ ſuper libertate moueatur: quod tñ & verbis his legis cõfunditur, & alibi nuſq̃ probari bene poteſt. Sed quid ſi ſuper maioratu feratur, noceat'ne ei qui (poſſeſſore mortuo) vocatus eſt? & Iſernia[m] nihil ei nocere credidit, niſi citatum, aut ſaltim de lite notitiam habẽtẽ proponas: quę opinio Decio auctore[n] cõis eſt. Verũ Angel[9], & frequẽtiores[o] nocere ſucceſſuro cõtẽdũt, pro quibus vrgentia allegantur[p]: hoc & ipſe ſequor (& quanq̃ cõiter[q] aliud tenere videãtur) cũ Iaſone tñ verũ intelligo etiã ſi vocati, litẽ motã minime ſciuerint.

a l. diui. §. 1. ff. de libe. cau.
b l. qui repudiãtis. §. fi. ff. de inof. teſt. l. ſi per luſoria. ff. de appel. Bart. in l. cum ſi- liusf. in pri. ff. de verb. oblig.
c Matheſ. not. 26.
d Feli. i. c. cũ Bertholdus. col. 8. de ſentent. & re iudi.
e l. 1. §. fi. ff. de libe. agn.
f l. quoties cũq. C. de edu. lib. 10.
g Dyn. i. §. praiudiciales. col. 4. inſti. de action. fab. col. 2.
h Abb. in l. cum dilecti. col. vlt. de elect.
i Iaſ. in. §. præiudiciales. nu. 31.
k Inno. i. c. cauſam quæ 2. q. fil. ſint legi. col 2.
l Imo. Feli. in c. penu. de re iudi. Ale. in l. ſæpe. nu. 56. ff. de re iudic.
m Iſern. in c. ſi vaſall[9] ſi de feu. fue. cõtrouerſia inter domi. & a- gna.
n Dec. cõſ. 445. nu. 29.
o Ripa. i. l. filiusf. §. diui. n. 60. Ferdi. Loaz. nu. 308.
p l. ſi patroni. §. vlt. ff. ad treb. l. 1. §. denunciari. ff. de vẽ.

IVDIcata.) Multis tamen caſibus ſenten- 8
tia in rẽ iudicatã non tranſit[r].
VERItate.) Baldus[s] alterã naturã appel- 9
lat. Sæpiſſime tñ ius inter partes nõ facit[t]. 10
ACCIpitur.) Minus autẽ eſſe, rẽ iudicatã pro veritate accipi, q̃ ius facere apud oẽs, 11
Accurſius[v] & Bartolus[x] notant.

XXVI. IVLIANVS Libro ſexageſimo nono. Digeſtorum.

QVI in vtero ſunt, in toto penè iure ciuili intelliguntur in rerum natura eſſe. Na & legitimæ hæreditates iis reſtituũtur: & ſi pręgnans mulier ab hoſtibus capta ſit, id quod natũ erit poſtliminiũ habet. Item patris vel matris cõditionẽ ſequitur. Pręterea ſi ancilla prægnãs ſubrepta fuerit: quãuis apud bonęfidei emptorẽ peperit, id quod natũ erit, tanquã furtiuũ vſu nõ capitur. His cõſequẽs eſt: vt libert[9] quoq; quãdiu patroni filius naſci poſſit: eo iure ſit, quo ſunt qui patronos habent.

1 *Venter pro nato an habeatur, fictionis vel potius prærogatiuæ cuiuſdam iure.*
2 *Fictiões duæ in his, q̃ ĩ vtero ſunt, cõcurrũt.*
3 *Rege mortuo, ſubditi ei qui in vtero eſt fidelitatem iurare tenentur.*
4 *L. 22. & 23. titu. 13. l. 3. tit. 15. part. 3.*

INtelligũtur.) Per fictionẽ igitur: ſic em̃ Bartol[9] [y] declarat, cui frequẽtiores aſſentiunt. Imola, Socinus, & Salomonius[z] non 1
fictionis, ſed prærogatiuæ cuiuſdã iure pcedere hoc arbitrãt: quos ppe eſt vt ſeq̃r.
ET legitimæ.) Et teſtamẽtariæ: nota em̃ iura poſthumorum ſunt.
POSTliminiũ habet.) Quo caſu duplex fictio cõcurrit, vna, vt nõ natus p nato habeãt: altera vt illi ius poſtliminij ſit. Quæ ideo ſcilicet tolerãtur quia à diuerſis fon- 2
tibus oriuntur[a].
PATROnos habent.) Bene Baldus hinc 3
ſumit argm̃, vt mortuo Rege vxore pręgnãte, ei qui in vtero eſt, ſubditi fidelitatem & obſequiũ iurare debeãt: quomodo Regiæ leges[b] declarandæ videntur, quę hunc ca- 4
ſum omiſerunt.

r inſpic. l. ex cõtractu. ff. de re iudic.
s l. ſi ſuſpecta in prin. & §. fi. ff. de inof. teſta.
t Iaſ. in l. decẽ. nu. 42. ff. de verb. oblig.
v Hippo. in l. vnica. nu. 144. C. de rap. virg.
s Bal. in c. nihil. de elec.
t Sec. ĩ reg. 451. incip. ſententia.
v Glo. in l. res indicata ff. de reg. iu.
x Bart. i. l. Iulian[9]. col. 6. ff. de cõ. inde.
y Bart. in l. ſi is qui pro emptore. n. 27. ff. de vſuc.
z Salomon. in l. qui in vtero. ſup.
a Ang. hic Bar. ĩ l. ſi is qui pro emptore. n. 7.
b L. 22. & 23. titu. 13. & l. 3. titu. 15. part. 3.

XXVII.

XXVII. VLPIANVS Lib.5.Opinionũ.

EVM qui ſe libertinum eſſe fatetur, nec adoptãdo patronus ingenuum facere potuit.

1 *Adoptio naturam imitatur, nõ immutat.*

NEC adoptãdo.) Imitatur igitur adoptio naturam[a], non immutat, etiam eã, quæ iure gentium aut ciuili tributa erat.

a §. minorem. inſti. de adop.

DE HIS QVI ſui vel alieni iuris ſunt. Titu. VI.

CAIVS Lib.1. Inſtitut.

DE iure perſonarum alia diuiſio ſequitur: quod quędã perſonæ ſui iuris ſunt, quædam alieno iuri ſubiectæ ſunt[1]. Videamus itaq; de his, q̃ alieno iuri ſubiectæ ſunt. Nam ſi cognouerimus, quæ iſtæ perſonæ ſunt, ſimul intelligemus quæ ſui iuris ſunt. Diſpiciam⁹ itaq; de his, quæ in aliena poteſtate ſunt. Igitur in poteſtate ſunt ſerui dominorum. quæ quidẽ poteſtas iuriſgentium eſt: nam apud oẽs peræque gentes animaduertere poſſumus, dominis in ſeruos vitæ neciſq; poteſtatem fuiſſe: & quodcunq; per ſeruũ adquiritur, id domino adquiritur. Sed hoc tẽpore nullis hominibus, qui ſub Imperio Romano ſunt, licet ſupra modum & ſine cauſa legibus cognita in ſeruos ſuos ſæuire. Nam ex conſtitutione Diui Antonini, qui ſine cauſa ſeruum ſuum occiderit, non minus pOniri iubetur, quàm qui alienum ſeruum occiderit. Sed & maior aſperitas dominorum eiuſdem principis conſtitutione coercetur.

1 *Perſonarum diuiſio duplex.*
2 *Contrariorum cõtraria conſequentia.*
3 *Status quorundam in pendenti eſt.*
4 *Seruus iuſtè tantum domino acquirit.*
5 *Dol⁹, fraus, & iniuſta excepta ſemper videnẽ.*
6 *Seruus interdum alij quàm domino acquirit.*
7 *Seruus q̃ facti ſunt, ſibi acquirit & domino.*
8 *Serui acquiſitio nonnũquàm in pendenti eſt.*
9 *Seruus aliquando neque domino neque poſſeſſori acquirit.*
10 *Seruus publicus, id eſt, tabellio.*
11 *Seruus publicus non domino tantum, ſed & ſingulis acquirit.*
12 *Dominis quibus ex cauſis liceat ſæuire in ſeruos.*
13 *Seruum cum vxore deprehenſum vt occidere licet. an & eodem modo cum filia deprehenſum.*
14 *L.19.titu.21.part.5.*
15 *Cauſa legibus cognita quæ?*
16 *Seruum proprium aut alium occidens, qua actione teneatur*
17 *Emendatio ſerui quatenus liceat.*
18 *Emendatio filij, vxoris, Monachi, quatenus permiſſa.*
19 *Maior aſperitas dominorum quæ ſit.*

ALIA diuiſio.) 1
Poſuit enim & aliã titulo proximo[b].
NAM ſi cognouerimus.) Contraria cõ- 2
trarijs conſequentia ſunt.
IGITVR in poteſtate.) Quorundã ſta- 3
tus in pendenti eſt[c].
QVODcunq;.) Dum tamen iuſtè ſeruus 4
acquirat[d]. iniuſta enim excepta ſemper vi
dentur[e], ſicut & dolus, & fraudes[f]. 5
DOMINO.) Nonnunquàm & quaſi do 6
mino, vt vſufructuario, aut bonæ fidei poſ
ſeſſori: quibus ex re ipſorum & ex operis
ſuis ſeruus acquirit[g]. Acquirit & ſibi, quæ 7
facti ſunt: vt cum ſtipulatur, ire, agere lice
re, vt tamẽ ipſa, & tunc quoq; domino ac-
quirit, quòd domino cõmodum inde eſt[h].
Nonnunquam in pendenti acquiſitio eſt, 8
& ſolutio declarat, domino an fructuario
acquiratur[i]. Nõnunquam neutri acquirit: 9
domino, quia ab eo poſſeſſus non eſt:
fructuario aut bonæ fidei poſſeſſori, quia
non ex re & operis acquiſitio facta eſt[k].
Verum ſeruus publicus, id eſt, tabellio (ſic 10
enim ſeruũ publicum Doctores noſtri cũ
Accurſio interpretantur) non domino tan 11
tum, id eſt, Reip. ſed alijs quoque ſtipulan
do acquirit[l]: quod iure ſingulari introdu
ctum eſt.

b l.3. ff. de ſtatu ho.
c § ſi ab hoſtibus. inſt. quib. mo. ius pat. pot. ſol.
d l. quod ſeruus. ff. de acq. poſ.
e l.1. §. 1. ff. de his quæ inteſt. del. c.1. de in. in. in.6.
f l. creditor §. lucius. ff. manda.
g §. de his. inſt. p quas perſ. nob. acqu.
h §. ſed cũ facti ñ. inſti. d ſtipul. ſer.
i l. ſed & ſi quis. §. interdum. ff. de vſuf.
k l. ſi ſeru ff. de ſtipu. ſer.
l l. 2. ff. rẽ pup. ſal. fo. l. non enim aliter. ff. de adop.

SINE

SINE cauſa.) Sed quæ iuſta cauſa erit?
12 Et lex ait[a], ſi in facinore eum deprehen-
13 dat, ſi cum vxore rem habentem. Quid ſi
14 cum filia? Et iure Hiſpaniæ[b] idem eſt.
15 LEGIbus cognita.) Theophilus, ἀντὶ τοῦ εὐλόγου, id eſt rationabili.
16 SERuum ſuum occiderit.) Cum ſeruum ſuum dominus ſine cauſa legibus cognita occiderit, de crimine tenetur: cum alienũ, etiam actione legis Aquiliæ ciuiliter[c].
17 SAEVIRE.) Emendare verò permiſſum eſt, dum'ne etiam emendando, modũ excedant, quod & in patre & filio, marito
18 & vxore, Abbate & monacho omnes admittunt[d].
SED & maior aſperitas.) Theophilus
19 ὑπερβάλλουσαν ἀγανάκτησιν: non ergo ſolum, ne occidant, ſed & ne immodicè ſæuiant, prohibentur.

a l. qui ſeruum. ff. de verb. oblig.
b l. 14. titu. 21. par. 5.
c l. itẽ mela. §. lex aquilia. ff. ad l. aquil.
d Deci. in l. vt vim. nu. 21. ff. de iuſt. & iu. c. ad noſtrã. de appel.

II. VLPIANVS. Libro octauo, de officio Proconſ.

SI dominus in ſeruos ſæuierit vel ad impudicitiam turpemque violationem compellat: quæ ſint partes præſidis, ex reſcripto Diui Pij ad Aelium Martianum Proconſulem Veticæ manifeſtabitur: cuius reſcripti verba hæc ſunt. Dominorum quidem poteſtatem in ſuos ſeruos illibatã eſſe oportet, nec cuiquàm hominũ ius ſuum detrahi, ſed dominorũ intereſt: ne auxilium contra ſæuitiam, vel famẽ, vel intolerabilem iniuriam denegetur iis, qui iuſtè deprecantur. Ideoq; cognoſce de querellis eorũ, qui ex familia Iulij Sabini ad ſtatuam confugerunt: & ſi vel durius habitos, quàm æquum eſt, vel infami iniuria adfectos cognoueris: venire iube, ita, vt in poteſtate domini non reuertantur. qui ſi meæ conſtitutioni fraudem fecerit: ſciet me admiſſum ſeuerius executurum. Diuus etiã Adrianus Vmbriciam quãdam matronam in quinquẽnium relegauit, quòd ex leuiſsimis cauſis ancillas atrociſsime tractaſſet.

1 *Violatio turpis hîc quæ ſit.*
2 *Bætica vt hodie, ſic olim ſeruis abundans.*
3 *Conſuetudo poteſt auferre dominium priuatis.*
4 *Princeps ex cauſa idem poteſt.*
5 *Statuæ & imagines Principũ olim Aſyli inſtar fuerunt.*
6 *Colũnæ quibus ſtatuæ in foro imponebãtur.*
7 *Columna Mænia.*
8 *Occultare ſe circa columnas quid ſit.*
9 *Emendare alios qui poteſt, ſi ſe negligenter gerat, an peccet.*
10 *Vendere res ſuas, quibus caſibus cogi quis poßit.*
11 *Pœna pro exceſſu, iudicis arbitrio relinquitur.*
12 *Emendatio ſerui monachi, ſubditorum æquiparantur.*
13 *Apoſtatam animus facit, non fuga.*

TVrpemque violationem.) Vlpianus idẽ alibi[e] obſcœnitatem. Theoph. αἰσχροτάτην πρᾶξιν. Crimen itaque contra naturam iſta ſignificãt, aut ſi mitius interpretari vis, de ancillis intellige, quas domini inuitas proſtituant, aut peccare cogant[f]. 1
BAETIcæ.) Vt hodie, ſic olim ſeruis abũ 2
daſſe Bæticam, locus hic argumento eſt.
ILLIbatam.) Non minutam. Imperator Adrian⁹ (vt ſcribit Dion) Romam cum veniſſet, atque in quodam ſpectaculo aurigam quendam liberum fieri, cum clamore populus rogaret, reſpondit per tabellã, docens, iniquum à ſe hoc peti, vt alienum ſeruum liberũ faceret: ne domino eius vis & iniuria fiat.
IVS ſuum.) Niſi conſuetudo ex iuſta cau 3
ſa id detraxerit[g]: quomodo & Princeps 4
id facit[h].
AD ſtatuã.) Principis[i]. olim enim Romę 5
ad ſtatuas imagines've Principum confugere aſyli inſtar fuit[k]. Erant & columnæ, 6
quibus impoſitæ ſtabant ſtatuæ in foro, aliisq; publicis locis: quarum vetuſtiſsima 7
fuit Caij Mæuij, cuius Plinius meminit libro 34. c. 5. Vnde & columna Mæuia dicta Ciceroni pro P. Sextio. Ad haſce columnas, ſicut ad ſtatuam, ſerui ita accurrebant, vt plerunque obærati: hinc debitorem qui ſe circa columnas occultet, latita- 8
re Vlpianus reſpondit[l]. Apud Athænienſes
Theſei

e l. 1. ff. de offic. præf. vrb.
f l. ſi lenones. C. de epiſc. audi.
g l. venditor. §. ſi conſtat. ff. com. præ.
h l. quotieſs. C. de præcib. imper. offe.
i l. itẽ ſi verberatum. §. ſi. ff. de rei ven.
i l. vnica. C. de his qui ad ſtatu. cõfu.
k l. 28. titu. 13. par. 2.
l l. eum qui ff. de priui. credi. Alc. parerg. 4. c. 17.

Theſei ſepulchrum ſernis,& ijs, qui poten
tiores metuebant, aſyli loco fuit: quod in
eius vita ſcribit Plutarchus.
AE Q V V M eſt.) Aequum enim vt emē-
9 detur, traditumq;, eos qui emendandi æ-
quam hanc poteſtatem habent, ſi negligē
ter in ea ſe gerant, peccati mortalis nexui
adſtringi[a]. Caue itaq; ne, dū exceſſum vi-
tas, negligentia iure poli fias culpabilis.
10 V E N I R E iube.) Bonis cōditionibus.
Ius verò ſingulare hoc eſt[b], ſicut & alia per
multa, quibus vendere quis cogitur, quæ
ſua ſunt: de quibus ſuo loco dicam[c].
I N quinquennium relegauit.) Annotan-
11 dum hîc, pœnam in propoſito, pro exceſ-
ſu tantum imponendam eſſe[d]: id quod iu
dicis arbitrio relinquitur.
12 A T R Ociſsime.) Quæ hîc in domino &
ſeruo, eadem in iudice & ſubditis locū ha-
bent[e]: eadē in Abbate & monacho. Neq;
enim apoſtata monachus dicēdus eſt, qui
ideo aufugiat, quòd leuibus ex cauſis atro
13 ciſsime in eū Abbas animaduertat. Anim[o]
(inquit Baldus[f]) apoſtatam facit, nō fuga.
Lacædemonij quidem (vt Athenæus lib.
14. auctor eſt) in ſeruos plus nimio acerbi,
inter cætera, plagis eos ſtatis certiſque
(etiam nihil admittentes) anno quoli-
bet afficere ſoliti ſunt, ne vnquam ſeruire
dediſcerent. Sed illa à iuris noſtri æquita-
te, nedum à pietate Chriſtiana, prorſus ab-
horrent.

a Cardi. in c. cum ex in iūcto. de hære. Alex. in 3. conſ. 75.
b l. nec eme re, C. de in. delib.
c Iu. l. 1. §. cura carnis infra de of fic. pf. vrb.
d Bald. in l. ſed et qua cūq. §. ſi ma giſter. ff. ad l. aquil. Alex. in 3. cōſ. 75. Deci. in c. ad noſtrā. de appella.
e Bart. hic & in l. qui furere. ff. de ſta. homi.
f Bal. in c. ad noſtrā. col. fi. de ap pell.

III. CAIVS Libro primo,
Inſtitutionum.

I T E M in poteſtate noſtra ſūt
liberi noſtri, quos ex iuſtis nu
ptijs procreauerim[g]: quod ius
proprium ciuium Romanorum eſt.

1 *Item, repetit, coniungit, ampliat.*
2 *Legatum vxori donec caſtè vixerit.*
3 *Dictio, quoque, cuius naturæ eſt.*
4 *Filij naturales & ſpurij in poteſtate nō ſunt.*
5 *Subſtitutio pupillaris an conualeſcat per legi timationem.*
6 *Tutor naturali filio quomodo dari poßit.*
7 *Filij naturales an filiorum appellatione com prehendantur.*
8 *Ciuilis obligatio inter patrē cur nō conſiſtat.*

I T E M.) Hæc dictio,
repetēdi vim
1 habet: vt & in legatis, Itē dare
damnas eſto[g]. Cōiungit, non
aduerſatur[h]: ampliat, non autem reſtrin-
git[i]. Quid igitur, ſi vxori maritus ſic leget, 2
lego vxori meæ alimenta donec caſte vi-
xerit: item, lego vxori meæ omnia mea ve
ſtimenta, an in veſtimentorum legato re-
petita videri debeat qualitas caſte viuēdi?
Et non repetitam Bartolus reſpondit: con
trà Baldus[k] repetitam: niſi in diuerſis clau
ſulis, ſeu partibus teſtamenti legata relicta
proponas. Ego Baldi probo ſententiam:
quia ſi in eodem contextu hæc legentur,
non eſt cur non repetitio fiat. Nam & di-
ctio, Quoque, eiuſdem naturæ eſt, vt Soci 3
nus notat[l].
I V S T I S nuptijs.) Naturales ergo in po-
teſtate non ſunt: & multo minus ſpurij[m]. In- 4
deque eſt, vt his ſubſtitutio pupillaris fie-
ri non poſsit[n]. Quæſtionis præterea ſit, nū 5
eis legitimatis, ea ſubſtitutio cōualeſcat[o].
Inde vt tutor à patre (niſi à iudice confir- 6
metur) naturali filio non detur[p]: ac multo
minus ſpurijs[q]. Inde vt ſi præmium pro-
poſitum ſit ei, qui filios alicuius aut homi 7
nis, aut familiæ ceperit, capienti filium na
turalem non debeatur[r]. Sic cōtrà, ſi quis
promittat neminem de domo ſua nocitu-
rum: & naturalis filius noceat, ſtipulatio
non committetur[s]. Naturales enim de
domo aut agnatione[t] non ſunt.
C I V I V M Romanorū.) Patria poteſtas
ex iure ciuili eſt. Vnde Bartolus rationem 8
ſumit, cur inter patrem & filiū in eius po-
teſtate, ciuilis obligatio non conſiſtat. Sed
ſi quis attendat, eadem ratione (ſi vera hęc
eſſet) neque naturalis obligatio inter eos
conſiſteret. Quod falſum eſt. Dicendæ er-
go alię rationes ſunt, quas & Bartolus me-
lius alibi tradit[v], & nos (quia illa lectio pa-
tiebatur) latius tunc explicuimus.

g l. in repe tendis. de le gat. 3.
h Bald. in l. ſi fortidua num. C. de lega.
i Bal. in l. cū quæſtio. C. de lega.
k Bal. in l. fi. ad fi. C. de inde. vidu. tol.
l Soc. in rub. ff. ad trebe. col. 2.
m Auth. qb. mo. nat. effi. ſui. §. fi.
n l. Latius. ff. de vulg.
o Lancel. d pupil. n. 59.
p l. fi. C. de confir. tuto.
q l. vlt. pra. ff. de teſta. tute.
r Bart. hic. Alex. in l. ex facto. §. ſi quis ro gatus. nu. ... & 53. ff. ad Treb.
s Salom. in l. filium. j.
t Alex. et Ripa. in d. §. ſi quis ro gat. Ripa. in l. Latius. in prin. ff. d vulga. & pupil.
v Bart. in l. frater à fra tre. nu. 11. ff. de condic. inde.

IIII. VLPIANVS Libro primo.
Inſtitutionum.

N A M ciuium Romanorū,
quidam ſunt patresfami-
liarum: alij filijfamiliarū:
quædam matresfamilia-
rum: quædam filięfamiliarum. Patreſ-
familiarum, ſunt qui ſunt ſuę poteſta-
tis, ſiue puberes, ſiue impuberes. ſimili-
modo matresfamiliarum, filijfamilia-
rum & filiæ quæ ſunt in aliena pote-

ſtate. Nam qui ex me & vxore mea naſcitur, in mea poteſtate eſt: item qui ex filio meo et vxore ei⁹ naſcitur, id eſt, nepos me⁹ & neptis, æquè in mea ſunt poteſtate, & pronepos & proneptis, & deinceps cæteri.

1 *Filij quibus modis in poteſtatem patris redigantur.*

QVI ex me & vxore mea naſcitur.) Suut tamẽ & alij modi, per quos in poteſta-
2 tem filij rediguntur: vt per adoptionem,
per legitimationem. Hoc igitur exemplũ
(frequentius quidem illud eſt[a]) regulã tamen patriæ poteſtatis non coarctat[b].

a l. nã ad ea. ff. de legi.
b l. damni infecti ſtipulatio. ff. de dam. infec.

V. IDEM Libro trigeſimo ſexto, ad Sabinum.

NEPOtes ex filio, mortuo auo, recidere ſolent in filij poteſtatẽ, hoc eſt patris ſui: ſimili modo & pronepotes & deinceps, vel in filij poteſtate ſi viuit & in familia manſit: vel in eius parentis qui ante eos in poteſtate eſt: & hoc nõ tantum in naturalibus, verũ in adoptiuis quoque iuris eſt.

1 *Nepotes quomodo recidãt in poteſtatem auo mortuo.*
2 *Quid ſi filius emancipatus eſſet.*
3 *Quid ſi per dignitatem à patris poteſtate eximeretur.*
4 *Nepotibus in filij poteſtatem recaſuris ſubſtitutio pupillaris fieri non poteſt.*

REcidere ſolent.) Scilicet ſi pater eorũ quo tẽ-
1 pore auus moritur, in poteſta-
2 te ipſius eſſet. Quid ſi emancipatus eſſet?
Et conſtat nepotes in eius poteſtatem nõ recidere. Quid ſi nepos, viuo auo, emancipatus ſit, filio in poteſtate manẽte, an mortuo auo nepos in filii poteſtatem recidat? Et in ea ipſe opinioue ſum, ne recidat[c]. Nã & Theophilus vt uepos in filii poteſtatem reuertatut coniunctim hæc exigit, vt filius & nepos (quo tẽpore auus moritur)
in ipſius poteſtate ſint. Quid ſi per diguita 3
tem (verbi gratia) Epiſcopalem eſſet à patris poteſtate exemptus? Et tunc aliud eſt. recident igitur in eius poteſtatem nepotes[d]. Sed cuius hoc momenti eſt? Et filij reſpectu, effectus in promptu ſunt. Tot enim quot & patrię poteſtatis: aui vero ma
ximus ille eſt, quòd nepotibus qui in filii 4
poteſtatem recaſuri ſunt, ſubſtitutionem pupillarem facere minime poterit[e]. Atq; ex his Bartoli verba in præſentia, & obſcura & inemendatiora aliquanto, declaranda & emeudanda videntur.

c l. qui liberatus. ff. de adopt.
d Auth. cõ ſti. qua de dignit. §. illud.
e Iaſ. in. l. 2. in. 5. not. ff. de vulg.

VI. IDEM Libro nono, ad Sabinum.

FILIVM eum definimus, qui ex viro & vxore eius naſcitur: ſed ſi fingamus abfuiſſe maritum (verbi gratia) per decenniun: reuerſum, anniculũ inueniſſe in domo ſua: placet nobis Iuliani ſententia, hunc non eſſe mariti filium. Non tamen ferendũ Iulianus ait eum, qui cũ vxore ſua adſiduè moratus nolit filiũ agnoſcere, quaſi non ſuum: ſed mihi videtur (quod et Scęuola pro Vat) ſi conſtet maritum aliquandiu cum vxore non concubuiſſe, infirmitate interueniente, vel alia cauſa, vel ſi ea valetudine paterfamilias fuit, vt generare non poſſet, hũc qui in domo natus eſt, licet vicinis ſcientibus, filium non eſſe.

1 *Patris reſpectu, impoſſibile eſt vt quis ſe filium probet.*
2 *Teſtis de his dicit quæ ſenſu percipit*
3 *Pater an quis alterius ſit, corporeo ſenſu percipi non poteſt.*
4 *Patrem aliquem eſſe, vno caſu præciſe probari poteſt.*
5 *Filius alterius dupliciter quis probari poteſt.*
6 *Probatio probabilis filiationis quæ ſit*
7 *Tractatus parentum quomodo probandi.*
8 *Probatio filiationis præſumptiua ex quibus coniecturis ſumitur.*
9 *Filius natus in domo præſumitur, etiã ſi mater ſit adultera.*
10 *Filius an quis præſumatur alterius ex oris ſimilitudine.*

11 *Filius præſumitur, qui vt talis habitus eſt.*
12 *Miſsio in ſcholas facit filium præſumi.*
13 *Veſtimenta à famulis diuerſa, filij ius arguunt.*
14 *Scriptura patris filius probatur.*
15 *Nominis ſimilitudo filium quem eſſe arguit.*
16 *Fama viciniæ probat quē eſſe filiū alterius,*
17 *Alimentorum præſtatio idem operatur.*
18 *Aſſeueratio nuda filium non facit.*
19 *Profeſsio patris filium non facit.*
20 *Patris confeſsio multum facit, vt quis filius eius videatur.*
21 *Præſumptio filiationis transfert onus probandi in aduerſarium.*
22 *Filiū qui ſe aſſerit alterius, probare hoc debet.*
23 *Filius vt quis probetur alterius, duo articuli faciendi ſunt.*
24 *Quaſi poſſeſsio iuris filij, transfert onus probandi in aduerſarium.*
25 *Veritati locus ſemper eſt, in ijs quæ à naturali veritate pendent.*
26 *Teſtis an admittendus qui dicit ſe credere, Titium eſſe filium Seij.*
27 *Quid ſi dicat ſe ſcire pro certo.*
28 *Sentētia in cauſa filij facit ius quo ad omnes.*
29 *Filij probatio, matris reſpectu, poſsibilis eſt.*
30 *Patri filium ſuum eſſe neganti an ſit credendum.*
31 *Filius naturalis eiſdem modis probatur, quibus & legitimus & naturalis.*
32 *Maritus agnoſcere debet vxoris ventrem, niſi denunciet.*
33 *Filium quem nō eſſe quibus formulis probetur.*
34 *Generare quē poſſe, in dubio præſumptio eſt.*
35 *Vicinorum ſcientia in filij iure probando, magni momenti eſt.*

FIlium eum definimus.) Duo hic articuli incidere ſolent. Primus, de patre,
1 ſecūdus, de matre eſt. ad patrem quod pertinet, impoſsibilem probationem eſſe[a] o-
2 mnes cōſentiūt[b]. Teſtibus enim ita demū creditur, ſi per ſenſum aliquem corporeū
3 teſtimonium dicūt[c]. Cæterum, an ſit ille illius pater, an nō, ſenſu corporeo percipi minime poteſt: niſi fortè (vt Bartol[us] ait[d])
4 mulierem cum viro per annum integrum clauſam proponas. Dati enim his cuſtodes patrem hunc eſſe vere probant. Verùm quid ſi per impluuium Amphitrio aliquis

a l. latinus. ff. de condi. & demon.
b Sali. in l. 1. C. quo. bo.
c Auth. de teſtib. §. & licet.
d Bar. in l.

deſcendat? Facti quæſtio eſt. Eſt igitur huius rei probatio, quædam probabilis, quæ- 5
dam præſumptiua[c]. Probabilis, cum proba 6
tur inter Titium & Seiam matrimonium legitimè contractum: eos habiles fuiſſe ad id contrahendum: habitaſſe ſimul: inuicē vt virum & vxorem aſsiduè moratos: ex 7
Seia Gaium eſſe natū: Gaium in quaſi poſſeſsione filij eorum, & fuiſſe & eſſe vt filiū ab illis tractatū: talemque & ab ipſis reputatum, & ab alijs, qui hos cognoſcerent. Gaium uiciſsim parētum loco eos habuiſſe, ſic ſe famam habere. Hæc enim à Bartolo Salicetoque[f] tradita formula, approbata eſt. Illudque etiam receptum[g], vt tractatus hi non in genere tātum, ſed & particulares probentur: quorū exempla in probatione præſumptiua dicemus. Probatio
verò præſumptiua ex cōiecturis quibuſdā 8
ſumitur, quæ in quaſi poſſeſsione filiū cōſtituūt, inter quas hæc vehemētiſsima eſt,
cū ex viro & vxore in domo naſcitur, adeo 9
vt quāuis adultera vxor ſit, mariti tamen magis filius præſumatur[h]. Neq; enim ac-
cedere in hoc iuriſconſulti noſtri Socrati 10
ijſq; Philoſophis voluerūt, q ex oris ſimilitudine hoc cōiectabātur[i]. Sed quid ſi nō non adultera, ſed vulgaris vxor fuerit, & q multorum libidini patuerit? Et nō eſſe tūc præſumptioni locū Angelus Alciatusq;[k]
ſentiunt. quod & ipſe probo. Præſumitur 11
& filius, qui vt talis habitus eſt[l]. Quo exē-
plo miſsionē in ſcholas. diuerſa à famulis 12
veſtimenta, filij ius arguere Baldus reſpō- 13
det[m]. Neque enim facile credendum eſt, ſuppoſitum vel alienum eum eſſe, quem parens vt charum filium habuerit[n]. Sed &
ſi patris manu in eius aut codice, aut aduer 14
ſarijs, aut ratiōibus ſcriptum ſit, filium eſſe, non leuis præſumptio eſt[o]: ſicut & illa
non leuis quòd patris quoq; nomē ferat[p] 15
(vt Baldus[q], Alciatusque[r] notant, licet Iaſon[s] diſſentiat) ſic Iunij Cerealis filium Iunium Simonidem[t], Pactumeiam magnā filium Pactumei Magni[v], Titiam in Titij poteſtate eſſe[x] in iure legimus. Cicero libro. 3. offi. M. Cato ſententiam dixit, huius noſtri Catonis pater vt enim cæteri ex patribus, ſic hic qui illud lumē progenuit,
ex filio eſt nominandus. Vrget prætereà 16
præſumptio, cum ſic ſama, ſic ſe publica viciniæ vox habet[y]. Ad hæc & alimento-
torum præſtatio[z]. Denique etiam ſi nu- 17

1. C. quo. bo.
e Bal. in l. 1. C. q accuſ. non poſ.
f Bart. hic Sali. in l. quidam. ff. de probat.
g Soci. in 1. volu. conſi. 39. col. 2.
h l. miles. §. defunctæ. ff. ad. l. iul. de adult.
i Bald. in l. ſi vicinis. C. de nupt.
k Alci. regu. 3. præſū. 37.
l l. 1. §. inſia n°. ff. de lib. agnoſ. Pan. in d. l. luti°.
m Bald. in c. per tuas. de probat.
n l. 1. §. ad quæſtionem ff. de quæſtio.
o Bal. in d. neq; natales C. de probat.
p l. vxorē. ff. de manu. teſt.
q Bal. in c. tuā. col. pen. de ord. cog.
r Alc. lib. 4. diſp. c. 1.
s Iaſ. ō rub. ſol. mat. nu. 16. & in d. neq; profeſſio. col. pen. C. de teſta.
t l. Imperator. ff. ad treb.
v l. ſi. ff. de hære. inſti.
x l. Titia. ff. ſol. mat.
y l. ſi arbiter. ff. de probat. Sali. in l. quidam.
z l. ſi quis à liberis. §. meminiſſe. ff. de libe. agnoſ. l. ſi. ff. pro de cri.

dæ aſſeuerationes, ementitæque profeſsio
18 nes in propoſito nihil proficiant[a]: confeſ-
19 ſionem tamen ſeu aſſertionem patris, fi-
20 lium aut in iudicio, aut extra iudiciciũ no-
minãtis, multum facere Bartolus docuit[b].
Quarum præſumptionum (et ſi quæ ſimi-
21 les ſunt) ea vis eſt, vt in aduerſarium onus
probandi transferant cum filium in ea qua
ſi poſſeſsione conſtituunt, cui alioqui (niſi
ſcilicet in quaſi poſſeſsione ſit) filium ſe
22 probandi onus incumbit: quæ opinio com
munis eſt[c]. Vnde & ſæpiſsime Bartol⁹ mo
23 net[d], vt duo articuli fiant, alter proprieta-
tis, alter quaſi poſſeſsionis. Etenim quaſi
24 poſſeſsione probata ſatis erit, donec aduer
ſarius probet cõtrarium. Veritati enim lo-
cus ſupereſt, in ijs, quæ à naturali veritate
25 pẽdent[e]. Quid igitur de teſtibus dicemus,
26 qui ſe credere dicunt, Titium Seij filiũ eſ-
ſe? Et conſtat admitendos[f]. Quid ſi dixe-
27 rint ſe ſcire pro certo? Et admittendos e-
tiam receptum eſt[g]: & de ea ſcientia certi-
tudineque intelligendos, quæ in his rebus
cadãt[h]. Quid de ſentẽtia? Et facere ius quo
28 ad omnes[i] crebrior opinio eſt. Ad matrẽ
29 quod ſpectat, probatio poſsibilis eſt: ma-
ter enim ſemper eſt certa[k]: vt tamẽ admo
neamur, & probabilem, & præſumptiuã
30 tũc quoq; admitti[l], q̃ crebrior opinio eſt[m].
Sed quid ſi parens filium ſuũ eſſe neget? Et
Iacobus (vt Bartolus ait) ſtulium eum arbi
tratus eſt, qui Reginæ (cuius filius habeba-
tur) neganti id, fidem adhibuit. Alij ſtultũ
eum opinantur, qui Pontifici maximo cre
dere ea de re noluit[n]. Fides ſit penes au-
31 ctores. Quid tamen ſi ſe filium alicuius na
turalem probare velit? Et traditú eſt, qui-
bus modis legitimos & naturales, eiſdem
illegitimos probari poſſe[o]. Qui itaque ex
concubina in domo naſcitur, naturalis de-
finiendus eſt: coniecturiſque, & præſum-
ptionibus etiam in hoc locus erit.
ANNIculum.) Quid ſi non dum natum?
Et denũciare reuerſum patrem oportere[p]
32 (alioqui agniturum) Accurſius & cæteri
notant.
33 NON concubuiſſe.) Hæ ſunt formulæ,
quibus filium non eſſe, probari poſsit. ab-
ſentia, infirmitas, valetudo aut ſimile im-
pedimentum.
34 GENErare nõ poſſet.) Potuiſſe igitur in
dubio præſumptio eſt.
35 VICInis ſcientibus.) Quæ vicinorũ ſcien
tia alioqui magni momenti eſt[q].

a l. non nudis. C. de proba.
b Bar. in l. 1. §. idẽ. per contrarium ff. de libe. agnoſ.
c Soci. in l. vel. cõſ. 39. col. 1.
d Bar. in d. l. non nudis in l. 1. C. quo bono. in l. 1. §. ad quæſtionem. ff. de quæſtio.
e l. pen. ff. de proba. Bald. in l. neg. pro feſſio. C. de teſta.
f Bar. in l. 2. §. pen. ff. de aq. plu.
g Bald. hic Iaſ. in rub. ff. de iu. iur. col. 2.
h l. ſi quid vẽditor. ff. de edil. edic.
i l. 2. §. fin. cum. l. ſeq. ff. de liber. agnoſ.
k l. quia. ff. de in ius vocand.
l l. 1. §. ad quæſtionem ff. de quaſt. c. per tuas. de proba.
m Lucas ĩ l. 1. C. de digni. lib. 12.
n Bal. in 3. vol. con. 59.
o Glo. in c. Michael. de fil. presby. Abb. in c. transmiſſa. col. 2. qui fi lij ſint legi. Lanf. in c. quoniã contra in verb. teſtium depoſitiões. n. 60. de pba.
p l. 1. §. ſi qs longo. ff. de libe. agnoſ.
q l. ſi vicinis. C. de nuptijs.

VII. IDEM Libro. 25. ad Sabinum.

SI qua pœna paterf. fuerit adfectus, vt vel ciuitatem amittat, vel ſeruus pœnę efficiatur: ſine dubio nepos filij loco ſuccedit.

1 *Apolides.*
2 *Bãnito ſi deferatur hereditas, quis erit heres.*
3 *Banniti quibus comparentur.*
4 *Communes opiniones contrariæ.*
5 *L. 4. titu. 18. part. 4.*

PATER.) Quem infrà filium appellat.
CIVItatẽ amittat.) Vt deportatus, aut in opus publicum perpetuo da-
tus: qui (quòd ciuitatem amittant) Apoli- 1
des vocantur[r].
SERuus pœnæ.) Vt damnatus in metallum.
FILII loco.) Quid ergo ſi in exiliũ miſ-
ſus, ſiue bãnitus qs ſit, cui poſtea patris aut 2
alterius hæreditas ab inteſtato deſertur: fi-
ſcus'ne in ea, an filius potius banniti, aut ve
nientes ab inteſtato ſuccedent? Et ſi ban-
nito deportatum comparamus (quod ali- 3
quando voluit Accurſius[s], & Lupus[t] rece
ptũ exiſtimauit.) Fiſcus (ex Accurſij[v] eiuſ-
dem ſententia) ſuccedet. Sed receptius[x]
(Lupi pace) eſt, vt venientes ab inteſtato 4
fiſcum excludant: tum etiam reprobata ab
omnibus ea opinio eſt[y], quæ bãnitum de-
portato comparari vult. Hiſpanię certe le 5
gibus banniti qui ſunt, nunc deportatis
nunc relegatis æquiparantur[z].

r l. quidam ff. de pœn.
s Glo. in §. relegati. inſti. qb' mod. ius pat. poſſol.
t Lup. in c. per veſtras. §. 18. nu. 12.
v Gl. in l. 1. C. de ha. inſti.
x Alex. ĩ d. l. 1. colũ. 1. Corn. col. 2. Iaſ. col. 1.
y Fab. i. d. §. relegati. Alex. in d. l. 1. colum 2. Corn. col. 4. Iaſ. col. pen.
z l. 4. titu. 18. par. 4.

VIII. IDEM Libro. 26. ad Sabinum.

PATRE furioſo, liberi nihilomin⁹ in patris ſui poteſtate ſunt, Idem & in omnibus eſt parentibus, qui habent liberos in poteſtate. Nam cum ius poteſtatis moribus ſit receptum, nec poſsit deſinere quis habere in poteſtate, niſi exierint liberi,

beri, quibus caſibus ſolent: nequaquã dubitandum eſt, remanere eos in poteſtate. Quare nõ ſolum eos liberos in poteſtate habebit, quos ante furorem genuit: verùm & ſi qui ante furorem concepti, in furore editi ſunt. Sed & ſi in furore agente eo, vxor concipiat: videndũ an in poteſtate eius naſcatur filius. Nã furioſus licet vxorem ducere non poſſit, retinere tamẽ matrimonium poteſt. quod cum ita ſe habeat, in poteſtate filium habebit. Proinde & ſi furioſa ſit vxor, ex ea antè conceptus, in poteſtate naſcetur: ſed & in furore eius conceptus ab eo, qui non furebat, ſine dubio in poteſtate naſcetur: quia retinetur matrimonium. Sed & ſi ambo in furore agant, & vxor & maritus, & tunc cõcipiat, partꝰ in poteſtate patris naſcetur: quaſi voluntatis reliquiis in furioſis manentibus. Nam cum cõſiſtat matrimonium altero furente: conſiſtet & vtroque. Adeò autem retinet ius poteſtatis pater furioſus, vt & adquiratur illi cõmodum eius quod filius adquiſiuit.

1 *Furor non eſt modus patriæ poteſtatis tollendæ.*
2 *Argumentum à partium enumeratione.*
3 *Epiſcopatus à patria poteſtate liberat.*
4 *Monachus à patria poteſtate liberatur.*
5 *Epiſcopus & Monachus iura ſuitatis habent.*
6 *Monachi liberi, ſui iuris fiunt.*
7 *Monachus regulariter teſtamentum non facit.*
8 *Eremita teſtamentum facere poteſt.*
9 *L.17.titu.1.part.6.*
10 *Parietibus clauſi teſtamentum non faciũt.*
11 *Sacerdotes an à patriæ poteſtatis nexu eximantur.*
12 *Furioſus, dæmens, mente captus, & ſimiles vxorem ducere non poſſunt.*
13 *Ebrius quando vxorem ducere non poßit.*
14 *Tardi & hebetes, an matrimonium contrahere poßint.*
15 *Furor cur non dirimat matrimonium contractum.*
16 *Conſenſus cauſa eſt efficiens matrimonij.*
17 *Cauſæ finalis impedimentum magis obſtat quàm cauſæ efficientis.*
18 *Furor an ſufficiat ad tori ſeparationem.*
19 *Furioſus in dilucidis interuallis vxorem ducere poteſt.*
20 *L.6.titu.2.par.4.*
21 *Matrimonium furore contractum in dilucidis interuallis, ratum haberi poteſt.*
22 *Matrimonium exigit ſanam mentem, tempore conſenſus.*

IN patris ſui poteſtate ſunt.) Furor enim 1
non eſt modus patriæ poteſtatis tollendæ.
MOR Ibus.) Romanorum[a]. ſic & ſubſtitutio pupillaris[b].
QV Ibus caſibus.) A partiũ enumeratio- 2
ne arguit: qui locus frequens[c] & efficax
eſt: tollitur tamen ſi partes non omnino
enumeratæ oſtẽdantur[d]. quod Accurſius
notat[e], & alij ſequuntur.
SOLENT.) Vt emancipatione, & alijs
quibuſdam. Quid ſi filiusfam. Epiſcopus 3
fiat? Et ſui iuris eũ effici, dubitat nemo[f]. 4
Quod & in monacho receptum eſt[g]. V- 5
terque tamen iura ſuorum retinet[h]. Quibus & illud conſequens, vt filij eius qui
monaſterium ingreſſus eſt, & ſui iuris 6
fiant, & teſtamentum facere poſsint[i]: pa- 7
ter ipſe non poſsit, niſi exceptis quibuſdã
caſibꝰ[k]. Eremita (quia ſui iuris eſt) teſta- 8
mentum facit[l]. Iure tñ noſtro[m], & E- 9
remitæ, & ij qui intra parietes clauſi dicũ 10
tur teſtamentũ nõ faciunt. Quid de ſacer- 11
dotibus? Et communiter aiunt[n], quoad
temporalia manere eos ſub poteſtate patris: ſed eximi, quo ad ſpiritualia.
VX Orem ducere non poſsit.) Furioſus 12
vxorem ducere non poteſt: deeſt enim
illi conſenſus[o]: Quæ ratio facit, vt neque
demens, ſtultus, mente captus, & ſi qui ſimiles ſunt qui mentis exilium patiuntur[p]. Quæ communis opinio eſt[q]. Quod 13
& in ebrio (ſi extra ſe poſitus prorſus eſt)
frequentiores fatentur[r]. Sed quid in tar- 14
do, hebete & quem ſimplicis figuræ appellare ſolent? Et poſſe hunc contrahere matrimonium, Socinus[s], Decius, Paulus Pariſius ſcribunt: quibus cõſentio, niſi datum ei curatorem proponas, tunc enim

a L.3. ſuprà l. quæſitum infra de adept.
b l. moribꝰ ff. de vulg. & pupil.
c l. ex maleficijs. §. hæres. ff. de actio. et obli. §. om̃ inſti. de acti. l. ſeruus ſi hæredi. ff. de ſtatu lib.
d l. ſi li. §. filiusf. ff. de lib. et poſth.
e Glo. in l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſ. in l. 1. C. qui & apud quos.
f Auth. cõſti. quæ de dig. §. illud
g Gl. in. l. ſi ex cauſa. §. papinianꝰ. ff. de minu.
h Iaſ. in. l. ſi ſe patria. nu. 17. C. vn de lib. Cor. in l. ſi fratris. nu. 14. C de in. delib. Soci. in. l. 1. nu. 24. ff. de vulg.
i Iaſ. in au thẽ. ingreſſi nu. 21. C. de ſacroſ. eccl.
k Iaſ. in au ingreſſi.
l Abb. in rub. de teſt. nu. 6.
m L. 17. tit. 1. par. 6.
n Iaſ. hic col. fi.
o l. oratione. §. fi. ff. de ritu nupt.
p c. dilectꝰ de ſpõſ. vbi prapoſ. ad fin.
q Iaſ. hic. col. 1. Curt. Iun. cõſ. 151. nu. 9. Deci. conſ. 112. nu me. 1.
r Soci. in. 3. conſ. 47. n. 8. Ripa. in l. ſi. q. 22. C. de reuo. do.
s Soci. in d. conſ. 47. n. 9. & 11. Deci. d. Conſ. 112. nu. 1. Pariſ. in. 4. cõſ. 88. nu. 4.

loco furioſi eſt[a].
15 RETInere tamen matrimoniũ poteſt.)
Impedit ergo furor matrimonium contrahendum, non dirimit iam cõtractum: cuius illa ratio affertur, quòd furoris impedimentum hoc, cauſam matrimonij ef-
16 ficientem, id eſt, conſenſum reſpicit: alioqui, quòd impedimentum cauſam fina-
17 lem reſpiciat, & contrahendis, & contractis actibus impedimento eſt[b]. Sed nunquid (ſi ex cohabitatione periculum ſit) furor ſuperueniẽs ad tori ſeparationẽ ſuf-
18 ficiet? Et ſufficere veri⁹ eſt. quã opinionẽ,
19 communem dixit Alexander[c]. Sed quid ſi in dilucidis interuallis furioſus vxorem
20 ducat? Et valere matrimoniũ omnes con-
21 ſentiunt[d]: & lex Regia probat[e]. adeò vt quod in furore matrimonium contraxerit, in dilucidis interuallis ratum habere poſsit, crebriore calculo[f]. Sed quo tempo-
22 re ſanam mentem exigimus? Et conſtat, eo tempore reqniri tantùm, quo nuptiæ cõſenſu coſtituũtur, quod & Guilielmus, & Durandus notant[g]: & conſulti Ancaranus[h] & Ruinus[i] reſpondent.

a Deci. in l. furioſum col. 2. C. qui teſta. fac. poſ. & in conſ. 272.
b l. non diſtinguemus §. ſacerdotio. ff. de arbi.
c Alex. in l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. ad fi. ff. ſolu. ma.
d Gl. in d. c. dilectus. Iaſ. hic. nu. 4.
e l. 6. titu. 2. part. 4.
f Glo. in d. c. dilectus. & ibi ppo. nu. 2.
g Specu. in titu. de probat. §. 2. verſi. pone q. q. dã erat furioſus.
h Ancar. conſi. 5. n. 4.
i Caro. Ru. conſ. 67. in 2. vol.

IX. PONPONIVS Libro. 16. ad Quint. Mutium.

FILIVSfamilias in publicis cauſis loco patrisfamilias habetur, veluti vt magiſtratum gerat, vt tutor detur.

1 *Filiusfamilias, etiam patre conſentiente, non facit teſtamentum.*
2 *L. 5. Tauri.*
3 *Filiusfamilias an poſsit publicã accuſationẽ inſtituere, ſine patris conſenſu.*
4 *Filius magiſtratum gerens, quo pacto gerere ſe debeat erga patrem priuatum.*

IN publicis cau-
1 ſis.) Neque tamen filiusfami. faciet teſtamentum, etiam patre conſentiente[k], licet factio teſtamenti, publici iuris ſit[l]. ea ſcilicet ratione, quia teſtm̃ vt à priuato ſit: officia publica vt à pu-
2 blica perſona gerunt. Hiſpaniç certe lege[m] filijfam. teſtamenta faciunt. Sed nunquid
3 ſine patris conſenſu filiusfam. publicã accuſationem inſtituere poteſt? Et non poſſe, Accurſius quodam in loco tenuiſſe dicitur[n]. Idem alibi contra[o]: quç opinio verior[p] receptiorque[q] etiam eſt, inuito enim patre, filium de falſo accuſaſſe legimus[r].
MAGIſtratum gerat.) Quæ ratio obſeruatioque officiorum eſſe debeat, inter pa 4
tres filiosque, domi forisque, ſi filij magiſtratum gerant, & patres priuati ſint, Taurus philoſophus docet apud Gellium Noctium Atticarum lib. 2. c. 2. Illa verò, hîc pulchre quadrant.

k l. iam in. ff. de dona. cau. mor. Iaſ. in. l. ſeruum. nu. 8. C. q. teſt. fac. poſ.
l l. 3. ff. de teſta.
m l. 5. Tauri.
n Glo. in l. cũ non ſolũ in princ. in glo. mag. C. de bon. quæ libe.
o Glo. in l. iter liberas §. filiusf. ff. ad leg. iul. de adult.
p Ang. in l. 2. C. qui accuſ. nõ poſ.
q Corn. in l. cum nõ ſolum. in pri. col. pen. C. de bo. quæ lib.
r l. poſt legatum ver ſi. ſi filiusf. ff. de his qb. vt indig.

X. VLPIANVS. Libro quarto ad leg. Iuliam, & Papiam.

SI iudex nutriri vel ali oportere pronunciauerit: dicendum eſt de veritate quærendum, filius ſit, an non: neque enim alimentorum cauſa veritati facit prçiudicium.

1 *Sententia, ſuper alimentis, cur non præiudicet quæſtioni ſtatus.*
2 *Sentẽtia lata ſuper principali, quomodo præiudicet in cauſa incidenti.*
3 *Iudex & arbiter fiunt competentes ratione eorum quæ in incidunt.*
4 *Incidentia cauſæ quæ ſint.*
5 *Emergentia cauſæ quæ ſint.*
6 *Sentẽtia ſuper principali articulo regulariter diffinitiua eſt.*
7 *Sententiæ ſuper incidentibus & emergentibus interlocutoriæ ſunt.*
8 *Sententiam ſuper incidentibus nudo verbo iudex pronunciare poteſt.*
9 *Sententia interlocutoria nudo verbo pronũciari poſſunt.*
10 *L. 2. tit. 22. part. 3.*
11 *Præiudicium quid ſit & in quo à iudicio differat.*
12 *προκατάγνωσις.*
13 *προκατεγνωσμένη δίκη.*

FIlius ſit an non.)
Sed cur hîc ſenteotia lata ſup 1
principali. i. alimentis, quæſtioni incidenti ſtatus præiudicium non facit[s]? Et Bartolus, & alij diſtingunnt, plena, an ſummaria cognitio fuerit cauſæ in- 2
cidentis

s l. 2. C. de ordi. iudi.

a l. quotiẽs. C. de iudi. b Glo. in l. cum propo- nas. in. g. ſi. C. Treb. cre. c Auth. de teſti. §. ſi ve ro ignoti. c. pe. de reſti. in integ. d Ioã. Bap. in tract. de arbi. q. 29. Alexã. & Iaſ. in l. quo tiens. C. de indi. e Glo. in l. quod iuſſit. ff. de re iu- di. vbi Ale xã. nu. 6. f gl. in l. qui reſtituere. & glo. fin. vbi Bald. ff. de rei ven. gl. in clem. 1. & glo. deffini- tiua. de ſeq. poſſ. et fru. Alexã. in rub. ff. de re iudi. g l. defen- dente. ff. de excuſa. tut. h Bald. in l. fen. C. de ſent. ex bre ui. reci. i Roma. in ſing. 5. k Glo. in l. 1. ff. de app. glo. inc. ſi. de re iudic. lib 6. Gl. in c. quoniã cõ tra. in ver- bo interlocu tiones. de ꝓ bat. l Iaſ. in l. nec quicq̃. § vbi decre- tum. nu. 59. ff. de offic. procon. m l. 2. titu. 22. par. 3. n l. pe. ff. ſi probat. Bal. in l. neq. p-

2 cidentis. Obſerua, quòd ſententia ſuper
principali articulo cum præiudicet, in in-
cidenti præiudicabit: etiam ſi ab eo prola
ta ſit, qui alioqui (niſi cognoſceret inci-
3 denter) iudex competẽs non eſſet[a]. quod
& in arbitro[b], & in iudice delegato[c] plu-
res probãt[d]. Fiunt enim & hi ratione eo-
rum quæ incidunt, iudices competentes,
qui ſi principaliter de iiſdẽ cognoſcerent,
4 non eſſent. Sanè inter incidentia & emer-
gentia non modica differentia eſt. Incidẽ
tia ſunt, quæ merita cauſæ reſpiciũt, vt ex
ceptio compenſationis, tranſactionis, pa-
5 cti de non petendo. Emergentia, quæ me-
rita proceſſus (verbi gratia) an danda dila
tio ſit, an teſtes reprobãdi: & alia id gen[e].
Illudque etiam notari oportet, quòd (& ſi
in propoſito, ſuper vtroque, id eſt, & prin-
cipali & incidenti ſententia diffinitiua ꝓ-
6 feratur) regulariter ſuper principali articu
7 lo diffinitiua, ſuper incidentibus vel emer
gentibus interlocutoriæ proferuntur[f]. A-
8 deò, vt ſuper incidẽtibus, iudices nudo ver
bo (ſi velint) pronunciare poſsint[g]. Quod
Baldus[h] & Romanus[i] ſingulare ius eſſe
aiunt. Sed quid in hoc ſingulare dixerint,
9 cũ ꝓ regula[k] itaq; approbatiſsima[l] traditũ
ſit, ĩterlocutorias ſentẽtias (vt põte ab in-
terloquendo dictas) nudo verbo pronun-
10 ciari poſſe? Iure certe Hiſpaniç expreſsius
id eſt, quàm vt cauillari poſsis[m].
ALImentorum cauſa.) Quæ hîc principa
lis cauſa erat: & ſuper qua ſummariè co-
gnoſsi ſolet.
VERItati.) Filius eſſet, an non. Quæ fuit
cauſa incidens: veritati vero locus in his
ſemper eſt, quæ à naturali veritate pen-
dent[n].
11 FACIT præiudicium.) Prçiudicium hîc
non pro damno ponitur, quomodo in vſu
vulgi eſt: ſed pro re præiudicata. Præiudi-
cium (inquit Aſconius) dicitur res, que cũ
ſtatuta fuerit, affert iudicaturis exemplũ,
quod ſequantur. Iudicium verò, res quæ
cauſam, litemq; determinat. Græci προκα-
12 τέγνωσιν & προκατεγνωσμένην δίκην appel-
13 lant. Cicero pro A. Cluentio, Quam obrẽ
à vobis iudices antequàm de ipſa cauſa di
cere incipio, hoc poſtulo: primũ, id quod
çquiſsimum eſt: vt ne quid huc prçiudicij
afferatis: etenim non modo auctoritatem
ſed etiam nomen iudicum amittemus: ni-
ſi ex ipſis cauſis iudicabimus, ac ſi ad cau-
ſas iudicia iam facta, domo deferemus.

XI. MODESTINVS Libro primo Pandectarum.

INVITI filii naturales, vel e- mancipati non rediguntur in patriam poteſtatem.

1 *Infantes an inuiti legitimentur.*
2 *Emancipatus propter ingratitudinem reuo- catur in patris poteſtatem.*
3 *Ingratitudinis vitium deterrimum eſt.*
4 *L. fi. titu. 18. part. 4.*

INuiti filii natura 1
les.) Non ergo inuiti legitimã
tur[o]: niſi forte infantes[p], vt
Guilielmus, Bartolus, & Paulus notant[q].
Iaſon[r] tamen & multi contrà, de quo, titu
lo ſequenti dicendum eſt. 2
EMANcipati.) Niſi forte ingrati fuerĩt[s].
Quid enim etiam exteri (nedum filii) in- 3
grati cum ſunt, non merentur[t]? 4

feſſio. C. de teſta. o Authẽ. gb. mo. nat. effi. ſui. §. generaliter p l. inbem C. de eman. libe. q Bar. hic. Pau. in l. ſci re. ſuprà de legib. r Iaſ. in l. poſthumo. col. 1. C. de bo. poſ. cõt. tab. s l. 1. C. de ingra. lib. t l. fi. titu. 8. par. 4.

DE ADOPTIONIBUS, & Emancipationibus, & alijs modis, quibus poteſtas ſoluitur. Titul. VII.

MODESTINVS Libro ſecundo Regularum.

FILIOS familias non ſolum natura, verum & adoptiones faciũt. quod adoptionis nomen eſt quidem generale, in duas autem ſpecies diuiditur, quarum altera adoptio ſimiliter dicitur altera adrogatio. Adoptantur filijfamilias: adrogantur, qui ſui iuris ſunt.

1 *Filij legitimi & naturales vnde ſic dicantur.*
2 *Dictiones quædam ſunt, quæ genus & ſpeciem ſignificant.*

FILIosfamilias.) Accurſius dictionem, Filios, ad naturam, Familiarum, ad ius ci-
1 uile refert. Vnde factum fortè eſt, vt à doctoribus noſtris legitimi & naturales vocētur, interdum & naturales ſolùm à iuriſconſultis, quanuis Poſteriores, eam vocē ad nothos ſeu baſtardos (vt vocant) retulerint.

a l.1.l.2.§. mutui. ff. ſi cer. pet.
b Bar. in. l. 1. col. 1. ff. de no. op. nun.
c Inſti. de iniu. in pri. vbi Ang.

2 AD Optiò ſimiliter.) Sic creditum[a], edictum[b], iniuria[c], & alia nō pauca, quę & genus & ſpeciem ſignificant.

II. GAIVS Libro. 1. Inſtitutionum.

GENERALIS enim adoptio duobus modis fit: aut principis auctoritate, aut magiſtratus Imperio. Principis auctoritate adoptamus eos, qui ſui iuris ſunt: q̄ ſpecies adoptionis dicitur adrogatio: quia & is qui adoptat rogatur, id eſt, interrogatur, an velit eum, quem adoptaturus ſit, iuſtum ſibi filium eſſe: & is qui adoptatur, rogatur an id fieri patiatur. Imperio magiſtratus adoptamus eos, qui in poteſtate parentis ſunt: ſiue primum gradum liberorum optineant qualis eſt filius, filia: ſiue inferiorē, qualis eſt nepos, neptis, pronepos, proneptis. Illud vtriusque adoptionis commune eſt, quod & hi, qui generare non poſſunt, quales ſunt ſpadones, adoptare poſſunt. Hoc vero proprium eſt eius adoptionis, quæ per principē fit: quod is qui liberos in poteſtate habet, ſi ſe adrogandum dederit: non ſolum ipſe poteſtati adrogatoris ſubijcitur, ſed & liberi eius in eiuſdem fiunt poteſtate, tanquam nepotes.

1 *Arrogatio Principis reſcripto, aut auctoritate fit.*
2 *Arrogatio vnde dicta?*
3 *Iuriſconſultus Caius an errauerit in etymologia arrogationis.*
4 *Arrogatus à quo interrogetur.*
5 *L.7.titu.7.part.4.*
6 *Iuſtus filius quis dicatur.*
7 *Sponſus, an ſponſa prius interragari debeat.*
8 *Solennitas leuis omitti poteſt.*
9 *Infans quomodo arrogetur.*
10 *Adoptionis et arrogationis cōmunia quædā, quædam cuiuſque propria ſunt.*
11 *Differentia interſe neceſſario, & in aliquo conueniunt.*
12 *Spadonum appellatio generis & ſpecies eſt.*
13 *Caſtrati adoptare non poſſunt, ſpadones aliquando.*
14 *Proprium cuiuſque quid ſit.*

AVctoritate) Siue reſcripto[d]

d §.1. inſti. de adopt.

ROGAtur.) Gel. lib. 5. c. 19. arrogationē dictam inde ait, quia genus hoc in alienam familiam trāſitus per populi rogationē fieri ſolitum fuerit[e]. Caius iuriſconſultus hîc aliter ſentit. 1
Et ſunt qui hac in re erraſſe illū affirmēt. Alciatus[f] verò ita defendit, vt excogitaſſe 2
Caium etymologiam intelligamus, quæ tempori ſuo conueniret, quòd vetus ille mos rogationū, iamdiu abuſq; Tiberij Imperatoris tempore exoleuiſſet: quomodo 3
(vt ſe tempori accommodent) viri prudētes non ſemel faciunt. Quod & mihi veriſimile fit, vt iuriſcōſultū defendam.

e Alci. in l. derogat. ff. de verb. ſigni.
f Alci. pa rerg. 9. c. 5.

ID eſt interrogatur.) Sed à quo? Et nō eſt qui explicet: aurea tn̄ de hoc Hiſpanię lex eſt[g], quæ à Principe interrogationes has fieri adiecit. Gellius lib. 5. noct. Atti. c. 19: dictā arrogationē ſcribit, quia genus hoc 4
in alienā familiā tranſitus per populi rogationē fieret, eius rogationis verba hęc fuiſ 5
ſe. Velitis, Iubeatis, vti. L. Valerius. L. Titio tam iure legeq; filius ſit, quā ſi ex eo patre matreq; familias eius natus eſſet: vtiq; ei, vitæ neciſq; in eū poteſtas ſiet, vti patrādo filio eſt: hęc vt ita dixi, ita vos Quirites rogo. verùm hæc olim. Poſtea verò quàm populi poteſtas in Principē trāſlata eſt[h], veriſimile & illud eſt, vt & in hoc populi ius, Princeps ſucceſſerit.

g l.7. tit.7 par.4.
h l.1. ff. de cōſtit. prin.

IVſtū.) Oībus partibus veri filij vicē obtinentē, naturalis & legitimi filij loco cedē 6
tē. id eñ iuſti appellatio cōprehendit[i].

i Bal. in l. 3. ff. ſi ſoc.

ET is qui adoptatur.) Argumentum col- 7
ligit hinc Accurſius, vt & ſpōſus quoque (vt pote dignior) prius interrogandus ſit. 8
Sed hoc iure vtimur, vt ſponſa prius interrogetur. Accurſius itaq; dignitatē, conſuetudo, ſexus infirmitatē reſpexit. Bartolus referre non ait, vter interrogei[k]: qđ & ipſe pbo, cū in ſolēni ordine hoc interrogādi matrimonij ſubſtātia non conſiſtat[l].

k l. nec eni. ff. de ſolut.
l l.1. §. ſi. ff. de vent. inſpicien.

ROGA-

9 ROGATVR.) Quid ſi infans is ſit qui adoptatur? Accurſius hîc tractat, nos ſuo loco dicemus[a].

10 COMMVNE eſt.) Sunt adoptiōi & arrogationi communia quædam, ſunt & cuiuſq; ꝓpria, quæ Theophilus annotauit[b]. Quare & ille rectè, ea quæ inter ſe aliquo modo differant, & conuenire omnino neceſſe eſſe, ἔνθα γὰρ διαφορά, πάντως ἔστι καὶ κοινωνία.

12 SPADONES.) Spadonū generalis appellatio eſt[c]: hîc ſpeciem ſignificat.

13 CASTRATI autē non poſſunt.) Agnoſcit hæc Haloander: in vetuſtioribus verò codicibus, & Florētinis Pandectis deſyderant. Si quis igitur & ipſe agnoſcet, differētiam in eo conſtituat, quòd ſpadones aliquando, caſtrati nūquā, filios naturales habere potuerint, ac ꝓinde neq; adoptiuos.

14 HOC vero proprium.) Id ergo cuiuſque proprium, quod ei cùm alio cōe non eſt.

III. PAVLVS. Libr. IIII. Ad Sabinum.

SI conſul vel præſes filiusfamilias ſit: poſſe cum apud ſemet ipſum vel emancipari, vel in adoptionem dari conſtat.

1 *Conſularis dignitas à patria poteſtate an liberet.*
2 *Patriciatus, epiſcopatus, monachatus à patris poteſtate liberant.*
3 *Iuriſdictio voluntaria & contentioſa differunt.*
4 *Duorum vicem vnus quando ſuſtineat.*
5 *Legatum Decurionibus & deinde Titio decurioni an duplicetur.*
6 *Specialis an generalis clauſula in legato præcedat, multum intereſt.*
7 *Iterabilis cauſa multiplicationem facilius admittit.*
8 *Aduerſatiua dictio iterationem excludit.*
9 *Inſinuatio donationis an poßit fieri apud iudicem donantem.*
10 *Tabellio ſuper negotio proprio an poßit facere inſtrumentum.*
11 *Tabellio & teſtis æquiparantur.*
12 *Iuriſdictionis voluntariæ & cōtentioſæ differentiæ.*
13 *Electores an ſeipſos eligere poßint.*
14 *Eligere an poßit ſe ipſum is, cui pecunia à teſtatore relicta eſt, vt eam in pauperum vſus diſtribuat.*

SI conſul.) Olim conſularis dignitas 1
à patria poteſtate nō liberabat
(quò Paulus reſpicit) hodie li- 2
berat[d], ſicut & patriciatus, & Epiſcopalis
dignitas monachatus. An & ſacerdotium?
Supra diximus[e].
SEMETipſum.) In ijs quæ voluntariæ iu- 3
riſdictionis ſunt (vt emancipatio & adoptio) iudicis & partis vice idem homo fungi poteſt: non ſic in ijs, quæ contentioſæ[f].
Et generaliter vbi perſona, vt perſona cō- 4
ſyderatur, plurium vicem ſuſtinere nō poteſt[g]: vbi officij aut qualitatis alterius reſpectu, ſi officia non repugnant, plurium
vicem ſuſtinet, alioqui contrà[h]. Quid igi- 5
tur, ſi prioribus aut Decurionibus huius ciuitatis teſtator leget centū, deinde Titio vni ex Decurionibus quinquaginta: an ad vtrunq; legatum admittendus eſt? Et verior[i], pluriumque[k] etiam opinio eſt, vt ad vtrunque admittatur, tunc videlicet, cum
generale legatum præcedit, dein ſpecia- 6
le ſequitur, vt in propoſita ſpecie: contra erit, ſi ſpeciale præcedat, deinde generale ſequatur: aut ſi cauſa eiuſmodi ſit, quæ ite
rationem minimè admittat, qualis alimē- 7
torum eſt[l], aut aduerſatiua dictione teſta-
tor vſus ſit, Lego Decurionibus centū, Ti 8
tio verò quinquaginta. Quid ſi magiſtra-
tus donet vltra quingētos aureos, an apud 9
ſemetipſum inſinuatio fieri poterit[m]? Et poſſe verior opinio eſt: nam vt inſinuatio, ſic & emancipatio cauſæ cognitionem requirit[n]. Et tamen apud ſeipſum fit. Quid
ſi tabellio ſuper facto aut negotio proprio 10
inſtrumentum conficiat? Et non valere, Bartolus & frequentiores affirmant. Teſti
enim æquiparatur tabellio[o]: teſtis in cau- 11
ſa ꝓpria nemo eſt[p], neq; in re ꝓpria auctor
q̄s eſſe ſolet[q]. Verùm id in his nō ꝓcedit, 12
quę volūtariæ iuriſdictiōis ſunt, & vbi dānū alteri nō immineat[r]. Sed etſi iuriſdictiōis cōtētioſæ ſint, teſtéſq;, q̄ inſtrumēto inter fuerunt, rem ita geſtā affirmēt, inſtrumentum valebit, vt Salicetus notat[s], & quo-
tidianum eſt[t]. Quid ſi plures creati in hoc 13
ſint, vt vnum rectorem eligant, an ex ſe ipſis vnum eligere poſsint? Et poſſe dubium non eſt[v]. Quod ſi vni electio cōmiſſa ſit, ſe ipſum nō eliget: ſic ſi certa pecunia relicta à teſtatore eſt, vt eam tres in pauperum vſus diſtribuant, ex ſe ipſis vnum (mo

a In l. etiā infantem.
b Theoph. in §. cum autē. & in §. minorē. inſtit. de adop.
c l. ſpadonum. ff. de verb. ſigni.
d l. fi. C. de decu. auth. conſtit. quæ de dignita. §. primo.
e In l. Patre furioſo. Suprà. de his qui ſui vel alien. iur.
f l. ille à quo. §. tēpeſtiuū. ff. ad Trebel.
g l. ſi plures. ff. de pat.
h Vt hic iū ſto. §. tēpeſtiuum. & l. 1. §. fi. ff. de offi. con.
i l. Titia. §. q Marce. ff. de annu. leg.
k Bart. hic Pau. et Iaſ. ī l. doli clauſula. ff. de verb. oblig.
l L. alimenta. §. Baſilica. ff. de ali. & cib. leg.
m l. functimus. C. de donatio.
n l. Si pater. §. fin. infra.
o l. Domicius. ff. de teſta.
p l. Omnibus. C. de teſtibus.
q l. quod dicimus. ff. de auct. tuto.
r Aretin. poſt Bart. in l. Seruus. ff. de teſta.
s Salic. in l. 1. C. de his q̄ ſi. adſcri. in teſta.
t Hippol. ī rub. de fideiuſſo. n. 288.
v [illegible]lane, prin. ff. q̄d cuiuſq; vni. nomi.

do pauper ille ſit) iure eligunt[a]: contrà ſi
vni tantū teſtator cōmiſerit, ſeipſum ille
14 non eliget: filiū ſuū eligere poterit[b]. Adde
quòd ſi & ſpectata ſatis cognitáque, & du-
ra ipſiuſmet pauperies ſit, ſibipſi iure diſtri
buet: quod ex facto Socinus cōſultus, mul
tis reſpondet[c].

a Bal. in l. ſi mandane ro. §. ſi tibi. ff. manda. b Bal. in l. illud. ī prin. ff. Quod cu- iuſque vni- uer. nomi. c Soci. in 1. vol. conſi. 11. col. 2.

IIII. MODESTINVS. Lib. II. Regularū.

MAgiſtratum, apud quem legis actio eſt: & emancipare filios ſuos, & in adoptionem dare apud ſe poſſe, Neratij ſententia eſt.

1 *Magiſtratus, apud quē legis actio eſt, quis ſit.*
2 *Legis actio quæ.*
3 *Ceßio in iure quamodo fiebat.*
4 *Legis actiones vnde dictæ.*

LEgis actio eſt.) Accurſius & hîc & alibi etiam
1 non ſemel[d], magiſtratum apud
quem legis actio eſt, eum intelligit, apud
quem actus legitimi explicari poſſunt. Bu
dæus[e] & Alciatus[f] ad Ceſsionē in iure (a-
ctionis formulā antiquiſsimā) referunt. Vt
enim Caius ſcribit inſtitutionū lib. 2. Ceſ-
ſio in iure, fieri hoc modo ſolita eſt. Apud
magiſtratū populi Romani vel Prætorē,
vel Præſidem is qui vendicabat, in iudicio
rem exhibitā tenens dicebat. Hanc ego rē
ex iure Quiritum, meā eſſe aio: cui aduer-
ſarius: at ego eā contrà vēdico: aduerſario
verò tacente vel aſſentiente, tūc magiſtra
tus ei qui vendicabat, rē addicebat: idque
2 legis actio vocabatur, fiebatque vt pluri-
mū, cùm quis adoptionis cauſa vēdicaret.
3 nam imaginaria hæc venditio obſeruaba-
tur, Prætorque vendicanti addicebat. Cu-
ius rei Gellius quoq; meminit libr. 5. c. 19.
Budæus hîc alio modo explicuit, magiſtra
tum, apud quē legis actio eſt, eū interpre-
tatus, qui plenā iuriſdictionē habet & ordi
nariā, apud quē experiri omni actione ad-
4 uerſus vnūquenq; poſſumus: indéq; legis
actiones dictas, quarū meminit ſupra Pō-
ponius[g]. Alciatus[h] rurſus, apud eum magi
ſtratū legis actionē eſſe putat, qui merū &
mixtū Imperium habet, ſiue ius exequen-
di. Qui intellectus, quàm Accurſij cōis ille
veriores multo videntur. Nec me latet, re
centiores eſſe quoſdam, qui hac in re ali-
ter ſentiant. Sed mihi Budæus Alciatusq;
nunc magis placent: de quo infrà[i] quoque
dicemus.

d Glo. in l. nec adopta- re. ff. de off. procon. gl. ī l. 1. ff. de off. iuri. e Bud. in l. 2. ff. de origi. iuris. f Alci. i l. pecunia. §. actionis. ff. de verb. signi. g l. 2. ff. de orig. iur. h Alci. pa rer. li. 3. c. 2.

V. CELSVS. Libr. XXVIII. Digeſtorū.

IN adoptionibus eorū dūtaxat, qui ſuæ poteſtatis ſunt, voluntas exploratur: ſin autem à patre dantur in adoptionem, in iſs vtriuſq; arbitriū ſpectandum eſt, vel conſentiendo vel non contradicendo.

1 *Taciturnitas medium eſt inter contradictio- nem & conſenſum.*
2 *Non velle, medium eſt inter velle & nolle.*
3 *Filius naturalis quamodo videatur conſenti- re legitimationi ſuæ.*
4 *Infans quamodo legitimari poßit.*
5 *L. pen. l. 16. tit. 18. part. 4.*
6 *Infans an poßit arragari.*
7 *L. 4. tit. 16. part. 4.*
8 *Infans an poßit fieri nobilis.*

NON contradicendo.) Inter conſenſum & 1
contradictionem, taciturni
tas medium eſt, quæ quan-
do pro conſenſu, aut cōtradictione habea
tur, latus variuſque tractatus eſt[k]. Hîc
coniunctio & affectio facit, vt in conſen-
ſum interpretemur. Sic & inter, velle & 2
nolle, medium non velle, Doctores no-
ſtri conſtituunt[l]: quod tamen nec grāma-
tici (vt Decius notat[m]) admittent, nec Ci-
cero de perfecto orat. Sed nunquid, vt ta- 3
cens in præſentia conſentit, ſic naturalis le
gitimationi ſuæ eo ipſo conſentit, quòd à
patre impetratam ſciens non contradicit?
Et conſentire eum, idque ſufficere, ſentit
Accurſius: quod Romanus[n] quoque & Ia-
ſon[o] ſequuntur. Quid ſi infans ſit? Et legi- 4
timari hunc poſſe principis reſcripto, Bar 5
soli verior opinio eſt[p]. Sic enim & emanci
pari poteſt[q]. An & arrogari? Et poſſe cre- 6
dit Accurſius[r]. Sed iure noſtro[s], ſi patrem
infans nō habeat, adoptari non poteſt. An 7
& nobilitari infans poſsit, dubium nō eſt[t],
vt memineris tamen requiri in his caſibus 8
ratihabitionem infantis, cum ad ætatem
peruenerit[v], non tamen expreſſam ratiha
bitionem, ſed ſatis eſſe, vt legitimationi,
nobilitati & id genus cæteris, cum reſciue
rit, non diſſentiat[x].

i In l. Nec adoptare. ff. de off. procōſ. k Bart. & Deci. in l. quū dotis. ff. ſol. matr. l Bart. in l. quū dubitari. ſolū. 2. ff. de bare. inſti. Alex. in l. q ſe patris. nu. 18. C. vnde lib. Deci. in l. sine eſt nolle. ff. de reg. iur. m Deci. in c. prudētiā. §. Sexta. de off. deleg. n Rom. ſin gu. 588. o Iaſo. in l. q̄ dotis. nu. 70. ff. ſolut. matr. p Bar. in l. pen. C. de e- manci. libe. Bar. in l. in- uiti. ff. de his qui ſui vel alie. iu. ſūt. pau. in l. ſci re. ff. de le- gib. Iaſo. in l. poſthumo. col. 1. C. de bo. poſ. con. tab. q d. l. pen. l. 16. titu. 18. par. 4. r Glo. in l. 2. ſuprà. s l. 4. titu. 16. par. 4. t Bart. in l. 1. col. 9. ver- ſicu. ex præ- dictis. C. de dign. lib. 12. v Angel. in diſpu. no- bilis quidā. in 1. dubio. col. 3. x Gl. vlti. hic. Deci. cō ſi. 167. Tira quel. de no- bilit. c. 6. n. 30.

VI. PAV-

VI. PAVLVS. Libro trigeſimoquinto. Ad Edictum.

CVM nepos adoptatur quaſi ex filio natus: conſenſus filij exigitur. Idq́ etiam Iulianus ſcribit.

1 *Adoptio dupliciter fit.*
2 *Filij cõſenſus exigitur, cum quis nepotis loco adoptatur.*

1 CVM NEpos.) Adoptio fit interdum loco filij, interdum nepotis: ꝙ ſi
2 nepotis loco, quaſi ex filio natus quis adoptetur, filij cõſenſus exigit̃.

VII. CELSVS. Libr. xxxix. Digeſtorum.

CVM adoptio fit, non eſt neceſſaria in eamrem auctoritas eorum, inter quos iura agnationis conſequuntur.

1 *Adoptio cũ fit, cuius auctoritas ſpectãda eſt.*

1 EOrum.) Spectatur arbitrium eorum, in quorum poteſtate ſunt, qui in adoptionem dantur, non eorũ, quos iura agnationis per adoptionem ſequuntur.

VIII. MODESTINVS. Libro ſecundo Regularum.

QVOD, ne curatoris auctoritas intercederet, in adrogatiõe ante tenuerat, ſub diuo Claudio recte mutatum eſt.

1 *Curator rebus magis quàm perſonæ datur.*
2 *Curatoris auctoritas in adoptione cur non requiratur.*

1 REcte mutatum eſt.) Dubitationẽ facere id potuit, quòd curator rebus magis quàm perſonæ datur[a].

a §. ad certũ inſtit. q teſta. tutor. da. poſſ.

IX. VLPIANVS. Libr. I. Ad Sabinum.

ETIAM cæcus adoptare, vel adoptari poteſt.

1 *Cæci perſona in pleriſque legitima non eſt.*

1 ETIAM cæcus.) Quanquã enim cæci perſona legitima in pleriſque non ſit, adoptare tamen, & adoptari poteſt.

X. PAVLVS. Libro. II. Ad Sabinum.

SI QVIS nepotem quaſi ex filio natum, quem in poteſtate habet, conſentiente filio, adoptauerit: non adgnaſcitur auo ſuus hæres: quippe cum poſt mortem aui quaſi in patris ſui recidit poteſtatem.

1 *Adoptiuus an ſit ſuus hæres adoptanti.*
2 *Adoptiuus ex potentia ſuitatis tranſmittit.*
3 *Adoptiui ſuitas propria eſt, agnatio impropria.*
4 *Iaſonis opinio quædam confutata.*

NON adgnaſcitur auo ſuus hæres.) Agnaſceretur igitur, niſi poſt mortẽ aui quaſi in patris ſui poteſtatẽ recideret. Nunquid ergo adoptiuus, ſuus hæres adoptanti fit? 1
Etſi ab auo paterno aut materno adoptet̃, dubitandũ non eſt, vtpote in quorũ poteſtatẽ tranſeat[b]. Quid ſi extraneus illũ adoptet? Et videri potuit, ſuũ hæredẽ non fieri[c], quia in adoptãtis poteſtatẽ nõ tranſit. Baldus cõtrà Iuſtiniani cõſtitutiõe[d] mot[e], quã mirabilẽ eſſe ait: à quo & lex nr̃a ſtat & Vlpiani altera[e], quas adhoc notamus. Sed & Theophilus[f] καινοῦ γένους ἐπιγινομένου ὥσπερ ἐκ κοσοῦμος ἐτέχθη. Indéq; eſt, vt 2
adoptiui ex potẽtia ſuitatis tranſmittant, Accurſio auctore[g]: quẽ Baldus[h], Roman[*], Aretinus[i] & Iaſon[k] ſequũtur. Nec mutat, ꝙ quaſi agnatiõe ſui hæredis rũpit adopti- 3
uus[l]: neq; enim ſuitas, ſed agnatio impropria ſignificatur, qđ Aretinus & Iaſon perpẽdunt, & Theophilus ſatis oſtendit. Nec Iaſonis opinio placere põt, dũ ſucceſsionẽ 4
ex teſtamento, à ſucceſsiõe ab inteſtato in propoſito ille diſtinguit. Si enim ab inteſtato ſuos admittit, ex teſtamẽto quoque, ſuos eſſe admittat, neceſſe eſt[m].

b §. ſed hodie inſti. de adop.
c §. poſthumorũ inſti. de exhæ. lib.
d l. cum in adoptiuis. §. ſed ne articulum. C. de adoptio. vbi Bal. ĩ verſ. ideo ſancimus, & ad finem.
e l. prima. §. ſuos. ff. de ſuis et legi.
f Theoph. ĩ prin. inſti. quib. mod. teſt. infir.
g In l. 3. § apertura. i glo. mag. ad ſi. ff. de har. inſtit.
h Bal. in l. eam quam. col. 1. C. de fideicom.
i Areti. in l. vltre. nu. 10. ff. de acq. hæ. & in l. Gallus. §. & ſi eius. col. 3. ff. de liber. & poſthu.
k Iaſ. in §. ſi eius. n. 9.
l In princi. inſt. qb. mo. teſta. infir.
m §. cũ autem inſtit. de hære. qui ab inteſt. defe.

XI. IDEM. Libro. IIII. ad Sabinum.

SI is qui filiũ haberet, in nepotis locum adoptaſſet perinde atq; ſi ex eo filio natus eſſet: & is filius auctor factus non eſſet: mortuo auo, non eſſe nepotem in poteſtate filij.

1 *Adoptio ĩ locũ nepotis requirit filij voluntatẽ.*
2 *Auctorem fieri, quid ſit.*

SI is qui.

1 SI is qui.) Si in locũ nepotis qs adoptat, requiritur filij voluntas, quæ ſi non adſit (mortuo auo) nepos in poteſtate filij non eſt.

2 AVCTOR factus non eſſet.) Ideſt auctoritatem & conſenſum non præſtitit[a].

a l. cum nepos.

XII. VLPIANVS. Libro. XIIII. Ad Sabinum.

QVI liberatus eſt patria poteſtate, is poſtea in poteſtatem honeſte reuerti non poteſt, niſi adoptione.

1 *Ingratitudo reducit filium in poteſtatem.*
2 *Emancipatus ab auo mortuo, an reuocetur in poteſtatem patris, propter ingratitudinẽ.*
3 *Ingratitudo quæ ſufficiat, vt filius reuocetur in poteſtatem.*
4 *L. fi. tit. 18. part. 4.*
5 *L. 47. Tauri.*
6 *Filius liberatus à patris poteſtate non emancipatione ſed auctoritate legis, an reuocetur in poteſtatem propter ingratitudinem.*

1 LIberatus.) Per emancipationem.
HONEſtè.) Inhoneſtè verò reuertitur, ſi videlicet ingratus
2 ſit[b]. Nũquid ergo emãcipatus ab auo mortuo, ꝓpter ingratitudinẽ reuocari poteſt in poteſtatẽ patris? Et non poſſe Bartolus ait: idque verius eſt. non enim à patre, ſed
3 ab auo emãcipatus eſt[c]. Sed quomodo ingratũ eſſe eum oportet? Et extat, iure no-
4 ſtro[d], ingratitudinem in propoſito re aut verbo cõmitti. Quid præterea, ſi à patris poteſtate filius eximatur non emancipatione, ſed quia matrimonium contraxe-
5 rit[e]? Et ipſe reſpondi, hunc (licet ingratus ſit) in poteſtatem nõ redigi. Neque enim
6 à patre, ſed à lege emancipatus eſt[f].

b l. 1. C. de ingra. libe.
c l. fi. in fi. C. de reuoc. dona. c. fi. de dona. l. ſi qs hac lege. ff. q & a qb.
d l. fi. titu. 18. par. 4.
e lex. 47. Tauri.
f d. l. ſi qs hac lege.

XIII. PAPINIANVS. Libro trigeſimoſexto. Quæſtionum.

IN omni ferè iure, finita patris adoptiui poteſtate, nullum ex priſtino retinetur veſtigium: deniq; & patria dignitas, quæſita per adoptionem, finita ea, deponitur.

1 *Ceſſante cauſa, quando ceſſat effectus.*

FInita ea, deponitur.) Ceſſat ergo effectus, ceſſante cauſa finali, in impulſiua aliud eſt[g], omnium conſenſu. 1

g l. 1. §. ſexum. ff. de poſtul.

XIIII. POMPONIVS. Libro. V. Ad Sabinum.

SED etiã nepos ex filio, apud adoptatum patrem cõceptus & natus, per emãcipationem iura omnia perdet.

1 *Emancipatio quando liberet nepotem ab aui poteſtate.*

PER emãcipationem.) Sui ipſius: nam per filij emancipationem non continuo liberatur nepos, vt etiam in naturalibus videmus[h]. 1

h l. liberũ. infrà.

XV. VLPIANVS. Libro. XXVI. Ad Sabinum.

SI paterfamilias adoptatus ſit: omnia, quæ eius fuerunt, & adquiri poſſunt, tacito iure ad eum tranſeũt, qui adoptauit. Hoc amplius liberi eius, qui in poteſtate ſunt, eum ſequũtur. Sed & hi, qui poſtliminio redeunt, vel qui in vtero fuerunt, cum adrogaretur: ſimili modo in poteſtatem adrogatoris rediguntur.

1 *Poſſeſsio precaria tranſit in adoptantem.*
2 *Arrogati bona quatenus arrogatori acquirantur.*
3 *Arrogandus non poteſt ſibi reſeruare aliqua bona.*

OMnia.) Etiã precaria poſſeſsio[i]. 1
TACITO iure.) Adoptionis poteſtate.
TRANſeunt.) Olim plenius: hodie ita, 2
vt, quoad vſum fructũ tantũ arrogãti quærantur[k]. Sed num reſeruare ſibi arrogãdus 3
aliqua põt? Et nõ poſſe (monachi ad exemplũ[l]) Accurſius, Bartolus, & alij cõſentiũt.

i l. ſi adoptauero. ff. d preca.
k Inſtit. de acq. per arroga.
l Authẽt. de monach. §. iubemus.

QVI duos filios, & ex altero eorum nepotẽ habet: ſi vult nepotem quaſi ex altero natum, ſic adoptare: poteſt hoc efficere, ſi cum

emanci-

emancipauerit: & ſic adoptauerit, quaſi ex altero natũ. facit enim hoc quaſi quilibet, nõ quaſi auus: & qua ratione quaſi ex quolibet natum poteſt adoptare, ita poteſt & quaſi ex altero filio.

1 *Quod quis non poteſt facere tanquam ipſe, an poßit tanquam alius.*

1 QVASI quilibet.) Incidit hîc ille articnlus, an id quod quis non poteſt facere tãquam ipſe, poſsit tanquã alius: in quo ſumma approbatáque diſtinctio Bartoli eſt, vt ſi ſit repugnantia, ſiue contrarietas, non poſsit[a]: ſi non ſit, poſsit, niſi veniat contra fidem debitã, iure contractus[b], aut iure cõiunctionis perſonæ.

a l. ſi ppronat. §. 1. ff. de inoffi. teſta.
b l. 1. C. de dolo.]

IN adrogationibus cognitio vertitur: num fortè minor ſexaginta annis ſit, qui adrogat, quia magis liberorum creationi ſtudere debeat: niſi fortè morbus, aut valetudo in cauſa ſit, aut alia iuſta cauſa adrogandi. veluti ſi coniunctam ſibi perſonam velit adoptare. Item non debet quis plures adrogare, niſi ex iuſta cauſa. Sed nec libertum alienum, neq; maiorem minor.

1 *Cauſæ cognitio in adoptione, emancipatione, & inſinuatione requiritur.*
2 *Liberorũ procreationi magis quàm adoptioni cur ſtudendum ſit,*
3 *Accurſij gloſſa obſcura declarata.*
4 *Religionis ingreſſus, an procreatio liberorum præferenda.*
5 *Regis filius vnicus, an malefaciat monaſteriũ ingrediendo.*
6 *Baldi opinio quædam ſcrupuloſior, niſi rectè intelligatur.*
7 *Papa quomodo & quatenus diſpenſet cũ monacho, vt vxorem ducat.*
8 *Liberti proprij, vel alieni adoptio, quãdo fieri poßit.*
9 *L. 5. titul. 16. part. 4.*

1 COgnitio.) Sic & emancipatio, & inſinuatio cauſæ cognitionem requirunt[c].

c Bart. in l. ſi conſul. n. 3. ſuprà.

QVIA magis.) Sed qd intereſt, nouos faciat, ao foueat quos inuenit[d]? Et Accurſius ſubobſcurè, quia (inqt) 2
hominũ, ideſt, filiorum cõſeruatio ad Deũ
pertinet: ideſt (vt ego interpretor) quia in 3
procreatione Deus prima cauſa eſt, pater
verò ſecunda: in conſeruatione pater non
eſt cauſa, ſine qua non conſeruatio procedat. Bartolus diſſoluit aliter, Reip. ſcilicet
vtrunq; intereſſe, & procreari filios & cõſeruari: non explicat tamen Bartolus, vtrũ
magis interſit, idq́ue eſt, quod quærimus.
Dicebam, primam eſſe curam procreandi
(hoc eoim Reipu. potiſsimũ intereſt) huic
ꝓximam, conſeruandi, quod per adoptiones contingit.

d l. 3. ad ſi. C. de nat. libe.

LIBERORVM procreationi.) Anno- 4
tauit ex hoc loco Baldus, procreationi liberorum, qnàm ingreſſui religiõis magis
ſtudendum: cui conſequens eſſe, vt Regis 5
filius vnicus qui eſt, peccet, ſi monaſteriũ
ingrediatur, Papamq́ue diſpenſare poſſe,
vt vxorẽ capiat, ne regni ſuccesſio pereat.
Quod ego dictũ in priori eins parte, ſimpliciter ſi accipias, ſcrupuloſius aliquanto 6
eſſe arbitror. Quis enim ignorat, monaſticam vitam perfectiorẽ eſſe? Quid igitur?
Et opinor in Baldi exemplo (ideſt cùm Papa diſpenſat) deciſionem eius procedere,
tum etiam approbari cõmuniter[e]. Quinimò & fortè exemplũ, eodem Baldo[f], & Iaſone[g] auctoribus moderandum ita eſt, vt
Papa de plenitudine poteſtatis hoc facere 7
poſsit ad tempus, ideſt, vt monachus vxorem habere poſsit, quouſq; ſobolẽ ꝓcreet.
LIBERTVM alienum.) ſuum ergo po 8
teſt[h]: ſed & alienum, dum tamẽ Principis
beneficio hoc fiat[i], quomodo & lex Re- 9
gia[k] declaranda eſt.

e Iaſo. in l. ſi. C. de trãſact.
f Bal. in l. ſi tibi.
g Iaſ. in l. ſi arrogator col. 2. infrà.
h l. ſecũdũ. ff. de ri. nupt.
i l. vlti. infrà.
k l. 5. titul. 16. parti. 4.

XVI. IABOLENVS. Lib. VI. Ex Caßio.

ADOPTIO enim in iſs perſonis locum habet, in quibus etiam natura poteſt habere.

1 *Fictio legis non procedit ſuper eo quod in genere impoßibile eſt.*
2 *Fictio adoptionis qua ratione procedat.*

NAtura.) Ius imitatur naturam, in 1
quantum poteſt, neque ſuper en fingit, quod in genere impoſsibile eſt. quo fit,
vt minor maiorem non adoptet, cum ta- 2
mẽ efficiat adoptio, vt alienus filius meus
eſſe videatur[l].

l Bar. ĩ authẽ. hoc ita. colũ. 3. C. de duo. re.

XVII.

XVII. VLPIANVS. Lib. XXVI. Ad Sabinum.

NEC EI permittitur adrogare qui tutelam vel curam alicuius adminiſtrauit, ſi minor viginti quinq; annis ſit, qui adrogatur: ne fortè eum ideo adroget, ne rationes reddat. Item inquirendum eſt, ne fortè turpis cauſa adrogandi ſubſit.

1 *Tutori vel curatori quando ſit permiſſa arrogatio pupilli ſui ſiue minoris.*

1 ADMINIſtrauit.) Finita ergo tutela vel cura, arrogatio hic permiſſa nõ eſt. præſumitur enim affectata arrogatio, ne arrogator rationem reddat: durante verò tutela vel cura, arrogatio non prohibetur. Accurſij gloſſa approbata, quam Bartolus inuertit[a].

a *l. Nonnũ quãinfrà.*

EORVM duntaxat pupillorum adrogatio permittẽda eſt his, qui vel naturali cognatiõe, vel ſanctiſsima affectione ducti adoptarent: cæterorũ prohibenda, ne eſſet in poteſtate tutorũ & finire tutelam, & ſubſtitutionem à parente factam extinguere. Et primum quidem excutiendum erit, quæ facultates pupilli ſint, & quę eius qui adoptare eum velit: vt æſtimetur ex comparatione earum, an ſalubris adoptio poſsit pupillo intelligi. Deinde cuius vitæ ſit is, qui velit pupillum redigere in familiam ſuam. tertio cuius idem ætatis ſit: vt ęſtimetur, an melius ſit de liberis procreandis cogitare eum, quàm ex aliena familia quenquam redigere in poteſtatem ſuam. Præterea vidẽdum eſt, an nõ debeat permitti ei, qui vel vnum habebit, vel plures liberos, adoptare alium: ne aut illorum, quos iuſtis nuptiis procreauerit, deminuatur ſpes, quam vnuſquiſque liberorum obſequio paret ſibi: aut qui adoptatus fuit, minus percipiat, quam dignum erit eum conſequi. Interdum & ditiorem permittetur adoptare pauperiori, ſi vitæ eius ſobrietas clara ſit, vel adfectio honeſta, nec incognita. Satiſdatio autem in his caſibus dari ſolet.

1 *Naturalis cognatio quæ?*
2 *Affectio ſanctiſſima quæ ſit.*
3 *Tutela capitis diminutione minima finitur.*
4 *Subſtitutio pupillaris quomodo per capitis diminutionem expiret.*
5 *Adoptio ad ſolatium liberorum inuenta quo ſenſu dicatur.*
6 *Spes ſucceſſionis viuo patre probabilis nõ eſt.*
7 *Cauſæ cognitio in adoptionibus quatenus adhibenda.*
8 *Solennitas leuis omitti poteſt.*

NAturali cognatione.) Ideſt, agnatis, aut cognatis arrogandi. 1

SANctiſsima affectione.) Conſtantinus Harmenopulus, Epitomes iuris ciuilis lib. 2. titul. 8. χρηϛὴν διάθεσιν interpretatus eſt. 2

FINIRE tutelam.) Quæ minima capitis diminutione finitur[b]. 3

ET ſubſtitutionem.) Pupillarẽ, quæ quomodo capitis diminutione minima expiret, Bartolus & alij alibi tractant[c]. 4

AETATIS.) Maior ne, an minor annis ſexaginta[d].

VEL Plures.) Non eſt igitur ad ſolatium liberorum inuenta adoptio[e]: quod tamen Placentinus, & Azo in diffinitione ſignificant[f]. Sed reſpondet Theophilus eleganter (cuius ea definitio ad literam eſt) verba hæc, Ad ſolatium liberorum, idcirco addita, vt id ſignificaretur, quod accidere ſoleat frequentius: legitur porrò apud eum modo, πρὸς παίδων παραμυθίαν, modo πρὸς παραμυθίαν ἀπαίδων: quæ licet lectiones varient, at ſenſus idem eſt. 5

SPES.) Quæ tamen viuo patre præmatura eſt[g]. 6

NEC incognita.) Quid ergo ſi hæc omnia non inquirantur? Et omnia inquirẽda Bartolus cenſet. quæ enim modicæ aut leuis ſolennitatis ſunt, omitti poſſunt[h]: non ea, in quibus negotij ſubſtantia conſiſtit[i]. 7 8

b *§. ſed pupilli. inſtit. quib. mo. tu le. fini.*
c *Bar. in l. in pupillari. ff. de vulga.*
d *l. Si pater. §. in arrogatiõib'.*
e *l. qui liberas'. ſupra.*
f *In princ. inſti. de adoptio.*
g *l. 1. §. ſi impuberi. ff. de colla. bono.*
h *l. 1. §. fin. ff. de vent. inſpi.*
i *l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tráſact.*

XVIII. MARCELLVS. Libro vigeſimoſexto. Digeſtorum.

NON

12

NON aliter enim volũtati eius, qui adrogare pupillum volet (ſi cauſam eius ob alia probabit) ſubſcribendum erit, quàm ſi cauerit ſeruo publico ſe reſtituturũ ea, quæ ex bonis eius conſecutus fuerit, illis, ad quos res peruentura eſſet, ſi adrogatus permanſiſſet in ſuo ſtatu.

1 *Seruus publicus qui.*
2 *Lex.7.titu.11.part.5.*

SERuo publico.) Serui publici nõ vno loco [a] mẽtio in iure noſtro eſt: eũ vbiq; Accurſius & cæteri tabellionem interpretantur [b], ratione reddita, quia ſicut ſeruus domino, ſic hic alijs ſtipulatur. Põtificij [c] dictum magis inde arbitrantur, quod publicum officium exerceat. Id quod & lex Regia [d] confirmat. Ego hæc cõmunia fateor: 2 ſed an ſeruus publicus, idẽ & tabellio fuerit, planè ſubſiſto, quòd legerim tabellionum ſiue notariorum officium antiquum vſque adeo non eſſe [e]. Vnum certè me mouet vel maxime, vt communia ſequar, quod quem hîc Marcellus ſeruum publicum, Iuſtinianus [f] perſonam publicã vocat. Theophilus verò apertius Tabularium, ἐν δημοσίῳ προσώπῳ, τουτέστι τῷ ταβουλαρίῳ: niſi quòd & tabularios, tabellionéſque nõ eoſdem fuiſſe, alij adnotarunt: & cenſualium ſcribarum, ſeruorum publicorum, quaſi diuerſa hæc ſint, Capitolinus in Gordianis meminit. Qui igitur proprie ſerui publici ſint, amplius deliberandum eſt. Nam & dubitat Andreas [g] Tiraquellus, qui tamen de hoc non (vt ſolet) multus: nos aliâs plenius digeſsimus. Cæterum & de tabellionum ſtipulatiõibus, quædam Bartolus addit, quæ alij ſequuntur.

a l. Caius. ff. de vſu. l. 1. §. exigere. ff. ſi magiſ. cõue. l. 2. ff. rẽ pup. ſal. fo. l. 2. C. de adop.
b Gl. in l. 3. ſuprà. & ſta. bo. il. generali. C. de tabul. libr. 10.
c ca. quanquã. vbi gl. de vſu. i. 6.
d l. 7. ti. 11. part. 5. l. 17. tit. 2. part. 3.
e Alci. parer. lib. 8. c. 19.
f §. cum autem inſti. de adopt.
g And. Tiraq. de nobil. c. 30. nume. 9.

XIX. VLPIANVS. Lib. XXVI. Ad Sabinum.

HIS verbis ſatiſdatiõis, quæ ab adrogatore præſtari debet, AD QVOS EA RES PERTINET: & libertatibus proſpectum eſſe, quæ ſecundis tabulis datæ ſunt: & multomagis ſubſtituto ſeruo, item legatarijs, nemo dubitat. quæ ſatiſdatio ſi omiſſa fuerit, vtilis actio in adrogatorem datur.

1 *Stipulatio aliquando fingitur, vbi non eſt.*

SEcũdis tabulis.) Subſtitutione pupillo facta. VTILIS actio.) Fingi, ſeu intelligi ſtipulationem, cum non ſit, Accurſius hinc notat: qui tractatus à Bartolo [h] & cæteris copioſe explicitus eſt. 1

h Bart. & Doct. in l. 1. in prin. ff. de verb. oblig.

XX. MARCELLVS. Lib. XXVI. Digeſtorum.

HAEC autem ſatiſdatio locum habet, ſi impubes deceſsit: ſed etſi de pupillo loquitur, tamen hoc & in pupilla obſerBandum eſt.

1. *Maſculinũ concipit fœminũ & non contrà.*
2. *Fœminino vocabulo maſculos contineri, cur ſit exemplo turpiſſimum.*
3 *Fœminino vocabulo molles & effœminati olim vocabantur.*
4 *L. cum vir nubit. C. ad l. Iul. de adulte.*

IN PVpilla.) Non ſic per cõtrarium [i], vt Accurſius ſubdit. Maſculinum enim (vt aiunt) concipit fœmininum [k], contrà exemplo turpiſſimum eſt, fœminino vocabulo etiã maſculos contineri [l]. Sed cur exemplo turpiſſimũ? Et Accurſius, quia minus dignũ non debet ea, quæ digniora ſunt, cõprehẽdere. Alciatus [m], quia veteres ſoliti ſint, quoties aliquẽ tanquã mollẽ & effœminatũ carperent, fœminino eũ vocabulo irriſionis cauſa appellare: quò fortè & Cõſtantinus Imperator alludit [n]. 1 2 3 4

i l. ſeruis legatis. §. ſed ſi pueru. de lega. 3.
K l. 1. l. pronunciatio. ff. de verb. ſignif.
l l. ſi ita ſcriptum. de legat. 2.
m Alciat. parer. lib. 2. capi. 48.
n l. cũ vir nubit. C. ad l. Iuliam. de adul.

XXI. CAIVS. Lib. ſingulari. Regularum.

NAM & fœminæ ex reſcripto Principis adrogari poſſunt.

1 *Fœminæ arrogare aut adoptare quã poſſint.*
2 *Lex. 12. titu. 2. l. 2. titu. 16. part. 4.*

ADrogari.) Arrogare verò, aut adoptare non poſſunt [o], niſi ad ſolatium liberorum. Leonis tamen Nouel. xvij. inductũ Harmenopulus libr. 2. teſtis eſt, vt & Eunuchi, & mulieres adoptare poſſent: & ex æquo oẽs, ſiue maſculos ſiue fœminas filios habeant, ſiue non: 1 2 etiam

o l. Mulierem. C. de adoptio.

etiam ſi virginalem vitam elegerint. Sed & lege Hiſpaniæ permiſſum videri id potuit[a]: quod verum non eſt. Intelligēda enī lex illa eſt de adoptiōe quę mulieri ad liberorum ſolatium permittitur[b].

a l.12.tit.2. part.4.
b l.2.titul. 16.par.4.§. fœmina.inſti.de adop.

XXII. VLPIANVS. Lib. XXVI. ad Sabinum.

SI ADROGATOR deceſſerit, impubere relicto filio adoptiuo: & mox impubes decedat: an hæredes adrogatoris teneãtur? Et dicendum eſt, hæredes quoq; reſtituturos & bona adrogati, & præterea quartã partē. Sed an impuberi adrogator ſubſtituere poſsit, quæritur. Et puto non admitti ſubſtitutionem, niſi fortè ad quartam ſolam, quam ex bonis eius conſequitur: & hactenus, vt ei vſq; ad pubertatē ſubſtituat. Cæterum ſi fidei eius committat, vt quandoq; reſtituat: non oportet admitti fideicommiſſum: quia hoc non iudicio eius ad eum peruenit, ſed principali prouidentia. Hæc omnia dicenda ſunt: ſiue in locum filij, ſiue in locum nepotis aliquis impuberem adrogauerit.

1 *Arrogatus an poßit habere hæredem ex teſtamento proprio.*
2 *Arrogatus quando poßit habere hæredem ex teſtamento arrogatoris.*
3 *Arrogatus an poßit habere hæredem ex teſtamento patris legitimi & naturalis.*
4 *Arrogatus an poßit habere hæredem ab inteſtato.*
5 *Arrogatus quando & quomodo ius ſtipulationis tranſmittat.*
6 *Arrogatus an tranſmittat ius quartæ.*
7 *Tranſmißio legitimæ non habet locum niſi mortuo patre.*
8 *Adoptio pro arrogatione ſæpe ponitur.*
9 *Adoptionis & arrogationis differentiæ.*
10 *Arrogatio cuius Principis aut ſuperioris auctoritatem requirat.*
11 *Lex.7.titu.7.part.4.*
12 *Adoptio cur non requirat Principis auctoritatem.*
13 *Mox, quod tempus hîc comprehendat.*
14 *Tranſmißio quartæ arrogati quomodo fiat.*
15 *Arrogatus iura ſuitatis habet.*
16 *Adoptiuus an habeat iura ſuitatis.*
17 *Adoptiuus tranſmittit ex potentia ſuitatis.*
18 *Suitas & patria poteſtas non ſemper concurrunt.*
19 *Legitimatus tranſmittit ex potentia ſuitatũ.*
20 *Arrogatus, titulo vniuerſali an potius ſingulari ſuccedat.*
21 *Tranſmißio facilius fit ex titulo ſingulari, quàm ex vniuerſali.*
22 *Tranſmißio ex hominis diſpoſitione difficilius fit, quàm ex vi iuris.*
23 *Tranſmißio hæreditatis & legati differunt quantum ad ceßionem diei.*
24 *Dotis lucrum ex ſtatuto quomodo tranſmittatur ad hæredes mariti.*
25 *Tranſmißio portionis delatæ ei qui ſe detulit, quomodo fiat.*
26 *Lucra acquiſita, conſtante matrimonio, quomodo tranſmittantur.*
27 *Lex.1.&.2.titu.4.libr.5.ordi.*
28 *Arrogatus in petitione quartæ quare præferatur filijs legitimis & naturalibus & infrà nume.36.*
29 *Rationes duæ quomodo vincant vnam, & infrà.nume.36.*
30 *Arrogatus & legitimus & naturalis, quoad ciuilem conſyderationem æquales ſunt.*
31 *Naturalis filius contra patris voluntatē non ſuccedit.*
32 *Emancipatus an præcipuè ratione naturali attēta ſuccedat an potius ratione ciuili, quia videlicet eſt legitimus.*
33 *Filiusfa. ex duplici ratiōe ciuili ſuccedit, emãcipatus ex vnica tantum.*
34 *Succeßiones omnes ex iure poſitiuo ſunt.*
35 *Arrogatus, an ſuccedat ſecundum rationem ciuilem & naturalem.*
36 *Adoptione, aut arrogatione iura ciuilia & naturalia an acquirantur.*
37 *Succeßiones extraneorũ ex iure ciuili ſunt.*
38 *Succeßiones agnatorum & cognatorum ex iure ciuili, an ex iure naturali ſint.*
39 *Succeßiones parentum ex iure ciuili an ex iure naturali deferantur.*
40 *Patris ſucceßio cur præcipuè ſecundum ius ciuile, matris præcipuè iure naturali procedãt, noua ratio redditur.*
41 *Succeßio parentum (quod attinet ad alimenta) filijs iure naturali magis quàm ciuili defertur.*
42 *Alimenta ex iure naturali formali & cauſali ſunt,*

ſali ſunt.

43 Succeſsio omnis regulariter legitima eſt.

44 Succeſsio quædam iuſta,ideſt, ex ciuili & naturali iure.

45 Succeſsionum formulæ omnes ex iure poſitiuo ſunt.

46 Arrogati bona quo iure ipſi reſtituantur.

47 Cautio & impuberi & eius hæredibus præſtanda eſt:ſed & hæredibus tantũ præſtatur.

48 Arrogatus an ipſo iure bona recuperet, quantum ad dominium.

49 Quid quantum ad poſſeſsionem.

50 Poſſeſsio naturalis faciliter cum ciuili ipſo iure conſolidatur.

51 Vſusfructus rerum quæ vſu conſumantur, à proprietate non ſecernitur.

52 Arrogatus impubes ab inteſtato hæredem habere poteſt.

53 An & ex teſtamento ſuo.

54 An & ex teſtamento arrogatoris.

55 An & ex teſtamento patris legitimi & naturalis.

56 Subſtitutio pupillaris facta à patre legitimo & naturali,reconualeſcit arrogatoris morte.

57 Bonorum poſſeſsiones hodie multis caſibus neceſſariæ ſunt.

58 L.qui ex liberis.§.teſtamento.ff. de bonorum poſſeſſ.ſecundum tabulas.

59 Arrogatus & furioſus differunt.

60 Facto ſuo , an caſu conditionem quis mutet, multum intereſt.

61 Arrogatio an patris legitimi & naturalis poteſtatem prorſus abſorbeat.

62 Arrogati puberis & impuberis differentia.

63 Arrogati impuberis recens iudicium quare non ſpectetur.

64 Arrogationis iure ſoluto,ſubſtitutio pupillaris ipſo iure reuiuiſcit.

65 Teſtamentum eius qui ſe arrogandum præbuit.

66 Capitis diminutione irritum teſtamentũ quomodo reconualeſcat.

67 Teſtamentum ab initio non validum, aliquãdo ex poſt facto valet.

68 Subſtitutus arrogati quo iure aget.

69 Arrogatus rogatus reſtituere an detrahat duas quartas,& infrà nu.75.

70 Filius legitimus & naturalis quãdo detrahat duas quartas.

71 Quomodo earum detractio facienda.

72 Aſcendentes an detrahant duas quartas.

73 Communes opiniones contrariæ.

74 L.1.titu.11.part.6.

75 Inſtitutus in re certa non detrahit duas quartas.

76 Trebellianica in legitima computanda eſt , ſi pater hoc iubeat.

77 Quarta arrogati quota pars ſit.

78 Opinio contra communem probabilior.

79 Quarta filij arrogati hodie aucta non eſt.

80 Quarta filij arrogati an ſit in aliquo fauorabilior,quàm legitimi & naturalis.

81 Fauiana & Caluiſiana filio legitimo & naturali & patri an dentur.

82 Fauiana & Caluiſiana filio arrogato dãtur.

83 Fauiana & Caluiſiana dantur filijs , ad reuocanda ea , quæ pater ipſorum in ludo illicito amiſit.

84 Fauiana & Caluiſiana patrono dantur.

85 Cur patri non dentur.

86 Parentũ ſucceſsio deterioris cõditionis quàm liberorum.

87 Arrogato duo ſubſtituti quomodo ſuccedãt.

88 Arrogatus impubes duorum filiorum vicem ſuſtinet,& infrà nu.120.

89 Inconuenienti vno poſito, alia ſequuntur.

90 Regulæ Iuriſperitorum in perplexis fallunt.

91 Miles duos hæredes habere poteſt.

92 Seruus duplex peculium habere fingitur.

93 Arrogato ſubſtitutus ab arrogatore ſi detur, quatenus ille,& quatenus venientes abinteſtato ſuccedant.

94 Teſtatus & inteſtatus idem aliquando decedit,& infrà nume.120.

95 Teſtium ſolennitas an attendatur in loco teſtamenti facti,an in eo in quo hæreditas petitur.

96 Bartolus ſibi ipſi contrarius.

97 Dilationi ſi reus renunciet, an actori hoc noceat.

98 Quadrimeſtre tempus quod datur iudicatis,legale an iudiciale potius ſit.

99 Arrogator in quarta præſtanda merus executor eſt.

100 Iudex in inducijs legalibus concedendis nudus miniſter eſt.

101 Subſtitutio arrogato facta ad quartã reſtringitur.

102 Subſtitutio filio pupillo legitimo & naturali facta,ad bona illius extenditur.

103 Subſtitutio directa facta in re certa,trahitur ad vniuerſum.

104 Subſtitutio fideicommiſſaria facta in re certa,non trahitur ad vniuerſum.

105 Legitima titulo inſtitutionis,in re certa relinqui poteſt.

106 Legitima titulo ſubſtitutionis in re certa relinqui poteſt.

107 Ius agendi ad ſupplementum quandoq; neceſſarium non eſt.

108 Quartam quo iure petat arrogatus.

109 Creditor debitori quando leget.

110 Filius quaſi creditor eſt in legitima.

111 Quarta arrogato ex teſtamento & ab inteſtato debita eſt.

112 Legitimam pater ſiue arrogator ſiue legitimus & naturalis, viuus filio aſſignare pōt.

113 Legitimam aſſignatam ſi perdat filius, an de cætero pater ei teneatur, ſaltim ad alimenta.

114 Alimenta ex æquitate naturali quandoq; filio non debentur.

115 Arrogati hæres quo iure petat quartam.

116 Ius accreſcendi in legitima locum habet, & infrà nu. 121.

117 Ius accreſcendi ratione quartæ arrogati an competat.

118 Ius accreſcēdi ceſſat in patrimonijs diuerſis.

119 Ius accreſcendi non habet locum inter ſuccedentes iure diuerſo.

120 Arrogatus pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus poteſt decedere, & ſuprà nu. 93.

121 Legitima repudiantis adeūti fratri accreſcit.

122 Legitimam acceptare filius non poteſt, repudiatis cæteris patris bonis.

123 Legitima duplici reſpectu quota hæreditatis eſt.

124 Quarta arrogato quomodo deferatur principali prouidentia & infrà nu. 174.

125 Onerare licet non poſſim quem non honoro, prouidere tamen ei poſſum.

126 Subſtitutio filio arrogato in bonis aduentitijs fieri non poteſt.

127 Quarta arrogato in vita patris debita nō eſt.

128 Legitima quando peti poßit, viuo patre.

129 Legitima, viuo patre, filijs nec re nec ſpe debita eſt.

130 Subſtitutio pupillaris vt legitimo & naturali, ſic arrogato filio fieri poteſt.

131 Subſtitutio popillaris prouiſio & non onus.

132 Subſtitutio vulgaris in legitima fieri poteſt.

133 Subſtitutio vulgaris prouiſio non eſt, ſed & neque onus.

134 Subſtitutiones omnes directæ expreſſæ vel tacitæ in legitima fieri poſſunt.

135 Subſtitutio vulgaris expreſſa tollit ſuitatem.

136 Subſtitutio vulgaris tacita non tollit ſuitatē.

137 Subſtitutio vulgaris expreſſa, tollit effectum tranſmißionis ex potentia ſuitatis.

138 Subſtitutio vulgaris expreſſa non impedit tranſmißionem ex vi iuris deliberandi.

139 Subſtitutio vulgaris expreſſa non impedit tranſmißionem ex potentia ſanguinis.

140 Subſtitutio vulgaris tacita tranſmißionem ex potentia ſuitatis non impedit.

141 Tacitum minus operatur, quàm expreſſum.

142 Subſtitutio vulgaris expreſſa matrem excludit, tacita non æquè.

143 Prohibitio expreſſæ alienatiōis fortior quàm tacita.

144 Derogatio expreſſa efficacior quàm tacita.

145 Datio cohæredis extranei tranſmißionem ex vi ſuitatis non impedit.

146 Datio cohæredis, tacita ſubſtitutio, vi ipſa ē.

147 Subſtitutio vulgaris in legitima an ſit grauamen, quatenus trāſmißionē ſuitatis impedit.

148 Grauamen dici non poteſt, quod iure communi & permiſſo fit.

149 Suitas ſcindi non debet.

150 Anomala multa in iure reperiuntur, euitanda tamen ſunt.

151 Iura incorporalia indubio ſimplicia dicenda ſunt.

152 Conditio, ſi volet, appoſita in legitima, an impediat tranſmißionem ex potentia ſuitatis.

153 Subſtitutio fideicommiſſaria nec filio arrogato, nec legitimo & naturali in legitima fit.

154 Directæ vtrique fiunt.

155 Compendioſa ſubſtitutio, quando in directā, quando in obliquam reſoluitur.

156 L. 12. titu. 5. part. 6.

157 Compendioſa verbis obliquis directis an communibus concepta ſit, quantum interſit.

158 Subſtitutio fideicommiſſaria patrono, filio arrogato & legitimo & naturali, quare fieri non poßit.

159 Subſtitutio fideicommiſſaria in dote quatenus fieri non poßit.

160 Subſtitutio fideicommiſſaria reciproca in legitima an fieri poßit.

161 Subſtitutio fideicommiſſaria facta in legitima, an valeat filio legitimam repudiante.

162 Subſtitutio fideicommiſſaria quādo onus ſit.

163 Subſtitutio fideicommiſſaria facta in legitima patroni conualeſcit, eo repudiante.

164 L. ita tū. §. ſi patronus ex debita. ff. ad trebel.

165 Subſtitutio fideicōmiſſaria facta in legitima euaneſcet, ſi eum repudiationis pœniteat.

166 Repudiationis legitimæ quomodo filium pœnitere poßit.

167 Subſtitutio fideicommiſſaria poteſt fieri ſubſtituto pupillari in legitima, & venientibus ab inteſtato pupilli.

168 Grava-

168 *Grauare alium quando quis poſſit.*
169 *Subſtitutio fideicommiſſaria pubertate eius cui facta eſt, aliquando expirat.*
170 *Subſtitutionis fideicommiſſariæ factæ in legitima mirabilis natura eſt.*
171 *Subſtitutio fideicommiſſaria ſupradicta etiã codicillis fieri poteſt.*
172 *Subſtitutio fideicommiſſaria in legitima cui videatur in dubio facta.*
173 *Opiniones communes contrariæ.*
174 *Principalis prouidẽtia quæ & ſuprà. n. 124.*
175 *Expreſſio eius quod tacite ineſt, an aliquid operetur.*
176 *L.Titia.ff.ad legem Falcidiam.*
177 *Expreſſio in fauorem magis quàm in odium operatur.*
178 *Neceſſitas cauſæ præcedẽtis multũ operatur.*

RElicto.) Quid per cõtrarium, ſi videlicet
prius deceſſerit arrogatus? Et
quatuor hîc tractari oportet.
An ex teſtamẽto aut arrogatoris, aut veri
patris hæredẽ arrogatus habere poſſit? An
habere poſſit hæredẽ ab inteſtato? An ius
ſtipulationis trãſmittat? An trãſmittat ius
1 quartæ? Quod ad primum attinet, ex proprio
teſtamento non habiturũ hæredẽ palàm
eſt, tum quod impubes hic eſt, tum etiam
2 quod filiusfa. Ex teſtamento quoque arrogatoris
non habiturũ Bartolus cenſet[a], quia
eſt (inquit) capite minutus, & hæreditas viui
patris alij quæri poſſit[b]. Ego non video
quid repugnet, vt ſi cum eodem teſtamento
arrogator moriatur, ſubſtitutus pupillaris
arrogato ſuccedat: fortè ergo quod in
hoc ſentit, tunc demum verum eſt, cũ arrogator
3 mutauerit teſtamentũ. Sed quid ex
teſtamẽto patris legimi & naturalis, an ex
eo impubes hæredẽ habere poſſit? Et Bartolus
non habiturũ, quinque argumentis
tentat: deinde habiturũ ſeptem alijs cõuincit.
In quibus tũ omnibus, & ordinẽ, & rẽ
ſanti magiſtri (ſicut & in alijs multis huius
tractatus articulis) iuris ſtudioſi iure deſyderent.
Verior tamen, & approbata magis
opinio eſt[c], vt impuberi ante patrem arrogatorem
mortuo ſubſtitutus à vero patre
ſuccedat, non ex pupillaris ſubſtitutionis
vi (illa enim per arrogationem extincta
eſt) ſed iure cautionis[d]. In ſecundo articu-
4 lo communiter aiunt, olim per bonorum
poſſeſſionem iure ciuili refraganti, hære-
dem habere potuiſſe[e], hodie etiam iure ci-
uili[f]. In tertio ſic omnes diſtinguunt, vt ſi 5
pubes arrogatus deceſſerit, ius ſtipulationis
non transmittat: pubertate enim hæc ſtipulatio
finitur[g]: ſi verò impubes, ſi quidẽ
habeat ſubſtitutum, tunc non tranſmittet,
quia ſubſtitutio iure tranſmiſsionis potentior
eſt. Quid igitur? Nempe aget ſubſtitutus
ex ſua perſona, agetque & cõuenietur
à creditoribus bonorum, vt hæres. Quod
ſi ſubſtitutum impubes non habeat, tunc
ius ſtipulationis tranſmittetur: atque is, in
quem tranſmiſsio facta eſt, pro hærede habebitur,
quo ad onera & emolumẽta, quę
ſucceſsionis ius vniuerſale ſequuntur[h]. In 6
vltimo articulo communis concluſio eſt,
non tranſmitti ius quartæ, quòd nemo legitimam
tranſmittat, niſi patre mortuo, 7
moriatur. Viuo enim, ius nullum habet[i],
ac proinde, quid tranſmittat, non eſt[k].
ADOPTIVO.) Adoptiuus pro arroga 8
to ponitur, ſicut & alibi ſæpe, & adoptio
pro arrogatione: inter quas tamen multæ 9
differẽtiæ ſunt. Adoptio enim generis nomen
eſt[l], arrogatio ſpeciei: adoptãtur qui
ſub patris poteſtate ſuns, qui ſui iuris arrogantur[m]:
arrogatus in arrogatoris poteſtatem
ſine diſtinctione tranſit[n], adoptiuus
cum diſtinctione[o]. Quinimo non arrogatus
ipſe ſolum, ſed & liberi, & bona quoq;
arrogati, tacito iure, in poteſtatem arrogatoris
tranſeunt[p]: quæ in adoptione ita non
ſunt. Differunt & in eo arrogatio & adoptio,
quòd in arrogatione, ipſius duntaxat
voluntas exploratur, qui arrogandus eſt[q]:
in adoptione, vtriuſque, ideſt, adoptandi
& patris eius naturalis arbitrium expectandum[r].
Illa prçterea non contẽnenda differentia
eſt, quòd in arrogatione maior cauſæ
cognitio requiritur[s]. In ſumma adoptio 10
cuiuſcunque magiſtratus imperio fit[t]: vnde
eſt, vt delegari poſſit[v]: arrogatio nõ niſi
Principis auctoritate, ideſt, Imperatoris
aut Regis. Sed quid de ſummo Pontifice?
Et in terris eccleſiæ, auctoritatẽ ipſius ſpectandam,
dubiũ non eſt: ſed & vacante Imperio
(vtpote qui tunc Imperatoris loco
ſuccedit[x]) auctoritas eius in terris Imperij
ſufficiet[y]. Quid de populo, aut populi
Decurionibus, aut Senatoribus, num eorũ
auctoritate arrogationes fieri poterũt? Et
non poſſe Guiljelmus & Bartolus opinantur[z]:
contra Fulgoſius & Iaſon. Ipſe prio-

a Barto. nume. 16.
b l. quod ſi filius. ff. de capt. l. lex Cornelia. ff. de vulga. l. pen. ff. de vẽ. inſpicien.
c Iaſo. numo. 38.
d l. Cauſa cognita ff. de vulg.
e l. 1. & 2. ff. de caſtrẽ. pecul.
f Authẽt. vt lice. ma. & auia.
g l. hac autem. ſuprà. §. cũ autem. inſt. de adop.
h l. Peculium in pri. ff. de pecul.
i l. 1. §. ſi impuberi. ff. de collat. bono.
k l. ſi vniuerſa. C. de lega.
l l. 1. ſuprà.
m l. ſecunda ſuprà.
n l. 2. §. fin.
o §. ſed hodie. inſti. de adopt.
p l. 2. verſ. fin. ſuprà.
q l. ſi pater fa. in princ. ſuprà.
r l. In adoptionibus.
s l. ſi pater fa. §. in arrogationibus.
t l. ſecunda. ſuprà.
v l. 1. §. qua vero. ff. de offi. eius cui mand. eſt iuriſdict. Iaſ. hic. col. 1.
x c. licet ex ſuſcepto. de for. compe.
y Fab. in §. in adoptionibus. inſti. de adop.
z Bar. in l. non ambigitur. ſupra de legib. Iaſo. hic. col. 1.

rum opinionem in eo populo intellexe-
rim, qui ſuperiorem recognoſcit: poſterio
rum, in eo qui non recognoſcit. Nam &
11 lex Regia[a], Regis aut Principis terrę aucto
ritate arrogationem fieri debere, ait: neq;
ocioſum videri debeat id, quod de Princi-
12 pe adiecit. Sed quæ ratio differentiæ eſt?
Et (cæteris omiſsis) illa commodior affer-
tur, in adoptione magiſtratus cuiuſque au
ctoritatem ſufficere, quòd patris quoque
naturalis conſenſus accedat[b], de cuius con
ſilio lex multum confidit[c].
13 M O X.) Id eſt, poſtea: quæ expoſitio rece
ptior eſt[d].
D E C E D A T.) Sed quomodo portio
hæc, quę nondum agnita ab arrogato fuit,
contra iuris regulā[e], ad eius hæredes tran-
ſit? Et Bartolus dupliciter ſoluit. Primum,
14 tranſmittere in propoſito arrogatum ex
vi ſuitatis[f]. Vnde notandum eſt, arrogato
15 iura effectuſque ſuorū competere: quod
& antea Accurſius docuit[g]. Nec mirum
adeò eſt, ſiquidem arrogatus ſine diſtin-
ctione in poteſtatem arrogatoris tranſit.
Quinetiam & in ijs qui ab auo adoptātur
(vt pote qui in adoptantis poteſtatem trā
ſeant[h]) eadem ratio eſt. In adoptatis ab ex
traneo dubitatio maior, quòd hi poteſta-
ti adoptantis non ſubijciuntur, ſuitas pa-
16 tria poteſtate cenſeri ſoleat[i]. Dixi tamen
cum Baldo[k] & Aretino[l], his quoque & iu
17 ra ſuorum[m] & tranſmiſsionis ex vi ſuita-
tis competere: nec obſtare, quòd in pote-
18 ſtate non ſint. Nam & poſthumus[n], & mo
nachus[o] in poteſtate non ſunt, & tamen iu
19 ra ſuorum hæredum habent[p]. Adde quòd
& filius legitimatus ex potentia ſuitatis
tranſmittit: quod Baldus[q] notat. Secunda
Bartoli ſolutio eſt, regulam in ſucceſsione
procedere, filij arrogati ſucceſsionem nō
20 eſſe, ideſt (vt ego accipio) arrogatum, in
quarta hac, ſucceſſorem ſingularem, non
vniuerſalem dicendum[r]. Quibus conſe-
21 quens & hoc eſt, vt facilius ea tranſmittan
tur, quæ ipſo iure & titulo ſingulari, quàm
22 quæ ex hominis diſpoſitione & titulo vni
uerſali deferuntur. Sic enim & hæredita-
23 tis (quæ ſucceſsio in vniuerſum ius eſt[s])
dies, quo ad tranſmiſsionem, niſi à die adi
tæ hæreditatis non cedit[t]: legati vero (qui
titulus ſingularis eſt[v]) à teſtatoris morte[x].
24 Finge igitur, lege municipij cautum, vt
vxore in matrimonio præmortua, vir cer-

a l. 7. titu. 7. par. 4.
b l. in adoptionibus.
c l. Quidā cū filiū. ff. de hære. inſti.
d Iaſon. nume. 35.
e l. Vnica. § in nouiſſimo. C. de cadu. tol.
f l. apd hoſtes. C. de ſuis & legit. l. ſi fratris. C. de iu. delib.
g Glo. in l. 3. § aperturа. in gloſſ. mag. ad fi. ff. de ba. inſtit.
h § ſed hodie. inſti. de adoptio.
i § poſthumi. inſti. de exhæ. libe.
k Bal. in l. eā quā. col. 2. C. de fideic.
l Aret. in l. vetere. n. 10. ff. de acq. hæ.
m In prin. inſt. qb. mo. teſt. infir. l. cū in adoptiuis. § ſed ne articulum. verſ. pen. et § pen. C. de adoptio. vbi Bald.
n l. ſi. ff. de collat. bono.
o Gl. in l. ſi ex cauſa. § nunc videndū. in gl. cū ſtatum. ff. de mino.
p § Poſthumi. inſti. de hær. quæ ab inteſt. defe. l. deo nobis. § 1. C. de epiſ. & cleri.
q Bal. in d. l. eam quā. col. 1.

tam dotis partem lucretur: tum vxore prę
mortua, virum deinde diem ſuum obire,
antequam portionem ſibi delatam agno-
ſcat: num ad hæredes tranſmittet? Et tranſ
mittere per ſupra ſcripta, Bartolus[y] cen-
ſuit; quod omnes probant. Nam & ſic por 25
tio ei, qui ſe detulit, ipſo iure delata (agni-
ta licet non ſit) tranſit[z]. Ad quorum exem 26
plum, & lucrorum dimidia pars (quæ ma-
rito vxoríue conſtante matrimonio, ex le 27
ge[a] Regia communicatur) ad hæredes v-
triuſque, ſine agnitione, tranſmittetur.
H AE R E D E S quoque.) Etiam filios le- 28
gitimos, & naturales. Sed cum in arroga-
to, ſola ratio ciuilis: in legitimo & natura-
li duplex, ideſt, ciuilis & naturalis conſy-
derari poſsit: quid eſt quòd arrogatus, in
quartæ petitione, ac proinde ſucceſsione
patris, illi præfertur[b]? Et Iacobus ita diſſol
uit: vt duæ rationes tunc vnam vincant, cū 29
vtraq; ad id operatur, de quo quæſtio eſt:
in ſucceſsione hac, ciuilem tantum conſy-
derandam, quæ in legitimo & naturali, &
in arrogato æquè locum habeat. Nec mu- 30
tat quòd (vt Petrus obijcit) ratio natura-
lis, velut lex quædam tanta, filios vocet ad
ſucceſsionem parentum[c]: nam etſi maxi-
me verum id eſt: tamen ciuilis rationis in
ea ſucceſsione maius momentum eſt. Id
quod vel ex eo ſatis ſupérq; conſtat: quòd
filio naturali (in quo ſola ratio naturalis vi
get) debita in bonis patris portio non eſt:
neque is contra patris voluntatem ſucce- 31
dit[d]. Nec rurſus obſtat, quòd emancipa-
tus, patri ex teſtamento & ab inteſtato ſuc
ceſſor eſt: in quo ratio naturalis ſola (ciui- 32
lis enim patriæ poteſtatis per emancipa-
tionem ſublata eſt) conſideranda videri
poſsit. Reſpondet enim Bartolus rectiſsi-
me: cui aſſentior, in filiofamiliâs, dupli- 33
cem eſſe rationem ciuilem, patriæ pote-
ſtatis vnam: alteram, quòd legitimus eſt.
In emancipato verò remanere poſtremā
hanc legitimitatis: cuius virtute magis q̃
ratione naturali ſuccedit. Atque hæc qui-
dem Iacobi, & probabilior opinio eſt: vt
non temere Baldus quodam in loco dixe-
rit[e], ſucceſsiones omnes ex iure poſitiuo 34
eſſe. Cæterùm, & tentat Petrus in arroga-
to duas rationes, ideſt, ciuilem & natura- 35
lem perfictionem concurrere: quod Bar-
tolus reprehendit. Non eſt enim (inquit)
lex, quæ arrogatū, naturalem eſſe fingat[f].
Sed non

r l. Flumininū. § adijcitur. ff. de dā no infecto.
s l. hæreditas. ff. de regu. iuris.
t d. § in nouiſſimo.
v § legata vero. inſti. de lega.
x l. omnia. in prin. ff. de leg. 2.
y Bar. in 6. oppo. Iaſ. nu mi. 18.
z l. Edicto. § ad hæredes. ff. de iu. fiſc.
a l. 1. & 2. tit. 4. lib. 5. ordi.
b Authēt. de cōſan. & vteri. fratribus.
c l. cum ratio. ff. de bo. dam.
d Gl. ī l. 1. in gl. naturales. ff. de bo. poſſ. con. tab. Bald. in l. 1. ff. de inof. teſt. Iaſ. ī l. 1. col. 3. C. de bo. poſſ. con. tabu.
e Bal. in l. lege. C. de legi. hære.
f l. fideicōmiſſum. ff. de con. & demon. l. filio quē pater. ff. de lib. & poſthu.

36 Sed nō eſt omnino improbabilis (id quod
Signorellus quoque ſeutit[a]) Petri ſenten-
tia. Ecce enim in arrogato ciuilem ratio-
nem dari, ſecundum fictionem nemini ve
niet in dubium[b]. Sed & naturalis perfi-
ctionem in eo cōcurrit. Adoptionis enim
commento, agnationis iura, & aliquando
cognatiōis (quæ videlicet naturalia ſunt)
arrogatus conſequitur[c]. Niſi quòd Barto-
lus frequentiora reſpicit, ſecundum quæ
adoptione, aut arrogatione, non iura ſan-
guinis, id eſt, naturalia: ſed agnationis, id
eſt, ciuilia acquiruntur[d]. Vt paucis abſol-
uam, duo hic articuli incidunt. Primus, nũ
duæ rationes vnam vincant. Secũdus, ſuc-
ceſsioues ratione naturali, an ciuili potius
procedant. In priori, pro regola traditum
eſt, ab vna duas rationes vinci[e]: modò v-
traque circa id operetur, de quo quæſtio
eſt. Aliud enim eſt, ſi altera tantum opera
tur. Vnica etiam nonnunquam duplici æ-
quipollet, vt apparet in obligatione ciui-
li, quæ ex ſententia condemnatoria naſci-
tur: ea enim deterioris cōditionis non eſt,
quàm ciuilis & naturalis quæ ex mutuo[f].
Denique & vnica ratio duplici tunc præ-
fertor, cùm vnica qui ſe fundat, non lu-
crum, ſed debitum potius prætendit: ne-
que enim par ratio eſt[g]. Quo fit, vt arro-
gatus, in quartæ huius petitione (quæ de-
bita ipſi portio eſt) legitimis & naturali-
37 bus ſit anteponendus. In poſteriori arti-
culo, extraneorum ſucceſsiones, ex iure ci
uili magis quàm ex naturali eſſe, quis du-
38 bitet? Sed & in agnatis, idem dicendum:
quos lex naturæ, id eſt, coniunctionis na-
turalis (iure tamen ciuili præcipuè hoc o-
peranti) ſucceſſores facit[h]. Cognati cōtrà,
ratione naturali magis quàm ciuili ſucce-
dunt[i]. Quid igitur de ſucceſsione filio-
39 rum? Et conſtat matri ſuccedere, ratione
naturali, magis quàm ciuili[k]: patri verò, ci
uili magis quàm naturali. Sed quæ ratio
40 differentiæ eſt? Et ego arbitror (neque e-
nim alij conſiderant) quia patris certitu-
do, ex iure ciuili[l], matris, ex iure natura-
li[m] eſt, conſequens fuiſſe, vt in huius ſucceſ
ſione, ius naturale, in illius, ius ciuile ma-
ius momentũ attulerint. Quo fit, vt & ſuc
ceſsio cognatorum ex naturali æquita-
te procedat. licet iure ciuili deficiat[n]. Sa-
41 ne quod ad alimenta pertinet, iuri natu-
rali filiorum ſucceſsio attribuenda eſt, vt
quæ naturaliter viui parentes præſtant[o],
in his (natura etiam quodam modo in id
agente) mortui prouideant. Vnde non in- 42
ſcitè Baldos[p] alimenta ex iure naturali,
formali, & cauſali eſſe ait. Vt autē in pau-
ca colligam. Succeſsio omnis, ſiue ex te- 43
ſtamento, ſiue ab inteſtato, legitima regu
lariter eſt[q], id eſt, ex iure ciuili, quædam
iuſta, id eſt, ex ciuili & naturali iure: qua- 44
lis ea eſt, quæ ſanguinis, aut cognationis
iure defertur. Formulæ verò ſucceſsio- 45
nũ, omnes omnino ex iure poſitiuo ſunt[r]:
atque ita ipſe ſentio.
BONA adrogati.) Arrogato igitur, aut 46
eius hæredibus, arrogator, aut eius hære-
des reſtituent. Sed videndum hîc eſt, quo
iure, bona hæc impuberi reſtituantur: de-
inde, quomodo impuberis ipſius hæredi-
bus. Quod ad primum attinet. Si arroga-
tor impuberi, & eius hæredibus (quæ for-
mula probatiſsima eſt[s]) reſtituturũ ſe ca-
ueat, impubes actione natiua aget, quę ex 47
ſtipolatione deſcendit. Quod ſi hæredi-
bus impuberis (nec de impubere mentio
facta ſit) reſtituturum ſe caucrit (quæ for-
mula lege etiam probatur[t]) actionem vti
lem, ſiue datiuam impubes aduerſus arro
gatoris hæredes intendet: quæ vtilis, ex
ſuppletione, non ex fictione legis produ-
citur. Sed num ipſo iure bona recuperat? 48
Et de dominio dubium non eſt. Sola enim
arrogatione, morte arrogantis, dominiũ
horum bonorum, ipſo iure, in arrogatum
reuertitur: ſicut & facultas de eis diſpo-
nendi[v]. Quid de poſſeſsione? Et licet iure 49
veteri videri potuit non redire eam, niſi
apprehēſam: exemplo rerum dotalium[x],
& quia omnis omnino in arrogatorem
transferebatur: hodie tamen, noua appræ-
henſio neceſſaria non eſt. Cum enim in
his bonis pater vſumfructum tantum ha-
beat[y], huic proximum & illud eſt, vt na-
turaliter tantum poſſideat[z]: contra filius
ciuiliter, vt cuius proprietas eſt. Mortuo
itaque vſufructuario, facile eſt, vt poſſeſ- 50
ſio naturalis ciuili ipſo iure cōſolidetur[a]:
niſi fortè eiuſmodi res proponantur, quæ
vſu ipſo conſumuntur. Nam cùm in his, 51
proprietas ab vſufructu ſecerni nequeat[b],
poſsidere eas filius dici vix poteſt: ac pro-
inde noua traditione opus eſt. Quod per-
tinet ad ſecundum, rurſus duo tractanda
ſunt. Primum, an impubes hic hæredem

a Signore. hic. in l. oppoſi.
b §. adoptio inſt. de adoptio.
c l. Qui in adoptionē. infrà. l. tutelas. ff. de capit. dimi. l. hac parte. ff. vñ cogn.
d d. l. Qui in adoptionem.
e Authēt. de conſang. & vte. fra. in prin. c. 1. de tren. & pace.
f l. Iter ex. ff. de re iud.
g l. f. C. de codicil.
h l. fina. C. quo. bono.
i l. hac parte. ff. vnde cog.
k d. l. Hac parte.
l l. filiũ. ff. de his q ſui vel alie. iu. ſunt. l. Lucius. ff. de cō. & demon.
m l. & ſeruorum. l. cũ legitime. ff. de ſta. ho.
n d. l. Hac parte.
o l. 1. §. Ius naturale. ff. de iuſti. & iure.
p Bal. in l. fi. §. ipſum. C. de bo. quæ libe.
q l. lege obuenire. ff. de verb. ſigni.
r Bal. in d. l. lege.
s l. bis verbis. l. nec ei. §. eorum. ff. de adop.
t l. non aliter. ſuprà. §. cum autem inſt. de adop.
v l. qui ex liberis. §. teſtamēto. ff. de bon. poſſ. ſecun. tabu.
x l. Dotis. C. ſol. matr.
y Inſtit. de acq. per arroga.
z l. naturaliter in pri. ff. de acqui. poſſ.
a l. clā poſſidetr. §. fin. cum l. ſeq. ff. de acqui. poſſ.
b l. ſi tibi. 2. ff. de vſuf. ea. re. q̄ vſu. conſu.

habere poſsit? Deinde quo iure bona ar-
52 rogati is petat? Et quidē ab inteſtato enm
hæredem habere poſſe, dubium non eſt.
53 An & ex teſtamēto? Et ex ſno (vtpote qui
54 impubes eſt) non habebit: ſed & neqne ex
arrogatoris teſtamento. Ille enim, niſi ad
quartam ſolam, arrogato non ſubſtituit.
55 De teſtamento ergo patris legitimi & na-
turalis tota dubitatio eſt. Et neque ex eo
poſſe impuberi ſuccedere hæredem, argu
menrum non leue eſt, quòd ſubſtitutio pn
pillaris, à patre vero facta, per arrogatio-
nem extincta eſt[a]. Sed Accurſius, Barto-
lus, & cæteri ita nodum diſſoluunr, vt ſub-
ſtitutum hunc pupillarem mero iuris ci-
uilis rigore excludi arbitrentnr: ſecūdum
Prætoris æquitatem admittant. Vt enim
(inquinnt) arrogatoris morte, ſui iuris ar-
56 rogatus efficitur: ſic ſubſtitutio pupillaris,
à patre legitimo & narurali facta reconua
57 leſcit. Eritque hic caſus, in quo (ſicut &
alijs non[b] paucis) bonorum poſſeſsiones
neceſſariæ videntur. Sed quid eſt, quòd a-
58 libi nouo iudicio opus eſt, vt teſtamētnm
recōualeſcat[c]? Planè (inquit) ſi ſui iuris
effectus, codicillis aut alijs literis, eodem
teſtamento ſe mori velle declarauerit: vo
luntas quæ defecerat, recenti iudicio re-
dijſſe intelligitur. Fuere igitur qui reſpon
deant, noua voluntate opus eſſe, in eo qui
velle, nnlleque poſsit: aliud ſi velle, aut
nolle, non habeat: qualis impubes eſt[d].
Nam & in furioſo idem videmus: cuius re
cens iudicium non ſpectamus. Verum hęc
59 diſsimilia ſunt. Furioſus enim caſu arro-
60 gatus, facto ſuo (quia ſcilicet arrogandum
ſe præbuit) redditur inreſtabılıs[e]. Sic etſi
faciat quis legitime teſtamentum, deinde
idem mortis tempore vſurarius ſit mani-
feſtus[f], corruet teſtamentum. Facto enim
ſuo ſine delicto, conditio ipſius, de aliqua
in nullam murata eſt: quod eleganter Bal-
dus[g] animaduertit. Alij, ſingulare ins in
pupillari hac ſubſtitutione arbitrantur:
61 qnia arrogatio patriam poteſtatem in to-
tum minime abſorbet: id eſt, non ita ad ſe
traxit prorſus, vt arrogationis iure poſtea
ceſſante, ſubſtitutio pupillaris (cuius fun-
damentum eſt patria veri patris poteſtas)
facile non reconualeſcat. Alij, rationem
62 differenriæ eſſe aiunt: quòd pubes, facto
ſuo, reuocaſſe videtur teſtamentum, cnm
ſe dedit arrogandum: idenque noua eius
requiritur voluntas. At impubes non ſo-
lo ſuo facto, ſed patris quoque. Vnde eſt,
vt ſubſtirurio ei à patre facta, ipſo iure re-
conualeſcat. Mihi tres hæ ſolutiones iun-
gendæ videntur. Sed & adieci non inſub- 63
rıliter, fruſtra impnberis recens indicium
expectandum, qui neque ipſe ſubſtitutio-
nem fecerit, neque nunc teſtamenti factio
nem habeat. Soluto itaque arrogationis
iure, ſubſtitutio pupillaris ipſo iure reui- 64
uiſcit: ita vt ſubſtituto bonorum poſſeſ-
ſio competat, qui iure ciuili defectns eſt.
Atque hæc Bartoli opinio (obſcure quan-
libet & cōfuſe loquentis) communis eſt[h].
Sic etſi pubes (qui venientes ab inteſtato 65
hæredes inſtituit) arrogādum ſe præbeat,
teſtamentum irritum fit: arrogationeque
ceſſante, teſtamentum conualeſcit: hære-
desque inſtituti bonorum poſſeſsionem
agnoſcēt[i]. Et generaliter inſtitutum eſt,
vt ſi cuius teſtamentum, capitis diminu- 66
tione irritum fiat: id, ſi poſtmodum ciuis
Romanus factus moriatur, reconualeſcat.
Nec diſsimile eſt (etſi omnino ſimile dici
non poſsit) quòd aliquo caſu, ab initio te- 67
ſtamentum non valet, qnod ramen poſtea
validum eſt[k]. Sed quo iure ſubſtitutus a- 68
get? Et bonorum poſſeſsionem ei compe-
rere ad ſucceſsionem, dubium non eſt: a-
ctio tamen ei dabitur ex iure cinili, vtpo-
te cui, ex ſtipulatione vera vel præſumpta
competat[l]. Qualis enim actio teſtatori (id
eſt, pupillo ipſi, cui cautiōe prouiſum eſt)
competeret: talis & ſucceſſori (ideſt ſubſti
tuto eius pupillari) danda eſt[m].
ET PRAETEREA.) Quid ſi arroga- 69
tum arrogator in vniuerſum inſtituat, &
roget vt alij reſtituat: an duas quartas fi-
lins detrahet: quartam ex conſtitutione
Diui Pij, & alteram ex S. C. Trebelliano?
Et non deducturum, Bartoli ſentētia eſt[n].
Quid, ſi filius inſtitutus ſit legitimus & na 70
turalis? Et (varie licet in hoc dicatur) cre-
brior opinio eſt[o], vt diſtinguamus pure,
an ſub conditione rogatus ſit. Ille vnam
rantum, hic duas detrahet. Cuius opinio 71
nis fortiſsimum argumentum eſt, quòd
aliud dicentibus, iure Pōtificio[p], iura om-
nia ciuilia corrigentur. Fiet autem detra-
ctio ſic, vt ſtatim legitima (vtpote quæ
grauamen minime admittit) ac deinde
conditione aduenienre, Trebelliani. S. C.
quarta detrahatur[q]: quæ opinio commu-
nis eſt.

a l. Necei. §. eorum. ſu prà.

b l. certum. C. vnde legi. Ang. in prin. inſt. de exha. libe.

c l. Qui ex liberis. §. teſtamēto. ff. de bon. poſſ. secū. tab.

d l. 1. C. de fal. mone.

e Glo. in l. 1. §. Exigit. ff. de bona. poſſ. secund. tab. Bar. ī l. 2. ff. d teſta.

f ca. quanquā. d vſu. libr. 6.

g Bal. in l. Gallus. §. etiā ſi à parēte. col. 2. ff. d libe. & poſthu.

h Iaſ. nume. 37.

i l. poſthumus. verſi. idem & circa. ff. d inoſ. teſta.

k l. qui ſol uendo non erat duos. ff. de ha. inſti.

l l. 2. cū gl. ff. de bono. poſſ. ha. pe tab. 3. cū gl. ff. d peti. ha. Dyn°. in §. ſed iſta. col. fina. inſt. de actio.

m l. qui in aliena. §. interdum. ff. d acq. her.

n Bar. hic. nu. 26. arg. l. Papinian. §. ſi quis impubes. ff. de inof. teſt.

o Bar. in l. 1. §. interdū. ff. ſi cui pluſ quam per. l. fal. Alex. ī l. ī ratiōe. 1. §. quod vulgo. nu. 11. ff. ad l. fal. Iaſ. in l. cohære di. §. cum filia. col. 3. de vulg. Sociā l. 1. col. pen. C. de pact.

p c. Raynūtius. c. Raynaldus. d te ſta.

q l. filium. C. fami. her ciſcunda.

a Socin in 1.volu.conſil.33.nume.14.Deci.conſil.55.nume.8.
b l.Iubemus.in princip.C.ad Trebellianum.
c Angel.& Corne.in l.Quanquam.C.ad legem Falcidiam.
d Bald.in l.Si à milite.§.2.ff.de mili.teſta.
e Alexand.in l.Coharedi.§.cum filia.ff.de vulga.

r Signorellus.hic.numero.20.
s Gloſ.in authen.de hære.& Falcid.§.1.in glo.liberos.Guiliel.hic.
t Bartolus hic,in quarta oppoſitione.
v l.cum quæritur.C.de inofficioſo teſtamento.
x Gloſ.hic in ver.quartam.gloſ.in.§.tum autem.inſtit.de adoptionibus.

nis eſt[a]. Et legitima quidẽ de vniuerſo de
tracta, de reliquo. xij. vnciæ fient: & Tre-
belliani quartam filius deducens dodran-
tem reſtituet[b]: quo iure omnes vti, Ange-
72 lus & Corneus teſtantur[c]. Sed nunquid ea
dem quartarum detractio locum habebit
in aſcendentibus? Et non habere Baldus
exiſtimat[d]: quem Alexander[e], & Iaſon ſæ
piſsime ſequuti ſunt: hiſque etiam Bertrã
dus, Cattellianus, & Picus accedunt. Neq;
deſunt, qui communem opinionem affir-
ment[f]. Contrà Angelus, Cumanusq; ſen-
73 tiunt: quam opinionem frequentiores ſe-
quuti ſunt[g]: eadẽq; & lege quoq; Regia[h]
74 quodãmodo approbaĩ, qua aſcẽdẽtes & de
ſcẽdẽtes in propoſito æquiparari videnĩ.
Non detrahet tamen filius ſub conditiõe
75 rogatus duas quartas, ſi in re certa inſtitu-
tus eique cohæres datus ſit: vt Baldus re-
ſpondit[i], & cæteri approbant[k]. Vt enim
Trebelliano. S.C. ſit locus, rogari vt hære-
dem oportet[l]. Inſtitutus in re certa, cui co
hæres datus ſit, legatarij, non hæredis lo-
co eſt[m]. Nõ detrahet, etiam ſi pater (quod
76 poteſt[n]) hoc iubeat, vt in legitimam impu
tet eam quartam, quæ ex. S. C. Trebellia-
no defertur, quæ Baldi[o], & pluriũ opinio
eſt[p]. Nõ detrahet filius arrogatus[q], aucto
re hîc Bartolo. Sed ego in hoc, Cyno, Si-
gnorelloque[r] magis accedo: qui inter arro
gatum, & legitimum & naturalem, diffe-
rentiam nullam eſſe ſentiunt. Nam quæ
Bartolus adducit, in eo filio intelligi poſ-
ſunt, qui ſub conditione inſtitutus non
ſit.
77 QVARTAM partem.) Hæc legitima
arrogati eſt. Quærique ſolet, ſitne quarta
omnium bonorum: an eius partis, quã ha-
biturus abinteſtato eſt? Et omnium bono-
rum eſſe, Accurſius[s], Guilielmusque tradi
derunt. Neque Bartolus expreſsim diſſen
tit[t]. Contrà, quartam eſſe eius partis, quã
habiturus abinteſtato eſſet (vt in filio legi
timo & naturali[v]) Accurſius idem[x], & hîc,
& alibi affirmat: quam opinionem frequẽ
tiores omnes approbant[y]. Non enim natu
ralium quàm accidẽtalium ſiue ciuilium
filiorum melior cauſa eſſe debuit[z]. Mihi
probabilior priorum ſententia viſa ſem- 78
per eſt: tũ quòd leges ſimpliciter de quar-
ta loquuntur[a]: tum etiam quòd in arroga-
to non ita liquere poſsit, quæ pars illa eſt,
quam habiturus ab inteſtato eſſet. Verum
communem ſentẽtiam qui tenent, ita mo
derantur, vt olim eadem eſſet quantitas
portionis legitimi & naturalis, & arroga-
ti: hodie verò illius quidem aucta ſit, hu- 79
ius non aucta: quæ etiam Accurſij[b], & om-
nium[c] opinio eſt[d]. Vt igitur filio legitimo
& naturali quarta bonorũ patris olim de-
bebatur (quæ tamen portio aucta poſtea 80
eſt[e]) ſic arrogato & olim & hodie quarta
pars bonorum arrogatoris debita. Viden-
dumque eſt, an in aliquo hæc, quàm illa le
gitimi & naturalis, fauorabilior dici poſ-
ſit. Et quidam fauorabiliorẽ contendunt:
quòd filio legitimo & naturali, ſicut patri
(vt exiſtimant) Fauiana, & Caluiſiana nõ
competant[f]: quæ tamen arrogato dãtur[g].
Sed Bartolus[h] (cuius & crebrior opinio
eſt) æquè filio legitimo & naturali, vt & ar 81
rogato, reuocatorias has actiones dari, ma 82
gis probat. Nam & Baldus[i] dandas filijs 83
exiſtimauit, ad ea reuocanda, quę pater in
ludo illicito amiſiſſet: ita, vt ipſi legitima
portione fraudarentur. Patrono[k] igitur fi 84
lio arrogato[l], legitimo[m] & naturali reuo
catoriæ actiones cũ dentur: quid eſt, quòd
patri non dantur[n]? Et reſpondent, quia in 85
multis ſucceſsio parentum deterioris cõ-
ditionis eſt, quàm liberorum: quod in te- 86
ſtamenti factione, collationibus, detractio
ne quartarum, hæreditatis reſtitutione, &
alijs, abunde notatum eſt[o]. Dicebam ratio
nem hanc patris & filij reſpectu probari
poſſe, tum etiam patris patronique reſpe-
ctu, à Iuriſconſulto redditã[p]: quia iniquũ
eſt, ingenuis hominibus non eſſe liberam
rerum ſuarum alienationem.
NON admitti ſubſtitutionem.) Quid, ſi
huic filio & pater verus ſubſtitutum pu- 87
pillarem daret, & alterum arrogator? Et

f Coraſ.in l.Filium.nume.44.C.famil.herciſcunda.
g Crot.ĩ l.reconiũcti.nu.177.de lega.3.Aymon.conſil.110.
h l.1.tit.11.par.6.
i Bal.in l.filium.col.8.C.famil.herciſcũda.
k Iaſ.ĩ d.l.Filium.colum.5.& ĩ authen.res quæ.colũ.2.C.commun.deleg. Pic.ĩ l.in quartã.nu.21.ff.ad legem Falcidiam.
l l.lex Falcidia.§.Nũquam.ff.ad legem Falcidiam.l.Mulier.§.Vt trebelliano.ff.ad Trebellianum.
m l.Quotiens.C.de hær.inſt.
n l.ſi debitor.ff.ad legem Falci.vbi lex.
o Bal.in l.Quoniam ĩ priorib.ad finem.C.de inoffi.teſtamen.*
p Imo.in l.Lucius.§.Maritus.ff.ad Trebel.Iaſ.in l.Filium.nume.11.C.familia herciſcunda.pic.in l.in quartam.nu.101.ff.ad legem Falcidiam.
q l.Papinianus.§.ſi quis impubes.ff.de inoff.teſt.Bar.hic.nu.25.

y Iaſ.hic.nu.55.
z l.qui habet.ff.de cu tel.auth.de conſan.& ver.frat.in prin.
a Hic.& d.§.cum autem.l.Papinianus.§.ſi quis impubes.ff.de inoffi.teſta.l.ſi.ff.ſi quid in fran.patro.
b Gl.in.§.1.in glo.obſeruãdo.in auth.de triẽ.& ſemi.
c Iaſo.hic.nu.53.
d l.Papinianus.§.Quoniam autẽ.ff.de inoffi.teſta.
e Authẽ.Nouiſsima.C.de inoffi.teſta.
f l.non vſque adeo.ff.ſi à parent.quis ſue.manu.
g l.ſin.ff.ſi quid ĩ frau.patro.
h Bar.ĩ d.l.non vſque & hic in §.oppoſi.
i Bal.in l.1.ad fin.C.ſi quid ĩ frau.patro.
k Rubri.ſi quid ĩ frau.patr.
l l.ſin.ff.ſi quid ĩ frau.patro.
m Bar.ĩ d.l.nõ vſque.
n d.l.nõ vſq. o Alex.in l.ĩ rõne.§.quod vulgo.n.11.ff.ad l.Fal.Soci.ĩ l.cũ auus.col.3.ff.de cõd.& demõ.Iaſ.ĩ l.filiũ.n.9.C.fa.hde. p d.l.nõ vſq.

a Signerellus.numero.13.Iaſ.numero.39.
b l.Hæreditate.§.Filius.ff.de caſtren.pecu.
c l.In albo.C.de decu.libr.10.l.1.C.de Cupreſſ.libr.11.
d l.Ratas.C.de reſcind.vend.l.Vulgo.ſuprà de ſtatu hominum.
e l.Si pater.ff.de hæredibus inſtituendis.

cum in hoc articulo varia & confuſiſsima
quædã Bartolus infarciat: Petri receptior
opinio eſt[a]: vt vterque iure directo ſucce-
dat: hic in quarta Diui Pij, ille in cæteris
filij arrogati bonis, quæ ad arrogatorẽ per
uenerant. Neque obſtat iuris regula[b]. Illa
enim procedit, vbi vnus & idẽ teſtator eſt:
88 hic (fictione ſaltem) duo ſunt. Vt enim im-
pubes duos patres habet, ſic duorum filio
89 rum vicem iuris fictiõe præſtat[c]. Nam &
geminationis illius inconuenienti poſito,
alia quoque ſequuntur[d]. Et propter repu-
90 gnantiam in perplexis iuriſperitorum re-
gulæ fallunt[e]. Sic & miles duos hæredes
91 habere poteſt[f]: & aliqnãdo ſeruus duplex
92 peculiũ habere fingitur[g]. Quid ſi cum ve-
rus pater ſubſtitutum nullum dediſſet, ar-
rogator det? Et cõmunis etiam opinio ſic
ſe habet: vt arrogatoris quarta iure ſubſti-
93 tutionis, ſubſtituto, venientibus abinteſta
to reliqua impuberis bona directa hæredi
94 tatis petitione debeant. Nec rurſus in hac
ſpecie obſtat, quòd teſtatus inteſtatuſque
idem homo decedat, contra iuris regulã[h]:
id enim ſupra ſcriptę rationes hic quoque
operantur. Atque hæc cõia ſunt, quæ Bar-
tolus ad varias quæſtiones induxit. Pone
95 Salmanticæ legẽ municipalẽ eſſe, vt in te-
ſtamentis ſeptẽ teſtes interueniãt: Pinciæ
aliam, vt decem interſint. Salmanticæ Ti-
tius condidit teſtamentũ corã ſeptem: hæ
res petit defuncti bona, quæ Pinciæ ſunt.
Quæritur habiturúſne iure ſit, an potius
exceptio illi obſtet, ſi decẽ teſtes nõ inter
fuerit? Et obſtare Bartol[o] hic inclinat: quẽ
96 leniora quædã mouẽt. Sed approbata ma-
gis eiuſdem alio in loco[i] ſententia eſt, exi
ſtimantis, hæredem omnia teſtatoris bo-
97 na iure petiturum. Pone, reo datã dilatio-
nem, eúmq; (cum actor quoque probare
vellet) dilationi renunciaſſe: an actoris ni-
hilominus probatio ſit admittẽda? Et ad-
mittendã aiunt[k]: quia legis prouidẽtia ius
acquiſierit: tum etiã eius exemplo, cui edi
ctũ cõmiſſum eſt[l]. Agit em̃ ille, etſi maxi-
98 mè prætetitus eſſet. Finge reo dari quadri
meſtre tẽpus[m]: legaléne an iudiciale tẽpus
dicem[o]? Et magis eſt[n], vt legale dicã. Sicut

f l.quærebatur.ff. de teſta.mili.
g l.hinc q̃ritur.§.pen.ff.de peculio.
h l.ius noſtrum.ff.de regulis iuris.
i Bart.in l.1.vbi Iaſ.n.93.& num.96.C.de ſum ma trin.& fide cathol. Iaſ.hic.numer.40.
K Iaſo.nume.55.
l l.Si poſt mortem.§.fi.ff.de bon.poſſe.contra tabu.
m l.fi.C.de vſu.rei iud.
n Iaſo.nume.58.
o l.4.§.fi.ff.de re iud.
p l. Sed ſi plures.§.ad ſubſtitutos.ff. de vulga.
q l. Sed ſi plures.§.in arrogato.
r l.prima.§.Si ex fundo.ff.de hæredib.inſtituen.
s l.Cohæredi.§.ſi.ff.de vulg.
t l.Cogi.§.Generaliter §.Sed etſi miles.ff.ad Trebellianũ Imo.in l.prima.§.Si ex fundo.numero.19.ff.de hæredib.inſtit.

v Authent.vt cum de appella.cogn.verſi.Cæterum.
x l.ſi filiusfami.ſubſtituatur.ff.de hæredibus inſtituendis.
y Gloſ.in l.ſi quis priore.in gloſ.certis.ff.ad Trebellianum.gloſ.in l.denique.§.ſed vtrum.in gloſ.patrimonium.ff.de minoribus.
z Bart.in l.ex facto.colum.2.ff.de hæredibus inſtituendis.

enim arrogator in quarta hac præſtanda 99
merus executor: ſic iudex in eiuſmodi in-
ducijs nudus quidam miniſter eſt[o]. 100
AD quartam.) ſubſtitutio arrogato facta,
ad quartam ſolam extenditur. ea quæ filio 101
legitimo & naturali, ad bona pupilli[p]. Sed
& hæc quæ arrogato fit, in omnibus arro- 102
gatoris bonis, vel quæ eius principali con
templatione deferuntur, valebit[q]. Sed an
nõ ſubſtitutio pupillaris, vulgaris, & quęli 103
bet alia directa (ſicut & inſtitutio[r]) ſi in re
certa fiant, ad vniuerſum trahũtur[s]? Et rñ-
di ipſe, verũ id eſſe, prætérquã ſi ſubſtituẽ-
tis poteſtas (qđ in arrogatore eſt) lege co-
arctata ſit. Fideicõmiſſaria quidẽ ſubſtitu- 104
tio facta in re certa, ad vniuerſum non tra
hitur[t]. Quibus & illud cõuenit, vt filio le- 105
gitima titulo inſtitutionis in re certa[v], aut
etiã ſubſtitutiõis in re certa[x] relinqui poſ-
ſit: etiã ſi ei datus cohæres ſit: quæ Accur- 106
ſij[y], Bartoli[z], & cõis omniũ ſnĩa eſt[a]. Inſti-
tutus em̃ in tota portiõe is videri debet, q
in re certa inſtitut' eſt: vt videri poſsit ius 107
agẽdi ad ſupplementũ non valde neceſſa-
riũ[b], cùm inſtitutiõis titulo res certa filio
relinquitur. Sed quo iure quartã impubes 108
petet? Et ſi arrogator ei non relinquat, cõ-
dictione ex lege: ſi relinquat per actionẽ
ex teſtamẽto[c]: quæ cõis opinio eſt[d]. Neq; 109
relicti huius validitati obſtat, ꝙ creditor
debitori non legat[e], niſi quid creditoris in
terſit. Et em̃ in vero creditore, non in qua
ſi creditore (cuiuſmodi filius eſt in legiti- 110
ma) intelligendum hoc eſt[f]. Debitor verò
pater in hoc, non vt ad factum relinquẽdi
quartã teneatur, ſed vt quartæ debitor ſit. 111
Siue itaque teſtamentum faciat, ſiue inte-
ſtat[o] deceſſerit, quarta hæc filio debita eſt.
Sed & præuenire pater poterit, & viuus fi- 112
lio aſsignabit[g]. Sic enim & verus pater aſ-
ſignat: ita tamen, vt ſi filius aſsignatã dila-
pidet, de cætero pater non teneatur[h]: præ-
terquã vt eũ alat[i]. Eò amplius & neq; alet,
ſi fili[o] dolo, aut lata culpa ſua perdiderit[k]. 113
Nã etſi maxime alimenta iure naturæ de-
beant: at natura quoq; æquũ id ẽ ne iterũ fi 114
lio ꝑdito aut luxurioſo aſsignent. Sed quo
iure q̃rtã petet hęres impuberis? Et cõſtat 115
eo iure

a Pet. in l.in quartam numero.60.ff.ad legem Falcid. Fabi. in authe. nouiſsima. numer.159.C.de inoff. teſta.
b l.Omnimodo.ĩ pri.C.de inoff. teſta.
c l. prima.§.ſi impube ri.ff.de colla.bone.
d Iaſo.hic.nu.51.
e l.ſi credi tori.de leg. primo.
f Gl.in l.3.C.de iu.& fac.ignorã. Areti.in l.Titia q̃ ex alio in prin.num.3.ff.de verb.oblig. Socin.in l.1.nu.32.ff.de vulga.
g l.cũ que de peculio.§.finali.ff.ad legẽ Falcidiam.
h Bald.in l.prima.§.ius naturale.ff.de inſti tia & iure.
i Bald.in authentica contrà roga tus.C.ad trebellianũ.
K Specula.in titul.qui filij ſint legi.§.primo.verſicu.ſed pone.

eo iure petiturum, quo defunctus potuit.
SOLAM.) Sed cum in legitima fieri per
116 miſſum ſit, habeatq; ea portio ius accre-
ſcendi: an non veluti per quandam conſe-
quētiam, fiet in vniuerſo? Et Doctores iu-
ri accreſcēdi hîc locum non eſſe affirmāt:
117 tum, quòd patrimonia diuerſa ſunt[a]: tum
118 quòd patres diuerſi[b]. Sed ſi iuri accreſcen
119 di locus non eſt, an non pupillus hic pro
120 parte, id eſt, pro quarta hac teſtatus: pro
parte, id eſt, pro cæteris bonis inteſtatus
decedet, contra iuris regulas[c]? Et hoc Bar
tolus & omnes admittunt. Quāuis enim
re vera vnus homo ſit, ſuſtinet tamen vi-
cem duorū. Vtq; patres duo ſunt naturalis
& arrogator: ſic vnicꝰ filius qui eſt, duorū
loco cēſebitur[d]. Poteſt ergo Paganus, hoc
caſu, decedere pro parte teſtatus, pro par-
te inteſtatus. Quod vero dictū eſt, in legiti
ma locū eſſe regulariter iuri accreſcendi,
duobus modis (neq; enim Bartolꝰ aut alij
121 declarant) intelligi poteſt. Primum vt filij
repudiātis portio legitima adeunti accre-
ſcat, & contrà[e]: q̄ oīm omnino opinio eſt[f].
122 Itē vt legitimā acceptare (cęteris patris bo
nis repudiatis) nō poſſit, neq; contrà, Bar-
123 toli[g] & omniū conſenſu[h]. Vtroq; em̄ hoc
reſpectu, legitima (quæ alioqui quota bo-
norū dicitur) quota hæreditatis eſt.
124 EX bonis eius.) Sed ſi quartā hāc filius ar
rogatus, non iudicio patris, ſed principali
ꝓuidentia cōſecutus eſt: vt paulopoſt ſub-
dit, quid eſt, q̄ in ea pater ſubſtituit, in qua
nō honorat[i]? Et reſpōdet Bartolus, cui &
125 cæteri accedūt, grauare eum nos minime
poſſe, quē nō honoramus: prouidere nos
ei poſſe: quod per ſubſtitutionē hanc pu-
126 pillarē cōtingit. Sed cum in bonis filij ad-
uentitijs ſubſtituere pater arrogator non
poſſit, quid eſt, q̄ in quarta hac (q̄ arroga
ti propriū patrimoniū eſt) ſubſtituit? Et re
127 ſpōdet idem Bartolus, à quo nemo diſſen-
tit, in vita patris non eſſe hāc quartam fi-
lij patrimoniū: quin potius patri, dum vi-
uit, ius eſſe de ea & diſponēdi & teſtandi,
128 dum'ne filiū grauet. Sic enim & filij legiti
mi & naturalis, viuo patre pręmatura ſpes
129 eſt[k]: niſi vt ali ſe petat[l], aut niſi pater dila
pidator ſit: poterit enim filius eum cogere
vt viuus aliquid ſibi pro legitima aſſi-
gnet[m]. Quod ad cætera attinet ea portio
viuo patre, filijs (vt communiter conclu-
dunt[n]) neque re, neq; ſpe debita eſt: quic-
quid Accurſius malè non ſemel ſentiat.
VSQVE ad pubertatem.) Vt arrogato,
ſic & legitimo & naturali ſubſtitutio pu- 130
pillaris in legitima fieri poteſt[o]: prouiſio
em̄ filij nō onus eſt[p]. Sed & vulgaris fit[q]. 131
nam etſi ea ſubſtitutio prouiſio non eſt: at 132
ſaltim neque onus[r]. Quinetiam & dire-
ctæ omnes ſubſtitutiōes, ſiue expreſſæ, ſi- 133
ue tacitæ in legitima fieri poſſunt.[s] Sed ſi 134
vulgaris expreſſa aut tacita in legitima fit
an non ſuitas tollitur? Et fatēdum eſt[t], ex- 135
preſſa datiōe ſubſtituti vulgaris, tolli ſui-
tatem: non æquè ſi tacita ſubſtitutio fit[v]. 136
Quibus conſequens & illud eſt (quod o-
mnes fatētur[x]) datione vulgaris expreſſæ 137
tolli effectū trāſmiſſionis ex potētia ſui- 138
tatis: q̄uis trāſmiſſiones, virtute iuris deli-
berādi & ex potētia ſanguinis (oīm cōſen 139
ſu[y]) nequaq̄ tollant. Neq; idē in tacita vul
gari eſt, quæ effectū trāſmiſſionis minime 140
impediet. operat̄ em̄ in ꝓpoſito hoc minꝰ
(ſicut & alibi ſæpe) id quod tacitū eſt[z]. Sic 141
pupillaris expreſſa matrē excludit[a]: taci- 142
ta vero nō ęquè[b]. Sic fortior eſt expreſſa 143
prohibitio alienationis, q̄ tacita[c]. Sic effi- 144
cacior expreſſa[d] derogatio voluntatatis
defuncti, q̄ tacita[e]: & ſi qua ſimilia ſunt.
Quodq; huic ſimilimū eſt: ſic datio cohæ
redis extranei (quæ tacita quadā ſubſtitu- 145
tiōe. i. iure accreſcēdi nititur[f]) trāſmiſſio-
nem ex vi ſuitatis non tollit[g]: quæ etiam 146
opinio vera & cōis eſt[h]. ſed ſi exp̄ſſa vul- 147
garis in legitima fieri pōt, & tranſmiſſio-
nem ex potentia ſuitatis impedit, an non
grauamen hoc eſt, quod de legitima ho-
die omne omnino reijcitur[i]? Et reijci de-
bere, quatenus tranſmiſſionē impediat,
Iacobus, Bartolus, & Alexander tenent[k]:
contrà Baldus, Aretinus, & Iaſon,[l]
quos magis ſequor. Cum enim vt ſub-
ſtitutio vulgaris fieri in legitima poſ- 148
ſit: vtque[m] per dationem ſubſtitu-
ti vulgaris tollatur ſuitas, iura commu-

a l. ſi certarum. ff. de teſta. mili. b l. ſi quis ſub conditione. ff. q b. mod. vſuf. amitt. c l. ius noſtrum. ff. de regu. iu. l. ſi ego. ff. de inſt. rup. d l. 1. C. de impreſ. lib. 12. Bald. hic in. 5. opp. e l. ſi propo nas. § fi. ff. de inof. teſta. l. fine. §. ex duobus. ff. de iur. pat. f Iaſ. in l. re coniuncti. nu. 2 46. de leg. 3. Ripa. nu. 211. g Bar. in l. gerit. num. 22. ff. de acqui. hære. h Alex. in l. hæres inſtituta. C. de impub. & ali. Alex. in l. quia poterat. nu 12. ff. ad trebe. i l. ab eo. C de fideic. k l. 1. §. ſi impuberi. ff de colla. bo. l l. ſi. ff. de libe. agnoſ. m Bald. in l. 2. C. ſi qd ī fran. pat. Alexan. in l. imperator col. antepe. ff. ad trebe. n Pic. in l. in quartam nu. 66. ff. ad leg. falci. fa bi. ī auth. nouiſſima. num. 56. de inof. teſta. o l. ex tribus. C. de inoffic. teſtament. p l. moribꝰ in princ. l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos. ff. de vulg. q l. ſi poſth inſ. §. quod vulgo. l. ſi ſi lius hæres. ff. de libe. & poſthum. r l. 3. C. de hær. inſti. s Bart. hic nume. 11. t l. ſi filius. hæres. ff. de libe. et poſthum. v l. ſi filius qui patri. ff. de vulg. x Alex. et Iaſ. in l. ſi qs filiū. §. 1. ff. de acq. hære. Soci. in l. 1. nu. 18. ff. de vulg. y Gl. in l. 3. ff. de acq. hære. Cor. in l. cū antiquioribus. C. de in. deli. Bar. & doc. in d. l. in prin. in 4. q̄ōn. princ. ff. de vulg. z l. cū ex filio. §. ſi. ff. de vulg. a c. ſi pater de teſt. li. 6. b l. ſi. C. de inſti. et ſubſt. c l. cū pater §. libertis. 1 glo. 2. ff. de lega. 2. Alex. in. 1. volu. conſi. 23. d l. ſi quis in princ. ff. de lega. 3. e l. ſi. ī prin. ff. de lega. 2. Bal. in l. ſi filiū. col. 7. C. famil. herc. Iaſ. in l. moribus. n. 42. ff. de vulg. f l. ſi titio. §. iulianus. ff. de leg. 2. l. ſi teſtamēto. ff. de vul. g l. ſi fratris C. in. deli. h Cor. 3. d. l. ſi fratris col. 4. Are. in l. ſi filius hæres. col. 5. ff. de libe. et poſthum. i l. quoniā in prioribus. C. de inof. teſta. k Bart. hic. nu. 10. Alex. in. d. l. ſi filius hæres. l Bal. hic ī. 6. opp. Iaſ. in d. l. ſi filius hæres. nu. 60. m l. ſi poſthumus. §. quod vulgo. l. ſi filius hæres. ff. de liber. & poſthum. l. papin. §. quarta. ff. de inoffic. teſtament.

nia ſint: grauamina dici nõ poſſunt[a]. Neq;
149 grauat pater filium cũ iure permiſſo vti-
tur[b]. Adde, quod ſuitatẽ ſcindi ita, vt par-
tim ſuus partim non ſuus idem iudicetur,
150 contra iuris regulam eſt[c]. Et quãquã ano-
mala ſimilia nõ pauca inueniantur, tutius
tamen & naturæ, iurique propius hoc eſt,
vt euitentur[d]. Poſtremò, cum ſit ſuitas ius
151 incorporale, ſimplex in dubio dicendum
152 eſt[e]. Sed quid ſi filio adiecta ſit in legitima
conditio, ſi volet, an impediatur tranſmiſ-
ſionis effectus ex potẽtia ſuitatis? Baldus,
Angelus, Imola[f] & Hiſpani recentiores[g]
tractant: neque ſatis tamen explicant. E-
go dicere ſuperſedeo, ne hîc diffundar.
153 SI fidei eius committat, vt quãdoq; reſti-
tuat.) Vt legitimo & naturali ſubſtitui in
154 legitima directo poteſt non per fideicom
miſſum, ſic arrogato. Sed finge, teſtatorẽ
feciſſe teſtamentũ, in quo filios duos im-
puberes inſtituit, eiſque ſubſtituit hac for
mula, Quòd ſi ambo filij mei ſine filijs de
ceſſerint, ſubſtituo pauperes Chriſti. Quę
ſitum eſt, cuiuſmodi ea ſubſtitutio ſit, quæ
ſub verborũ cõpendio facta eſt? Et Barto-
lus prolixè nimis, & quod lectorem tædio
vel maximè afficiat, corruptiſsime, libra-
riorum vitio (vt credere par eſt) hæc pro-
ſequitur: quæ ideo omittimus, quia viuæ
magis vocis (quod fecim[us]) quàm ad lectio
nis ſcriptæ diligentiã ſpectat. Sed & quod
ad quæſtiõis propoſitæ deciſionẽ attinet,
breuis & è re paucis traditio ſufficiet. Cõ-
pẽdioſa igitur ſubſtitutio aut à pagano fit,
155 aut à milite. ſi à milite, aut verbis obliquis
(qualia hęc ſunt, Bona Titio reſtituantur)
& ſemper fideicommiſſaria eſt[h], vt Barto
lus docet[i]: aut verbis cõmunibus (verbi
gratia, Titium ſubſtituo) & directa ſem-
per eſt[k], præterquã ſi mater in medio ſit[l],
tunc enim iure fideicommiſsi valitura eſt:
aut verbis directis (putà, ſit hæres Titius)
& crebrior opinio eſt[m], vt tunc (etiam ſi
mater in medio ſit) iure directo ſemper va
leat. ſed Accurſius ſæpiſsime[n] contrà, fu-
turã ſcilicet hãc poſt tẽpora pubertatis fi-
deicõmiſſariã. Quæ opinio lege regia ap-
156 probatur[o]. Si à Pagano ea ſubſtitutio fiat,
157 rurſus diſtingui oportet, obliqua, directa,
an communia verba in ſubſtitutione po-
nantur. Nam ſi obliqua, iure directo vale-
bit ſemper[p]: quæ opinio communis eſt[q].
Si directa verba ſint, infra pubertatem va-
lebit ſubſtitutio iure directo, poſtea nullo
modo[r]. Quæ ſententia receptiſsima quo-
que eſt[s], & iure noſtro apprabata[t]. Si ver
ba communia ſint, rurſus diſtingoimus:
aut enim facta eſt ſubſtitutio cum diſtin-
ctione tẽporũ, verbi gratia, ſi filius meus
infrà pubertatẽ, aut quãdocũq; deceſſerit,
Titiũ ſubſtituo. Et hæc infra pubertatẽ di
recta pupillaris eſt, poſtea iure fideicõmiſ
ſi valet: in quo Accurſius, & omnes cõue-
niũt[v]. Aut ſine temporũ diſtinctione fit,
putà, ſi filius meus quãdoq; deceſſerit, Ti-
tiũ ſubſtituo: & in ea ſpecie Accurſius ſibi
ipſi repugnat. Tenuit enim aliqñ[x], hanc
ſemper futurã fideicõmiſſariã: cuius opi-
nionis Bartolus quoq; fuit[y]. Idem Accur-
ſius alibi[z], infra tẽpora pubertatis pupilla
rẽ eſſe ait, poſtea fideicõmiſſariã. Quæ o-
pinio & cõmunis eſt[a], & iure quoq; Re-
gio approbata[b].
NON oportet admitti fideicõmiſſum.)
Vt arrogato ſubſtitui per fideicõmiſſum
non poteſt, ſic neq; patrono[c], neq; filio le 158
gitimo & naturali[d]: tum, quia portio legi-
tima nõ iudicio pr̃is ad filiũ peruenit, ſed
principali ꝓuidẽtia, vt hîc Vlpianus inqt:
tũ etiã, ꝙ hodie de legitima grauamen o-
mne reijcitur[e]: ſubſtitutio verò fideicom
miſſaria grauamẽ eſt. Præterea & in dote
(quatenus legitimam tãgit) ea ſubſtitutio 159
nõ fit[f]. ſed nũquid reciproca ſubſtitutio fi 160
deicõmiſſaria in legitima fieri poteſt? Et
potuiſſe olim nõ leue argm̃ eſt[g]: verùm
hodie nõ poſſe[h], frequẽtiores Accurſio aſ
ſentiũt[i]. Quæ oĩa, filio adeũte, dubio pro
cul ꝓcedũt. Quid igit̃ ſi filius repudiet, an 161
ſubſtitutio fideicõmiſſaria valebit? Arti-
culus pulcher hic eſt, & valere Nicolaus,
Paul[us], Imola, Roman[us]q; arbitrant̃[k]: quod
& ipſe probo. Me mouet, ꝙ filio repudian
te, fideicommiſſaria ſubſtitutio onus nõ 162
eſt: fieri igitur poterit eadem ratione
qua directæ fiunt. Quid ꝙ cum in portio- 163
ne patrono debita ſubſtituere libertus
per fideicommiſſum nõ poſsit[l]: valuit ta
men ea ſubſtitutio, patrono repudiante[m]:
quo argumẽto Nicola[us] & ſequaces enixè 164

a l. fi. C. de reſtitut. in integ.
b l. ſi iudex. ff. de mino.
c l. 1. §. ũ qui ades in prĩ. ff. de vſuc.
d l. quaritur. ff. de ſtatu ho.
e l. 4. §. Cato. ff. de verbo. oblig.
f Bal. Ang. & Imo. in l. cum dubitari. ff. de here. inſti.
g Rode. in d. l. quoniã in priorib[us]. in §. ampli.
h l. cohæredi. §. cum ſilia. ff. de vulga.
i Bart. in l. centurio. n. 12. ff. de vulga. Iaſ. ibi. num. 28.
k d. l. centurio.
l l. precib[us]. ad fin. C. de impub. & ali.
m Lancel. titu. de compendio. colum 10.
n Glo. in l. precibus. in gl. fideicommiſſi. ĩ prĩc. glo. in l. centurio. in §. dũtaxat. g. in §. qua ratione. in g. mag. ad fi. inſti. de pup.
o l. 12. titu. 5. part. 6. in 2. reſpõſo.
p d. §. cum filia. l. ſi frater. C. de fideicom.
q Abb. in rubri ff. de vulg. col. 15. Lance. de compend. num. 26.
r §. maſculo. inſt. de pupil. l. verbis. l. in pupillari. ff. de vulg. c. ſi pater. de teſta. lib. 6.
s Bald. in l. precibus nu. 38. C. de impub. & ali. Are. in l. centurio. col. 8. Alexã. nu. 64. Iaſ. nume. 29.
t d. l. 12. tit. 5. p. 6. v. ſ. pen.
v Glo. in l. precibus. ad fin.
x Glo. in l. precibus. in glo. fideicõmiſſi. ad fi.
y Bart. col. antepe. v. ſi. reuertendo.
z Gl. in d. §. qua ratione. in gloſſ. mag. ad fi.
a Iaſ. in l. centurio. nume. 45.
b d. l. 12. verſ. fi.
c l. cum patronus. ff. de lega. 2.
d l. cohæredi. §. cũ filia verſ. nec fideicõmiſſo. ff. de vulg.
e l. quoniã in prioribus C. de inoffi. teſta.
f l. lutius. §. maritus. l. 6. §. filia. ff. ad Trebe. Alex. in l. à filia. ff. ad Trebe.
g l. ſi pater puella. C. de inoffic. teſtament.
h l. quoniã prioribus.
i Glo. fi. in d. l. ſi pater puella. glo. magn. in l. cum ex filio. ff. de vulg. vbi Alexa. col. fi.
k Nicola. Pau. Roma. in l. ita tamen. §. ſi patronus ex debita. ff. ad Trebe. Pau. in l. quoniã in prioribus. col. fi. C. de inof. teſt. Imo. in l. qa poterat. col. fi. ff. ad Trebe.
l d. l. cum patronus. m d. §. ſi patronus ex debito.

mouen-

mouentur. Si patronus (inquit) ex parte
debita hæres reſtitut[a],& rogatus inſtitue-
re hæreditatem,ſuſpectam ſibi eſſe dicat,
puto rectius facturum Prætorem, ſi coë-
gerit eum adire hæreditatem, & reſtitue-
re,quanuis poſsit mutata voluntate, eam
partem hæreditatis retinere. Bene enim
Iuliani verba hæc ſe habent, & quæ ſalua
ratiõe recti ſermonis (ſi videlicet propriè
relatio fiat[a]) de patroni legitima intelligũ
tur. Nam qui receptior eſt ſenſus[b] (vt de
quarta trebelliani.S.C.& de fideicommiſ
ſo relicto coniunctis liberti accipias) & di
uinat, & ſuperfluus eſt[c]. Et vt communis
ſit, at hic Nicolai & aliorum verior, vti-
liorq́; multo videri debeat. Neq; nouum
eſt, vt varij eiuſdem legis intellectus cum
165 ſint, omnes tamẽ procedant. Sanè ſi repu-
diationis filium pœniteat, ſubſtitutio fi-
deicommiſſaria euaneſcet[d], quod ius pœ
nitẽdi ad hæredem nequaquam tranſmit
166 ter[e].Sed & neq; ipſimet poſt repudiationẽ
licebit pœnitentia, ſi modò ad reſtitutio-
nem & ſolutionem fideicommiſsi proceſ-
ſit[f]. Idq́; rurſus ſublimitãdum eſt, quãdo
filius reſtituit & ſolnit, priuſq́; dixerat ſu
ſpectam hęreditatẽ patris. Quòd ſi ſimpli
citer reſtituat & ſoluat, adhuc ius illi eſt
pœnitendi[g]: quo ſenſu Alexandri obices
omnes ceſſabunt. Sed nunquid ſubſtituto
167 filij pupillari, aut ijs, qui ab inteſtato ei ſuc
ceſſuri ſunt, ſubſtituere poterit pater per
fideicommiſſum? Et poſſe dubiũ nõ eſt[h]:
168 quia ſcilicet filio neceſſariò relinquit, his
voluntariè, quo fit, vt grauare poſsit, vel
dum eis aliquid dat[i] vel dum nõ adimit[k].
369 Quæ frequẽtiores omnes ſequuntur[l]: ex-
pirabit autem ſubſtitutio hæc fideicõmiſ-
ſaria (quod alias eſſe non ſolet[m]) puberta-
te filij, cui facta eſt[n]: quæ etiam commu-
nis eſt ſententia[o]. Pubertatẽ ſiquidem ad-
ueniente, ſucceſſores ab inteſtato, magis
caſu fortuito, quàm patris iudicio veniũt[p].
170 Sicq́; mira eſt ſubſtitutionis huius fideicõ
miſſariæ natura, cùm in legitima fit: nam
ſi filio fiat (quod alias etiã eſſe non ſolet[q])
aditione expirat, repudiatiõne reconuale
ſcit. Si vero ſubſtituto pupillari, aut veniẽ
tibus abinteſtato facta ſit, pubertate fini-
tur, ita, vt pubertas hoc caſu vtriuſq́;, id eſt
pupillaris & fideicommiſſariæ terminus
171 inueniatur. Neque omittendũ eſt, quòd
fideicommiſſaria hæc, quæ ſubſtituto aut

a l.iulian[9]. ff.de hære. inſti.
b Paul. & Alex.in d.§.ſi patron[9].
c l.ſi eiuſdẽ ſi.ff.ad trebel.
d d.§.ſi patron[9].verſ. quanuis.
e Arg. d. l.cum patronus.
f l.pen.§.ſi patronus.ff.de bo.lib.
g l.patron[9]. ff.ad trebe.
h l.ſi fundũ per fidei cõmiſſum, §.ſi.ff.de legat.2.
i l.ab eo.C. de fideicom.
k l.a.§.ſcilicet dũ.ff.de legat.3.
l Pau. in l. ex tribus.n. 4.Iaſ.col.1. C.de inoffi. teſta.
m l.precib[9] C.de impu. & ali.
n l. quod ſi deicõmiſſũ. de lega.1.
o Rod.in l. quoniã.in.1. limit.num. 18.C.de inof.teſta.
p l.ſed & ſi ſic fideicõ miſſum. de legat.3.
q l.ſi frater C.de fideic.

ſucceſſoribus abinteſtato fit nõ minus co-
dicillis, quàm teſtamẽto fieri poterit[r]. Ve
172 rùm, quid ſi in dubio eſt, filio ne an ſubſti-
tuto potius, aut venientibus abinteſtato
pater fideicommiſſum iniunxerit? Et Bar
tolus aliquando[s], filio ſubſtitutionem vi-
deri factam, reſpondet: & ſunt non pauci
qui hoc ſequantur. contra alibi[t] idem Bar
173 tolus poſt Accurſium, quę mihi opinio cõ
munior eſt[v], & ſi Ripa[x] priorẽ receptam
magis affirmet. In dubio enim ſumẽda in-
terpretatio eſt, vt actus poti[9] valeat quàm
pereat[y].
PRINcipali prouidentia.) Legis diſpoſi
174 tione. Expreſsio igitur eius quod tacite in
175 erat (quod & alibi ſæpe videmus[z]) nil ope
ratur. At aliquando contrà eſt. Qui enim
hæres totam hæreditariam portionem in
quartam imputaret, ſi eam aut contrà, aut
præter defuncti voluntatẽ detraxiſſet[a], is
ſi ex defuncti voluntate detrahat, in hære
176 ditariæ portionis quartã imputatur[9] eſt[b].
177 An quia expreſsio in fauorem, nõ in odiũ
178 aliquid agit? An quia hîc ex precedentis
cauſæ neceſsitate facta eſt[c] (conſtat enim
quartam hanc neceſſario relinqui) illic ex
preſsio voluntaria eſt? Neque enim teſta
tori neceſſum id fuit, vt de quartæ dedu-
ctione exprimeret. Et hanc rationem ma-
gis ipſe ſequor. Nam quæ Bartolus incul-
cat de actione legis deq́; æquipollẽtibus,
aut corruptiſsimi codices omnes ſunt, aut
meræ affamiæ (vt cum Apuleio loquar)
videntur.

XXIII. PAVLVS Libro. 35. Ad edictum.

QVI in adoptionem datur: his quib[9] adgnaſcitur, & cognatus fit: quibus verò nõ adgnaſcitur, nec cognat[9] fit. adoptio enim nõ ius ſanguinis, ſed ius adgnatiõis adfert, & ideo ſi filiũ adoptauerim, vxor mea illi matris loco nõ eſt, neq; enim adgnaſcitur ei: propter quod nec cognata eius fit. Item nec mater mea auiæ loco illi eſt: quoniam his, qui extra familiam meam ſunt, nõ adgnaſcitur, ſed filiæ meæ is, quẽ adoptaui, frater fit: quoniã in familia mea eſt filia: nuptijs tamen etiam eorum prohibitis.

r Gl.in d.l.ſi fundum per fideicommiſſum.§.ſi.in glo.ſi. d.leg. 2.Bal.ibi & hic col.1.Barto.n.24.
s Bar.in.l. cohæredi. verſ.q.ſi hæredem.ff.de vulga.& pupil.
t Bar.in.l.ꝗ duos.poſt.g. ſi.ff.de vulga.& pup.
v Alex.in l. cohæredi. §.cum filio. col.2. Iaſ.n. 16.ff.de vulga.Iaſ.in.l. ex trib[9].col. 2.C.de inof. teſta.& hic nu.31.
x Ripa.in l.centurio.nume.n8.
y l.quoties. ff.d reg.iur.
z l.3. de legat.2.l.aliquando.ff.d cond.& demon.l.verba.ff.de cõ. inſti.l.muto §.ſub conditione.ff.de tutel.
a l.filius.C. famil. herc.
b l.Titia.ff ad.l.falc.
c l. licet.§. ex obligatio ff.de procu. l.ſi ſtulas.§. 1.ff.de contrahẽ.ſtip.

s Adoptio

1 *Adoptio quomodo cognationem faciat.*
2 *Adoptiuus cur ex potentia ſuitatis tranſmittat, & non ex potentia ſanguinis.*
3 *Adoptiui ſuitas propria, agnatio impropria.*
4 *Adoptiuus ius lineæ paternæ tantũ acquirit.*

ET cognat⁹ fit.)

Nam & cognationẽ adoptio facit[a], ita, vt eorum tã-
1 tum cognationem in adoptiua familia nanciſcatur, quibus fit agnatus, in naturali autem, omnium retineat.

NEC cognatus fit.) Hæ enim demum cognationes in adoptionibus contrahuntur, quæ legitimæ eſſent, id eſt, quæ agnatorũ ius haberent[b].

IVS ſangninis.) Dixi horum verborum argumento rationem nouam, cur adopti-
2 uus ex potentia ſuitatis tranſmittat[c], ex
3 potẽtia ſanguinis nõ itẽ[d]. Suitas eñ in eo
propria eſt[e], agnatio impropria[f]: ac proinde ius ſanguinis minime acquirit.
4 SED ius agnationis affert.) Acquirit igitur adoptiuus ius lineæ paternæ, non maternæ.

FAMILIA.) Agnatione.

PROhibitis.) Propter iuſtitiam publicæ honeſtatis: quod Pontificij expreſſerunt.

XXIIII. VLPIANVS Libro. 1. Diſputationum.

NEQVE abſens neque diſſentiens adrogari poteſt.

1 *Adoptari per reſcriptũ poteſt etiam abſens.*
2 *Legitimari an poſſit quis per reſcriptũ dum abſens eſt.*

NEque abſens.)

Niſi per reſcriptum Principis adoptio fiat: tunc enim adoptari abſens poteſt[g], e-
1 tiam ſi ſit apud hoſtes[h]. Sed nunquid legitimari poterit abſens? Et licet alij aliter dicãt, pluriũ[i] procliuior in Bartolum ſententia eſt, vt poſsit: ſic & adoptari per re-
2 ſcriptum Principis is poteſt, qui præſens non eſt[k].

XXV. IDEM Libro quinto, Opinionum.

POST mortem filiæ ſuæ, quę vt materfamilias quaſi iure emancipata vixerat, & teſtamẽto ſcriptis hæredibus deceſsit: aduerſus factum ſuum, quaſi non iure cã, nec præſentibus teſtibus emancipaſſet, pater mouere controuerſiam prohibetur.

1 *Materfamiliâs, pro muliere ſui iuris.*
2 *Factum ſuum quando quis retractare poſsit.*
3 *Filius quando præſumatur in poteſtate.*

MAterfamilias.)

Matremfamilias hîc ponit 1
pro muliere ſui iuris. Vnde & libellus ex Vlpiani corpore. titu. 4. Sui (inquit) iuris ſunt familiarum ſuarũ principes, id eſt paterfamiliæ, itemq́ue materfamiliæ: aliâs aliter accipitur[l].

VIXERAT.) Diu: obſtant eñ patri duo hæc, factum ſuum, & temporis diuturnitas. alioqui contra ſuum factum venire potuit[m].

ADVERSVS factũ ſuum.) Quatenus 2
venire poſsit quis aduerſus factum proprium, articulus latior & generalior eſt, in quo Bartolus, Baldusq; ſatis diſtinguũt & ſub diſtinguunt

QVASI non iure.) ſi de facto controuerſia ſit, filius in poteſtate pręſumitur[n]: ſi de 3
iure ſiue ſolennibus emancipationis, ei qui ius negat, onus probandi incumbit[o]. Sanè Baldus & Angelus, inter cætera, exẽplum in ea adoptione ponunt, quæ ſit facta coram iudice delegato: quo in articulo Accurſius ſibi contra dicit[p]. Ego ſuo loco dicam, nam & adoptionis non iure factæ non vnum exemplum poni poteſt[q].

NEQVE Adoptare, neque adrogare quis abſens, nec per alium eiuſmodi ſolennitatem peragere poteſt.

1 *Filij ſpiritualis ius an contrahi poſsit per procuratorem.*
2 *Cognatio ſpiritualis an contrahatur cum procuratore.*

ABSENS,)

Sic neq; adoptari, vel arrogari abſens poteſt[r], præſtatque argumentũ,

num

[a] l. 1. §. 1. ff. vnde cog.
[b] l. ſi qua mihi. §. ſi. ff de ri. nup.
[c] Gl. in l. 3. § apertura. in gl. mag. ad fin. ff. de bo. uſfr.
[d] Ang. et Corn. in l. vnica. C. de his qui ante apert. tab.
[e] l. cum in adoptiuis. § ſed ne articulum. C. de adop. verſi. pen. & §. pen.
[f] In princ. inſtit. quib. mod. teſta. infir.
[g] l. iubemus C. de eman. liber.
[h] l. Gallus. § forſitan. ff. de libe. et poſthu.
[i] Iaſ. in §. forſitan. n. 4. So. col. 2.
[k] § forſitã. verſi. atq.
[l] l. pronunciatum. §. matrem fa. ff. de verb. ſigni.
[m] l. ſi pater. C. ſi aduer. rem iudi.
[n] l. Titia. ff. ſol. matr.
[o] l. habeat pote. ff. de pb. vbi glo.
[p] Glo. in l. emãcipari. infra.
[q] l. adoptio non iure. infrá.
[r] l. neq. abſens. ſupra.

1 num poſsit filij ſpiritualis ius in baptiſmo cõtrahi per procuratorem. Qua in quæſtione diſſentire Angelus ait, Archidiaconum, & Paulũ de Eleaz. Ipſe didici à Bartolo, cui & cæteri aſſentiũt [a], non contrahi per procuratorem vinculum hoc. In eo enim actu pater ſpiritualis ſiue patrinus (vt vocant) diſponit, dum puerum tenet, & de ſacro fonte leuat, & pro eo reſpõdet: & velut fideiuſſor quidam, intercedit apud Deum, ſeque docturum eum orationem Dominicam, & fidei Symbolum ſpondet [b]. Sed nunquid procurator ipſe
2 ſaltim cognationem hanc ſpiritualem contrahit? Et hoc Imola non vno in loco [c] opinatus eſt: ſæpe enim extra id quod agitur, naſci tacitam obligationem [d]. Contra Federicus [e], Abbas [f], Paulus & Alexander [g], quos ſequor: noluit enim iſte quod potuit: voluit, quod adimplere nequiuit [h]. Nec obligationis tacitæ obex obſtabit: illic enim in omnem euentum ea fuit mens commodantis, vt ſibi reſtitueretur res. In propoſita ſpecie non hoc fuit procuratori propſitum, vt cognationem contraheret.

a Bar. in l. gall°. §. forſitã. de lib. & poſthu. Alexã. col. 2. Iaſ. col. fi. b c. de his. c. omnes. c. ad limina. 30. q. 1. c Imo. ĩ. d. §. forſitan. & in c. accedens. col. fi. de præb. d l. ſi is q. §. ſi libera. ff. commo. e Fede. cõſ. 75. f Abb. in c. veniens. & cog. ſpiri. g Pau. & Alex. in d. §. forſitã. h l. multũ. C. ſi quis alte. vel ſi.

XXVI. IVLIANVS Libro. 70. Digeſtorum.

QVEM filius meus emancipatus adoptauerit, is meus nepos non erit.

1 *Emancipatione an iura agnationis diſſoluantur.*

1 NEpos meus non erit.) Emancipatione enim agnationis iura diſſoluuntur. Sed quid hodie dicemus? Et verior & approbata [i] magis opinio eſt, etiam legitimum & naturalem nepotem, conceptum poſt filij emancipationem, atque adeò filium ipſum emancipatum agnatos auo non eſſe, quanuis emancipati agnationis iura habeant [k].

i Iaſ. in l. q. ſe patris. num. 50. C. vnde libe. k §. fi. inſt. de legi. agna. ſuc.

XXVII. IDEM Libro. 85. Digeſtorum.

EX ADOPTIVO natus, adoptiui locum obtinet in iure ciuili.

1 *Adoptio naturam imitatur.*

ADoptiui locum obtinet.) Vt ergo ĩ alijs, ſic in hoc adoptio imitat̃ naturã, vt liberi ex filio adoptiuo patrẽ repreſentẽt. 1

XXVIII. CAIVS Libro primo. Inſtitutionum.

LIBERVM arbitrium eſt ei, qui filium, & ex eo nepotem in poteſtate habebit, filium quidem poteſtate dimittere, nepotem verò in poteſtate retinere: vel ex diuerſo filium quidem in poteſtate retinere, nepotem verò manu mittere: vel omnes ſui iuris efficere. eadem & de pronepote dicta eſſe intelligemus.

1 *Libertas probata in capite, non videtur probata in membris.*

2 *Manumiſsio an propriè de filijs dici poſsit.*

REtinere.) Bene Baldus, Angelusque, hinc colligunt probata exemptione atque libertate in capite, non continuo videri probatam in membris [l]. 1

MANVmittere.) Impropriè & hîc, & alibi nõ ſemel [m] credit Accurſius, manumiſſionem referri ad filios: quod & cæteri ſecuti ſunt. Ego, iamdiu eſt, cum in contraria opinione ſum: nec me pauca aut leuia mouebant [n]. 2

l Innoc. in c. ex ore. de priuileg. m l. 2. ff. de offic. procõ. l. à milite. § fi. ff. de mil. teſta. n l. filiu. §. fi. ff. de mil. teſt. l. ſi mu. ff. de condi. & demon. rub. ff. ſi qs à parẽ. fue. manu.

XXIX. CALLISTRATVS Lib. 2. Inſtitutionum.

SI pater naturalis loqui quidẽ non poſsit, alio tamen modo quàm ſermone manifeſtum facere poſsit, velle ſe filium ſuum in adoptionem dare: perinde confirmantur adoptio, ac ſi iure facta eſſet.

1 *Patris voluntas in adoptando filio exploranda eſt.*

2 *Matrimonium quatenus verba requirat.*

Alio

ALio tamen modo.) Nutu[a], ſignis[b], ſcriptura[c].

2 VELLE.) Quæ voluntas exploranda eſt[d].

2 PERINde.) Sic & in matrimonio, in ijs qui loqui non poſſunt, ſufficit conſenſus[e].

IVRE.) In adoptione ergo ſolennia verborum non requiruntur.

a l. ſeruo inuito. §. ſi pupillo. ff. ad trebel.
b l. labeo. & ſup. leg.
c l. non figura. ff. de actio.
d l. in adoptionibus.
e c. cum apud de ſpõſa. l. cum notiſſimo. in princi. vbi gl. C. de praſcri. xxx.

XXX. PAVLVS Libro primo, Regularum.

ET QVI vxores nõ habent, filios adoprare poſſunt.

1 *Cœlibes adoptare poſſunt.*
2 *Clerici an poßint filios adoptare.*
3 *Spurij an à patre Sacerdote inſtitui poßint.*
4 *L. 2. titu. 3. lib. 5. & l. 22. titul. 3. lib. primo ordi.*

ET qui vxores nõ habent.) Accurſius in ſpadone ponit exemplum, quod ve
1 rum eſt[f]. Ego etiam in cœlibe, cuius me
intellectus admonet libellus ex Vlpiani
corpore. titu. de Adoptionibus his verbis.
Hi qui generare non poſſunt, velut ſpado,
vtroque modo poſſunt adoptare. Idem iu
2 ris eſt in perſona cœlibe. Sed quid in cleri
co in ſacris conſtituto? Et Guilielmus An
geluſque in eo huius legis argumento idẽ
reſpondent. Cum enim ſacerdotibus nõ
natura, ſed accidens impedimento ſit, fi-
lios adoptare poterunt: exiſtimat tamen
Raynerius cautius hoc eſſe, vt ſummo
Pontifice in hoc diſpenſante adoptent.
3 Addit Angelus, & ſpurium à patre ſacer-
dote inſtitui poſſe, ſi modò eum authori-
ritate Principis prius arroget. & nepotem
(qui in ſpurij poteſtate ſit) ab auo ſacerdo
te inſtitui etiam poſſe, ſi eum prius ado-
ptet. Et quidem nepotem (etiam non ado
ptatum) hæredem inſtitui poſſe, concors
Bartoli & omnium opinio eſt[g]. Quod au
tem de filij arrogatiõe & inſtitutione An-
4 gelus dicit, reliqui non minus ſequũtur[h].
Sed iure noſtro[i] dubitationem habet, pro 4
pter leges quaſdam, quæ filios clerici à pa-
tris ſucceſsione vſque adeo arcent, vt pri-
uilegia & reſcripta eis indulta, nullius mo
menti futura dicant. Crediderim tamen
ſi Principis auctoritate arrogati ſint, ſuc-
cedere eos patri poſſe. Neque enim ar-
rogatio priuilegium, ſed ius commune
eſt, Vix tamen, arbitror, Princeps auctori-
tatem his arrogationibus præſtabit, nè le-
gi fraus fiat.

f l. arrogato. §. fi. iſrà.
g Bar. in l. gallº. §. qd ſi is. ff. de lib. et poſth. Alex. n. 7. Iaſ. in d. lec. nu. 19. et. n. 24. in. 2. nume. 10.
h Alex. in d. §. quid ſi is. Rod. in l. 1. tit. 6. li. 3. fo. §. hac de filiorum. et in. l. 9. titu. 11. lib. 1. fo.
i l. 2. titu. 3. lib. 5. ordi. l. 22. titu. 3. lib. 1.

XXXI. MARTIANVS Libro quinto Regularum.

NON poteſt filius, qui eſt in poteſtate patris, vllo modo compellere eum, ne ſit in poteſtate: ſiue naturalis, ſiue adoptiuus.

1 *Emancipare filium pater aliquando cogitur.*
2 *Emancipari filius an poßit inuitus.*
3 *Legitima an ſit filio aßignanda, cum pater eum inuitus emancipat.*

VLLO modo.) Non tamẽ pauci caſus ſunt,
qui ab hac regula excipiun
tur[k]. Quinimo & generali
ter cenſuit Cumanus[l], quibus ex cauſis
pater à filio exhæredari poteſt, poſſe eum 1
cogi, vt filium emancipet: quod & Iaſon
ſecutus eſt[m], & ipſe probo. Sed nunquid
vt ex cauſa pater compellitur emancipa-
re, ſic contrà ex cauſa compelli filius po- 2
terit, vt ſe emancipari conſentiat? Et Ac-
curſius vbique negat[n], quod cæteri com-
muniter reprehendunt[o]. Dubitatum &
illud eſt, an quibus ex cauſis pater inuitus 3
emãcipat, cogatur etiam filio legitimam
aſsignare? Et obtinuit Baldi[p] ſententia,
dicentis ad hoc patrem cogi minime de-
bere. Nam quod ad legitimam pertinet,
viuo patre, filij ſpes præmatura eſt[q].

NATVralis.) Hunc naturalem & legitimum doctores appellant.

k Glo. hic et in. §. fi. inſti. qb. mo. ius pat. pot. ſol. in. l. cogi. §. ſi pater. ff. ad treb. l. 1. d. quãuis. C. de ſideicom.
l Cuma. cõſi. 87.
m Iaſ. in. l. filijs matrẽ. C. de inoff. teſta.
n Glo. in. § fi. inſti. qb. mo. ius pat. pot. ſol. in. l. nec auus. C. de emanci. lib. in. l. fi. C. de ſpecta. libro. 11.
o Iaſ. in. l. quidam cũ filium. n. 14. ff. de verb. obli.
p Bald. hic Iaſ. in auth. ſi qua mulier. nu. 51. C. de ſacroſ. eccle.
q l. vlti. ff. de lib. agnoſcen. l. 1. §. ſi impuberi. ff de colla. bo. Ang. in. l. & ſi pubes. infrà.

XXXII. PAPINIANVS Libro. 31. Quæſtionum.

NON-

NONNVNquam autem impubes, qui adoptatus eſt, audiẽdus erit, ſi pubes factus emancipari deſideret: idq; cauſa cognita per iudicem ſtatuendum erit. Imperator Titus Antoninus reſcripſit, priuignum ſuum tutori adoptari permittendum.

1 *Mater an poſſit filio petere tutorem maritum proprium.*

1 PRiuignũ.) Poterit ergo mater filio tutorem maritum ſuum petere. Caueat tamen, vt & moribus, & facultatibus ſufficiens ſit, & ſatiſdationis cautela: alioqui impuberi ipa nõ ſuccedet, vt Baldus notat[a]. Sed mihi Cini, & Angeli opinio plus placet, exiſtimãtium referre, tutela matrimonium præcedat, an minus.

a *Bal. in l. precibus. n. 20. C. de impub. & ali.*

XXXIII. MARTIANVS. Libro quinto, Regularum.

ET ſi pubes factus, non expedire ſibi in poteſtatem eius redigi probauerit: æquum eſſe, emancipari eum à patre adoptiuo, atque ita priſtinum ius recipere.

1 *Cauſa cognitio in arrogatione qualis.*

1 NOn expedire.) In cauſæ ergo cognitione non ſolum verſabitur, ne arrogatio noceat, ſed & ne non expediat.

XXXIIII. PAVLVS Libro. 11. Quæſtionum.

QVAESITVM eſt: ſi tibi filius in adoptionem hac lege ſit datus, vt (poſt triennium puta) eundem mihi in adoptionem des: an actio vlla ſit? Et Labeo putat nullam eſſe actionem. nec enim moribus noſtris conuenit, filium temporalem habere.

1 *Monachus ad tempus fieri non poteſt.*
2 *Prælatus ad tempus fieri non poteſt.*
3 *Commendatarij ad tempus an fieri poſſint.*
4 *Actus legitimi modum recipiunt.*
5 *Adoptio cur ſub modo fieri non poſſit?*
6 *Filij temporales cur non ſint.*
7 *Emancipatio an poſſit fieri ad vnum actum.*
8 *L. 93. titu. 18. part. 3.*

FILIVS.) Sic nec Mona- 1
chus fieri poteſt ad tempus
nec prælatus[b]: patris enim 2
loco hic eſt, ille filij. Sic ne-
que hæres ad tempus. Porrò Commenda- 3
tarij qui dicũtur, temporales eſſe poſſunt,
patres enim non ſunt[c]. 4
HAC lege.) Conuentione. Sed cum a-
ctus legitimi modum recipiant[d], quid
eſt, quòd ſub modo adoptio fieri non po 5
teſt? Reſpondeo, non tam modi quam
diei adiectione adoptionis actum in
propoſito vitiari: quæ ſententia vera
eſt[e]. Alij eam rationem attuliſſe viden-
tur, ne duæ fictiones concurrant, vna a-
doptionis ipſius, quæ fictio[f] eſt: altera, vt
pro parte temporis filius ſit, pro parte nõ
ſit. Sed mihi prior ratio plus placet.
MORIBVS noſtris.) Romanorum[g]. 6
Nam & cum nulli homines ſint, qui talẽ
in liberos poteſtatem habeant[h], eiuſ-
modi moribus conueniens minime eſt, vt
filij temporales habeantur.
FILIVM temporalem.) Vt adoptio pro
parte temporis ſcindi non poteſt, ſic neq; 7
emancipatio pro parte actuum: & quan-
quam controuerſa res eſt, inualuit tamen
eorum opinio qui filium ad vnum actum
emancipari poſſe negant[i]: idque etiam 8
Hiſpaniæ lex innuit[k], in formula eman-
cipationis.

b *l. 1. vers. ... de fili. ... cum glo.*
c *Glo. in l. hæreditas. ff. de hæred. inſti. Bald. hic.*
d *l. ſi quid accepto. ff. de condi. ob cau. vbi laſ. Bal. in mag. in ver. acceptilatio.*
e *Soci. & mod. in l. 1. §. in filio. ff. ad treb. Iaſ. in l. 4. in princ. ad ff. ff. de ſeru.*
f *§. minorẽ inſti. de adopt.*
g *l. 3. l. patre furioſo. ſupra de his qui ſui vel alie. iu. ſunt.*
h *§. 1. inſti. de pat. pot. l. in. ſuis ff. de liber. & poſthu.*
i *Alex. in d. §. in filio. col. fin. Soci. et Clau. col. 1. Ripa. col. fi. Cret. in l. ſi is qui pro emptore. n. 24.*
k *l. 93. tit. 18. part. 3.*

XXXV. IDEM Libro primo, Reſponſorum.

PER adoptionem dignitas non minuitur, ſed augetur. Vnde ſenator & ſi à Plebeio adoptatus eſt, manet ſenator: ſimiliter manet & ſenatoris filius.

1 *Digni-*

2 *Dignitàs non minuit ea, quæ dignitatẽ præceſſerant.*
2 *Nobilis per legem popularis factus, nobilitatis ius non amittit*
3 *Doctor legens annis.xx.*

2 AVGETVR.) Sic neqne dignitas ea minuit, quæ dignitatem præceſſerant, vxorq́ne marito cõcreſsit, & eius fulgorẽ ſentit[a]: ſic neque honoris augmento conditio mutatur[b]: ſic priuilegij noui adiectione adimi vetera non videntur[c]: cuius generis permulta ſunt, de quibus alibi dixero[d].

2 MANET tamen ſenator.) Argumentũ hinc Baldus colligit, vt quanuis lege municipali nobiles fiant populares, generis tamen dignitatem non perdant: accreſcere enim eis popularitatis beneficium. Cui 3 ſimile eſt, ꝙ doctor qui per annos viginti legit (comes licet efficiatur[e]) priuilegia tamen popnlarium non perdit[f].

a l. vltim. C. de nupt. Bal. & Iaſ. in l. penrator. C. de re dend.
b l. falſa. § 1. ff. de condit. & demonſt.
c l. vlti. C. de prepoſi. agẽ. in reb. lib. 12.
d In. l. pe. infra de ſenator.
e l. 1. C. de profeſ. qui ĩ vrbe cõſtã. lib. 12.
f Bar. in l. Alexandrinis. C. de decur. lib. 10. Iaſ. in. l. legata inutiliter. nu. 8. ff. de leg. 1.

XXXVI. Libro decimo octauo. Reſponſorum,

EMancipari filium à patre quocunq; loco poſſe conſtat, vt exeat de patria poteſtate. Apud procõſulem etiam in ea prouincia, quam ſortitus non eſt, & manumitti, & in adoptionem dari poſſe placet.

1 *Voluntariæ iuriſdictionis quæ ſunt, loco nõ circunſcribuntur.*
2 *Emancipatio an poſsit fieri coram iudice delegato.*
3 *L. 15. titu. 18. part. 3.*
4 *Voluntariæ iuriſdictionis quæ ſunt, extra territorium explicari poſſunt.*

1 QVocũque loco.) Hæc enim quę voluntariæ iuriſdictionis ſunt, loco non circunſcribuntur: ſi modò ſit lo- 2 cus honeſtus[g]. Sed nũquid & coram quocunq; iudice? Et Accurſius aliquãdo[h] non niſi coram ordinario fieri poſſe, ſentit: hîc nõ minus corã iudice delegato admittit: 3 quæ ſententia cõmunis eſt[i]. Sed priorem approbaſſe lex Regia[k] videri poteſt, quæ ordinarij tantum mentionem facit.

4 SORtitus non eſt.) Quæ volũtariæ iuriſdictionis ſunt, extra territorium explicantur: in ijs quæ contentioſæ ſunt, ſecus eſt[l].

g l. ſi cum dies. §. ſi arbiter. ff. de urbi.
h Gl. in. l. ab ea parte ff. de proba.
i Soci. in. l. imperium, num. 53. Corcial. nu. 26. ff. de iuriſ. om. iud. Purpur. in. l. 1. nu. 675. de offi. eius cui man. eſt iuris.
k l. 15. titu. 18. par. 3.
l l. vlti. ff. de iuriſdic. om. iud.

XXXVII. IDEM Libro ſecundo Sententiarum.

ADoptare quis nepotis loco poteſt, etiam ſi filium nõ habet. Eum quem quis adoptauit, emancipatum vel in adoptionẽ datum, iterum non poteſt adoptare.

1 *Adoptio quomodo naturam imitetur.*
2 *Iterum, duas res ſignificat.*
3 *Adoptionum circuitus veteres ſublati ſunt.*
4 *Adoptio ex tribus maribus.*

FIlium nõ habet.) Vtem naturaliter nepos ei eſſe poteſt, cui filius de medio ſublatns eſt: ſic & ciuiliter: neque hoc eſt naturam non imitari[m]. 1

ITERVM.) Hæc vox duas res ſignificat[n]. 2

NON poteſt.) Sic & veteres circuitus in adoptionibus, quæ per tres emancipationes, & duas manumiſsiões in filijs, aut per vnam emancipationem in cæteris liberis fieri ſolebant, ſublati ſunt[o]. Cuiuſmodi adoptionem, ex tribus manibns[p] dictam Alciatus opinatur. Ipſe antiqua exẽplaria ſecut' ſum. Fuit enim adoptio quædam ex tribus maribus, cuius rationem Theophilus explicat[q]. Sed & de ea alibi à me dictum eſt. 3 4

m l. adoptio enim. ſupra.
n l. veluti. §. 1. infra de eden.
o l. vlt. C. de adop.
p l. pen. §. qui autem. C. de adop. l. vltim. C. de decur. libro. 10.
q Theoph. in §. ſed ea omnia. inſ. de hered. quæ ab inteſtu. def.

XXXVIII. MARCELLVS Lib. 26. Digeſtorum.

ADOPTIO non iure facta à Principe confirmari poteſt.

1 *Confirmans quando videatur dare.*

NON iure facta.) Confirmãs dare videtur, cum id cõfirmat, quod ipſo iure nullum eſt. Atq; ita hinc colligit Bartolus[r], quem alij ſeqnuntur. 1

r Bar. in l. more. nu. 5. Iaſ. nu. 30. Purpur. nu. 66. & nu. 8. de iuriſ. om. iud.

XXXIX. VLPIANVS. Libro. 3. de officio conſulis.

NAMITA diuus Marcus Eutuchiano reſcripſit. Quod deſideras, an impetrare debeas, æſtimabunt iudices, adhibitis etiam his, qui

contra-

contradicent,id eſt qui læderentur con firmatione adoptionis.

1 *Deſiderare,& deſiderium quid ſit.*

2 *Citatio neceſſaria eſt, quando aduerſarius lædi poteſt.*

1 DEſideras.) Precib[9] cõprehẽdis:hoc enim in iure deſiderare eſt[a]:ſicut & deſiderij quoque voce preces ipſę ſignificantur.

2 ADHIbitis.)Citatis.citatio enim hæc regulariter neceſſaria eſt,vbicunq; lædi aduerſarius poteſt.Sed à regula caſus nõ pauci excipiuntur[b].

a l.3.§.qd ergo.ff.de contra.& vti.act.l.ſtatius.ff.d iur.fiſc.l.titius.§.illud de act.emp.§.ſi plures.inſti.de fideiuſſ.

b Doct.in l.à vno quo 3.ff.de re iud.Soci.in reg.74.citatio.

XL. MODESTINVS Libro. 1. Differentiarum.

ADROGATO patrefamilias,liberi qui in eius erant poteſtate,nepotes apud adrogatorem efficiuntur:ſimulque cum ſuo patre in eius recidũt poteſtatem.quod non ſimiter in adoptione contingit:nã nepotes ex eo in aui naturalis retinẽtur poteſtate.Non tantum cum quis adoptat, ſed & cum adrogat,maior eſſe debet eo,quem ſibi per adrogationẽ, vel per adoptionem filium facit: & vtiq; plenæ pubertatis, id eſt, decẽ & octo annis eum præcedere debet. Spado adrogando,ſuum hæredem ſibi adſciſcere poteſt: nec ei corporale vitium impedimento eſt.

1 *Pleni verbo perfectio quædam ſignificatur.*

2 *Plena pubertas quæ?*

1 PLenę pubertatis.)Pleni verbo(quod pluribꝰ dixi alio in loco) perfectio quædam, reiq; cui adiungitur, iuſtus ſtatus ſignificatur: quod & hîc facit. Quis enim ignorat, à decimo
2 quarto anno eam incipere? Harmenopulo libro.2.titul. 8.dicitur ἐφηβότης παντελὴς. Theophilo[c] ἐφηβότης τελεία:& vterq; quidem ad pubertatis perfectionem ſe retulit.Sed hîc reddita vocis ratione fit elegãtior. Plena enim(inquit) pubertas hęc, quòd qui vel tardius pubeſcunt, tanto tẽpore ad pubertatis habitudinem veniant,

c In.§.minorem.inſt.de adop.

XLI. IDEM Libro ſecundo, Regularum.

SI pater filium,ex quo nepos illi eſt in poteſtate, emancipauerit,& poſtea eum adoptauerit: mortuo eo, nepos in patris non reuertitur poteſtatem,neque is nepos in patris reuertitur poteſtatem quem auus retinuerit filio dato in adoptionem,quem denuo redadoptauit.

1 *Actus ſemel celebrati non iterantur.*

MOrtuo eo.) Auo, quem patrem in principio dixit.

IN patris.) Sui.

NON reuertitur.) Semel enim liberatus eſt[d]: ſic neque pignus[e], neque compenſatio[f], neque ſolutio[g], & ſi qua ſimilia ſunt,quorum intercidit poteſtas,cum ſemel operantur[h]. 1

REDADOptauit.)Iterũ adoptauit. Sic reædificare,denuo ædificare eſt,Ciceroni ad Atticum,lib. 6.

d l.qui liberatꝰ.ſup.

e l.ſoluta.C de remiſ.pigno.

f l.quod labeo.ff.de cõpenſa.

g l.in numerationibus.ff.de ſolut.

h Bar.in.l.1.in princi.nu.25.ff.de acq.poſ.Aret.in.l.interdũ.§.ſi co.titu.

XLII. IDEM Libro primo, Pandectarum.

ETIAM infantem in adoptionem dare poſſumus.

1 *Infans an arrogari poſſit.*

2 *L.4.titu.16.par.4.*

3 *Impubes an poſſit arrogari?*

4 *Infans monachus eſſe non poteſt.*

IN adoptionẽ dare.) An & arrogari infans poſſit? Quod Accurſiꝰ admittit[i]: 1
lex Regia[k] negat, cũ patrem non habet. 2
Quid de impubere,ſiue pupillo? & olim hunc adoptari non potuiſſe, Gellius teſta 3
tur,quòd tutoribus in pupillus tantam eſſe auctoritatem poteſtatemque fas nõ eſſet,vt caput liberum fidei ſuę commiſſum alienæ ditioni ſubijcerent. Verùm obtinuit hodie[l], vt pleniſsima cauſæ cognitione adhibita, impuberes adoptentur, quo modo & ius quoque noſtrum procedit. An emancipari infans legitimus aut nobilis fieri? Supra dictũ eſt. Certè monachũ eum eſſe non poſſe,non dubitamus[m]. 4

i Gl.in.l.2.ſupra.

k l.4.tit.16.par.4.

l §.cũ autẽ inſtit.de adop.Guilie.Bened.in c.raynuntius in verb.& vxorem nomine.deciſ.5.nu.171.

m c.2.de regul.

L XLIII.

XLIII. POMPONIVS Lib. 20. ad Quint. Mutium.

ADOPTIONES non ſolùm filiorum, ſed & quaſi nepotum fiunt, vt aliquis nepos noſter eſſe videatur, perinde quaſi ex filio vel incerto natus ſit.

1 *Legitimationes quaſi nepotum.*
2 *Argumentum ab adoptione ad legitimationem.*

ADOptiones.) Sic & legitimatiões[a], quod
1 Bartolus alijq; notãt[b]: de
2 adoptiõe autẽ ad legitimanem non infrequens argumentatio eſt[c].

a Auth. item ſi. C. de natu. lib.
b bar. in l. gall^o. §. nũc de lege. nu. 5. iaſ. nu. 2. ff. de lib. & poſthu.
c Glo. in l. 2. in glo. parentibus. ff. ad munici.

XLIIII. PROCVLVS Libro. 8. Epiſtolarum.

SI is qui nepotem ex filio habet, in nepotis loco aliquem adoptauit: non puto, mortuo auo, iura conſanguinitatis inter nepotes futura eſſe. Sed ſi ſic adoptauit, vt etiam iure legis nepos ſuus eſſet, quaſi ex Lucio (puta) filio ſuo, & ex matrefamilias eius natus eſſet: contrà puto.

1 *Iure legis nepos adoptatus.*
2 *Adoptio per æs & libram.*
3 *Adoptio lege curiata.*

NEpotes.) Naturalem & adoptiuum.

IVRE legis nepos ſu' eſſet.) Obſcurius dictum hoc eſt, nec
1 alibi à me lectum, niſi fortè iure legis eum adoptari dicimus, qui ab eo adoptetur, cui ſit viuus filius naturalis: quò Ioannis in-
2 terpretatio tendit. Sed ego ſubſiſto. Fuit
3 olim adoptionis genus duplex alterũ domi per æs & libram, alterum in foro lege curiata, quorũ Suetonius meminit in Auguſto. Sed de lege illa Iuriſconſultus non ſentit.

FILIO ſuo.) Viuente.

XLV. PAVLVS Lib. tertio, ad leg. Iuliam & Papiam.

ONERA eius, qui in adoptionem datus eſt, ad patrem adoptiuum transferuntur.

1 *Monachi commoda & onera in monaſteriũ tranſeunt.*
2 *Adoptiui commoda & onera in adoptantem tranſeunt.*

ONera.) Sic & monachi onera in monaſterium tranſeũt[d]. Sic & commo 1
da adoptiui in adoptantem[e], monachi in monaſterium tranſire notatum eſt[f]. 2

d Auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. eccle.
e l. ſi adoptauero. ff. de praca.
f c. ſi qua. 19. q. ſi. Bar. in l. cũ haredes. §. fin. Pan. in l. quo minor ſali. §. ſi. de acq. poſ. Areti. ſ c. in preſentia. in. 4. nota. de prob.

XLV. VLPIANVS Libro. 4. ad l. Iuliam & Papiam.

IN ſeruitute mea quæſitus mihi filius, in poteſtate Meã redigi bñficio Principis poteſt: libertinum tamen eum manere non dubitatur.

1 *Diſpenſatio ingenuum non facit.*

NOn Dubitatur.) Arrogatio, aut diſpẽſatio Prin 1
cipis ingenuum non facit, ſed natalium reſtitutio[g].

g l. ſed ſi hac. §. patronum. ff. de in ius voc.

DE DIVISIONE rerũ, & qualitate. Tit. VIII.

1 *Muri vrbis ſancti, & cur, infrà num. 6.*
2 *Portæ ciuitatum an ſanctæ ſint.*
3 *L. 14. titu. 28. part. 3.*
4 *Muri & Portæ ciuitatũ an inter res ſacras.*
5 *Portæ ciuitatũ olim cur ſanctæ nõ dicerẽtur.*
6 *Muri cur ſancti rationes quinq; redditæ.*
7 *Nullius quæ dicantur.*
8 *Pro derelicto habita quid differant, ab his quæ adeſpota dicuntur.*
9 *Adeſpota bona quæ ſint.*
10 *L. 1. titu. 12. lib. 6. ordi.*
11 *Actiones incorporales res ſunt, licet Faber dubitet.*
12 *Seruitutes prædiorum, & perſonales, incorporales res ſunt.*
13 *Quaſi ſeruitutes res incorporales ſunt, et quæ illarum exempla.*

GAIVS Lib. 2. Inſtitutionum.

SVMMA rerum diuiſio in duos articulos deducitur. nam aliæ ſunt diuini iuris, aliæ humani. Diuini iuris ſunt, veluti res ſacræ & religioſæ: ſan-

ſæ: ſanctæ quoque res, veluti muri & portæ quodammodo diuini iuris ſunt. Quod autem diuini iuris eſt, id nullius in bonis eſt: id verò quod humani iuris eſt, plerunque alicuius in bonis eſt. poteſt autem & nulli⁹ in bonis eſſe. nã res hæreditariæ, antequam aliquis hæres exiſtat, nullius in bonis ſunt. Hæ autem res, quæ humani iuris ſunt, aut pu
8 blicæ ſunt, aut priuatæ. quæ publicæ ſunt, nullius in bonis eſſe creduntur, ipſius enim vniuerſitatis eſſe creduntur. priuatæ autem ſunt, quæ ſingulorum ſunt. Quædam præterea res corporales ſunt, quædam incorporales. corporales hæ ſunt, quæ tangi poſſunt: veluti fundus, homo, veſtis, aurum, argentum, & denique aliæ res innumerabiles. Incorporales ſunt, q̃ tangi non poſſunt: qualia ſunt ea, quæ in iure conſiſtunt: ſicut hæreditas, vſusfructus, obligationes, quoquomodo cõtractæ. nec ad rem pertinet, quòd in hæreditate res corporales continẽtur: nam & fructus qui ex fundo percipiuntur, corporales ſunt: & id, quod ex aliqua obligatione nobis debetur, plerũque corporale eſt veluti fundus, homo, pecunia. Nam ipſum ius ſucceſsionis, & ipſum ius vtendi fruendi, & ipſum ius obligationis incorporale eſt. Eodem numero ſunt iura prædiorum vrbanorum & ruſticorum, quæ etiam ſeruitutes vocantur.

1 MVri.) Muros vrbis fuiſſe ſanctos: vel Ci
2 cero de natura Deorũ lib. 3 auctor eſt. Muros (inquit) vrbis vos Põtifices, ſanctos eſſe dicitis.

3 PORTAE.) Variè locus hic legitur, Portæ, Portæ ciuitatum, quomodo & in Iuſtiniani inſtitutionibus, Portæ ciuitatis. Nec deſunt qui ex fide veterum exemplarium verba hæc, Portæ ciuitatum, delenda cenſeant: ipſe nil muto. agnoſcit enim Iuſtinianus[a], Theophilus quoque ϖύλαι τῆς πόλεως. Sed & lex Regia[b] apertius. Quinetiam Hermogenianus[c] non ſanctis ſolum, 4
ſed & ſacris rebus muros portasque adnumeraſſe videri poſsit. Vtique Hæc hodie 5
veriſsima ſunt, ſic illud conſtat, olim portas nõ fuiſſe ſanctas, vel quia per eas, mortui efferebantur, vel quia ab vrbium conditoribus ſolenni more non ſignarentur. Quod Plutarch⁹ in Problematis, & in Romulo oſtẽdit. Sed cur muri ſancti? an quia 6
capitis pœna impoſita iis eſt, qui violauerint[d], vnde etiam ſanctiones vocãtur[e] An (vt ſcribit Plutarchus) ſanctos ideo Romani crediderunt, vt ſupra eos ſtrenuè certãtes libentius mortem oppeterẽt? An quia ſancire, firmare ſit, muri verò firma tuitione tutos nos faciant? An ad fabulas cum Theophilo[f] referemus, homines Deorũ auxilio deſtitutos, ad ſimilitudinẽ cuſtodiæ quam ab illis haberent, muros excogitaſſe, ſanctosq; habitos, quòd in Deorum tutelam ſucceſſerint? An (quod Alciatus ſentit[g]) ſancti ideò habiti ſunt, quòd ſolerent antiqui iunctis bobus, tauro, & vacca Hetruſco ritu in cõdendis vrbibus, aratro ſulcum facere, intra quem oppidum muniebant ædificabantque: id quod religionis cauſa & auſpicato fiebat, quo eius loci Penates & Genios magis propitios haberent. Quapropter neq; intra eum circuitũ ſepelire mortuos licebat, quia huiuſmodi feralibus cõtaminari ſanctum municipiorum ius, polluiq; vrbis Genius videretur: & pari ratione muri ipſi ſancti dicuntur.

IN nullius.) Res in nulli⁹ bonis eſſe, multis modis rectè hîc Accurſius conſidera- 7
uit: cui tãtum vnum hoc addimus, pro derelicto habita ab iis differre, quæ Græci ἀδέσποτα, vulgò Moſtrenca à Gallis Alba 8
na dicuntur. Si quidem pro derelicto habita, domini voluntate vacant: Adeſpota, eo aut ignorante, aut inuito: quo fit, vt illa 9
occupanti cedant[h]: hæc verò nequaquã: quinetiã lege Regia[i] occupandi hæc cer- 10
tus modus præſcriptus hodie eſt, quem ſi quis non obſeruat, furti tenebitur.

OBLIgationes.) An & actiones? Dubitat Faber[k]; vt dubitandũ tamẽ non fuerit, 11
vel Accurſo hîc notante. Nam & in iure actio, ſicut obligatio conſiſtit, & regulas ad exempla non arctari conſtat[l]: & de actionibus (vi ipſa) intellexere iuriſconſulti, qui de obligationibus expreſſerunt[m].

QVOquomõ.) Re, verbis, literis, cõſẽſu.

a §. ſancta inſtit. de re. diuiſ.
b l. 14. tit. 28. part. 3.
c l. 2. ff. ne quid in lo. publi.
d l. vlt. in fine infra.
e §. ſancta inſtit. de re. diuiſ. l. ſacra §. propriè. infrà.
f Theoph. in d. §. ſancta.
g Alci. in l. pupillus. §. vrbs. ff. de verb. ſigni.
h §. pen. inſti. de re. diuiſ. l. 2. l. nemo. ff. pro derelict.
i l. 1. titul. 11. li. 6. ordi.
k Fabri in § 1. nu. 7 inſt. de actio.
l l. damni infecti ſtipulatio pertinet. ff. de dam. infe.
m l. licet. § ea obligatio ff. de procu.

12 SE Ruitutes.) Seruitutes prædiorum incorparales eſſe, dubium nō eſt[a], vel ex eo, quòd qualitates ſunt[b]. Sed & perſonales, vt vſusfructus, vſus, habitatio, operę ſeruo
13 rum. Quaſi ſeruitutes[c] quoq;, vt ſuperficies feudum, emphyteuſis, ius (vt vocant) præſentandi in eccleſia, ius, quod iuriſdictionis ratione cōpetit, incorporalia ſunt: vt pote quæ in iure conſiſtunt.

a l. credito ri. ff. de no. oper. nunti. l. qui bona. §. ſine corpo ris. ff. d dā. infect.
b l. quid aliud. ff. de verb. ſigni.
c Bald. in rub. C. d vsufru. Bal. in l. ſi quis in tantam. nu. 11. C. vnde vi.

II. MARTIANVS Lib. tertio Inſtitutionum.

QVAEDAM naturali iure cōmunia ſunt omnium, quædā vniuerſitatis, quædā nullius, pleraq; ſingulorum, quæ varijs ex cauſis cuique adquiruntur. Et quidem naturali iure oīm cōmunia ſunt illa, aër, aqua proſluēs, & mare, & per hoc littora maris.

1 *Naturale ius pro iuregentium quando ponitur.*
2 *Aer occupari prorſus non poteſt.*
3 *Aere prohibens alterum vti, tenetur ei actione iniuriarum.*
4 *Aqua profluens, quæ ſit.*
5 *L. 10. titu. 28. part. 3.*
6 *ἀέναον ὕδωρ.*
7 *Fluminum aquæ communes omnium hominum ſunt.*
8 *Fluminum alnei publici ſunt.*
9 *Maris proprietas nullius eſt.*
10 *Maris vſus communis eſt.*
11 *Maris iuriſdictio & protectio Cæſaris eſt.*
12 *L. deprecatio, ff. ad leg. Rhod. de iact.*

1 NAturali iure.) Iuregentium: ferè enim cū ad hominem, aut rationem iuris naturalis appellatio refertur, de iuregentium accipimus[d].
2 AER.) Aër eiusq; vſus communis eſt, ac proinde perpetuo prorſus occupari non
3 poteſt[e]: & qui aëre vti alterū prohibeat, tenebitur actione iniuriarum[f].
4 AQVA profluens.) Accurſius & Albericus aquam profluētem, id eſt, aquam quæ de cœlo cadit, interpretantur: quæ expoſitio & tolerari ſat poteſt, & lege Regia ap
5 probata eſt[g]. Nam & Theophilus vertit
6 ὕδωρ τὸ ἀέναον, & Ariſtophani in nubibus, nubes ἀέναοι dicuntur, quòd (vt ait interpres) matres aquarum ipſę ſint, ſemperq; fluāt. Sed & ἀέναον, Suida auctore τὸ ἄπαυστον ſignificat καὶ ἀέναος ὁ ἀεὶ ῥέων, & Ariſtophanis interpreti fluuius ἀέναος, ὁ ἀδιαλείπτως ῥέων, id eſt, q ſine intermiſsione fluat, fluui° ꝑpetui curſu. Igitur aquā ipſe ꝓfluētē intelligo aquā perennē perpetui curſus, & q̄ ſine intermiſsione fluat, qualis flumi- 7
nū eſt. aquæ enim fluminū communes omnium hominum ſunt[h], quanuis aluei fluminum publici eſſe dicantur[i]. Videri que 8
poteſt profluens à Martiano & Iuſtiniano dicta, eadem quę Vlpiano[k] aqua perēnis: vt ſit tamen perēnis appellatio latior. profluentem enim & eam quoq;, quę duci nō poteſt, vt putealem comprehendit. Cicero lib. 1. offic. Ex quo ſunt illa cōmunia, nō prohibere aquā profluentem, pati ab igne ignem capere &c.

d l. omnes. ff. de iuſt. et iur. Bart. in l. 1. in prin. ff. de acqui. poſſ.
e Bal. in l. item lapilli infra.
f l. iniuria rum. §. fi. ff. de iniu. Capo. de ſer. ru ſti. prædio. c. 43.
g l. 10. tit. 28. part. 3.

MARE.) Maris proprietas nullius eſt, v- 9
ſus cōmunis, iuriſdictio & protectio Cæ- 12
ſaris: vt non omnino vetum illud ſit, Ego 13
quidē mundi dominus, lex autem maris[l]. 14
ET per hoc.) Veluti acceſsiones quędam & adiectiones.

h Glo. in l. item lapilli infra.
i l. nemo. enim. l. ſeq. infra.
k l. 1. §. loq tur. ff. de aq. quot. & æſti. l. 1. §. flumina. ff. de flum.
l l. depreca tio. ff. ad. l. Rhod. de iac.

III. FLORENTINVS Libro ſexto, Inſtitutionum.

ITEM lapilli, gemmæ, cæteraque quæ in littore inuenimus, iure naturali noſtra ſtatim fiunt.

1 *Lapilli & gemmæ, an ſola inuentione noſtra efficiantur.*
2 *Theſaurus an ſola inuentione acquiratur.*
3 *Opiniones communes contrariæ.*

ITEM lapilli.) Lapilli tamen & gemmę, ſola 1
inuentione, ſoloque viſu noſtra non efficiuntur, niſi & acceſſerit natu 2
ralis apprehenſio[m]. An & eodem modo 3
theſaurus, controuerſa res eſt: ſiquidem inuentione ſola acquiri, & ſi apprehēſio nō accedat, receptum Platea ait[n]: contrà receptius, vt apprehenſio requiratur, Aretinus, Socinus, & Iaſon affirmant[o]. His ego aſſentior.

m l. 1. § pri. ff. de acqu. poſ. vbi Iaſ. in. 5. not.
n Pla. in § theſauros. nu. 76. inſt. de re. diui. chriſto. nume. 29.
o Are. in l. 3. §. neratius. eod. ſi. ff. de acq. poſſ. ſo ci. n. 6. Iaſ. ed ſ.

IIII. MARTIANVS Libro tertio Inſtitutionum.

NEMO igitur ad littus maris accedere prohibetur piſcandi cauſa, dum tamen villis & ædifi-

ædificijs, & monumẽtis abſtineatur, quia nõ ſunt iuriſgentium, ſicut & mare. Idque & diuus Pius piſcatorib' Formianis & Capenatis reſcripſit. Sed flumina penè omnia & portus publica ſunt.

1 *Piſcari an ſemper licitum ſit.*
2 *Fluminum aluei publici ſunt, aqua cõmunis.*
3 *Aqua profluens, cur inter communia connumeretur.*
4 *Flumina, quomodo & publica & communia eſſe poßint.*

1 PIſcandi cauſa.) Piſcari cuilibet in mari licitum eſt, quod natura omnibus pateat[a]: quæ tamen facultas quibuſdam caſibus reſtringitur[b].

CAPEnatis.) Capena oppidum fuit prope Albam, vnde etiam Capena vrbis Romæ porta, quę eò ducebat: vt fortè nõ malè quidã hîc Capenatib', vel Capenatijs, vel Capenis emẽdent: quibus (ſi quis repugnet) refragari omnia omnino exemplaria deprehendet.

PISCAtoribus.) Præſcripſit & aliquando aucupibus[c].

2 FLVmina.) Aluei publici ſunt, fluminũ aqua communis, auctore Accurſio[d]. Vnde eſt, 3 vt aqua profluens (quod ſupra notauimus) inter cõmunia connumeretur. Sed & per naturam (verbi gratia ad nauigãdũ) 4 cõmunia, per induſtriam (puta quo ad ius piſcandi) flumina publica ſunt: quæ Zaſij traditio eſt[e]: à quo in hoc non diſſentio.

V. CAIVS Lib. 2. Rerũ cotidianarũ, ſiue aureorum.

RIPARVM vſus publicus eſt iuregentium, ſicut ipſius fluminis. itaque naues ad eas appellerę, funes ex arboribus ibi natis religare, retia ſiccare & ex mare reducere, onus aliquod & in his reponere, cuilibet liberum eſt, ſicuti per ipſum flumen nauigare. Sed proprietas illorũ eſt, quorum prædijs hærẽt qua de cauſa arbores quoque in ijs natæ, eorundẽ ſunt. In mare piſcãtibus liberum eſt caſam in littore ponere, qua ſe recipiant.

1 *Piſcandi ius an ſemper omnibus cõmune ſit.*
2 *Ripæ vſus publicus, proprietas priuata.*

1 PVblicus.) Et piſcandi itaque in fluminibus ius cõmune omnibus eſt, qđ Cæpola[f] varie declarat.

RELIgare.) Dum ne deterior nauigatio fiat[g].

2 SED proprietas.) Qui igitur in publico ædificat, in vicini ripam, eo inuito, nõ immittet[h]: vſus enim publicus eſt; proprietas priuata[i].

VI. MARTIANVS Lib. 3. Inſtitutionum.

IN tantum, vt & ſoli domini cõſtituantur, qui ibi ædificant: ſed quandiu ædificium manet. alioquin ædificio dilapſo, quaſi iure poſtliminij reuertitur locus in priſtinam cauſam: et ſi alius in eodem loco ædificauerit, eius fiet. Vniuerſitatis ſunt non ſingulorũ, veluti quæ in ciuitatibus ſunt theatra, & ſtadia, & ſimilia, & ſiqua alia ſũt communia ciuitatum. Ideóq; nec ſeruus communis ciuitatis ſingulorũ pro parte intelligitur, ſed vniuerſitatis. Et ideo tam contra ciuem, quàm pro eo poſſe ſeruũ ciuitatis torqueri Diui fratres reſcripſerunt: ideo & libertus ciuitatis nõ habet neceſſe veniam edicti petere, ſi uocet in ius aliquem ex ciuibus. Sacrę res & religioſę et ſanctæ in nullius bonis ſunt. Sacræ autem res ſunt hæ, quę publicè conſecratæ ſunt, non priuatè. Si quis ergo priuatim ſibi ſacrũ conſtituerit, ſacrum non eſt, ſed profanum. Semel autem æde ſacra facta, etiã diruto ædificio, locus ſacer manet. Religioſum autem locũ vnuſquiſque ſua voluntate facit, dum mortuum infert in locum ſuum. In commune autem ſepulchrum etiam inuitis cęteris licet inferre: ſed & in alienum locum, concedẽte domino, licet inferre: et licet poſtea ratũ habuerit, quàm illatus eſt mortuus, religioſus locus fit. Cenotaphiũ quoque magis placet locũ eſſe religioſum,

a l. venditor. in prin. ff. commu. prædio.
b Capo. de ſeru. ruſti. præd. c. 42.
c l. diuus. ff. de ſeru. ruſti. præ.
d Gl. in §. ite lapilli.
e Zaſ. i Paratl. fo. 2.
f Capo. de ſeru. ruſti. præd. c. 42.
g l. 1. ff. ne quid in flu. pub. vbi Ange.
h l. vſufructuarius nonum. ff. de vſufru.
i Bar. in l. quominus. nu. 15. ff. de flum. & ibi Ange.

ſicut teſtis in ea re eſt Vergilius.

1 *ÆEdificium in mari aut maris littore ſolo non cedit.*
2 *ÆEdificãti in mari aut maris littore an poſſit imponi tributum.*
3 *ÆEdificanti in ſolo publico ſolarium imponitur.*
4 *Solarium quid ſit.*
5 *Prag.72.*
6 *Aluei mutati ſuperficies ſolo non cedit,*
7 *ÆEdificium in naui factum carinæ cedit.*
8 *ÆEdificium ſolo non cedit multis caſibus.*
9 *Stadium vnde dictum.*
10 *Stadium cuius menſura.*
11 *Teſtis in cauſa ſuæ vniuerſitatis an quis eſſe poßit.*
12 *Monachi in cauſa monaſterij an poßint eſſe teſtes.*
13 *Teſtis in cauſa criminali quando eſſe poßit, qui ex vniuerſitate eſt.*
14 *Vſus in ſacris religioſisq; rebus haberi poteſt*
15 *Sacra priuata quæ.*
16 *Sepultura an faciat locum religioſum.*
17 *L.2.titu.23.part.1.*
18 *Cenotaphium quid ſit.*
19 *Honorarius tumulus qui.*
20 *Honorarij ludi.*
21 *Inſcriptio ob honorem.*
22 *Poëtarũ carmina in cauſis allegari poſſunt.*

VT ſoli.) Singulare ius hoc eſt, vt ædificium ſolo non cedat, cum
1 in mari aut maris littore ædifi
2 catum eſt[a]. Credidit tamen Romanus, ædificanti tributum aut penſionem imponi
3 poſſe: nam & alibi[b] ædificanti in ſolo publico ſolarium imponitur, id eſt, vectigal,
4 quod ſoli ratione penditur: quod & Alexander probat. Verùm idem[c] alio in loco cõtrà, motus quòd ædificia in mari ſeu in littore maris, iuri permittente fiunt: in pu
5 blico loco ſecus: cui ego opiniõi accedo. Secũdum quæ & Pragmaticæ Sãctionis[d] ratio declaranda eſt. Adde quòd & aluei mutati ſuperficies ſolo nõ cedet, ſed aquę ip ſi ſolum[e]: & quanquam iuris priuati erat antea, nunc erit publici, quod mirabile Bartolo viſum eſt[f]. Quòd ſi ædificiũ in
7 naui fiat, Carinę, id eſt, nauis ſolo cedet[g]: & ſunt caſus permulti in quibus ſolo ædi-
8 ficia aduerſus iuris regulam minimè cedant. quos nos alibi[h] opportunius digeſſimus.

a l.1.§.q ſi quis. ff. de no.op. nun. vbi Rom.
b l.2.§.ſi qs nemine. ff. ne quid in lo. pub. vbi Alexan.
c Alex. in l.1.§. nunc videamus. ff.de no. ope. nun.
d Pragm. 71.
e l. adeo.§. q ſi toto.ff. de acqu. re. domi.
f Barto. in tract. de alueo. nu. 10.
g l. inuſius ff.de rei. vẽdi.
h In.l.2.C. de ſerui.& aq.

STADIA.) Accurſius ab ſtando dici cre 9
dit. Grammatici ἀπὸ τῆς στάσεως, hoc eſt, à ſtatione, quòd Hercules eo ſpatio vno ſpiritu confecto, conſtitiſſet. Inſtituit quippe Hercules (Gellio auctore lib.1.c.1.) ſtadium, ſuisq; pedibus metatus eſt: quod eſt Piſis apud Iouem Olympicũ: fecitque lõ- 10
gum pedes ſexcentos, vnde & poſtea cætera ſtadia eiuſdem menſuræ fuerunt. Plini' lib,2. ſtadium (inquit) centũ viginti quinque noſtros efficit paſſus, hoc eſt, pedes ſexcẽtos viginti quinque. Quæ ſatis ſunt, ne Accurſianæ fabulæ fides fiat, Herculẽ vno anhelitu per octo ſtadia currere ſolitum.

RESCRIpſerunt.) ſed nunquid teſtis in 11
cauſa vniuerſitatis is eſſe poteſt, qui ex vniuerſitate eſt? Et non poſſe ſuadet, quòd in cauſa propria nemo teſtis eſt[i]: quòd vniuerſitatem (ſicut patriam) defendere omnes tenentur[k], qui ex vniuerſitate ſunt: quòd idonei teſtes ij non videntur, quib' imperare is poteſt, cui lis mota eſt[l]. Sed approbata Bartoli diſtinctio eſt, vt idonei teſtes ſint in ijs, quæ per alios probari nequeant[m], in alijs etiam tunc poſsint, cum eiuſmodi articuli ſunt, qui ad ſtatum, dignitatem, honorem, commodum vniuerſitatis principaliter ſpectẽt[n]: iſta enim omnium, non ſingulorum cẽſentur. Quòd ſi ad ſingulos potius pertineãt, teſtes non erũt[o]: qua in ſpecie Alexander[p] ex facto conſultus, eleganter reſpondet. Finge ergo monachis donationẽ factã pro mona- 12
ſterij fabrica, monachi ſinguli teſtes idonei futuri ſunt. Finge rurſus vnicuiq; donatam tunicã, certè his teſtimonij dictio nõ eſt. Sed quid ſi cauſa criminalis: aut mul- 13
tũ ardua ſit? Et teſtes eſſe nõ poſſe, cenſet Baldus[q]: quia in his cauſis domeſticorũ teſtiũ teſtimonia eleuẽtur[r]: quod Io. And.[s] Abb. & Felin.[t] veriſsime limitant, cũ vniuerſitas parua adeo eſt, vt qui vniuerſitatis ſunt, domeſticorũ, aut cohabitãtiũ appellatione cõtineantur, quales vnius collegij collegæ ſunt. Cõtrà ergo ciues in cõ ciuiũ cauſis criminalibus idonei teſtes dicentur. Sed & ſunt caſus non pauci, in quibus vniuerſitatis qui ſunt, in cauſa vniuerſitatis teſtimonũ nõ dicent[u]: quos Iaſon[v], Felinusq;[x] notant.

NVLlius.) Quo ad proprietatem: quo 14
ad vſum verò, in bonis priuatorũ eſſe poſſunt

i l. nullus. infra de teſtib. l. omnibus. C. de teſtib.
k l. velati ff. de inſtit. & iu.
l l. idonei. ff. de teſtib.
m l. conſenſu. C. de repud. c. veniens. de teſtib.
n l. ciuitati bus. ff. de legat. 1.
o d. l. idonei. d. l. nullus. d. l. omnibus.
p Alexã. in. 2. volu. conſ. 68.
q Bal. in rubric. ſupra. nu. 17.
r c. repellãtur de accuſ. c. ſuper prudentia. 24. q. 2.
s Io. And. in c. cũ nuntius. de teſt.
t Abb. & Feli. in. c. 1. in ſuper de teſtib.
v Iaſ. in. l. ſed ſi hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocan.
x Feli. i. c. in ſ...

ſunt: verbi gratia, vt ipſi ſuiq; etiã ibi ſepeliantur[a], adeo, vt vſurarijs inuitis ſepeliri eo loci extranei nequeant[b]. Qua ratione & in ſedibus, ſedilib[9], ſeſsionibus, quæ pręcipua & ante alios ſibi nonnulli in eccleſijs vendicare ſolent, idem extat[c]: ſicque ex facto non ſemel obtinuit.

15 PRIuatum ſibi ſacrũ.) De his lata eſt lex 12. tabularum, Sacra priuata perpetua manento. Horum alia communia totius gentis fuerunt, alia quæ ſibi paterfamilias conſtituebat, eorumque tenuia quædam in iure veſtigia extant[d] magna tamen ex parte cum paganiſmo abolita ſunt.[e]

16 SVA voluntate facit.) Pontificij[f] in hoc hodie aliter ſentiunt, ex quorum notatis Regia lex declaranda eſt[g].

17 RATVM habuerit.) Alij Codices Florẽtino dempto, negationem hîc habent. Mihi affirmatiua hæc lectio & menti Martiani, & contextui quoq; quadrare magis videtur, vt non negem tamen eſſe vulgaris dubitationem maiorem.

18 CENOtaphium.) Imaginarium ſepulchrum. Quare, & quia memoriæ tantum cauſa fit, monumentum vocatur[h]. Suetonius in Claudio, honorariũ tumulum

19 appellat. Nec diſsimiliter, apud eundem in

20 Auguſto honorarij ludi dicuntur. Etenim (vt Dioniſius Alicarnaſeus lib. 1. ſcribit) illuſtris fortunæ virorũ locus quidem vnus erat, quo corpus conderetur, monumenta alia alibi à beneficiarijs extruebantur, ob beneuolẽtiam & grati animi argumentũ. Vnde vetuſtę monumentorum inſcriptiones primo verſu habent, ob honorem, vel memoriæ &c. ſcilicet, indicantes eſſe Cenotaphium: ſepulchorũ verò. D.M. id eſt, dijs manibus, quòd manes ibi habitare crederẽt. Lampridius in Alex. Senatus eum in deos retulit. Cenotaphiũ in Gallia, Ro

21 mę ſepulchrum ampliſsimum meruit. Sic & Euripides in Macedonia ſepultus, cum ad Archelaum Regem viſendum iſſet: fuit tamen eius ꝓpè Piræum μνῆμα κενόν, vt in Atticis ſcribit Pauſanias.

VERgilius.) Sentire hic videtur Iuriſcõſultus (id quod Budæus[i], Alciat[9][k] & Cotta[l] notãt) de his Virg. carm. lib. 3. AEnei.

Libabat cineri Andromache, maneisq́; vocabat
Hectoreũ ad tumulum, viridi quem ceſpite inanẽ
Et geminas cauſam lachrymis ſacrauerat aras.

Annotant autem Accurſius, Bartolus, & cæteri, Poëtarum carmina in cauſis allegare poſſe: qui locus latus eſt[m]. 22

a c. ebron. 14. q. 2.
b l. 2. §. ſi vſumfructum. ff. de religioſ.
c Abb. et Ancar. i. c. abolenda. & ſepult.
d l. filia. 2. C. de collat. l. ſacrilegi. ff. ad. l. iuli. pecul.
e Alci. pa rer. lib. 5. c. 25.
f Inno. & Abb. in c. abolenda. & ſepult.
g l. 1. titu. 13. part. 1.
h l. monumentum. ff. de relig. & ſump. fune.
i Bud. hic.
k Alc. pa rer. lib. 10. c. 14.
l Cattel. in memora. in verb. Cenotaphium.
m Decta. in l. 1. ff. ſi cert. pet.

VII. VLPIANVS Lib. 25. Ad edictum.

SED Diui fratres contrà reſcripſerunt.

1 *Virgilius à iuriſconſulto an reprobetur de Cenotaphij religione.*
2 *Sepulchri violator an ſit dicendus, qui Cenotaphium effodit.*

COntra reſcripſerunt.) Reprobari Virgilium in hoc loco à iuriſconſultis Accurſius & alij credunt. Sed & eo ſenſu (quod durius eſt) Diui fratres Martianum reprehendunt: atqui repugnant tempora: ſcripſit enim aut poſt Diuos fratres, aut certè cum illi rerũ potiebantur, vt pote qui ſub Didio Iuliano floruit: vt veriſimile vix ſit reſcriptũ eum ignoraſſe. Sed certe Martian[9], Virgiliusq́; nõ de ſimplici Cenotaphio (vt Diui fratres) id eſt, inani tumulo loquũtur, ſed de eo ad quẽ geminę aræ, & quidẽ ſacræ extructæ erant, & ad quẽ ſacrificijs factis, eliciti vocatiq́; erãt manes Hectores[n]. Quæ antinomiæ huius diſſolutio expeditior multo veroq́; propior videri debeat, q̃ ea, quæ à Connano[o] traduntur. Non diſsimilis autẽ ſpecies illa eſt, quæ à Libanio proponitur, in Demoſthenis orationẽ κατὰ μειδίου, Dicẽdus ne ſit ſepulchri violator ille, qui Cenotaphium effodit[p]. 1 2

n Alci. pa rer. lib. 10. c. 14.
o Conna. li. 3. c. 1.
p l. 3. §. ſepulchri. ff. de ſepulch. viola.

VIII. MARTIANVS Lib. 4. Regularum.

SANCTVM eſt, quod ab iniuria hoĩm defenſum atq; munitũ eſt. Sanctũ autem dictũ eſt à ſagminibus. Sũt autem ſagmina quædã herbæ, quas legati populi Romani ferre ſolent, ne quis eos uiolaret: ſicut legati Græcorũ ferũt ea, quæ vocantur Cerycia. In municipijs quoq; muros eſſe ſanctos, Sabinũ rectè reſpondiſſe Caſsius refert, prohiberiq; oportere, ne quid in his immitteretur.

1 *Legati ſecuri quomodo ſint.*
2 *Cerycia quæ ſint?*

SAGMINA.) Liuius lib.1. Sagmina (inquit) rex te poſco, Rex ait, puram tollito &c.

a VIOL Aret.) Legati & lege, & iuregentium[a] & tacita quadam publica cõuentione ſecuri ſunt[b], Ciceroni de Aruſp. Reſp. etiam iure diuino. Ius (inquit) legatorum cum hominum pręſidio muuitum ſit, tum etiam diuino iure eſſe vallatũ. At aliquã do violati ſunt? fateor, idq; Claudius[c] bene notat, ſed id ſpectaudum nõ eſt[d]. Quid ergo ſi violẽtur, cuius erit cognitio? Et fortunius noſter[e], Summi Pontificis futuram ſcribit. Quod iuter Principes Chriſtianos verum eſt. Quid ſi Summus ipſe Pontifex violet? Et de hoc alij dicent. Quid ſi ethnici Chriſtianos legatos, aut contrà violẽt? Reſpondeo, iura gentiũ violantur. Dedito Samnitibus. A. poſthumio Cõſule, vt ſpeciẽ ille aliquã iuris fraudi Romanorũ imponeret, poſtq̃ deditus eſt, genu percuſsit fœmur fecialis Romaui, qui eũ dediderat, exclamauitq; ciuẽ ſe ſamuitẽ eſſe, illũ legatum, fecialẽ à ſe cõtra iuſgentium violatũ, eo iuſtius bellum futurum.

a l. vlt. ff. de legat.
b l. conuentionũ. vbi glo. Bar. & alij. ff. de pact.
c Claud. Cot. de iur. mili. lib. 2. cap. 3.
d l. ſed licet. ff. de offic. praſ.
e Fortunũ l. conuentionum. infra de pact.

HERBAE.) Latinè etiã verbenaca, Græce ἱερὰ βοτάνη, id eſt ſacra herba: duo enim verbenacę genera ſunt, περιστερεὼν, ἱερὰ βοτάνη: quarum Dioſcor. memiuit. lib.4. c. 55. & ſequent.

CERYCIA.) Gręca vox eſt, κηρυκεῖα q̃ Latine caducea dicuntur, quibus Gręcorum legati vtebantur: vnde etiam frequẽs Caducei Mercurij meutio.

IX. VLPIANVS. Lib. 68. Ad edictum.

SACRA loca ea ſunt, quæ publice ſunt dedicata, ſiue in ciuitate ſint ſiue in agro. Sciẽdum eſt, locum publicum tũc ſacrum fieri poſſe, cũ Princeps eum dedicauit, vel dedicãdi dedit poteſtatem. Illud notandũ eſt, aliud eſſe ſacrũ locũ, aliud ſacrariũ. Sacer locus eſt, locus cõſecratus. Sacrariũ eſt locus, in quo ſacra reponũtur: quod etiã in ędificio priuato eſſe poteſt. Et ſolẽt qui liberare eũ locũ religione volũt, ſacra inde euocare. Propriè dicimus ſancta, q̃ nec ſacra nec profana ſunt, ſed ſanctione quadã cõfirmata: vt leges ſanctæ ſunt: ſãctiõe enim quadã ſunt ſubnixæ: quod enim ſanctiõe quadã ſubnixũ eſt, id ſanctũ eſt, etſi Deo nõ ſit cõſecratũ: et interdũ in ſanctionibus adijcitur, vt qui ibi aliquid cõmiſit, capite puniatnr. Muros autẽ municipales nec reficere licet ſine Prĩcipis vel pręſidis auctoritate, nec aliquid eis cõiungere, vel ſuperponere. Res ſacra non recipit æſtimationem.

a *Euocare ſacra quid ſit.*

SAcra inde euocare.) Cũ hoſtiũ vrbẽ aliquã Romani obſiderẽt, deos tutelares, id eſt, deos in cuius tutela vbrs illa eſſe dicebatur, eiusq; loci Penates & Genios certo carmine primũ euocabãt, vt ſacrilegia (vt Seruius inquit) euitarentur: & ꝙ aliter vrbẽ capi poſſe nõ crederent: aut etiam ſi capi poſſet, nefas, deos habere captiuos, arbitrareutur. Concepta in eam rem verba fuere quę ſe apud Serenũ legiſſe Macrobi⁹ teſtis eſt, Saturn. libro tertio.

X. POMPONIVS Lib. 6. Ex Plautio.

ARISTO ait: ſicut id, quod in mari ædificatũ ſit fieret priuatum: ita quod mari occupatũ ſit, fieri publicum.

a *Aedificium in mari an ſolo cedat.*

PRiuatum.) Cũ ꝑ regula traditum a ſit, vt ſolo ædificia cedãt[f], mare mariſq; littora cedũt ædificiis. Nẽpe, quia communia cũ ſint, occupanti ex iuris altera regula conceduntur.

f §. cum qs inſti. de re. diui. l. 2. C. de ſeru. & aq.

XI. IDEM Lib. 2. ex Varijs lectionibus.

SI quis violauerit muros, capite punitur: ſicuti ſi quis tranſcẽdet, ſcalis admotis, vel alia q̃libet rõne. Nã ciues Romanos alia quã per portas egredi nõ licet, cũ illud hoſtile, & abominandum ſit. Nã & Romuli frater Remus occiſus traditur ob id, ꝙ murum tranſcendere voluerit.

a *Muros ciuitatis cuiuſq; violãs q̃ pœna puniat*
a *L. 14. titu. 28. part. 3.*
3 *L. 9. titu. 58. part. 2.*

4 *Murũ tranſcendẽs vt bannitum occidat, qua pœna puniatur.*
5 *Nobiles an ſint mitius puniẽdi quàm plebeij*
6 *Nobiles læſæ maieſtatis rei altiori furca ſuſpendendi ſunt.*
7 *Dominus ciuitatis vel loci ſi cõtrahat aut delinquat an coram ſocio cui Imperiũ etiam in eodem territorio eſt, conueniri poßit.*
8 *Communes opiniones contrariæ.*
9 *Iuriſdictio duorum æqualis ſi ſit, vnus alteri & expreßè & tacitè ſe ſubmittere poteſt.*
10 *Corrector locum tenentem, & cæteros ſuos apparitores iure punire poteſt.*
11 *Voluntas ſola non punitur.*
12 *Voluit, id eſt, voluntariè fecit.*
13 *Verba voluntatem ſignificantia an ad factũ referri poßint.*
14 *Actus, actum, potentia ſignificat potentiam.*
15 *Lex Romuli quæ fuerit, cuius hic Iuriſconſultus meminit.*
16 *Scalis admotis qui in alienas domus tranſcendunt, qua pœna puniantur.*

1 CApite puniat.) Si quis vrbis Romæ muros
2 violauerit, pœna capitis eſt.
Quid ſi ciuitatis alteri°? Et
3 arbitrio iudicis pœnã relinq.[a], Bartolus &
cæteri notãt. Sed iure nrõ[b] tũc etiã pœna
erit capitalis. Sed & ſi muris cuſtodiendis
4 præpoſiti ter admoniti, deinde dormire
reperti ſint, moribus, ſaxo præcipitãtur[c].
Modeſtinus[d] eũ q vallũ trãſcẽderit, aut p
murũ caſtra ingreſſus ſit, capite puniri rñdit.
Sed qd ſi ciuitatis caſtriue murũ tranſcendas,
vt proſcriptũ, bannitũ occidas? Et
nõ capite, ſed mitius arbitrio iudicis te pu
5 niendũ[e], Nellus & Iaſon[f] reſpondent: qui
bus aſſentior.
REMVS.) Incidit hîc, Bartolo auctore,
tractatus ille, An nobiles miti° q̃ plebei pu
niẽdi ſint? In quo ſumma illa eſt, vt ĩ crimi
nalib° mitius[g], in ciuilib° durius puniant[h].
Indeq; fit, vt ex quo delicto vilioris condi
6 tiõis homo furca ſuſpẽdit, nobiliorẽ nõ ſu
ſpẽdi vſus obtineat[i], qđ & iure ꝓbari põt[k]:
niſi rei læſæ maieſtatis ſint. altiori em̃ fur
ca (quod Baldus[l] ait) tũc ſuſpẽdentur: idq;
7 Franciæ quoq; obſeruari non pauci aucto
res ſunt[m].
OCCISVS.) Quid ergo ſi eiuſdẽ ciuita
tis aut loci duo dñi ſint, & alter aut cõtra-
8 hat, aut delinquat, an poterit ab altero pu
niri ſeu iudicari? Et nõ poſſe (qa par in parẽ
imperiũ nõ habet[n]) Bartoli & crebrior[o]
opinio eſt. Sed an non repugnantia cõmu 9
niũ opinionũ hæc eſt, ꝙ omnes etiã cõſen
tiũt[p], æqualẽ æquali ſe poſſe ſubmittere,
aut exp̃ſſè[q], aut tacitè, vel exceptionẽ nõ
opponẽdo[r], vel cõtrahẽdo[s], vel delinquẽ
do[t]: nã cur ſpecialiter negãt id, qđ gñraliter
ijdẽ fatent? Sit æſtimatiõi locus. Et fortè
Bartoli alio in loco[v] tenenda diſtinctio
eſt. Illud conſtat à principali iudice (verbi 10
gr̃a Correctore) officia cętera (qualis locũ
tenẽs, & reliqui Apparitores ſui) iure puni
ri, ſi quid in officio delinquant[x]. An & cũ 11
extra officium? ſuo loco dixero[y].
VOLVERIT.) Sed quo nã iure ſola vo
lũtas puuit[z]? Et dicendũ eſt, nõ animi ꝓpo 12
ſitionẽ ſolam in Remo, ſed actũ fuiſſe. Vo
luit em̃, qa volũtarie trãſcẽdit. Argumen- 13
tũq; Bartol° & cæteri[a] inde ſumũt, vt ſi lex
municipalis capite eũ puniat, q virginẽ vo
luerit corrũpere, ea pœna nõ teneat q vo
luit qdẽ, ſed nõ effecit: volũtaria ſiqdẽ cor
ruptio, nõ volũtas ex lege puniẽda eſt. De
cius[b] de cõi hac opinione dubitat, ꝙ durũ 14
ſit, vt quæ verba voluntatẽ aperte ſignifi-
cãt, ad factũ magis referant. Ego nũc ĩ me
dio relinquo: didici tñ à Baldo[c], propriè ſi 15
loquimur, actu actũ, potẽtia ſignificari po
tentiã[d]. Verũ & Romuli legẽ, cuius hîc Põ
ponius meminit, his verbis cõceptã pleri-
que aiunt[e]. Ne quis niſi per portas vrbẽ 16
ingreditor, neue egreditor, mœnia ſacro
ſancta ſunto. Qua autẽ pœna hi puniant,
q ſcal is admotis, in alienas domos, aut cæ
nacula tranſcendunt[f], Baldus legendus.

a l. ſanctio. ff. de pœn. b l. 14. tit. 28. par. 3. c l. 9. ti. 18. par. 2. d l. 3. §. in bello. ff. d re mili. e Arg. l. ſi adulterium cũ inceſtu. §. ſi. ff. ad legẽ Iul. d adult. f Iaſ. in l. ſi quis nec cauſam. nu. 20. ff. ſi cer. pet. g l. pedum. ff. de incen. rui. nauf. h l. Properãdũ. §. ſin autẽ vtraq. C. de iudic. i Gloſ. in l. deſertorem. ff. d re mili. Bald. in l. 2. §. ſi ruſticus de pa. tenẽ. k l. moris. §. ſed enim. ff. de pœn. l Bal. ĩ c. ĩũ quidã. de iureiurã. m Bal. ĩ d. c. cũ quidã. Hippo. in l. vnica. num. 107. C. de raptu. vir. cotar. de iur. mil. lib. 9. C. de pœnis. n l. nã magiſtrat°. ff. de arbi. o Paul. & Alex. in l. eſt receptũ. ff. de iu. om. iudi. Feli. in c. prudẽtiã. de off. deleg. p Socĩ d l. eſt receptũ. nu. 5. q l. 1. ad fi. ff. ſi quis in ius voc. non ierit. r l. fi. C. de excep.

s l. Hæres abſens. §. 1. ff. de iudic. t Authẽt. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi. op. v Bar. in l. qui iuriſdictioni. ff. de iu. om. iudi. x l. ſi quis forte. §. ſi quos. ff. de pœn. y In l. Senatuſcõſul. infrà. de offic. præſ. z l. cogitationis. ff. de pœn. a Felin. in tract. de Conatu. col. pe nulti. b Dec. in l. certi condictio. §. ſi. c 2. ff. ſi cert. peta. c Bal. in l. 1. col. ſi. C. de inſt. & ſub ſti. d l. Sanci mus. C. de nupt. e Frã. Bal. ĩ leg. Rom. l. 12. f l. ſæcularij. ff. de extraor. crim.

DE SENATORIBUS. Titu. IX.

1 *Senatus quid.*
2 *Senatores qui, & à quo inſtituti.*
3 *Senatores vnde dicti.*
4 *Senatorum numerus.*
5 *Patres conſcripti.*
6 *Abortiui Senatores.*
7 *Peregrini in Senatum allecti.*
8 *Pedarij Senatores.*
9 *Senatuſconſultum duplex.*
10 *Manus porrigere.*
11 *Senatuſconſultum tacitum quod.*
12 *Senatoribus abeſſe liberum non fuit.*

13 Senatores quomodo cogerentur.
14 Senatus quomodo dimitteretur.
15 Senatus duplex.
16 Senatus in prouincijs.
17 Senatus minor.
18 Curiales.
19 Senatorem eſſe, officiũ non fuit, ſed ordo, aut (dignitas.

DE ſenatoribus.)

1 Senatus (vt Cicero diffinijt
Philip. 2.) orbis terræ conſi-
2 liũ erat: Senatores verò qui
ad id conſiliũ admitterentur. Ij à Romulo
3 inſtituti: inſtituitque ille centum, quos ob
honorẽ Patres, à cura Patricios, ob ętatem
Senatores dixit, auctore ĩ vita Romuli Plu
tarcho: vt ineptus ſit Hug. & Bartoli Ety-
mus, qui ab aſſentiendo deducunt. Tarqui
4 nius Priſcus alios centum adiecit, quos Li
uius minorũ gentiũ vocat: ſicut priores il-
los maiorũ gentiũ. Auctus deinde nume-
rus, & qui ab initio Patres tãtũ (adſcriptis
5 in eum ordinẽ pluribus) Patres conſcripti
vocati ſunt: hi videlicet qui Regũ, Conſu-
lum, Cenſorũ, Dictatorũ decreto in Sena-
tum allecti eſſent. Diuus poſtea Auguſtus
(vt ſcribit Suetonius) cũ inueniſſet ſupra
mille Senatores, & quoſdã indigniſsimos,
6 poſt necem Cæſaris per gratiã & præmiũ
allectos, quos abortiuos vulgus vocabat,
7 ad modũ priſtinum & ſplendorẽ redegit.
Nã & peregrinis in Senatũ allectis (vt idẽ
ſcribit in Cæſarẽ) libellus propoſitus eſt,
nè quis Senatori nouo curiam mõſtraret:
& vt Senatores peregrini quartã partẽ in
Italia poſsiderent, M. Antoninũ lege ſan-
xiſſe, Capitolinus eſt auctor: & Gallos in
Senatũ allectos, Caſsiodorus libr. 1. Variã-
8 rũ teſtis eſt. Fuere & Senatores quidã Pe-
darij, qui nõ voce ſuffragabantur, ſed pedi
9 bus in aliorũ ſententiã ibant. Vnde & du-
plex. S.C. auctore Gellio. Vnũ per diſceſ-
ſionẽ ſi cõſentiretur, aut (ſi res dubia eſſet)
10 per ſentẽtias ſingulorũ exquiſitas: quin &
manus porrigẽdo, quod apud Vopiſcũ in
Aureliano legimus. Poſt hæc (inquit) inter
rogati pleriq; Senatores ſentẽtias dixerũt,
quas longũ eſt innectere: deinde alijs ma-
num porrigẽtibus, alijs pedibus in ſenten-
tias euntibus, pleriſq; verbo cõſentienti-
11 bus conditũ eſt. S.C. Fuit & S.C. tacitum,
cùm cõuocatis ad interiora Senatoribus,
ea diſponebãtur, o... ...ſſent omnibus
publicãda: de quibus adiurari etiã ſolerẽt,
ne qs ante rẽ cõpletã quicquã vel audiret,
vel intelligeret. Hoc autẽ (auctore in Gor
dianis Iulio Capitolino) apud veteres, ne-
ceſsitates publicæ repererũt: vt ſi fortè ali
qua vis ab hoſtibus immineret, quæ vel co
geret humilia captare conſilia, vel aliqua
cõſtituere, quæ nõ prius oporteret dici, q̃
effici, vel ſi nollẽt ad inimicos aliqua per-
manare, S.C. tacitũ fieret, ita, vt nõ ſcribæ,
nõ ſerui publici, nõ cẽſuales illis actibus in
tereſſent: Senatores exciperẽt, Senatores
omniũ officia cenſualiũ ſcribarũq; cõple-
rent, ne quid forte ꝑderetur. Fuit & S. Cõ
ſultũ vltimæ neceſsitatis, cuius Liuius me
minit. lib. 3. Sanè Senatoribus penè liberũ 12
fuit abeſſe: niſi certis de cauſis, quibus de-
eſſe nõ ſolebãt. Quare & cogebãtur aliqñ, 13
ſed ferè nõ maiore dãno, quàm aut pigno-
ribus captis, aut indicta mulcta: quod Ci-
cero de Mar. Antonio cõqueritur Philip.
1. Dimittebatur Senatus Conſulis voce,
Nihil vos moramur patres cõſcripti. Cu 14
ius rei & Capitolinus quoq; in M. Antoni
no teſtis eſt. Duplex verò ad ſummũ Sena 15
tus, legitimus, & indictus: legitimus, q ſta
tis diebus: indictus, q ob cauſas incidentes 16
repẽte indicebatᷣ. Vtriuſq; Trãquill[a], Capi
tolinus, & Spartianus meminerunt. Fuere
etiã Senatus Cõſtãtinopoli, & in Prouin-
cijs: vnde inſcriptiões illę Ad Senatũ vrbis
Cõſtãtinopolitanæ[a], & ad Senatus & oẽs
populos[b], & in Codice Theodoſiano[c], Ad
Senatores ciuitatis Alexãdrinæ. Sed & mi 17
nor qdã Senatus (ſi Caſsiodoro credim[9])
olim fuit. Sic eñ curiales appellabanᷣ. Qđ 18
ſi eos (inqt lib. 2. Varia.) vel ad honores trã
ſire iura vetuerũt, q̃ vr̃ eſſe contrariũ, Cu-
rionẽ Reip. amiſſa turpiter libertate ſerui
re? & vſq; ad cõditionẽ perueniſſe poſtre-
mã, quã vocauit antiqtas, Minorẽ Senatũ?
Et rurſus lib. 9. Nõ eñ in caſſum curiã vo-
bis cõceſsit antiqtas: nõ inaniter appella-
uit, Minorẽ Senatũ, neruos quoq; vocitãs
ac viſcera ciuitatũ. Quid in iſta appellatio
ne nõ habeatis potẽtiæ, vel honoris? Nam
qui Senatui cõparatur, à nullo genio clari
tatis excluditur. Atq; hæc de multis ſele-
ctiora mihi viſa ſunt, quæ in hanc Rubricã
prænotarẽtur. Sed cur nõ de officio Sena
torum, inſcripta eſt? Et Marius optimè, 19
quia non officio, ſed ordine, & dignitate[d]
Senatores cenſeantur.

a l. 1. C. de ſum. trin. l. vnica. C. de cad. tol.
b l. 2. C. de vet. iur. enu cle.
c l. ſecuritatis. de petit. & vltro da tis. lib. 10.
d l. filius. ff de dona.

VLPIA-

VLPIANVS. Lib. LXII. Ad edictum.

CONSVLARI fœminæ vtiq; cõſularẽ virũ præferẽdũ nemo ambigit. Sed vir præfectorius an cõſulari fœminæ præferatur, vidẽdum. putẽ præferri, quia maior dignitas eſt in ſexu virili. Cõſulares autẽ fœminas dicimus conſularium vxores. adijcit Saturninus etiã matres: quod nec vſquam relatum eſt, nec vnquam receptum.

1 *Conſularis fœmina quæ.*
2 *Conſulares qui dicerentur.*
3 *Virorum conditio in multis melior quàm fœminarum.*
4 *Saturnini in iure qui dicantur.*
5 *Bartoli opinio communiter reprobata, communiter tamen in vſu eſt.*
6 *Dignitas deſcendit & non aſcendit.*
7 *Dignitates quædam ſunt, quæ priuilegia ſua aſcendentibus communicant.*
8 *Parentes liberorum nobilitate cohoneſtãtur.*
9 *Perſona loquentis quando videatur excepta.*
10 *Communes opiniones ſequendæ potius ſunt, quàm aut ſingulorum, aut propriæ.*

1 COnſulari fœminæ.) Vxori viri conſularis.
2 CONSVLArem virum.) Conſulares ij dicebãtur, qui conſules aliquãdo fuiſſent[a]. Sic Præfectorij, qui Præfecti: ſic Cenſorij, Dictatorij, Quæſtorij, & alij id genus. Quare & felicitati. Q. Metelli hoc tribuit Valerius lib. 7. c. 1. quòd eodẽ tempore tres filios conſulares, vnum etiam Cenſorium, duos triumphales, & quartum Prætorium vidiſſet.
PRAEFEctorius.) Qui Præfectus aliquãdo fuit.
3 IN SEXV virili.) Virilis enim ſexus in
4 multis melior cõditio eſt[b], non in oibus[c].
SATVRNINVS.) Notaſſe Saturnini huius opiniones videtur Vlpianus[d]: quo exemplo & Saturnini à Doctoribus nr̃is[e], in prouerbij vicem, ij dici ſolent, qui phantaſticas abſurdasq; opiniones in iure ciuili ſectantur. Gloſſa eſt vera (Baldus inquit[f])
5 quam ſecuti ſunt omnes, excepto Saturnino, Bartolum ſcilicet intelligens: quem tamen Iaſon[g] defendit, cuiusque opinio licet communiter ab alijs reprobata ſit, cõ-
muniter tamen in vſu eſt[h]. 6
MATRES.) Dignitas deſcendit, & non aſcendit. Sic & amor, pluſquam aſcendat, deſcendit[i]. Cæterum & dignitates quædã
ſunt, quæ priuilegia ſua aſcendentibus nõ- 7
nunquam communicant[k]. Et quanquam non aſcendat dignitas negari tamen non poteſt, quin parentes quodãmodo ex no-
bilitate filiorum cohoneſtentur[l]. 8
NEC vſquam relatum.) Atqui retulit Saturninus: igitur neminem retuliſſe falſum eſt? Verùm diſſoluit Bartolus, in generali ſermone exceptam videri perſonã loquẽtis[m]. Mihi hîc excepta eius videi, de quo quis loquitur: loquentis verò exceptã pro regula traditum eſt, præterquam ſi aliter ſermo ſubſtineri non poſsit[n]. Multaque
ſunt, quæ hoc argumento determinẽtur[o]. 9
NEC vſquam receptum.) Argumentum hic locus præſtat, ne à communi opinione dũ diſcedimus, vnius aut alterius, aut propriam temerè magis ſequamur[p].

a l. vlt. infra. l. 3. §. ſi. vbi Bud. ff. de arb.
b l. in multis. ff. de ſtatu ho.
c Deci. ĩ l. fœmina. ff. de reg. iu.
d l. 1. §. fin. ff. de abig.
e Alciat. libro. 4. de verb. ſigni.
f Bal. ĩ l. 1. col. 2. C. d ſacroſan. eccl.
g Iaſ. in l. ſi filiusfam. colũ. 3. ff. ſi cer. peta.
h Matheſ. in tract. electionis, verioris opinionis. colũ. ſecunda.
i l. vlt. C. d cura. furio. l. ſi ſi quidẽ. ff. Q̃o met. cau.
k l. In ſacris. 2. C. de prox. ſacro. ſcrinio. l. pe. C. de meta. lib. 11.
l Tiraq. d nobili. c. 16.
m l. inquiſitio. C. d ſolut.
n Bar. in l. ſi quis ita legauerit. ff. d leg. 2.
o Alex. in l. Frater à fratre. col. 2. ff. de cõd. in de. Hipp. in l. 1. §. ſi ſeruus. 2. ff. de quaſtio.
p Iaſ. in l. 2. in princ. 15. ff. de iur. iuran.

II. MARCELLVS. Libro tertio, Digeſtorum.

CASSIVS Longinus nõ putat ei permittẽdum, qui propter turpitudinẽ Senatu motus, nec reſtitutus eſt, iudicare, vel teſtimonium dicere: quia lex Iulia repetundarum hoc fieri vetat.

1 *Caßius Longinus Iuriſcõſultus quo tempore floruit.*
2 *Infamia duplex.*
3 *Delinquens in officio, amplius illud exercere non poteſt.*
4 *Reſtitutio Principis quantum proſit.*
5 *Infamis, an poßit eſſe teſtis.*
6 *Infamis infamia facti an poßit accuſare.*
7 *l. 2. titu. 1. part. 7.*
8 *l. 2. titu. 20. lib. 4. fo.*

CAſsi⁹ Lõgin⁹.)
Natus hic ex filia Tubero- 1
nis, quæ fuit neptis Seruij Sulpitij[q], Iuriſcõſultus celeber: cuius præter Pomponium meminit etiam Corn. Tacitus libr. 5.
TVRPITVdinem.) Infamiam, quæ vel 2
iuris vel facti eſt. Iuris, cũ vel lex notat infamia[r], vel iudicis ſnĩa[s]: facti, cũ licet verbis edicti infamis qs nõ habeat, re tñ ipſa, & opi-

q l. 2. §. fin. ff. de origi. iuris.
r l. 1. ff. de his qui not. infa.
s l. ĩfamẽ. ff. de pub. iudi. c. cũ te. d re iud.

& opinione hominum, non effugit infa-
miæ notam[a].
IVDICARE.) Hic, quia in officio deli-
quit, quod ſequẽtia illa indicant, Quia lex
3 Iulia Repetundarum. &c. de cætero iudex
eſſe non poteſt, ſic & notarius, qui falſum
cõmittit, deinde inſtrumẽta non faciet[b]: à
qua tamen regula permulti caſus excepti
ſunt[c].
4 RESTItutus eſt.) Reſtitutio igitur Prin
cipis prodeſt, ſiue in officio, ſiue extra offi
cium delinquat[d]. Quid ſi propter negligẽ
tiam remotus ſit? Et Bartolus hîc ſuſpenſa
manu tractat: Iaſon alio in loco diffuſius[e].
TESTIMONIVM dicere.) Infamis
5 teſtis ne eſſe poſsit, ſumma diſtinctio eſt:
infamẽ infamia iuris, non poſſe[f]: infamem
infamia facti, in cauſa ciuili poſſe[g], ſed eius
fidem non eſſe integram[h]: in criminali nõ
poſſe[i], vt in qua probationes luce meridia
na clariores requirantur[k], niſi fortè de his
dicat, quæ in loco infami facta ſunt, & ab
alijs ſciri nõ poſſunt. Si quis ergo quòd re-
probis taxillis lucratus ſcienter ſit, accuſe
tur, lenones, & ſimiles teſtes eſſe pñt[l]: ſed
& variæ huius articuli declarationes ſunt,
quas vt referã, præſentis inſtituti nõ eſt[m].
6 Illud quæſierim libenter, num infamis in-
famia facti accuſare poſsit? Et concors Do
ctorum vtriuſque iuris ſententia eſt[n], iure
Pontificio nõ poſſe: eo enim qui viles ma
læ & conuerſationis & vitæ ſunt, ad accu-
ſandũ non admittuntur[o]: iure ciuili poſſe,
tum quòd prohibiti eo iure expreſsim nõ
reperiuntur, tum etiam Vlpiani reſpõſi ar
gumento[p], qui reos factos, condẽnatosq́;
(qui videlicet infames ſunt) incohatas de-
lationes ante damnationem implere poſ-
ſe ait. Ipſe (quod & nunc probo) olim con-
tendi nullam eſſe in hoc inter ius canoni-
cum, ciuileq́ue differentiam, neque magis
hoc quàm illo accuſare poſſe. Me mouet,
quòd generaliter infames[q], & quibus æſti
matio integra nõ eſt prohibentur[r]. Quid,
quòd communi omnium aſſenſu[s], qui te-
ſtis eſſe nequit, accuſare non poteſt, ſed in
famem infamia facti teſtem eſſe nõ poſſe,
ſupra diximus. Nec Vlpiani nos morabi-
tur Reſponſum: de incohata enim, non de
7 incohanda accuſatione loquitur[t]. Iure cer
tè Regio[v], nõ minus anceps tractatus eſt,
8 ꝙ generaliter valde leges noſtræ loquan-
tur: quãuis verbis ſecundũ proprietatẽ ac-

a l. honori§. ff. de obſeq. Iaſ. in l. cunctos. n. 44. C. de ſum. trini.
b l. ſi aliqd C. de ſuſcep. & arcar. li bro. 10.
c Iaſ. in l. Barbarius. ff. de off. præto. Feli. in c. fra ternitatis col. 2. & 3. de hæreti.
d l. ſi quis e grege. C. de cohort. libr. 12.
e Iaſ. in l. 3. in 2. nota. C. de penu.
f l. 3. §. lo gis. ff. de teſtibus.
g l. ea. C. de ſum. tri. & fid. catho.
h Gl. in l. 3. §. dua cauſa. ff. de cur bo. edic.
i c. teſtimo nium. de teſtibus.
k l. ſciant. C. de pbat.
l Sali. in l. eũ quidẽ. n. 104. C. de ac cuſ. Hipp. in pract. in ver. diligenter. nu. 124.
m Iaſ. in l. 1. nu. 45. C. de ſum. tri. & fid. Catholi. Hipp. in ſin gul. 109. in. Infamis.
n An. in c. 1. in gloſ. legitimus. de accuſ. Ubi ab bas, marti. & Feli.
o c. quærendum. 2. q. 7.
p l. is qui reus. ff. de pub. iud.

ceptis, magis ſit, vt ad infamẽ infamia iu-
ris referri debeant.

III. MODESTINVS. Lib. VI. Regularũ.

SENATOREM remotum Senatu capite non minui, ſed Romæ morari diuus Seuerus & Antoninus permiſerunt.

1 *Capitis diminutione publica iura non interuertuntur.*
2 *Senatu motus quam capitis diminutionem patiatur.*

REmotũ Senatu.) Niſi fortè ob turpitudinẽ mo
tus ſit[x].
CAPITE non minui.) Sic nec capitis di 1
minutione, quæ ſalua ciuitate accidit, pu-
blica iura interuertunt. Nã manere Magi-
ſtratũ, vel Senatorẽ, vel iudicẽ certũ eſt[y],
ROMAE morari.) Apparet dubitatum,
an Senatu motus maximam aut mediam 2
capitis diminutionẽ patiatur: minima em̃
ſine dubitatione ciuitate non priuat[z].

IIII. POMPONIVS. Lib. XII. Ex varijs lectionibus.

QVI indignus eſt inferiore ordine, indignior eſt ſuperiore.

1 *Minoribus carens, nõ debet frui maioribus.*
2 *Doctoris titulum, an alibi quis poßit petere quàm vbi obtinuit licentiam.*
3 *Incorporatio Salmanticæ quomodo iure fiat.*

INdignior eſt ſu-
periore.) Habet hoc naturalem 1
intellectũ, ne ſcilicet qui caret
minoribus, fruatur maioribus[a]. Quid igi- 2
tur (inquit Baldus) ſi Paduæ Doctoris titu
los is petat, qui licẽtiã Bononiæ obtinuit,
quã Paduæ non poſſet, ꝙ forte illic & non
hic petẽdi tẽpora largirẽtur? Et exiſtimat,
petitioni nõ eſſe locũ ſcilicet: indign[9] em̃
Doctoris dignitate ille eſt, q̃ ad licentiam
præmaturus videri potuit. Nã neq; cauſæ
cõtinentiã diuidi oportet[b], neq; debuit, q̃
apud alterũ nomina edidit, apud alterũ in
albũ Doctorũ adſcribi[c]. Mihi hæc iure cõ
vera eſſe videtur[d]. Sed vniuerſitati cuique
mores peculiares ſunt. Salmãticæ, q̃ aliũ- 3
de Baccalaurei aut Licenciati, aut Docto-
res ſunt, per incorporationem (vt vocant)
Vniuerſitati Salmanticenſiũ aggregãtur.

V. VLPIA-

q l. qui accuſare. ff. de accuſa.
r l. Criminis. C. qui ac cuſ. nõ poſſ.
s Spec. tit. de accuſa. §. 1. nume. 27. Ang. de ma lefic. in ver. & ad quærelã. nu. 23.
t l. Patre. ff. de his qui ſui vel alie. iur. ſunt.
v l. 2. tit. 1. parti. 7. l. 2. tit. 20. libr. 4. fo.
x l. 2. ſupra l. eadẽ. ff. ad l. Iul. repet.
y l. amiſſio ne. §. fi. ff. de capit. dimi.
z l. fi. ff. de capit. dimi.
a l. cui pacto. ff. de ſer. expor.
b l. Nulli. C. de iudic.
c l. 1. ff. de offic. conſul.
d Iaſ. in d. l. Nulli. nume. 10.

V. VLPIANVS. Libro primo. Ad legem Iuliam & Papiam.

SENATORIS filium accipere debemus non tãtum eũ, qui naturalis eſt, verũ adoptiuum quoque: neq; intererit, à quo vel qualiter adoptatus fuerit. nec intereſt, iam in Senatoria dignitate conſtitutus eum ſuſceperit, an ante dignitatem Senatoriam.

1 *Naturalis filius pro legitimo & naturali.*
2 *Adoptiuus filius nobilitate patris non gaudet.*
3 *Doctoris filij, an patris immunitate fruãtur.*

1 NAturalis.) Naturalẽ ſæpe pro eo Iuriſconſulti ponunt, quem Doctores noſtri à naturali, ideſt, baſtardo diſtinguentes, legitimum & naturalem appellant.

2 ADOPTIVVM.) Seu arrogatũ. Num igitur & hi, ſicuti legitimi & naturales, nobilitate patris gaudebunt? Et hoc Raynaldus, Gallus exiſtimat. Contrà Bonus [a], cui aſſentior. Neque enim adoptione iura ſanguinis acquiruntur, ſicuti neque ea ius ciuile adimit [b].

A QVO.) Auo, an extraneo.

QVALITER.) Coram principe, vel iudice.

3 AN ANTE dignitatem.) Senatoriã. Sic & Doctoris filij patris immunitate fruuntur, ſiue in doctorea dignitate conſtitutus eos ſuſceperit, ſiue ante: quod de legitimis & naturalibus intelligimus. naturales enim (etiam à Doctore ſuſcepti) patris immunitate non fruũtur [c]. Sed & eſt aliquid, quod Andreas Tiraquellus in hanc rem adijciat, qui videndus eſt [d].

a *Ion. de Curt. in tractat. de nobilit. 4. part. quæſt.*
b *L. iura ſanguinis. ff. de reg. iur.*
c *Imo. in l. ex facto. §. ſi quis roga tus. col. 6. ff. ad Treb.*
d *Andre. Tiraq. de nobilit. c. 15. nume. 7.*

VI. PAVLVS. Lib. II. Ad legem Iuliam & Papiam.

SENATORIS fili⁹ eſt & is, quem in adoptionẽ accepit: quandiu tamẽ in familia eius manet. emancipatus vero nomen filij emancipatiõe amittit. A ſenatore verò in adoptionem filius datus ei, qui inferioris dignitatis eſt, quaſi Senatoris filius videtur: quia non amittitur Senatoria dignitas adoptione inferioris dignitatis: non magis quàm vt conſularis deſinat eſſe.

1 *Emancipatus filius Senatoris an quaſi ipſius filius habeatur.*

EMancipatiõe amittit.) Quid eſt ergo, quòd in lege ſequenti emancipatum à patre Senatore quaſi Senatoris filium haberi ait? Et verum eſt, illic de legitimo & naturali, hîc de legitimò tantum agi: difficilius enim duo vincula diſſoluuntur [e]. 1

NON magis.) Nam neque conſularis filius, ſi ei in adoptionem datus ſit, qui inferioris dignitatis ſit, cõſularis eſſe deſinet.

e *Authẽ. de cõſang. & vter. fra. in princ.*

VII. VLPIANVS. Libro primo. Ad legẽ Iuliam & Papiam.

EMANCIPATVM à patre Senatore, quaſi Senatoris filium haberi placet. Item Labeo ſcribit, etiã eũ, qui poſt mortem patris Senatoris natus ſit, quaſi Senatoris filium eſſe. Sed eum, qui poſtea quàm pater eius de Senatu motus eſt, concipitur, & naſcitur, Proculus & Pegaſus opinantur non eſſe quaſi Senatoris filium: quorum ſententia vera eſt. Nec enim proprie Senatoris filius dicetur is, cuius pater Senatu motus eſt, antequam iſte naſceretur. Si quis conceptus quidem ſit, antequam pater eius Senatu moueatur, natus autẽ poſt patris amiſſam dignitatẽ, magis eſt, vt quaſi Senatoris filius intellegatur. tẽpus enim cõceptionis ſpectãdũ plerisq; placuit. Si quis & patrẽ & auũ habuerit Senatorẽ: & quaſi fili⁹ & quaſi nepos Senatoris intelligitur. Sed ſi pater amiſerit dignitatẽ ante cõceptionẽ huius, quæri poterit

poterit, an quanuis quaſi Senatoris filius non intelligatur: quaſi nepos tamẽ intelligi debeat. Et magis eſt, vt debeat: vt aui potius ei dignitas proſit, quàm obſit caſus patris.

1 *Filij committentis crimẽ leſæ maieſtatis, quãdo puniantur.*
2 *l.2.titu.1.part.7.*
3 *l.6.titu.27.part.2.*
4 *l.3.titu.9.lib.4.ordin.*
5 *Pragmatica Bormis lata.*
6 *Nepos ex perſona aui qñ vtitur priuilegio.*
7 *Filius ex perſona patris, quando vtatur priuilegio.*
8 *Feudum an amittat nepos propter filij culpã.*

1 NEC enim propriè.) Argumentum hic locus præſtat, vt patre maieſtatẽ lædente, ij demum filij pena legis teneãtur[a], qui poſt delictum nati aut concepti ſunt, non qui ante: quam opinionẽ Petrus, Cynus, Faber, Angelus alijs quoque argumẽtis[b] defendunt. Albericus & Salicetus contrà, quorum etiam leuia fundamenta non ſunt. Primum, quòd lex[c] generaliter de filijs ſcripta eſt. Deinde, quòd in crimine læſæ maieſtatis diuinæ, mortis patris, non natiuitatis filiorũ reſpectus habeatur[d]. Præterea, quòd cum de crimine læſæ maieſtatis Cardinalium loquatur Canon[f], Quod ſi quis (inquit) prædictorũ filium vel filios habeat, neq; dixit, ſuſceperit, ſed habeat, vt iam natos ſignificaret. Denique quòd Theodoſius & Valentinianus[f] in ſola maieſtatis quæſtione, ſi quis eã ſacrilego animo ſumpſerit, iuſtè pœnã ad ſuos etiã poſteros transmitti dicunt. Neque dubiũ eſt, Poſterorũ appellatiõe filios cõtineri, qui vel ante vel poſt delictum cõmiſſum ſuſcepti ſint. Fuit & huius opinionis iuris canonici gloſſa[g]: fuere Dominicus Aretinus[h], Ariminenſis, ſed & Ioannes Lupus[i], quanuis idem alio in loco difficilẽ dubiãque rẽ exiſtimaſſet[k]: & in qua deciſione opus ſit: & nouiſſime Claudius Aquẽſis[l] audacter cõmunem opinionem hanc eſſe ait, vt omnes puniantur. Ego ſubſiſto, & vereor, ne nõ potior maiorque[m] eorum pars ſit, qui contrariã tuentur. Nam & iure noſtro
2 dubius articulus iſte eſt. Aliquando[n] enĩ oẽs filios puniri legimus, aliqñ[o] eos tñ, q poſt 3 delictũ ſuſcepti ſint. In hoc tñ procliuior ſum, vt priorẽ legẽ generalẽ[p] per alias[q] diſtingui dicã. Id quod & æquius[r] certè eſt, ac proinde præcipuã[s] magnãque[t] iuſtitiæ 4 rationẽ habet, vt ijs qui ante delictũ nati conceptiue ſunt, quique Maieſtatẽ in nullo ipſi læſerũt, parentũ delicta minimè nocεant. Quomodo & Pragmatica quoque, 5 quæ de proditoribus proditorũque filijs, Bormis à Carolo lata eſt (qđ ad filios pertinet) diſtinguenda videtur. Sed nũquid ex Pragmaticæ eiuſdem conſtitutione, patre maioratus poſſeſſore maieſtatis dãnato, filijs quos idẽ facinus inquinat, maioratus aufertur, ijs qui nihil ipſi admiſere, reſeruatur? Et hoc pleriſque contendunt. Alij alio ſenſu accipiunt, hoc videlicet, vt ſi ex poſſeſſoris filijs quidã maieſtatẽ læſerint, quidam verò innocẽtes ſint, illis ſucceſſione ablata, in hos transferatur. Ipſe nunc (quia ſic facto opus eſt) in medio relinquo. Viderint tñ qui hæc omnia, apertius lege lata, decidere poſſunt.

VT AVI potius ei dignitas proſit, quàm 6 obſit caſus patris.) Nepos ex perſona aui priuilegio ſeu dignitate vtitur, cum ante mortẽ aui conceptus eſt[x], non ſic ſi poſt[y]: filius ex perſona patris tunc poteſt, cũ an- 7 te maculã patris conceptus eſt[z]: non ſic ſi poſt[z]. Idque verũ eſt, vt ex perſona patris vtatur: namq; ex perſona aui vti põt. Reti- 8 nebit igitur feudum nepos ex aui perſona quanuis culpam filius commiſerit[a].

VIII. IDEM. Libro. VI. Fideicommiſſorum.

FOEMINAE nuptæ clariſſimis perſonis, clariſſimarũ perſonarum appellatione continentur. Clariſſimarũ fœminarum, nomine Senatorũ filiæ, niſi quæ viros clariſſimos ſortitæ ſunt, non habẽtur. Fœminis enim dignitatem clariſſimã mariti tribuunt: parẽtes verò donec plebeijs nuptijs fuerint copulatæ: tandiu igitur clariſſima fœmina erit, quamdiu Senatori nupta eſt, vel clariſſimo: aut ſeparata ab eo, alij inferioris dignitatis non nupſit.

a l. quiſqs. §. fi. C. ad l. Iul. maieſt. b l. Diuo marco. C. de quæſtio. l. ne minẽ. ad fi. C. de decur. lib. 10. l. 2. C. de liber. & eo. lib. l. 2. ff. de bo. dam. c d. l. qſqs. d c. ſtatutum fælicis. §. hoc ſanè. de hær. li. 6. e c. Fœlicis. §. q ſi quis de pœn. li. 6. f l. fi. C. de bo. proſ. g Glo. in c. ſi quis cum militib9. 6. q. 1. in gl. fi. h Aret. in ptе. & hai tradito. i Lup. de iure & iuſti. reten. regn. Nau. parte. 5. §. 8. k Io. Lup. in c. per veſtras. not. 3. §. 23. col. pe. l Claud. in l. ſi quis id quod. col. 5. ff. de iu. om. iudi.

m Luc. in l. 1. col. 3. C. de pe. bo. ſubl. lib. 10. plat. in l. vlt. C. de decu. lib. 10. n l. 2. tit. 2. par. 7. o l. 6. titul. 27. part. 2. l. 3. tit. 9. li. 4. ordin. p dict. l. 2. q d. l. 6. & tertia. r Luc. in d. l. prima. s l. Placuit. C. de indi. t l. ſi à reo. §. illud qđ vulgo. ff. de fideiuſſo. l. bona fides. ff. depo. v l. 2. ff. de interdict. x l. 1. §. ſi quis proximior. ff. vñ cog. y Supra in princ. l. z l. diuo. C. de quæſtio. a Glo. in l. adoptiuum. §. 1. ff. de in ius voc. glõ l. diui. ff. de in. pat.

1 *Vxor ſequitur conditionem mariti.*
2 *Vxor naturalis an efficiatur legitima & naturalis, ſi nupſerit viro legitimo & naturali.*
3 *Dignitatum gradus quot ſint.*
4 *Perfectiſsimatus dignitas & æqueſtris, poſt clariſsimatum ſunt.*
5 *Ducenæ, centenæ, egregiatus, dignitates.*

CLARIſsimis.) 1 Maritorum enim radijt fœminæ (vt Doctores noſtri notant) coruſcāt[a]: quare & viri forum, & domiciliū, & nobilitatem dignitatemq́ue, etiam dum vidua eſt, vxor ſequitur:[b] præterquā ſi ignobili rurſus nubat[d]. Sic enim, etſi nobilis ipſa ignobili nubat, vidua nobilitate gaudet. Idque (quod ex facto reſpondi) etiam ſi ſecundus maritut ignobilit fuiſſet[e]. 2 Sed & ſi viro legitimo & naturali mulier naturalis, ideſt, baſtarda nubat, videri poteſt mirabili quadā legitimatione, ex iurit diſpoſitione[f], fieri legitima & naturalit: atq; ita Angelus exiſtimauit: quod ſimpliciter Decius[g], Hippolytut[h], & Andreat Tiraquellus[i] ſequūtur. Mihi, generaliter ſi accipiamut, probabile fieri vix poteſt. Quid igitur? Certè ita cum Alciato [k] intellexerim, vt eat dignitaset conſequi poſtit, quas aliæ legitimo cōcubitu ortæ, ex mariti perſona habēt. Idq; etiam Coraſiut [l] probat, licet auctorem taceat. Quid ꝙ ſingulare ius videt̄, vt nupta curiali, veluti per oblationem curiæ ipſa legitimetur[m].

3 QVANDIV Senatori nupta eſt.) Quatuor eſſe dignitatū gradut, vulgo creditū eſt: Super Illuſtret, vt Senatores, Cōſulet, Patritios: Illuſtres, vt Præfectū Prætorio, Præfectū vrbit: Spectabilet, Prærorē, Præfectū Vigilum: Clariſsimos, Præſidē prouinciæ, & Procuratorem Cæſaris. Verùm ea traditio (cōis quālibet vt ſit, & ferè vera) tum altjt (quod Alciatus non vno in loco [n] diligēter admonuit) tum vel maxime huius legis & aliarum [o] argumento cōfunditur, quæ Senatores clariſtimos eſſe ſatis ſuperque ꝓbāt. Nā & Aeliut Lāpridius in vita Seueri, Præfectis Prætorij ſui tribuiſſe eum dignitatē Senatoriā ſcribit, vt clariſsimi dicerētur. Vñ & in iure[p] Opiliut Macrinus, qui poſt Imperator, antea Præfect[o] Prætorio Seueri fuit, clariſtimus appellatur. Sed & cū quatuor dignitatū gradus diſtinguunt, imperfecta dubio procul illa diſtinctio eſt. Quis em̄ neget, poſt Clariſsi- 4 matum, dignitatē eſſe Equeſtrē[q], & Perfectiſsimatū? Sed & fuere Ducenæ, Cētenæ, Egregiatus dignitates, quod Conſtantini 5 lex. lib. 10. Cod. Theodoſiani, ſub Rub. de Cæſarianis, conuincit. Cæſarianos in actu dūtaxat conſtitutos, ad Perfectiſtimatut, vel Ducenæ, vel Centenæ, vel Egregiatus dignitates non oportet admitti &c. Et rurſus ſub Rubr. de Murilegulis. Monetarios in ſua ſemper durare conditione oportet, nec dignitates eis Perfectiſsimatus tribui, vel Ducenæ, vel Centenæ, vel Egregiat[r]. Et ſub Rubr. de Decur. in eadē ferè verba.

a Authē. de Cōſul. §. hac itaque. l. fi. C. de incol. li. 10. e l. fi. §. itē reſcripſerūt ff. ad municip. d d. l. vl. C. d' icol. li. 10. e l. 6. tit. 2. lib. 4. ordi. Lup. in rub. de donat. inter vi. & vxor. §. 31. col. fi. f Authēt. quib. mod. natura. effi. ſui. §. qd vero. vbi ang. g Deci. in l. Fæmina. nu. 9. ff. de reg. iur. h Hypol. in ſing. 50. ſi ancip. critum. i Tiraq. de nobili. c. 18. nu. 2. k Alciat. in l. ſpecioſa. ff. d' verbo. ſignif. l Coraſius. hic in 1. lect. in ver. continentur. m d. §. Qd. vero. n Alcia ī dic. l. ſpecioſa. & libr. 3. diſpūc. ca. 4. & in rubri. de perfectiſſi. dign. lib. 12. o d. l. ſpecioſa. l. 2. C. de his q. ve. etat. impet. p l. 2. C. de ſenten. paſſ. q Rubr. de equeſt. dig. rub. de perfectiſſi. dig. lib. 12.

IX. PAPINIANVS. Lib. IIII. Reſponſorum.

FILIAM Senatoris nuptias liberti ſecutam, patris caſus nō facit vxorem. nam quæſita dignitas liberis propter caſum patris remoti à Senatu, auferenda non eſt.

1 *Senatoris filia iure ciuili non ſemper potuit nubere liberto.*
2 *Differentia inter ius ciuile & canonicum.*

SEcutam.) Cui iure ciuili antiquo 1 nubere minime poterat[r], poſteriori potuit[s], dummodo inſtrumenta dotalia iure conficerentur: ſed 2 Pontificio[t], inter quaſcunq; perſonat (modò conſenſus adſit) matrimonium eſt.

r l. generali. §. fi. l. oratione. ff. de rit. nupt. s Authēt. vt liber. de caeter. t c. cum locum. c. cum apud. d' ſponſalibus.

X. VLPIANVS. Lib. XXXIIII. Ad edictum.

LIBEROS Senatorū accipere debemus, nō tantum Senatorum filios, verùm omnes, qui geniti ex ipſis, ex ve liberis eorum dicantur: ſiue naturales, ſiue adoptiui ſint liberi Senatorum, ex quibus nati dicuntur. Sed ſi ex filia Senatoris natus ſit, ſpectare debemus patris eius conditionem.

1 *Filius patris conditionem ſequitur, quoad honores & nobilitatem.*
2 *Pater in filiorum conceptione, cauſa eſt potentior & nobilior.*
3 *Vxor viri conditionem ſequitur.*

4 *Filij ut matris conditionem ſequatur, an ſtatuto induci poſſit.*

5 *Filij ignobilitas minor multo eſt, ſi mater ſit nobilis.*

PAtris conditio- 1
nem.) Sequitur enim filius
patris conditionem, nō ma-
tris, quoad dignitatē, hono-
res, nobilitate, etiam ſi mater regina ſit[a].
An quia agens patiente porētior? An qnia
2 forma, quàm materia nobilior eſt? An qa
3 & mater ipſa viri conditionem ſequitur[b],
cui conſequens fuit, vt pignora quoque ſe
qnerentur[c]? quæ Baldi[d] rationes ſunt. Ad-
4 iecitque idem lege municipali ſtatui non
poſſe, vt filij in hiſce matris cōditione cen
ſeantur[e]: quod verum eſt in conſuetudine
aut ſtatuto inferioris. Imperaror ēm, Prin
ceps, populus ſuperiorem non recogno-
5 ſcens, facere hæc poſſent[f]. Quinetiam ſi
marer nobilis ſit, dubio procul erit filij i-
gnobilitas (cui⁹ eſſet pater ignobilis) mul-
to minor[g]. Quare & Cicero lib. iij. De na-
tura deorum. Vt enim (inqnit) iure ciuili,
qni eſt de marre libera, liber eſt: item iure
naturæ, qui dea matre ſit, Deus ſit neceſſe
eſt. Et ſtatim, Si hi quorum patres dij ſunt,
erunt in deorum numero, quid quorū ma
rres? opinor etiam multo magis. Ouid. pri
mo Faſtorum.

Hic fuit Euander, qui quaquam clarus vtroq;,
Nobilior ſacræ ſanguine matris erat.

XI. PAVLVS. Lib. XLI. Ad edictum.

SENATORES licet in vrbe domicilium habere videātur: tamē & ibi vnde oriūdi ſunt, habere domicilium intelliguntur: quia dignitas domicilij adiectionem potius dediſſe, quàm permutaſſe videtur.

1 *Domicilium vnum alteri adijcitur.*
2 *Vxor mariti domicilium ſequitur.*
3 *Priuilegij noui adiectione vetera non adimuntur.*
4 *Adiectio honoris antiquos honores non tollit.*
5 *Ludus latronum quæſtio.*
6 *Communes opiniones contrariæ.*

a Ancha. cōſ. 339. col. 3. Tiraq. de nobili. c. 18. nu. 20.
b l. Mulieres. C. de digni. lib. 12. l. fœmina. ſupeà.
c Regn. acceſſorium.
d Bal. in l. fi. C. de ſer. fugi.
e l. Exemplo. ubi Bal. C. de decur. lib. 10.
f Bac. in l. 1. nu. 82. C. d digni. li. 12. Deci. ī l. Fœmina. n. 74 ff. d reg. iu. Tiraq. d nobili. c. 18. nume. 24.
g Bal. in l. vlt. ad fi. C. de ſer. fugi. Tiraq. d nobili. c. 18. nume. 26.
h l. Senatores. C. de incol. libr. 10.
i l. Origine. C. d munitip. & orig. lib. 10. l. aſſumptio. ff. ad muni.
k Gl. ī d. l. origine. & in l. ciues. C. d icol. li. 10.
l l. fin. §. ſtē reſcripſerūt ff. ad muni. Bal. ī rub. ff. ſo. ma. col. 1.
m l. aduerſus. C. de cri mi. expi. hæredi.

DOMICILium.) Dignitatis[h].

DOMICilium.) Originis. Quę
ritur ergo dignitate nouum domicilium,
neque mutatur originale: ſed alteri alterū 5
adijcitur[i], niſi quod ad matrimonium at-
tinet[k]. Mutāt enim forum originis nupta,
vt non in eo, vnde orianda eſt, ſed in mari
ti domicilio conuehiatur[l], cuius eſt focia 2
diuinæ & humanæ domus[m].

QVIA dignitas domicilij adiectionē
dediſſe poti⁹, quā permutaſſe videtur.)
Sic priuilegij noui adiectione adimi vete-
ra non videntur[n]. Sic alienigena ciuis eſſe 3
ſtus, non amittit priuilegia alienigena-
rum. Honoris enim adiectio ſtatum, non 4
conditionem mutat[o]. Sic tabellio factus ſa
cerdos, tabellio eſſe non deſinit[p]. Sic licet
Doctor, qui per annos. xx. legit, efficiatur
comes[q], priuilegia tamē popularium non
amittit[r]. Sic monachus, ſi Epiſcopus fiat,
monachus manet[s]. Sic Epiſcopus, ſi cree-
tur Archiepiſcopus, manebit Epiſcop⁹ ad-
huc, & cōmiſsio velut Epiſcopo facta du-
rabit[t]. Sic & qui in latronum ludo promi- 5
ſit dare ſcachum matum (neque enim lati
na alia dictio eſt) cum pedite, faciet pro-
miſsioni ſatis, ſi dederit cum pedite facto
Regina: idque Bartolus & hîc & alibi[v] ve-
rius credidit. Et ſunt ex recentioribus qui 6
dam[x], qui cum non multum (vt mihi qui-
dem videtur) expenderint Doctores iuris
ciuilis, ita tenere affirmant. Atquin alibi
contrà Bartolus tenet, quia officium artifi
cio velut mutetur[y]: quæ opinio Imola[z]
Decioque[a] auctorib⁹ cōmunis eſt. Cúmq;
ita ex facto Paduæ pronūciatum affirmet
Stephanus Coſta, tum etiā idem eam ma-
le fuiſſe aſſeruiſſe Canoniſtis. Sed mihi media
via plus placet exiſtimantiū, vt ſi promiſ-
ſio generalis fuetit, verum peditem eſſe
oporteat, ſi ad certum peditem ſe promiſ-
ſor adſtringat, eumque demonſtret, hoc
(quanuis Reginam efficiat) promiſsioni
ſatisfaciat. Atque ita Bononiæ determina
tum Ioannes Andr. & Paulus[b] teſtantur.
Quo caſu Bartoli opinio hîc defendi po-
teſt, occaſionem, vt & ipſe hîc tractarem,
mihi præbentis.

XII. VLPIANVS. Libro ſecundo de cenſibus.

n l. fi. C. de prapo. agē. in reb. li. 12.
o l. falſa. §. 1. ff. de cōdi. & demon.
p c. vt inqſitiōis. §. ad conſcribendas. de hær. lib. 6. Bal. ī rub. C. de fi. inſtr. n. 20.
q l. 1. C. de profeſſ. q in vr. conſtan. lib. 12.
r Bac. in l. Alexandrinu. C. de de cur. libr. 10.
s capi. 1. 18. quæſt. 1.
t Io. andr. in addit. ad Spec. tit. de ind. delega. §. reſtat videre. addit. incip. q̄ſtiones. argu. l. eos. C. de ex cuſa. mune. lib. 10. l. 3. C. de dignita. lib. 12.
v Bar. hic. & in l. falſa. §. 1. ff. de cond. & demonſtr.
x Stepha. Coſta. in tracta. d ludo. in 2. articu. princip. nume. 31.
y l. legatis. §. ſi ex officio. ff. de legatis. 3. vbi Bart.
z Imol. ī d. l. falſa.
a Deci. ī c. quoniā Abbas. nu. 24. de of. deleg.
b Io. andr. in d. addit. Pau. in d. l. Falſa.

NVPTAE prius Conſulari viro, impetrare ſolent à Principe (quamuis perrarò) vt nuptæ iterum minoris dignitatis viro nihilominus in Conſulari maneant dignitate: vt ſcio Antoninum Auguſtum Iuliæ Mãmeæ cõſobrinæ ſuæ indulſiſſe.

1 *Diſpenſationi ſuæ an poßit Princeps adijcere modum vel conditionem.*
2 *Feudo à ſe dato poteſt Princeps nouum modũ ſuccedendi præſcribere.*
3 *Princeps donationibus à ſe factis & perfectis poteſt certas leges imponere.*
4 *Enrici ſecundi Hiſpaniarũ Regis donatiões.*

1 PErrarò.) Diſpenſat ergo Princeps ſed rarò. An & diſpenſationem reuocare poſsit? Et Baldus pro tempore præterito non poſſe ait, ſed pro futuro. Video (inqt) facta conceſsione ab Imperatore, & tranſlato dominio rei conceſſæ, poſſe eum conditionem apponere non ex vi contractus, ſed ex vi legis. Eſt enim in Principis pectore omnis legum poteſtas[a]. Poterit ergo Princeps 2 feudo à ſe dato nouum modũ ſuccedẽdi præſcribere: verbi gratia, vt fœminæ (etiam maſculis ſtantibus) in eo ſuccedant. Poterit & 3 donationibus à ſe factis (quod priuatus non poſſet[b]) modum, conditionem, certas leges præſcribere: quam rem Albertus Brunus[c], & Campetius diffuſius executur. Quo iure cum 4 Enricus Hiſpaniarũ Rex, eius nominis .ij. quo tempore cum fratre Rege Petro bellum ciuile gereret, varias ſubditis donationes feciſſet, teſtamentique parte quadam (quam clauſulam Regis Enrici vocant) hoc inſerit, vt ea quæ donauerat, titulo Maioratus donatarij haberent, ita, vt ſi ſine deſcẽtibus illi decederẽt, ad Regiam coronam reuerterentur: dubitatum non ſemel in auditorijs eſt, potueritne donationibus iam perfectis modum, conditiones, & eiuſmodi vincula adijcere? Sed extat & verior & crebrior opinio, potuiſſe: idque tum alijs, tum vel maxime eius argumẽto quod Baldus hîc notat, Romanus[d], Lupus[e], Rodericus[f] ſequuntur: quibus peritiores omnes aſſentiunt.

a l. quia agros. C. de om. ag. deſer. lib. 11.
b l. Perfecta. C. de dona. quæ ſub mo.
c Albert. Brun. cõſi. 1. col. 6. & colum. 10.
d Roman. conſi. 99. in 2. dub.
e Ioã. Lup. in rub. d. donat. inter vi. & vxor. §. 50. n. 6. & §. 69. nu. 13. cum ſeq.
f Roder. in q. an ĩ bon. maior. pat. hab. vſumfru. n. 22.

SENATORES autem accipiendum eſt eos, qui à Patricijs & Cõſulibus vſq; ad omnes illuſtres viros deſcendunt: quia & hi ſoli in Senatu ſententiam dicere poſſunt.

1 *Patricij qui ſint.*
2 *Patriciatus duplex.*
3 *Pares Franciæ Patricijs ſimiles.*
4 *L. 7. titu. 18. part. 4.*
5 *Conſiliarij principum Patricij ſunt.*

SEnatores.) Admonet, in 1 margine Haloãder, compilatorum hęc eſſe verba. Harmenopulus verò Epitomes iuris ciuilis libr. 6. Sic ait ἀπὸ πατρικίων ἕως ἰλλουστρίων εἰσὶν οἱ συγκλητικοί. A Patricijs vſque ad illuſtres Senatores ſunt: videturq; hi Senatoriam dignitatem inter Patricios Conſuleſque, & inter Illuſtres mediã conſtituiſſe. Atqui (quod ex Liuio, Suetonio, Suida, Sidonio, Procopio ſat cõſtat) Senatores ab honore Patres, & eorũ progenies Patricij appellati ſunt? Sed & ex Romuli inſtituto (vt in eius vita ſcribit Plutarch⁹) Senatores ipſi Patricij dicti, ἑκατὸν δὲ τοὺς ἀρίστους ἀποδείξας βουλευτὰς καὶ αὐτοὺς μὲν πατρικίους, τὸ δὲ σύστημα σενάτον προσηγόρευσεν. Scire igitur oportet (id quod alij quo- 2 que notant[g]) Patriciatus dignitatem, poſt Imperium in Græciam tranſlatum, apud Græcos, quàm apud Romanos fuerat, multo maiorem fuiſſe. ſit inde, vt à Iuſtiniano in Nouel. xxxviij, μέγιστον ἀξίωμα, ideſt, maxima dignitas vocetũ: & in Nouel. lxxxj[h] Patriciatus codicilli, σύμβολα τῶν πάντων ἀνθρώπων σεμνότατα. Sed & dictos Patricios idem Iuſtinianus[i] ait, ꝙ Principib⁹ patrum veluti loco ſint. Suidas, quaſi Reipu. patres. Plutarchus, vel quia filiorum legitimorum patres erant, vel quia patrum vicẽ præſtarent: vel Patricios quaſi patronos à Patronio quodam, à quo & patroni dicti. Quinetiam Caſsiodorus libr. vj. Variar. in formula Patriciatus. Præfectorios (inquit) & aliarum dignitatum viros præcedit, vni tantum cedens fulgori, quem interdũ etiã à nobis conſtat aſſumi. Poſtremò fuere (vt ſcribis Suidas) Patricij in Græco imperio 3 ij, qui ab Imperatoris ſupremo conſilio eſſent.

g Bal. hic. Alciat. de Cõſul. li. 12.
h Authẽ. cõſtitu. quæ de dignitat. princ.
i d. authẽt. conſtit. quæ de dignita. §. filiusfam. ſit. qb. mo. ius pat. pot. ſol.

eſſent. De hoc igitur Patriciatu Harmeno
pulus: de eodem Vlpianus, aut (quod ve-
rius credidit Haloander) cõpilatores Græ
ci & ipſi agunt, ac proinde mirum non eſt,
ſi quaſi ſupremam dignitatem conſtituũt.
Hos apud Gallos Pares Franciæ nunc eſſe
3 Budæus & Pyrrhus[a] affirmant. Hiſpaniæ
4 verò lex[b] eos Patricios interpretatur, qui
Imperatoris Regiſue cõſiliarij ſint. Quod
5 ego non tantum de ijs intellexi, qui ſtatus
(vt vocant) conſiliarij ſint, Cameræ vel à
Secretis: ſed & latius patere, vt Regij con-
ſilij, eò amplius, & Pinciæ Granatæq; etiã
qui ſunt Auditores, ea voce apud nos cõti-
neantur, pluribus admonui aliâs. Coraſius
locum hunc lõge aliter hîc interpretatus
eſt, cui vix conſentio: ſicuti neq; Alciato[c],
quem (prætérquã q Coraſius idem enixe
reprehendit) alij alijs rationibus meritò
in hoc non ſequuntur. Nam & quod recẽ-
tiores quidam pro Senatores, Senatorios
hîc ſubſtituere tentant, id nullo vnquã co-
dice adiuuãte (& quod pudeat magis) nul-
lo bono ſenſu fecerunt.

QVIA ij ſoli.) Qui à Patricijs & Conſu-
libus vſque ad Senatores ſunt.

a Pyrrh. § magiſt. Romæ. parte 2. nu. 17.
b l. 7. titu. 18. par. 4.
c Alciat. lib. 3. diſpũ. cap. 4.

DE OFFICIO Cõſulis. Tit. X.

1 *Conſules quo tempore creati.*
2 *Conſules à Regibus parum differebant.*
3 *Conſules vnde dicti.*
4 *Conſulatus vbi peteretur.*
5 *Candidati vnde dicti.*
6 *Deſignati qui dicerentur.*
7 *Conſulum auctoritas & poteſtas Principum tempore imminuta eſt.*
8 *Conſulum proceſſus ſeptem.*
9 *Conſules quas pecunias ſpargebant.*
10 *Imperatores ipſi interdum Conſules creabantur.*
11 *Conſules quidam ordinarij quidam ſuffecti.*

1 DE officio Con-
ſulis.) Exactis Regibus (vt
ſcribit Pomponius[d]) Con-
ſules creati ſunt, Anno ab vr
be cõdita. CCXLIIII. Primi omnium
L. Iunius Brutus, & L. Tarquinius Collati
nus. Ij prætérquàm quòd duo erãt, quódq;
2 annuum eorum Imperiũ, nihil à Regibus
differebant. Itaque lictores cuique. xij. cũ
faſcibus virgarum atque ſecuri, trabeã cæ-
teráque Regũ inſignia tenuere. Apud eos
totius Imperij ſumma, illi exercitũ ducta-
re, illi Senatum populumq; per Accenſos
& præcones cogere, ab illorum magiſtra-
tũ numerũ annorum iniri. Penes hos ſum
mum vti eſſet ius, lege rogatum eſt. Ne ta
men per omnia Regiam poteſtatem ſibi
vendicarẽt, lege cautũ eſt, vt ab eis prouo
catio eſſet ad populum, néue poſſent in ca
put ciuis Romani animaduertere iniuſſu
populi: tantum relicta eſt illis coërctio, &
vt in vincula publica duci iuberent. Dicti 3
Conſules à conſulendo, ideſt, prouidẽdo,
quòd Reipu. conſulere multum deberẽt.
Plutarch. in Romulo, κονσίλιον γὰρ ἔτι νῦν
τὸ συμβούλιον καλοῦσι, καὶ τοὺς ὑπάτους κον-
σούλας οἷον προβούλους. Cicero pro L. Mu-
rena. Quare ſi eſt boni Conſulis, non ſolũ
videre quid agatur, verumetiam prouide-
re, quid futurum ſit &c. Conſulatum in co 4
mitijs petebant: & quia petituri, cum in cã
pum Martium deſcenderent, candidis ve-
ſtibus vterentur, candidati tunc dicebãn- 5
tur. Qui plura populi ſuffragia haberet, is 6
erat Conſul deſignatus. Quare & Cicero,
Cur (inquit) poſteaquã deſignatus es, mul
tos negligentius ſalutas? Verum hæc qui-
dẽ olim. Certè enim poſteaquã C. Iulius 7
Cæſar & Octauius Auguſtus inuaſere Im
periũ, & lege Regia quæ de Principis Im-
perio lata eſt, populus ei & in eum omne
ſuum Imperium & poteſtatem contulit,
Conſulum auctoritas atq; poteſtas nimiũ
q̃ imminuta eſt: idq; adeò, vt honoris ma-
gis cauſa q̃ actus Conſules creari videren-
tur. Mamertinus igitur Iuliano Imperato
ri congratulatus de conſulatu, inter alia in
adminiſtrationibus laborem adiungi ho-
nori, in Cõſulatu honorẽ ſine labore ſuſci
pi ait. Et Iuſtinianus in Nouella de cõſul.
ὕστερον δὲ ὁ χρόνος εἰς αὐτοκράτορας εὐσεβεστά-
τους μετατιθεὶς τὴν τοῦ πολεμοῦντα καὶ εἰρη-
νεύειν ἄγειν ἐξουσίαν εἰς φιλοτιμίαν μόνην τὸ πρᾶ-
γμα τοῖς ὑπάτοις μετέστησεν. Ideſt; tempore
deinde in Imperatores pijſsimos belli pa-
ciſque poteſtate tranſlata in munificentiã
ſolam Conſulum res mutatæ ſunt. Et rur-
ſus ad finem, Cõſulum ſtolam ſiue trabeã
Imperatorũ ſceptris in omne æuum velu-
ti pediſſequã eſſe ait. εἶναι αὐτοῖς πάντων
ἡ στολὴ ὡς καὶ ἡ τῆς βασιλείας ὑπατεία διὰ πάν-
των ἐστὶ

d l. 2. § exactis. ff. de orig. iuris.

ταρ ἐςὶ ἀκολουθοῦσα τοῖς ϛκίπτροις. Inde & Conſulibus proceſſus ſeptem permiſsi populi exhilarandi gratia. Proceſſus primus Mappa, Venatio theatrica, Monhemeriū, ſeu Pancarpū, Pornæ ſiue floralia, Mappa, Depoſitio magiſtratus: tum etiam interdi
9 ctum illis eſt, ne pecunias maioris, mediæ, minoris ſignaturæ aureas in vulgus ſpargerent, ſed argenteas miliarenſes (quæ & cyatho ſignatæ) quadrangulares, & id genus alias minutiores. Interdum & Impera
10 tores ipſi Conſules creabantur. Inde etiā tertij ſui Cōſulatus Iuſtinianus meminit[a], & multa repetiti Conſulatus in antiquis omniū Imperatorū nomiſmatis veſtigia:
11 de quo ſupra quoque diximus[b]. Fuere denique Conſules ordinarij quidam, quidā ſuffecti: quod vtrunque Aelius Lampridius in Seuero ſat probat. Conſulatum (inquit) .iij. inijt, tantum ordinariū ac primo nundino, ſibi alios ſemper ſuffecit. Et infrà. Carrucas Romæ & rhædas Senatorib⁹ omnibus vt argentatas haberēt, permiſit: intereſſe Romanæ dignitatis putans, vt his tantæ vrbis Senatores vterētur. Coſſ. quoſcunque vel ordinarios, vel ſuffectos creauit, ex Senatus ſententia nominauit, ſumptum eorum contrahens, & nundina vetera ex ordine inſtituit, vel dies vel tempora. Spartianus in Mario ſeptimo, Eum (inquit) inſigniorem, breuiſsimū fecit Imperium. Nam vt Coſ. qui ſex meridianis horis Conſulatum ſuffectum tenuit, à M. Tullio tali aſperſus eſt ioco, Conſulem habuimus tam ſeuerum, tamque Cenſoriū, vt in eius magiſtratu nemo pranderit, nemo cœnauerit, nemo dormierit. De hoc etiam dici poſſe videtur, qui vna die factus eſt Imperator, alia die viſus eſt imperare, tertia interemptus eſt.

a l. 2. ad fi. C. de veter. iu. enucle.
b In pæn. ad finem.

VLPIANVS. Lib. II. De officio Conſulis.

OFFICIVM Cōſulis eſt, conſilium præbere manumittere volentibus. Conſules & ſeorſum, ſinguli manumittunt. Sed non poteſt is, qui apud alterum nomina ediderit, apud alterū manumittere. Separatæ enim ſunt manumiſsiones. Sanè ſi qua ex cauſa collega manumittere non poterit, infirmitate, vel aliqua iuſta cauſa impeditus: collegam poſſe manumiſsionem expedire, Senatus cenſuit. Conſules apud ſe ſeruos ſuos manumittere poſſe, nulla dubitatio eſt. Sed ſi euenerit, vt minor viginti annis Conſul ſit, apud ſe manumittere non poterit: cum ipſe ſit, qui ex Senatuſconſulto conſilij cauſam examinat: apud collegam verò cauſa probata poteſt.

1 *Manumiſſio apud conſilium, quæ fuerit.*
2 *Rubrica de vindicta apud conſilium manumiſſione.*
3 *Conſilium Romæ & in prouincijs.*
4 *Conſules an habuerint ius contentioſæ iuriſdictionis.*
5 *Nomina edere quid ſit.*
6 *Neceſſitas lege caret.*
7 *Collega an poſſit perficere cauſam cœptam coram collega.*
8 *Subrogatio iudicis an fieri poſſit, ſi ille infirmitate ſit impeditus.*
9 *Confeſſio coram vno iudice facta, an poſſit ab alio mandari executioni.*
10 *Hyperbole Iuriſconſulti frequēter vtuntur.*

OFficiū Conſulis.) Ad officium Conſulis hoc inter cætera ſpectat.
CONSILIVM præbere.) De manumiſ 1
ſione apud conſilium frequens in iure mētio eſt[c]: atque adeo titulus integer. C. De 2
vindicta, & apud conſilium manumiſſione. Sic enim legendū eſt, non apud concilium, vt Noricus codex habet. Paulus,[d] in Prætura & Cōſulatu ſuo quoſdam ex ſeruis ſuis vindicta apud conſilium ſe liberaſſe Celſus[e] pater meus referebat, cū eſſet in conſilio Ducennij veri Conſulis itum in ſententiā ſuam. Quinetiam Cicero in Verrem Act. 5. de conſilio Romę aduocato. Conſules cauſam cognouerūt, cū viros primarios, atque ampliſsimos ciuitatis multos in conſilium aduocaſſent, de cōſilij ſnīa pronunciarūt. Et pro Roſ. Amer. Dij prohibeāt iudices, vt hoc, quod maiores conſiliū publicū vocari voluerūt, præſidiū Sectorum exiſtimetur. Sed & Theophilus[f] conſilij diffinitionē, quo tēpore, 3
qua forma præberetur: vtque ſerui apud

c l. ſi pater. §. fi. l. ſi mora nord. pupil. lus. ff. l. u. a na. vin.
d l. an manumittere ff. de manu. vin.
e l. pater. ff. de leg. 2.
f Theoph. in §. ... inſtit. an ... ex cau. ... nu. non l...

conſiliũ manumitterent, latius exequitur. Erat igitur Romæ, Conſulis, Prætoriſque conſiliũ: erat in prouincijs, Procõſulis, Præſidisq;[a]. Illudque cõſtat, cõſiliũ præbere[b], vel exercere[c] eũ, qui cõſilio ex more aduocato Conſul, Prætor, Præſes, Proconſul præeſſet. Nam Accurſij expoſitio exploſa eſt, qui conſiliũ, ideſt auctoritatẽ exponit.

4 MANVmittere volentibus.) Cũ hæc nõ cõtentioſæ, ſed volũtariæ iuriſdictiõis ſit, Accurſius[d] & Zaſius, Cõſules iuriſdictionẽ contẽtioſam nõ habuiſſe credũt[e]. Azo, Guilielmus, Bartolus[f] & idẽ Zaſius cõtrà. Nã & hæc cauſa Prætoris Vrbani creandi fuit, ꝙ cũ Cõſules auocarentur bellis finitimis, non eſſet qui in ciuitate ius reddere poſſet. Sed veriſimile eſt, habuiſſe eos olim cõtentioſæ voluntariæq; iuriſdictiõis ius, poſtea verò imminuta (vt diximus) cõſulũ maieſtate, contentioſam eis detractã, relictũq;, vt manumiſsiões, & quæ volũtariæ iuriſdictiõis ſunt, apud eos fieri poſſẽt.

SEORSVM.) Aliud in iudicibus eſt, qui ex delegatione cognoſcunt[g].

5 NOMINA ediderit.) Serui manumittẽdi nomen profeſſus ſit[h]. Accurſij em̃ interpretationem Budæus & cæteri meritò reprehendunt.

SEPARATAE.) Separata igitur ratio futura eſt[i].

6 IVSTA cauſa.) Neceſsitas enim lege caret, cuius generis permulta ſunt[k]. Omnia tñ tandiu procedũt, quãdiu & neceſsitas[l].

7 COLLEGAM poſſe.) Sic ſi Epiſcopus duos Vicarios habeat, & corã vno litigare incipiã, ex cauſa alter negotio finẽ imponet. Idẽque eſt, et ſi Corrector duos itẽ habeat: quales Salmanticæ ſunt. Sic ex cauſa nuncius aut apparitor qui non citauit, cauſam proſequi põt. Sic & tabellio cõmittere alteri poterit, vt ex Protocollo inſtrumentũ deſcribat[m]. Sed quid ſi iudex corã quo lis cœpta eſt, infirmitate impediatur, an eius loco alius ſubrogari poterit? Etſi longius aliquanto impedimẽtum ſit, ſubrogatio fiet: ſi breue, non fiet[n]. Sicut neq; confeſsionẽ cotã vno factã alter executioni tradet, ſi priore iudice requirẽte[o]. Eſt enim confeſsio ſpecies probationis[p].

10 NVLLA dubitatio eſt.) Cum maiores annis.xx. ſunt, quod autẽ nullã dubitationem eſſe ait, Hyperbole eſt: qualia illa Imperatoribus frequẽtia, Indubitati iuris eſt, apertiſsimi, certiſsimi, & ſi quę ſimilia ſũt. Nam vt nulla prorſus dubitatio fuerit, noſtri vix eſt vt admittant[q].

NON poterit.) Niſi cũ cauſas manumittendi apud collegam probaſſet[r].

POTEST.) Cauſa videlicet apud collegam probata[s].

DE OFFICIO præfecti Prætorio. Titul. XI.

1 *Præfecti prætorio Imperatoribus iũgebãtur.*
2 *Præfecti prætorio plenior licentia quàm magiſtri equitum.*
3 *Præfecti prætorio vnde dicti.*
4 *Prætoria cohors.*
5 *Prætor qui olim diceretur.*
6 *Prætorium.*
7 *Prætoria porta.*
8 *Præfecti prætorio dignitas aucta.*
9 *Præfecti prætorio prouinciarum.*
10 *Præfecti prætorio iuriſdictio.*
11 *Formæ Præfectorum prætorio.*
12 *Præfecti prætorio quibus hodie comparẽtur.*
13 *Cardinales & Epiſcopi Præfectis prætorio ſimiles non ſunt.*
14 *L.8.titu.18.part.4.*

DE officio Præfecti prætorio.) Vt Regib⁹ Tribuni celerum, Dictatoribus Magiſtri equitũ, ſic Imperatoribus Præfecti prætorio iungebantur[t]. 1
Initio em̃ (vt ſcribit Pomponius) conſtat Reges omnẽ poteſtatẽ habuiſſe: ſed iiſdẽ tẽporibus & Tribunus celerũ fuit, q̃ veluti ſecundũ locũ à Regibus obtinebat: quo in numero fuit Iunius Brutus, qui auctor fuit Regẽs eijciendi. Exactis Regibus, cũ Imperijſumma penes populũ eſſet, in magno aliquo & repẽtino Reip. diſcrimine (neq; enim aliter id fieri poterat) Dictator creari cœpit. Hic Magiſtrũ equitũ deſignabat, cuius tale ferè erat apud Dictatores officiũ, quale Tribuni celerũ apud Reges fuit. Tranſlato demum in Imperatores imperio, ad ſimilitudinẽ Magiſtrorũ equitum, Præfecti prætorio à Principib⁹ electi ſunt, data eis pleniore licentia, vt nõ quæ ad militiã tantũ (qđ Magiſtri æquitũ faciebant) 2

Sed &

a Theoph. ĩ d.§. Eadẽ. Alciat. parer. l. ea. 41. vigl. inſti. đ teſtam. §. ſed vt nihil.
b Hic, & ĩ l. an manumittere. l. etiã. §. fi. ff. đ manu. vin.
c l. 2. infrà. de offi. pcõ. l. 2. ff. de offi. cui man. eſt iuris.
d Gloſ. hic & Zaſ. in paratl.
e l. 1. § pe. ff. de appel. l. 3. ff. de in ius vocan.
f Bart. hic. Zaſ. in l. 2. §. cũq; eſſet. ff. de origi. iuris.
g l. duo ex tribus. ff. de re iudi.
h l. 2. §. ſi mater. ff. ad Tertul.
i l. fi. ff. de calumnia. l. Papinianus exuls. ff. de minor.
k Gerard. not. vlti.
l l. Senatuſcõ. s. .. frã. de offi. præ. Deci. in l. 1. nu. 35. de offi. eius. cui man. eſt iuriſdict. lib. 1. de vet... ſign. fo. vlt.
m Bal. ĩ l. iuriſiura... col. fi. C. đ teſtib. Alex. in. 6. vol. cõſil. 14. nu. 8.
n l. ſi longius. ff. đ iudic. & hic.
o l. cũ qua dam puella. ff. de iuriſiur. iudi.
p l. Sed et ſi poſſeſſori. §. pen. ff. đ iniura.
q l. Qđ labeo. ff. đ carbo. edic.
r l. ſi roga tus. §. fi. ff. đ manu. vin.
s l. Apud cõ. §. 1. ff. de manumiſſ. l. apud filiũ. §. 1. ff. đ manu. vin.
t l. 2. §. populo. ff. đ origi. iur.

ſed & quæ ad diſciplinæ publicæ emenda
tionẽ, ſeu ciuilẽ Reipu. adminiſtrationem
3 pertinebãt, curarẽt. Dicti Præfecti præto-
rio à cohorte Prætoria. apud antiquos em̃
4 cohors quædã erat, quę Prætoria vocabaẽ:
quæ Conſuli aut Prætori in prouincia pre
ſto ſemp erat, quaſiq; latus eius cingebat.
5 Veteres (inqt Aſconi[9]) omnẽ magiſtratũ,
cui pareret exercitus, Prætorẽ appellarũt.
6 Vñ & Prætoriũ tabernaculũ eius, & in ca-
7 ſtris porta Prætoria, & hodie quoq; Præfe
ctus Prætorio. Populi itaq; poteſtate ĩ Im-
peratorẽ trãſlata, Romani Principes equi
tẽ vnũ Romanũ Prætoriæ cohorti, aut co-
hortibus preeſſe voluerũt, & Prætorio, id
eſt aulæ Principis: qualis Burrus prim[9] Ne
roni fuit: de quo Tacitus libr. 8. Deinde tñ
8 cũ Præfecti prætorio dignitas auctior iam
multo honoratiorq; eſſet, Titus (vt Sueto
nius ſcribit) Præfectus prætorio patris ſui
Veſpaſiani eſſe, diciq; voluit: Præfecturã-
q; Prætorij ſuſcepit, nunquã ad id tẽpus, ni
ſi ab equite Ro. adminiſtratã. Sed hæc o-
lim. poſterioribus em̃ tẽporibus (vt huma
na oĩa variãt) Præfecti Prætorio dignitas
9 maior eſſe cœpit. Nã & hi, q ad certas quaſ
dã ꝓuincias regẽdas à Principibus mitte-
renẽ, Præfecti prætorio huius vel illius ꝓ-
uinciæ appellati ſunt. Vñ & Præfecti præ-
torio Italiæ in Codice Theodoſiano men
tio eſt[a]: ſed pręcipui tres fuerũt, de qbus in
tegræ Rubricæ Codicis de officio Præfe.
præt. Oriẽtis[b], Illiryci, Aphricæ. Ab his (ſi
10 cut à Principib[9]) appellatio nõ fuit, aduer-
ſusq; eorũ ſnĩas ipſimet (nõ alij Magiſtra
11 tus) reſtituebãt. His ius etiã fuit cõdenda-
rũ formarũ in iudiciario ꝓceſſu[c], & extãt
gñrales Præfectorũ prætorio formæ περὶ
ἐπιβολῶν, hoc eſt, de adiectionibus prædio
rum: quarũ & in Pãdectis mẽtio eſt[d], & in
Non. cxxviij. Et περὶ τοῦ πῶς δεῖ εἰσάγεσθαι
ἐπὶ τὰς νομὰς, id eſt, quomodo oporteat in
poſſeſsionẽ mittere: quas (qđ ad finẽ Præ-
fatiõis ille teſtatur) anguſtia tẽporis exclu
12 ſus non excuſit Haloãder. Sed qbus hodie
Præfecti prætorio cõparanẽ, aut q ſunt, q
in eorũ locũ ſucceſſerint? Et Accurſi[9] Car
dinales & Epiſcopos his cõparauit: quam
13 opinionẽ Guilielmus[e], Bartolus, Baldus,
& nonnulli ꝓbãr: alij iure reprehẽdunt. In
quo em̃ ſimiles iſti ſunt? Guilielmus[f], Bal
dus, & Iaſon Regib[9] ſimiles aiũt, ꝙ ab his,
vt & ab illis prouocatio nõ ſit. Adijcit Za-
ſius[g], Archiduces Auſtriæ eadẽ pollere di
gnitate, à qbus etiã ex priuilegio nõ appel
laẽ. Marius Salomonius Præfectos prętorio
rio Apoſtolico, q vulgò Auditores Rotæ
dicunẽ, ſimilitudinẽ maiorẽ cũ Præfectis
prætorio obtinere credit. Budęus variat,
& nũc magno Frãciæ Cãcellario (quod &
Purpuratus ſecutus[h] eſt) nunc Cõſtabula-
rio (qđ Pyrrhus[i] facit) nũc Magno magi-
ſtro hoſpitij ſimiliores affirmat. Et dubia
qdẽ res eſt. Sed Hiſpaniæ legum cõpilato 14
res[k] Præfectũ Prætorio eũ interpretati vi-
dentur, quem vulgò ſupremo Regis conſi
lio Præſidentem vocant.

AVRELIVS ARCADIVS Magiſter libellorum, libr. ſingulari de officio Præfecti Prætorio.

BREVITER cõmemora
re neceſſe eſt, vnde cõſtituẽ
di Pręfectorũ prætorio of
ficio origo emanauerit. Ad
vicẽ Magiſtri equitũ Præfectos præto-
rio antiquitus inſtitutos eſſe, à quibuſ-
dã ſcriptoribus traditũ eſt. Nã cũ apud
veteres Dictatoribus ad tẽpus ſumma
poteſtas crederetur, & Magiſtros equi-
tũ ſibi eligerent, qui adſociati participa-
les curæ admilitiæ gratia, ſecundã poſt
eos poteſtatẽ gererent. Regimẽtis reipu-
blicæ ad Imperatores perpetuo trãſlatis,
ad ſimilitudinẽ Magiſtrorũ equitũ Prę-
fecti prętorio à Principibus electi ſunt:
data eis plenior licẽtia ad diſciplinæ pu-
blicę emendationẽ. His cunabulis Præ-
fectorũ auctoritas initiata, in tantũ me-
ruit augeri, vt appellari à Præfectis præ-
torio nõ poſsit. nã cũ ante quęſitũ fuiſ-
ſet, an liceret à Pręfectis prætorio appel
lare, iure liceret, & extarent exempla eo
rum, qui prouocauerint: poſtea publicè
ſnĩa Principali lecta, appellandi facultas
interdicta eſt. Credidit enim Princeps
eos, qui ob ſingularẽ induſtriã, explora-
ta eorũ fide & grauitate ad huius offi-
cij magnitudinẽ adhiberẽtur, non aliter
iudicaturos eſſe pro ſapientia ac luce di-
gnitatis ſuæ, quã ipſe foret iudicaturus.

a l. 12. titu. 16. lib. 11.
b l. 9. ti. 18. parti. 4. l. 2. ad fi. C. d ve te. iu. enucl.
c l. formã. C. de offic. Præf. Præt.
d l. Latinu. ad fin. ff. ad municip.
e Socin. in rub. ff d of. eius cui mã. eſt iuriſdic.
f Guil. & Bal. hic. Iaſ. in l. Centurio. n. 18. ff. de vulg.
g Zaſius. ĩ ſumma huius titul.
h Purp. in l. 1. n. 24. ff. de iur. omn. iud.
i Pyrrh. de magiſt. Roma. part. 1. nu. 12.
k l. 8. ti. 18. part. 4.

Subnixi ſunt etiam alio priuilegio Prę-
fecti prætorio, ne à ſentētijs corū mino
res ætate ab alijs magiſtratibus, niſi ab
ipſis Præfectis prętorio reſtitui poſsint.

1 *Magiſter equitū ad vicem Tribuni militum.*
2 *Dictatura quanto tempore durabat.*
3 *Principalis appellatio.*
4 *Regimentum vox rara.*
5 *Supplicatio à ſententia Præfecti prætorio.*
6 *l.8.titu.18.part.4.*
7 *Magiſtratus quanto cū iudicio creari debeāt.*

1 MAgiſtri equitū.) Sicut ille ad vicem Tribuni
celerum.
2 AD tempus.) Sex menſes.
C.Iulius Cæſar perpetuo geſsis. Quare &
ſingulari. M.Antonij facto dictatura ī per-
petuum ſublata eſt.
3 PRINCIPALI.) Dictatoris: infrà verò
Pręfecti prętorio ſñiam Principalē appel
lat. Codex verò Florētinus hîc minimum
4 placet, in quo, Participales, ſcripsum eſt.
REGIMENTIS.) Inſolens vox, & quā
aut ī iure noſtro aut apud bonos auctores
vix alibi obſerues.
a l. vnica. C. de ſen. præfect. præto. 5 PLENIORE.) Militiæ, domiq́ue.
6 NON poſsit.) Supplicari poteſt[a], idq́ue
etiam iure noſtro[b].
b l.8.ti.18. par.4.
SENTENtia Principali.) Præfecti præ-
torio. Feneſtella. c.xxij. legiſſe videt̄, Sen-
tentia Principis: ſed (vt exiſtimo) mēdum
illic eſt.

CREDIDIT enim Prīceps, eos qui
ob ſingularem induſtriā (explorata corū
fide, & grauitate) ad huiꝰ officij magni-
tudinē adhiberentur, non aliter iudica-
turos eſſe pro ſapientia ac luce dignita-
7 tis ſuæ quàm ipſe foret iudicaturꝰ.) Hęc
de Præfecto prætorio dicta veriſsimè, &
quæ obliuioni nunquā tradere oporteat,
latius (vt mihi quidē videt̄) accipi debent,
vt ad oēs eos magiſtratꝰ pertineāt, q à Prin
cipibus aut creantur, aus prouehuntur.

DE OFFICIO Præfecti vrbi. Titul. XII.

1 *Præfecti vrbi origo quæ ſit.*
2 *Præfecti vrbi creandi quæ fuerit cauſa.*
3 *Præfecti vrbi dignitas quanta.*
4 *Præfecti vrbi ditio ad Prætorem tranſlata.*
5 *Præfectus vrbi cui magiſtratui hodie ſimi-
lis ſit.*
6 *l.9.titu.18.part.4.*

PRæfecti vrbi.) 1
Origo Præfecturæ vrbis à
Romulo eſt. Is enim (vt Dio
nyſius ait) vnū creauit, qui
quia vrbanis negotijs præerat, Præfectus 2
vrbi appellatus eſt. Cauſa creādi hæc, vt ſi
quando Regem, aus (exactis Regibus) Cō
ſules, prætores aut maiores Magiſtratus
proficiſci neceſſe eſſet, vnus relinqueret̄,
qui in vrbe ius diceres. Eius verò tanta di- 3
gnitas fuit, vt Rege aut Imperatore profi-
ciſcente, penes Præfectum vrbi ſumma
rerum intra vrbē eſſet. Tandemq́ue & im-
perio propagato, Italię iuriſdictio, intra cē
ſeſimum ab vrbe lapidem ad Præſ. vrbi
delata eſt, vt de omnibus criminibus co-
gnoſceret, vtq́; cætera curaret: quæ Vlpia-
nus in lege ſequenti ſatis explicuit. Cū du
raſſet itaq; magiſtratus hic à Regibus vſq;
ad Imperatorum tempora, demum (vt Fe- 4
neſtella & Pomponius[c] ſcribunt) ditione
Pręfecti vrbi ad prætorem tranſlata, Lati- c l.2.§. quotiés autē. ff. de orig. iur.
narum ſeriarū dūtaxat creari cœptus eſt.
Sed qui hodie Magiſtratus in eius locum 5
ſucceſsit? Es cum cęteri diſsimulent, Zaſiꝰ
in Paratitlis, Feneſtella (inquit) dicit, hunc
magiſtratum abijſſe hodie ad Decuriones
ciuitatum, quos Cōſiliarios nominamus.
Verum hæc (viri huius benè docti pace) ſi
ne capite ſabula eſt. Nam neq; Feneſtellę
verbum de hoc, neque eſt quid Decurio-
nibus cum Pręfecto vrbis cōueniat. Quid
igitur? Hiſpaniæ certè[d] lex vero propior, 6 d l.9.ti.18. part.4.
quæ Præfectum vrbi eum eſſe ais, qui aus
Romæ maximus iudex eſt, aut in ea ciui-
tate, quæ caput Regni alicuius ſit. Legio
nis igitur, Burgorum, Toleti, Hiſpalis, Cor
dubæ, Granatæ, Murtiæ, Compoſtellæ,
Cæſareæ Auguſtæ, Barcinonis, Valentiæ
maximi iudices qui ſunt, Præfectorum
vrbi dignitate apud nos pollent: non ſic
qui Salmanticę, Segobię, & id genus ciui-
tatibus, quę Regni capita non ſunt. Hi
enim (quod ſuo loco dicā) aut Pręſidibus
prouinciarū, aut Correctoribus cōparant̄.

VLPIA-

VLPIANVS. Libr. ſingulari de off. Præfecti vrbi.

OMNIA omnino crimina præfectura vrbi ſibi vindicaBit: nec tantũ ea quæ intra vrbẽ admittũtur, verùm ea quoqꝫ, quæ extra vrbem intra Italiam epiſtula Diui Seueri ad FaVium Cilonẽ Præfectũ vrbi miſſa declaratur. Seruos, qui ad ſtatuas confugerint, vel ſua pecunia emptos, vt manumittantur, de dominis querentes audiet. Sed & patronos egentes de ſuis libertis quærẽntes audiet: maxime ſi ægros ſe eſſe dicant, deſiderẽtq́ꝫ à libertis exhiberi. Relegandi deportandiq́ꝫ INſulam, quã Imperator adſignauerit, licentiam habet. Initio eiuſdẽ Epiſtulæ ita ſcriptũ eſt. CVM VRBEM NOSTRAM FIDEI TVAE COMMISERIMVS. Quicqui.d igitur intra vrbẽ admittitur, ad Præfectũ Vrbi videtur pertinere. Sed etſi quid intra centeſimum miliariũ admiſſum ſit: ad pręfectum vrbi pertinet. ſi vltra ipſum lapidem, egreſſum eſt præfecti vrbi notionem. Si quis ſeruũ ſuum adulterium cõmiſiſſe dicat in vxorem ſuam, apud præfectũ vbi erit audiendus. Sed & ex interdictis. QVOD VI AVT CLAM, aut interdicto, VNDE VI audire poteſt. Solent ad præfecturã vrbis remitti etiam tutores, ſiue curatores, qui male in tutela ſiue cura verſati, grauiore animaduerſiõe indigẽt, quàm vt ſufficiat eis ſuſpectorũ infamia: quos probari poterit, vel numis datis tutelam occupaſſe: vel præmio accepto operam dediſſe, vt non idoneus tutor alicui daretur: vel conſulto circa edendum patrimonium quantitatem minuiſſe, vel cui dẽti fraude pupilli bona alienaſſe. Quod autem dictum eſt, vt ſeruos de dominis quęrentes præfectus audiat: ſic accipiemus, non accuſantes dominos (hoc enim nequaquàm ſeruo permittẽdum eſt, niſi ex cauſis receptis) ſed ſi verecundè expoſtulent, ſi ſæuitiam, ſi duritiã, ſi famem qua eos premant: ſi obſcœnitatem, in qua eos compulerint, vel compellant, apud Præfectum vrbi exponãt. Hoc quoque officium Præfecto vrbi à Diuo Seuero datũ eſt: vt mancipia tueatur, ne proſtituantur. Prӕterea curare debebit præfectus vrbi, vt nũmularij probe ſe agãt circa omne negotium ſuum: & temperent his, quæ ſunt prohibita. Cum patronus contemni ſe aliberto dixerit, vel contumelioſum ſibi libertum quæratur, vel conuicium ſe ab eo paſſum, liberoſque ſuos vel Vxorem, vel quid huic ſimile obijcit, præfectus vrbi adiri & pro modo querelæ corrigere eum, aut comminari, aut fuſtibus caſtigare, aut vlterius procedere in pœna eius ſolet. Nam & puniendi plerunque ſunt liberti: certè ſi ſe delatũ à liberto, vel cõſpirâſſe eum contra ſe eum inimicis doceat: etiam metalli pœna in eum ſtatui debet.

1 *Italiæ termini qui ſint.*
2 *Centeſimus lapis terminus cognitionis præfecti vrbis.*
3 *L. 9. titu. 18. part. 4.*
4 *Præfecturam vrbis Probus recuſauit.*
5 *Seruos ad ſtatuas confugientes proconſul & præfectus vrbis tuebantur.*
6 *Legis particula an poſſit edi.*
7 *Vrbis appellatio quid comprehendat.*
8 *Comitatus quid ſit.*
9 *Diſtrictus in quo differat à comitatu.*
10 *Comitatus vnde dictus.*
11 *Enunciatiua verba à Principe prolata fidem faciunt.*
12 *Ciuitate alicui conceſſa, iuriſdictio ciuitatis conceſſa eſt.*
13 *Ciuitate conceſſa, villæ & vici concedi videntur.*
14 *Conſuetudines & ſtatuta ciuitatis an ligent eos qui in ſuburbijs ſunt.*
15 *Tabellionis officium in vniuerſo territorio exerceat tabellio, non extra territorium.*
16 *l. 4. & 8. tit. 18. lib. 2. ordin.*
17 *Legato tritico quod quis habet in ciuitate, legatum videtur, quod habet in comitatu.*

 18 *Dictio-*

18 *Dictionis, intra, quæ natura ſit.*
19 *Criminum cognitio an videatur conceſſa in mandato generali.*
20 *Donatio Conſtantini an voluerit.*
21 *Lapis pro milliario ponitur.*
22 *Conteſima poteſtas Caſsiodoro quæ ſit.*
23 *Interdictum, quod vi, aut clam, vnicum nè ſit an duplex.*
24 *Simonia eſt ſcholaſticos pecunia data inuenire.*
25 *Doctor donare aut mutuare an poſsit licitè ſcholaſticis.*
26 *Tutor quatenus cõueniatur ratiõe inuẽtarij.*
27 *Inuentarij confectionem quomodo poſsit remittere teſtator.*
28 *Inuentarij confectionem quomodo poſsit hæredi teſtator remittere.*
29 *Verecundia pro reuerentia.*
30 *Ius agendi ad ſupplementum ad verecũdiam naturæ introductum, quo ſenſu dictum ſit.*

OMnia omnìno.)
Publica, & priuata.
INTRA Italiam.) Sed cũ Ita-
1 liam á Gallia citeriore Rubicon diſtermi-
net[a], á Sicilia modicũ fretũ diuidat, qd eſt,
ꝙ nũc intra Italiã, paulo poſt intra centeſi
mũ lapidẽ Præfecti vrbis notionẽ eſſe ait?
Et Bartolus credit Italiæ terminũ centeſi-
mo lapide claudi, ſed errat. Rubicõ igitur,
2 & fretum prouinciæ termini ſunt. Centeſi
mus verò lapis intra prouinciã ipſam, ter-
3 minus cognitionis Præfecti vrbis. At iure
noſtro[b] vniuerſi territorij notio ad Præfe
ctum vrbis ſpectat.
4 DIVI ſeueri.) Oblatã tñ ab eodẽ Impera
tore Præfecturã vrbis Probus gener eius
recuſauit, minus ſibi videri dicens Præfe-
ctum vrbi eſſe, quàm generum Principis.
Aelius Spart. in ſeuero auctor eſt.
5 STATVAS confugerunt.) Sed an nõ ad
Proconſulis curã ſpectat, ſeruos tueri, qui
ad ſtatuas cõnfugerint[c]? Exiſtimo Romæ
& intra centeſimũ lapidẽ ad Præfectũ vr-
bi in ꝓuincijs ad Procõſulem pertinuiſſe.
EXHIBERI.) Ali.
6 INITIÓ.) Præſtat hic locus argumentũ
vt legiſlatori particulam edere eã ſit ſatis,
quæ ad rẽ pertinet[d]. An & litigator ſtatuti
legis, teſtamẽti, & cæterorũ inſtrumẽtorũ
ꝑticulas edere poſsit, ſupra à me dictũ eſt[e].
7 VRBEM noſtrã.) Colligit Bartolus, vr-
bis appellatiõe & comitatũ quoq; cõtine-
ri, nõ diſtrictũ. Atqui vrbis appellatio mu
ris finitur[f]. Sed ego arbitror Bartoli ſen-
ſum pro ſubiecto argumẽto exaudiendũ,
cùm videlicet Princeps vrbẽ alicui conce
dit. Neq; enim in bñficijs Principũ tam an
guſta interpretatio faciẽda eſt: atq; ita Al-
ciatus ſentit. Sed quę inter comitatũ diſtri 8
ctũq; differẽtia? Et Bartolus latius patere
diſtrictũ ait, & rectè[g]. Ea em̃ crebrior opi-
nio eſt[h], vt hoc nomẽ cõprehendat, quic- 9
quid vltra territoriũ ſuũ ex alieno ditioni
ſuæ ciues addũt. à diſtringẽdo verò & ĩ vin
cula trahẽdo diſtrictus (quæ noua vox eſt)
dici videri põt: ſicut territoriũ à terrẽdo[i].
Sed vnde comitatus dictus, quæ & ipſa no 10
ua vox eſt? Et Otho Phriſingenſis à cõmi-
nando dictũ exiſtimauit. Alciatus quia tẽ-
pore Caroli Magni regnantibusque Berẽ
garijs & Othonibus, ad ſingulas ciuitates
regẽdas comes aliqs mitterẽ, cœpiſſe co-
mitatũ (quoniã illi comes præerat) ꝓ terri
torio dici, alioqui comitatũ proprie de im
peratoria aula accipi. alij aliter. Sed hoc ip
ſe nunc magis probo.
COMmiſerimus.) Annotat hinc Bartol⁹ 11
(eſtq; id receptũ[k]) enũciatiua verba plenã
fidẽ facere tũc, cũ à Principe proferũtur[l].
QVI Cquid.) Si cui itaq; ciuitas cõcedat 12
à Principe, Iuriſdictionẽ quoq; cõceſſam
eidẽ in dubio dicim⁹, quatenus territorio
cohæret: cohærere vero dicit̃, quæ ordina-
ria eſt[m]. Sed & villæ, vici, caſtra, pagi, vni- 13
uerſi territorij cõceſſa vident̃[n]. Sed nũ ſta- 14
tuta & cõſuetudines ciuitatis eos ligant, q
in ſuburbijs, villis, & pagis ſunt? Et ligare
Accurſius & Bartolus aiunt[o], de quo ſupra
dixi nõ ſemel[p]. Quid pręterea, ſi cui à Prin 15
cipe cõceſſum eſt, vt Salmãticæ officium
aliquod (verbi gratia tabellionis) exer-
ceat, an exercebit in territorio vniuerſo?
Et legis nr̃æ argumneto Bartolus, Baldus,
Angel⁹, & frequẽtiores fatẽtur[q]. extra ter- 16
ritoriũ negãt[r], etſi maxime cõtrahẽtes cõ
ſentiãt[s]. Qua rõne neq; Regius aut Cæſa-
reus in cauſis ſpiritualibus in terris eccle-
ſiæ, neq; cõtra Apoſtolicus tabellio in tem
poralibus inſtrumẽta cõficiẽt[t], qđ & iure
nr̃o cautũ eſt[v]. Sed tũc nõ ꝓcedit, cũ aut in
terris imperij nõ niſi apoſtolici[x], aut ĩ ter-
ris eccleſiæ nõ niſi laici tabelliões reperiã
tur[y]. Verũ qd, ſi mihi teſtator leget triticũ, 17
qđ Salmãticæ habet? Et extat, id omne vi-
deri legatum, quod vel Salmãticæ habuit,
vel in Salmanticæ comitatu[z].

a l. Notionĩ. §. 1. ff. de verb. ſigni.
b l. 9. titu. 18. par. 4.
c l. 2. ſuprà de his q ſui vel alie. iu. ſunt.
d l. Parsli terarum. ff. de iudic.
e In l. Oẽs. ff. de iuſtit. & iure.
f l. 2. ff. de verb. ſigni. vbi Alcia.
g Clem. paſtoralis. de re iudi.
h Aretin. conſi. 77.
i l. pupill⁹. §. territoriũ ff. de verb. ſignific. vbi Alcia.
k Iaſ. in l. ex his. col. 1. C. de teſta. mili.
l Clemẽt. 2. ad fi. de probat.
m l. fi. C. q & ep. quæ.
n l. Nulli. C. de epiſco. & cler. l. ſi quando. C. de bon. vacan. lib. 10.
o Glo. in l. ex ea. ff. de poſtu. Bart. hic.
p In l. oẽs populi. de iuſti. & iu. in l. 2. & in l. de quibus. ſupra. de legibus.
q Bart. & Docto. in l. fi. ff. de con. ſtitu. princ.
r Bar. in l. apud procõſulem. ff. de manu. vin.
s Lup. ĩ do nat. inter vi. & vxo. in rub. fol. 2. n. 22.
t Fab. in l. ſecundũ. C. de donat.
v l. 4. & 8. tit. 18. lib. 2. ordin.
x Ang. in l. ſi vacantia. C. de bon. vacã. li. 10.
y Abb. in ca. decernimus. de iudi. in c. ſicut. ne cler. vel mona. Lup. ĩ l. 3. Tau. n. 39.
z Guil. & Bar. hic argu. l. nã qđ. §. pen. de pe. leg.

INTRA

93

18 INTRA.) Ea eſt huius dictionis natura, vt terminum quoq; cui apponitur comprehendat[a]. Quid ergo (inquit Cynus) ſi tibi cōcedam quicquid habeo intra arborem, an & arbor continebitur? ? Et Guilielmus hoc admittit[b] ſine diſtinctione. Bartolus diſtinguit, eiuſmodi diſpoſitio ſit quæ latè, an quæ ſtrictè declarari debeat. Igitur in beneficio Principis[c], teſtamento[d], & ſimilibus arbor continebitur: in ſtipulatione[e] ſtrictius interpretabimur. Cæterum de arbore exēpli cauſa dictum eſt[f]: quod ad ſimilia multa perduci poteſt.

19 ADMIttitur.) Quid ſi Epiſcopi vicario de criminibus ſine ſpeciali mādato cognitio non ſit: & Epiſcopus ſic illi committat, cō mitto tibi curam vel regimem Epiſcopatus? Et poſſe eum de crimine cognoſcere argumentum hinc ſumi poteſt: Bartolus contra[g], cui aſſentior. Nam neq; in generali mandato ea ſolent comprehendi, quæ ſpeciale deſiderant.

PERtinere.) Sumit & argumentum Accurſius, Romam eſſe ſub Papa: quia Con-
10 ſtantini Imperatoris donatione vrbs fidei Romani Pontificis commiſſa ſit[h]: de quo nunc noo diſputo. Integris enim voluminibus ea quæſtio agitata eſt[i].

25 VLTRA ipſum lapidem.) Lapidē pro miliario poni apertius hîc, quàm alicubi docemur. Sed & quod Modeſtinus[k] centeſimum miliarium, Theophilusq; ad verbū ἑκατοσὸμ μίλιον, Iuſtinianus[l] centeſimum lapidem dixit. Appellationis ratio illa eſt, quoniā antiquiores Romani milia quæq; paſſuum lapidibus ſignarent. Vnde terminandi vias formulæ illæ freqnentes, intra primum, ſecundum, tertium lapidem[m], aduſque cēteſimū[n]: & ſimiliter intra primum, ſecundum, tertium miliarium: & reliqua. Quod vero Vlpianus hîc ceoteſimum miliarium, & centeſimum lapidem:
22 Caſſiodorus lib. 6. variarū in formula Præfecturæ Vrbanæ, ceoteſimam poteſtatem dixit.

PRAEfecti vrbis notio non eſt.) Ratione territorij, poſt tamen eſſe ratione domicilij ſeu originis[o]. Florentinus codex notionem legit, & aliter pnnctis diſtinguit, ſed eſt idem ſenſus.

23 INTERdictis.) Duo igitur interdicta ſunt vt Placentinus credit, licet Ioannes, & cæteri vnum affirment[p]. Dixi Prætoris conceptionem fuiſſe vnicam, ſed interdicti duas eſſe partes. Quis eñ neget aliud eſſe propter vi factum, aliud propter clam factum intendere? Sicut vi an clā facias, longa differentia eſt.

GRAuiori animaduerſione.) Criminali ſeu publicis vinculis[q].

NVMmis datis.) Quæ quædā quaſi ſimonia eſt, vt Accurſi⁹ notat, argūm hinc quq; colligens aduerſus eos qui data pecunia ſcholares inueniunt. Addit Angelus[r], ſi ſcholaſtico profeſſor idcirco donet, vt ſibi magis quàm riuali operam præbeat, ſimoniam cōmitti, ſi mutuet, vſuram eſſet quod & Pontificij probant[s], & quidem iuſtiſsime. Sanctiſsima enim res ciuilis ſapientia eſt[t]. Cur eam pretio æſtimare liceat[v]. Cur qui veræ Philoſophiæ profeſſores ſunt, auaricia & cupiditate vincantur[x]? Quare & Baldo in præſentia aſſentior exiſtimanti doctorem, qui ſe ita gerat in auditorum animis conciliandis, poſſe à Rectore ſcholarum puniri. Sed quid ſi exiſti- 24 25
met quis ſuam, quàm cōpetitoris diſcipli nam ſcholaſticis magis profuturā? Et credit Angelus[y] licite hunc mutuum daturū: qnod etiā Alciatus ſecutus eſt[z]. Mihi hęc ſcrupuloſa nimiū videntur, quia cæcus amor ſui præcipites adeò agit, vt meliores (idq; maxime qui indoctiores ſunt) quicunq; ſe & exiſtiment, & exiſtimari à cæteris velint. Quocirca & ieruditi iſti oō rarò (vt Fabi⁹ ſcribit) vulgo ingenioſiores habētur[a]. Quæ cum ita ſint, viderint obſecro, & caueant boni auditorij æruſcatores hi mali (ſi qui fortè alicubi geotium ſint) oe & alios fallant, & ipſi quoq; cum diſpendio ſalutis æteroæ fallantur. Quodq; voce ſæpe clamabam, & ſcriptis nūc quoq; profeſſores ſcholaſticosq; pariter moneo, & obteſtor, vt Plauti ſaltim verſiculorum memores ſemper ſint, quibus ille ſic ait.

Virtute dixit vos victores innuere,
Non ambitione, neq, perfidia. Qui minus
Eadem histrioni ſit lex, quæ ſummo viro?
Virtute ambire oportet, non fauitoribus.
Sat habet fauitorum ſemper, qui recte facit,
Si illis fides eſt, quibus eſt ea res in manu.

CONSVLTO.) Si tutor prorſus inuētariū non faciat, dolus eius præſumitur[b] t 26 ſi quid omittat conſulto ſeu dolo, eum omiſiſſe probandum eſt.

a l. 1. §. qd dicimus. ff. de ſucceſſ. edict.
b d. §. quod dicimus. l. q ante calendas. ff. de verbo. obli. & hic.
c l. fi. ſupra de conſtit. princi.
d l. teſtamento. ff. de reg. iu.
e l. quicqd adſtringenda. ff. de verbo. oblig.
f l. damni infecti ſtipulatio. ff. de dam. infe.
g Bar. arg. l. quam Tuberonis. §. alia. ff. de pecu. l. 2. l. ſoles. ff. de offic. procō.
h c. Conſtātinus. 96. diſtinct.
i Alci. parer. lib. 7. c. 19.
k l. ſcire. §. qui autem. ff. de excuſ. tuto.
l §. qui autem. inſtit. de excuſ. tuto.
m l. ſuns quoq. §. pu. ſei. ff. de hæred. inſtit.
n Vt hic et l. propter litem. ff. de excuſ. tuto.
o l. 1. & authen. quæ in prouincia. C. vbi de crimi. agi. oport.
p Ang. in rub. ff. quod vi aut clā.
q l. 3. §. pe. ff. de ſuſpe. tuto.
r Ang. hic & in. l. 2. poſt gl. ff. de calum.
s Decle. in c. fi. de vſu.
t l. 1. ff. de var. & extraor. cogn.
v l. 1. ff. de iuſti. & iu.
x l. profeſſio. C. de mune. patri. lib. 10.
y Summa Ang. in verbo. vſura. §. 5.
z Alc. in l. rogaſti. §. ſi tibi. col. fi. ff ſi cert. pet.
a l. ſeruius vbi Ang. ff. quod vi aut clam.
b l. tutor & repertoriū. ff. de admi. tuto.

26 EDENDAM.) Quid ſi in inuẽtario tutor proteſtetur, vt non appoſita pro poſitis, & quæ poni non debuerunt, pro non appoſitis habeantur? Et reſpondet Bartolus ignoranti hoc prodeſſe: ſcientẽ vero iuua re nihil: oportuit enim, vt quæ in pupilli patrimonio eſſe ſciebat, ſigillatim in reptorio poneret[a]: alioqui facilis per proteſtationes eluſio eſſet.

QVANtitatem.) Quid ſi modicum aliquid in inuentario non poſuit? Et conſtat id non obeſſe[b]: de minimis eñ Prætores minime curãt[c]. Sed nunquid prohibere teſtator poteſt? Et poſſe iuris apertiſsimi eſt[d]. An etſi teſtatoris ſimplex remiſsio ſit, tutorem ab inuentarij conficiendi neceſsitate releuantis? Et licet Martinus Syl. Ioannes And. Salicetus, Aretinus, non ſufficere crediderint, ſufficere tamen crebrior opinio[e] eſt (vt mirari ſatis de Alciato[f] nõ deſinam, qui contrarium affirmat) eaq́; procedit, non tantum ſi teſtamentarij tutores (in quibus dubitatio minor) ſed etſi legitimi aut datiui ſint[g]. Poteſt tamen iudex (quicquid teſtator vetuerit) ſi pupillis id expedire videat, tutorem ad cõficiẽdum inuentarium compellere[h]: quæ Angeli[i], & approbata ſententia eſt. Sed & hæredi non ſic, vt tutori neceſsitatem in-
27 uentarij conficiendi teſtator remittet[k], namq́; creditorum reſpectu remiſsio non valebit, etſi maxime valeat quantum ad legatarios[l].

VEREcunde.) Reuerenter. Verecundiã
28 enim pro reuerentia poni, & ex multis iuris noſtri locis[m] & ex Liuio, Suetonio, Lãpridio iam olim oſtendimus. Quo ſenſu
29 Iuſtiniani[n] quoq; verba ſubobſcura accipienda ſunt: quibus ille ius agendi ad ſupplementum, ad verecũdiam naturę introductum eſſe ait: id eſt, eius reuerentiæ ratione, quam filij patentibus iure naturæ præſtare tenentur: mitius enim remediũ id, quàm in officioſi querelam.

OBSCOEnitatem.) Alibi[o] turpem violationem, Theophilus[p] αἰσχροτάτην πρᾶξιν uertit, ad crimen contra naturam referẽs. Accurſius parcius, cũ domini ancillas ad turpem quæſtum compellant[q].

NE proſtituantur.) Sic & Imperator idẽ Alexander[r], Præfectus vrbi (inquit) amicus noſter, eam quæ ita venijt vt ſi proſtituta fuiſſet abducendi poteſtas eſſet ei, cui ſecundum conſtitutionem Diui Adriani id competit, abducendi impertiet facultatem.

NVMmularij.) Argentarij ſiue trapezitę,

a l. fi. C. arbi. tuto. l. chirographis. ff. de admi. tuto.
b l. cui dẽ ff. de adil. edict.
c l. ſcio. ff. & reſti. i. integ.
d l. fi. §. fi. C. arb. tute.
e Iaſ. in l. nemo poteſt n. 74. Ripa. nu. 86. ff. de lega. 1.
f Alci. in l. verbum. oportere. ff. de verb. ſig.
g Gloſ. in l. tutores. 2. in gl. publicarum. ad fin. C. de admi. tuto. g. in l. 3. §. tutores in glo. non fuerũt. ff de ſuſpec. tuto.
h l. vtilitatem. l. in cõfirmãdo. ff. de confirm. tuto.
i Ang. cõſil. 144.
k l. fi. §. cũ igitur. C. de iu. delib.
l Iaſ. in l. cum neceſſitatem. C. de fideicom.
m l. liberto. ff. de oper. liber. l. ſi patron ex. de bita. ff. de donat. l. ſi cum dotẽ. §. eo autem. ff ſolu. mat. l. cum vnus. ff. de alim. & ciba. legat.
n §. ſed hic inſti. de inoſ. teſta.
o l. 1. ff. de his qui ſui vel alie. iu.

CVRA carnis omnis, vt iuſto præbeatur, ad curam præfecturę pertinet: & ideo et forũ ſuarium ſub ipſius cura eſt. Sed & cœterorum pecorum, ſiue armentorum, quæ ad huiuſmodi præbitionem ſpectãt, ad ipſius curam pertinent. Quies quoque popularium, & diſciplina ſpectaculorum ad Pręfecti vrbi curam pertinere videtur. Et ſanè debet etiam diſpoſitos milites ſtatuarios habere, ad tuendam popularium quietem & ad referendum ſibi quid vbi agatur. Et vrbe interdicere Præfectus vrbi, & quAlia ſolitarum regionum poteſt, & negociatione, & profeſsione, & aduocationibus, & foro, & ad tempus, & in perpetuum interdicere poterit, & ſpectaculis: & ſiquem releget ab Italia, ſubmouere eum etiam à prouincia ſua. DiBus Seuerus reſcripſit, eos etiam qulllicitumc ollegium coiſſe dicuntur: apud præfectum vrbi accuſandos.

1 *Vendere res ſuas quando quis cogatur.*
2 *Edicti Præfecti vrbis formula antiqua.*
3 *Populares qui dicuntur.*
4 *Stationarij milites qui fuerunt.*
5 *Stationarij, id eſt, tabelliones.*
6 *Nuntij relationi an ſit fides adhibenda.*
7 *L. 7. titu. 4. lib. 4. fori.*
8 *Saltuarij iuramento damna data probantur, probari tamen poteſt contrarium.*
9 *Profeſſio quid ſit.*
10 *Argentaria profeſſio.*

IVSTO prę-beatur.) Quid eſt qđ aduerſus iuris regulam[s] vendere cogit Præfectus vrbis? Et Bartolus reſtringi regulam ait in his, q̃ ad victũ ptineãt. Sed repugnat Seueri & Antonini reſcriptũ[t], quo dr̃ æquũ nõ eſſe, vt

Decu-

ſunt.
p Theo in §. ſed et maior. inſti. de his qui ſui vel alie. iu. ſunt.
q l. ſi lenones. C. de epiſc. audiẽ.
r l. 1. C. ſi mancip. ita vene. ne proſtitua.

s l. nemo exterus. C. de inde. l. non enim. ff. re. amo.
t l. vlti. ff. ad. l. Iul. de anno.

Decuriones ciuibus ſuis vilius q̃ annona
exigat, frumentũ vendere cogantur. Lon-
gius itaq; diſtinguit Bartolus. Nã ſi cari-
tas ſit, etiam viliori pretio vendere cogi
domini poſſnnt[a]. Sed & ſi caritas minime
ſit, eiuſmodi tamen res proponas, quæ ad
vſum aut victum cõmunem ſpectẽt, qua-
le frumentũ eſt, vinum, caro, & ſimilia, in-
ſto pretio vti vẽdant cõpellentur: alioqui
regula procedet[b]: quam tamẽ Salicetus[c],
Iaſon[d], Socinus[e], Hippolytus[f], & alij plns
minus octoginta caſibus coarctant. Illud
non prætermittendum eſt, legem munici
palem quæ ad venditionem cogit, ad em-
ptionẽ minime cogere: & per cõtrariũ[g].
CAETErorum pecorũ ſiue armẽtorũ.)
Marius in carinis inter ruinas effoſſum ſe
2 vidiſſe lapidem ait, in quo hoc edictum
ſcriptum erat.

a L.3.§.au ſt.ff.ad.l. Rhoderi.de iact.
b L.nec eme re. C.de in deli. l.tantũ. C.de cõtrah.empt.
c Sali.in.l. 1. C.de epiſ. audi.
d Iaſ.i pri. inſti. de arro.& in.l. rogaſti. in prin. col. 1. ff.ſi cer.pet.
e Soci.in re gu. 350. incip. vendere.
f Hyppo.in l.1.§.cum q- dam deponere. ff. de quaſtio.
g Plat. in l.1.C.de cu preſ.lib.11.

EX AVCTORITATE TVNI APRO NIANI. V. C. PRAEFECTI VRBIS.

RATIO DOCVIT VTILITATE
SVADENTE, CONSVETVDINE
MICANDI SVMMOTA, SVB EXA
GIO POTIVS PECORA VENDE.
RE, QVAM DIGITIS CONCLV-
DENTIBVS TRADERE: VT AP-
PENSO PECORE, CAPITE, PEDI-
BVS, ET SOEVO LACTANTE, ET
SVBGVLARI LANIO CEDENTI-
BVS: RELIQVA CARO CVM PEL
LE, ET INTERRANEIS PROFICI-
AT VENDITORI, SVB CONSPE-
CTV PVBLICO FIDE PONDERIS
COMPROBATA, VT QVANTVM
CARO OCCISI PECORIS APPEN-
DAT ET EMPTOR NORIT, ET VEN
DITOR COMMODIST OMNIBVS
ET PRAEDA DAMNATA QVAM
TRIBVN. OFFICIVM CANCELLA
RIVS, ET SCRIBA DE PECVARIIS
CAPERE CONSVEVERANT: QVAE
FORMA INTERDICTI ET DISPO
SITIONIS SVB GLADII PERICVLO
PERPETVO CVSTODIENDA
MANDATVR. Quę nos in anti qui
tatis gratiam repetere non grauamur.
3 POPVlarium.) Ciuium: quæ vox comi-
cis frequẽs eſt. O populares ecquis me vi-
uit hodie fortunatior. Obſecro, populares
ferte miſero atq; innocenti auxilium.
SPECTAculornm.) Quæ publice ede-
bantur.
4 MILITES ſtationarios.) Alibi milites
5 ſtationarij in hoc diſpoſiti erant, ut ſeruos
fugitiuos cõquirerent[h]. Sunt & ſtationa-
rij tabelliones[i]: & aliâs aliter ea vox acci-
pitur, vt diligenter Andreas Alciatus per-
pendit[k].
A D referendum.) Tractat hoc loco Bar- 6
tolns, nũ relationi nuncij, apparitoris Syn
dici, & ſimilium fides ſit adhibẽda. Et ille
tam hîc, quàm alibi[l] (vt ſolet) diſtinguit.
Verũ ea regula ſit, fidẽ nõ adhibẽdã[m], quę
qnibuſdã caſibus nõ procedit. Primus ille
eſt, cũ de leuibus delictis, & ijs q̃ ipſemet
vidit, denunciat: verbi gratia, ſi ludentes, ſi
arma portantes denũciet[n]: niſi ꝙ eorũ ad-
uerſus quos denũciat, probatio in contra-
riũ admittenda eſt[o]. Secundus eſt, cũ de
facto proprio denũciat, vt ꝙ aliquem cita
uerit[p], dummodo de cõmiſsione cõſtet[q].
Tertius cum de facto quidẽ alterius refert
vt ꝙ hominẽ aliquis occiderit: nã etſi ma-
ximè nuncio fides non adhibeatnr, vt ma-
maleficium iudex puniat[r] prætetquam ſi
aliæ probationes afferantur, tamen ſatis ſu
perque ea denũciatio eſt, vt iudex per in-
quiſitionem procedat[s]. Quartus, cum le-
ge municipij aut conſuetudine inductum
hoc ſit, vt huiuſmodi apparitorum relatio
nibus credatur: atq; ita Gandinus[t], Spec.[v]
& plures[x] ſentiũt. Sic iure noſtro[y] Saltua 7
rij aſſertioni creditur de damno dato in vi 8
neas, frumẽta ſyluas: quo iure vtimur. Sed
poterit qui damnũ dediſſe dicitur, ꝓbare
contrarinm, ita, vt oculis Iudex damnum
datum inſpiciat[z]: quæ formula expeditiſ-
ſima eſt. Sed & alijs probationibus aduer-
uerſus Saltuarij relationẽ rei veritas quæ
ſit probari poteſt, vt Abbas notat[a], & Ac-
curſius[b] quoq; ſentit: quos omnes[c] ſequũ-
tur.
QVALIA.) Pro qua alia, ſiue qualibet 9
alia, ſic necESSE ſupra[d], pro neceſſe eſſet.
Sic infra[e] QuIllicitum, pro qui illicitumt
& ſi qua ſimilia ſunt.
PROfeſsione.) Varia vocis huius ſignifi-
catio eſt. Id quod non indiligenter alibi à
nobis notatum eſt, hic in ea ſignificatio-
ne ponitnr qua ad Rubricam. Qui ætate
vel profeſsione ſe excuſent lib. x. & qna
Imperator[f] Profeſsio (inquit) & deſideriũ
tuum inter ſe diſcrepãt & quæ ſequuntur.
Vt ſit profeſsio ſtudium ſcientiæ officij,
aut artificij alicuius: quo ſenſu & profeſ-
ſores etiam vocantur. Nam & ſic argenta-
riam profeſsionem de argentariorum of-
ficio intelligimus.

h l.1.l.pen. ff.de ſer.fugit.
i Auth. de Tabell.
k Alci.pa rerg. lib.6. c.19.
l Bar. in. l. diuus. in. 3. q.ff.de cuſt. reo.
m l. diuus. ff. de cuſt. reo.
n §. quien bac.l.
o Sali. in.l. ea quidẽ.C. d accuſ. Are. in verb. per denũtia tionẽ.nu.16
p l. magn pato.§. nes a mẽ.ff.d reb. eo.
q l.ſi. C.de exib.re.
r l.1. C. de curioſ.et ſta tion. li. xij.
s l.2. ff. de cuſto. reo.l. ea quidẽ. C. de accuſ.
t Gãd. ſub rub.quali.d crimi. cognoſ.per de nun.
v Specul.ĩ tit.d.accuſ. §.1.
x Alexã. ĩ.3.vol.cõſ. 71.
y l.7.ti.4. lib.4.fo.
z Bal.in.l. cõtra negã tẽ.C.d lege Aquil.
a Abb. in c. propoſui ſti.col. 1. de probat.
b gl.in. l.2. §.ſi abſens. in.g. vel iu dicio.ff.ſi ex noxa. cau. aga.
c Iaſ.in.l.ſi q̃n nu.27. C. vñ vi.
d l.2.§.eodẽ tẽpore.ff.de origi.iu.
e ver.ſi.
f profeſsio C.de munc. patri.li. 10.
g l. ſi quos ex argenta riis.§. præ ter.l.quia ã §. nihil. ff. de eden.

QVILLI-

QVILL Icitũ.) Pro qui illicitũ, ſicut & ſuperius illud QuAlia. Frequẽtes em̃ id genus contractiones ſunt in Florentino hoc exemplari, & quæ antiquitatis maieſtatẽ redolere fortè videri poſsint.

II. PAVLVS Lib. ſingulari, de officio Præfecti vrbi.

ADIRI etiam ab argentarijs vel aduerſus eos ex epiſtola Diui Adriani, & in pecuniarijs cauſis poteſt.

1 *Mercatores qui male in officio ſuo verſantur, quomodo puniri poſsint.*

2 *Argentarij in quo foro negociarentur.*

AB argentarijs vel aduerſus eos.) Argumentum
1 hîc eſt, vt ſi nũmularij vel mer
catores in profeſsione ſua dolum, technas ſtruant, neq; ſe probe gerant, ſubmoueri à iudice, aut ad tempus, aut in perpetuum poſsint: quod & in cæteris id genus officijs, in aduocatis, tabellionib⁹, & ſimilibus verum eſt[a]. Sanè argẽtarij in foro Boario
2 negociabantur: vnde eſt vt ad Præfecti vr
bi iuriſdictionem pertinuerint.

a l. moris. ff. de pæn.

III. VLPIANVS Libro ſecundo, Ad edictum.

PRAEFECTVS vrbi cum terminos vbis exierit, poteſtatem non habet: extra vrbem poteſt iubere iudicare.

1 *Delegatio cauſarum non eſt contentioſæ iuriſdictionis.*

EXTRA vrbẽ.)
1 Id eſt, territorium vrbis.
IVBERE iudicare) Delegatio ergo cauſarum cõtentioſæ iuriſdictionis non eſt: ſi enim eſſet, non poſſet exerceri extra territorium[b].

b l. ſi. infra de iuriſdic. om. iud. vbi Alexã. & alij.

DE OFFICIO Quæſtoris. Tit. XIII.

1 *Quæſtorum varia genera.*
2 *Quæſtores militares.*
3 *Quæſtorium.*
4 *Quæſtores vrbani.*
5 *Quæſtores ærarij.*
6 *Quæſtores parricidij.*
7 *Quæſitores.*
8 *Quæſtores candidati.*
9 *Quæſtor vrbis Conſtantinopolitanæ.*
10 *Harmenopuli indiligentia notata.*
11 *Quæſtor exercitus.*
12 *Quæſtor ſacri palatij.*
13 *Quæſtor ſacrarum literarum.*
14 *Quæſtores in ſingulis ciuitatibus.*
15 *Quæſtorum in locum qui hodie ſucceſſerint.*
16 *L. 10. titu. 18. part. 4.*

DE officio Quæ
ſtoris.) Vt Quæſtorum ori- 1
go antiquiſsima eſt, ſic eo-
rum varia genera fuerunt.
Quæſtores militares, qui ſcilicet rem mili 2
tarem comitabantur, & in hoc creati ſunt,
vt cum Imperatoribus populi Romani, id
eſt, Conſulibus & Prętoribus mitterẽtur,
qui pecuniam publicam adminiſtrarent:
prędam, ac manubias in publicas rationes
referrẽt. His Lictores, & Quæſtoria inſi-
gnia erant, vt Cicero pro Plancio oſten- 3
dit. Horũ in caſtris tabernaculum Quæ-
ſtorium, vt Prætoris Prætoriũ dicebatur.
Liuius lib. 10. Itaq; captum Queſtorium,
Quæſtorq́; ibi Panſa occiſus. Quæſtores 4
vrbani, ſiue Quæſtores ærarij, qui ærario 5
& pecuniæ publicæ quærendæ conſeruan
dæq́; prçerant. Primi omnium Publius Ve
turius, & Minutius Marcus à Publicola in-
ſtituti, vt in ei⁹ vita auctor eſt Plutarchus.
His ærarij curã Auguſt⁹ abſtulit, vt (quod
Suetonius ait) à Quæſtoribus vrbanis ad
Prætorios, Prætores've tranſiret. In quo
tamen, auctore Tacito lib. 13. Neronis &
Claudij temporibus rurſus variatum eſt.
Quæſtores vero parricidij[c], qui & quæſi- 6
tores, capitalibus rebus præerãt: quorum 7
meminit lex. 12. Tabul. Vergilius in ſe-
xto.

Quæſitor Minos vrnam mouet &c.

Meminit & Cicero pro Roſ. Ameri. & ad Q. Fratrem libro tertio. Quæris quid fiat de Gabinio? ſciemus de maieſtate triduo. Quo quidem in iudicio odio premitur omniũ generũ, maxime teſtibus cæditur, accuſatoribus frigidiſsimis vtitur, cõſiliũ varium. Quæſitor grauis, & firmus Alfius Pompeius vehemẽs iudicibus rogandis. Quæſto-

c l. 2. §. deinde cum eſſet. ff. de origi. iur.

8 Quæſtores candidati Principis, quorum
Vlpianus, Feneſtella, Lampridius in Alexand. & Conſtantinus Harmenopulus[a]
meminerunt, hi & legẽdis libris Principa
libus, & legendis Principis epiſtolis in Se-
9 natu vacabant. Fuit & poſtea Quæſtor vr
bis Conſtantinopolitanæ à Iuſtiniano pri
mum creatus: cuius id præcipuè videtur
fuiſſe officium, vt peregrinos, vagabũdos,
nihilq; agentes vrbe pelleret: curaretque,
vt quib' negocij aliquid eſſet, iudices eos
pluſquã oporteret non morarentur: tum
alia curæ huic officio fuerunt, quæ indicat
Iuſtiniani Nouella octogeſima[b]. Id offi-
ciũ Harmenopulus cum antiquo Quæſto
10 ris officio indiligentius aliquãto (vt mihi
11 quidem videtur) cõfundit. Fuit etiã Quæ-
12 ſtor exercit' Queſtor ſacri Palatij (qua-
lis Tribonianus fuit) quorum mentio eſt
13 in Nouella. 8. & . 41. & . 126. & Quæſtor ſa
14 crarum literarum, in Nouella. 53. Sed &
fuiſſe in ciuitatibus ſingulis Queſtores Ar
cadius docet[c]. Et Quæſtura (inquit) in ali
qua ciuitate inter honores non habetur,
ſed perſonale munus eſt. Verũ hoc titulo
Vlpianus de his tantum meminit, qui aut
pecuniæ publicæ quærendę præerant, aut
15 Principis epiſtolis legendis vacabant. In
16 Priorum locum iure noſtro[d] ij ſucceſſere,
qui tributa, redditusq; Principis curant, q
vel theſaurarij, vel cõputatores vulgo ap-
pellantur. In candidatorũ vero locum hi,
qui epiſtolas aut ad Principem, aut à Prin
cipe miſſas ſecreto illi legunt: qui & ipſi
voce vernacula Secretarij vocantur. Pyr-
rhus[e] huic magiſtratui Cancellarium ſimilem penè eſſe contendit.

a Conſtan. lib. 6. titu. de magiſt.

b Authẽt. de quæſt.

c d. l. fi. §. 1. ff. de mune. & hono.

d l. 10. tit. 18. part. 4.

e Pyrrhus. de magiſt. Roma. part. 2. nu. 2. & part. 1. nume. 10.

VLPIANVS Lib. ſingulari, de officio Quæſtoris.

ORIGO Quæſtoribus creandis antiquiſsima eſt, & penè ante omnes magiſtrat'. Gracchanus denique Iunius libro ſeptimo de poteſtatibus, etiam ipſum Romulũ & Numam Pompiliũ binos Quæſtores habuiſſe: quos ipſi nõ ſua voce, ſed populi ſuffragio crearent, refert. Sed ſicuti dubium eſt, an Romulo & Numa regnantibus Quæſtor fuerit: ita Tullo Hoſtilio rege quæſtores fuiſſe certũ eſt: ſanè creVrior apud veteres opinio eſt, Tullum hoſtilium primum in Rempublicam induxiſſe Quæſtores: & à genere quęrendi Quæſtores initio dictos et Iunius, & Trebatius, & Feneſtella ſcribunt. Ex Quæſtoribus quidam ſolebant prouincias ſortiri ex Senatuſcõſulto quod factum eſt Decimo Druſo, & Porcina conſulibus. Sanè nõ oẽs Quæſtores prouincias ſortiebantur: verũ excepti erãt cãdidati Principis. Hi etenim ſolis libris Principalibus in Senatu legẽdis vacant. Hodieq; optinuit, indifferenter Quæſtores creari tã Patricios, quàm plebeios. Ingreſſus eſt enim et quaſi primordium gerendorum bonorum, ſententiæq; in ſenatu dicẽdæ. Ex his (ſicut dicimus) quidam ſunt qui Candidati Principis dicebãtur, quiq; epiſtolas eius in Senatu legunt.

1 *Quæſtorum origo antiquiſsima.*
2 *Quæſtura Romæ, magiſtratus, & honor.*
3 *Quæſtura in alijs ciuitatibus munus perſonale erat.*
4 *Communis opinio quæ ſit.*
5 *Communes opiniones quare magis ſequẽdæ.*
6 *Interpretationes in ius ciuile qua ratione fiant.*
7 *Communis opinio ſingularibus, naturali ratione, præferenda eſt.*
8 *Communis opinio quando & quomodo ſequenda.*
9 *Communi opinioni locus non eſt in his quæ lege, aut vera ratione conuincuntur.*
10 *Communis opinio an cõſtituatur ex his quæ incidenter dicuntur.*
11 *Communis opinio à numero an ab auctorum dignitate æſtimanda ſit.*
12 *Communis opinio quibus caſibus ſequenda non eſt.*
13 *Accurſij quanta auctoritas contra communem opinionem, aut ad eam conſtituendam.*
14 *L. 1. Tauri.*
15 *Antonij ſententia diſcuſa de communis opinionis auctoritate.*
16 *Sancti alicuius auctoritas confirmata auctoritate ſacræ ſcripturæ cuicunque deciſioni præfertur.*
17 *Opinio ſingularis ſuſtinens teſtamẽtum, aut*
matri-

matrimonium an ſit tenenda contra opinionem communem.

18 *Teſtamenti & matrimonij cauſa quod priuilegium habeat, ſi opiniones cõtrariæ ſint.*
19 *Quæſtores vnde dicti.*
20 *Quæſtorũ creandorũ cauſa quæ fuerit.*
21 *Quæſtores in ſingulis ciuitatibus.*
22 *Sortitio Quæſtorum.*
23 *Candidati qui, & vnde dicerentur.*
24 *Candidati Principis duplices.*
25 *Quæſtores candidati Principis.*
26 *Libri Principales qui in præſentia dicantur.*
27 *L. 50. titu. 18. part. 4.*
28 *Quæſtores & aſſeſſores Principum.*
29 *πάρεδροι.*
30 *Quæſturam principio patricij tantum, deinde etiam plebei gerebant.*
31 *Quæſtura ĩgreſſus erat ad cæteras dignitates.*

1 ORigo antiquiſsima eſt.) Iuſtinianus in nouella octogeſima τῇ μὲν οὖν ἀρχῇ, ὥ τῷ ταύτην παραλαμβάνοντι τὸ τοῦ Κοιαίστωρος ἐπιτίθεμεν ὄνομα· οὕτως γὰρ δὴ αὐτὴν ἀρχὴν αὐτὴν ἐξευρόντες (φαμὲν δὲ καὶ ἐν τοῖς ἀνωτάτοις χρόνοις) ἐρευνάδας ἐκάλουν εἰς ταύτην ἀφικνουμένους τὴν τάξιν. id eſt, & magiſtratui quidẽ & qui eũ ſuſcipit, Quęſtoris nomẽ imponimus. Sic enim & qui initio magiſtratũ hunc inuenerũt (loquimur autẽ de tẽporibus antiquiſtimis) Quæſitores eos vocabant, qui ad hunc dignitatis gradum progrederentur.

2 MAGIſtratus.) Magiſtratus igitur & honor Quæſtura ipſa fuit: quãuis Quæſtura in ciuitate nõ honor, ſed munus perſonale

3 eſſet[a]. Neq; eos audio qui nodũ hunc ita diſſoluũt, vt Quæſturã nõ honorem aut magiſtratum, ſed ingreſſum & primordium honor gerendorum fuiſſe arbitrantur[b]. Nã & in Nouella octogeſima[c] Iuſtinianus apertius ἀρχὴν, id eſt, magiſtratum appellat ſępiſsime.

CREbrior opinio eſt.) Exigit locus hic vt de cõi opinione dicã: cuius tractat' breuiſsime in quatuor articulos diuidẽd' eſt. Quæ opinio cõis eſt: cur eius auctoritati tm̃ tribuamus: qñ & quomodo ad cõem opinionẽ recurri debeat: qui caſus ſint, in quibus cõis opinio eã auctoritatẽ non ha-

4 beat. Et quidẽ cõis ea eſſe dicitur, quæ à plurib' approbata eſt[d]. Cur autẽ adeo eius inualuerit auctoritas mirũ certè eſt, Iuſtiniano præſertim vetante[e], ne ex multitudine auctorũ (quod melius & æquius eſt) iudicaremus: cũ poſsit vnius forſitã & deterioris ſentẽtia, & multos & maiores aliqua in parte ſuperare. Sed illa ratio ſolet afferri, quia facilius inuenitur quod à plu 5
ribus quæritur[f]: & per plures veritas melius reuelatur, vt Abbas, Felinus, Decius, & alij tradũt[g]. Alciatus[h] rationẽ ait, quia vt hîc, ſicut ĩ cõſilijs publicis nõ potuit aliud cõſtitui, quàm vt numerentur potius quàm ponderentur ſentẽtiæ: etiamſi non ſemel maior pars meliorẽ vincat. Ego natura rerũ ſic exigente, obtinuiſſe hoc crediderim, quicquid Iuſtinian' edixerit. Nã
& ꝓhibuit idẽ Imperator[i], ne qui iuriſperiti iuris noſtri cõpilationi cõmentarios 6
applicare auderent: & tamen quia naturaliter obſcurę res interpretationẽ deſiderabãt[k], obtinuit[l] vt interpretationes interpretationibus in dies cõglomerentur. Vt igitur naturaliter doctorũ interpretationes admiſſæ ſunt, ſic natura hoĩm (quorũ naturaliter diuerſæ opiniones ſunt) id exi-
gẽte, vt exitum aliquẽ res haberet, pluriũ 7
opinionẽ pręferri oportuit. Sed qñ & quo
modo ad cõem opinionẽ recurremus? Et 8
conſtat ſi nouæ dubitationes emergãt, de cõmuni opinione non inquirendũ: vix enim eſt vt in nouo dubio opiniones doctorũ iam ſint. Quid igitur? In antiquis dubijs in quibus illi inter ſe diſſentiant, quæ pluriũ opinio fuerit inquirendũ eſt[m]. Sed
& cum legis caſus aut iuſta, aut vera ratio, 9
aut cõſuetudinis interp̃tatio ad dubij deciſionẽ præſto ſit, neceſſaria non eſt cõis opiniõis auctoritas[n]: qđ Matheſalanus[o], Salomoni'[p], Purpuratusq;[q] belliſsime tradiderunt. Nam quæ lege, aut vera ratione conuincitur, non opinio ſed demõſtra-
tio eſt. Cæterũ & ſiqua incidẽter, obiter, 10
aliudq; velut agentes doctores dicant, ad cõmunis opinionis cumulũ ea non accedent[r]. Sicut & illud quoq; permagni intereſt in qualitate, an in quantitate diſſenſio ſit, vt numeratæ & coniunctæ ſententiæ communem opinionem conficiant[s].
Sed num à numero, an potius ab auctorũ 11
dignitate cõmunis opinio æſtimãda eſt? Et (quia varie de hoc ſcriptũ extat) ponendæ ſunt cõcluſiones ſequẽtes, quæ à pluribus approbãtur. Prima ſit, cõmunẽ opinionẽ (etſi pauciſtimæ tales ſint) eã proprie

& dici

a l. ſi. §. 1. ff de muner.
b Cora. hic argu. verſ. ingreſſus.
c Autẽt. de quæſto.
d Hic & l. diui. ff. de iur. patr. l. arbitras. ff. de his qui not. infa. & nonimus. & ver. ſign. c. de induc. 3. 9.

e l. 1. §. ſed neque. Cod. de vete. iur. enucle.
f c. ſi. 20. diſtin. l. ſi. C. de fideicõ.
g Deci. in c. prudentiã in princip. nume. 2. de offic. deleg.
h Alci. parer. 4. c. 17.
i l. 2. §. noſtram. C. de vete. iur. enuele.
k l. 2. §. his legibus. ff. de orig. iur. §. ſed natura lia. inſti. de iu. na. gent. & ciui.
l Bar. in l. omnes. col. antep. ff. de iuſti. & iu. Mari. poſt Bal. in d. l. 2. Alcia. in l. 1. in verb. celſus. col. 2. ff. ſi cer. pe.
m Abb. in c. 1. col. pen. de conſtit.
n l. cum ratio. ff. de bo. dam.
o Mathe. ſ. in tract. de elec. verior. opi. col. 1.
p Salo. in § reſponſa. ſo. antepe. inſt. de iur. nat. gen. & ciu.
q Purpur. in l. 1. num. 138. ff. ſi cer. peta.
r Alci. parer. 4. c. 17.
s Alci. parer. 9. c. 14.

a §. reſponſa. inſtit. de iu. natu. gent. & ciui. vbi Salom.
b Hic et in d. l. deni. c l. ſi. C. de his qui in eccle. manu.
d l. 3. in princip. ff. de teſtib. c. in noſtra de teſtib.
e c. in canonicis. 19. diſt. l. maiorē. ff. de pac. f Alex. in. 7. conſ. 102. n. 5.
g Matheſ. in tractat. de elect. ver. opi. colum. fina.

& dici, & eſſe, à qua nemo prorſus diſſentit: quo iure & reſpōſa quoq; prudētū (anteaq̄ iuris auctoritatē obtinerēt) olim valebāt[a]. Secūda, ſi numerus æqualis ſit, eā dubio procul cōmunē dicēdā, quā ij teneāt qui auctoritate præſtant[h]: & cōtrà ſi æqualis auctoritas ſit, numerū vincere. Sunt em̄ veluti iuris teſtes[c], ac proinde ſi par numerus ſit, eorū ſententia tenenda eſt, qui fide exiſtimationeq; magis polleant[d]. Tertia, cōem opinionē etiā dicendā, quā præſtātiores & grauiores ſequātur, quāuis numero plures in contrariā eant[e]: & hanc (ſi quis diligenter expendat) receptiorē opinionē facile deprehēdet ex ijs, quæ Alexāder[f], Matheſalanus[g], Felinus[h], Decius[i], Marius[k], & alij notant[l]: quicquid numero tribuiſſe Iaſon[m] & Alciatus videatur[n], niſi q hìc variat, & priori ſententię alio in loco magis aſſentit[o], alibi iudicis arbitrio reliquit. Nam & quid aliud Iuſtiniani lex inſinuat? quā ad hoc ipſe noto, dum Vlpiani, Marcelli, Cœlſi opinioni, Papiniani, & Saluij Iuliani opinionē anteponit, q hic ſublimiſsimus (vt ait) & ſummæ aucto-
22 ritatis teſtis eſſet. Vltim[a] articulus reſtat de caſibus, in quibus opiniōi cōi locus nō eſt: quos cōſtat eſſe nō paucos[l]. Si dubiū nouū ſit[p], ſi lex expreſſa[q], ſi ratio vera & efficax[r], ſi cōſuetudinis interpretatio[s] contra cōmunē opinionem ſtet: quod ex Matheſalano, Mario, & Purpurato ſupra docuim[u]. Addūt pleriq;[t] ex Iacobo Butrig.[x] tunc quoq; cōtēni poſſe cōem ſententiā,
23 cō pro ſingulari Accurſij gloſſa aliqua expſſa ſit. Sed næ iſti vni pl[9] nimio tribuūt: vt vereor, ne nō videri iure poſsit Accurſius nr̄ Neptunus Homeric[9], Odiſſ. lib. 1.

[illegible]
[illegible]

Nā quomodo hoc alij nō inique ferāt (Iuſtiniani præſertim iam edicto cōtēpto) vnius præiudicatā auctoritatē tanti ab aliquo fieri, vt huic ſoli cęteri oēs quotquot ſunt poſtponantur? Eos[x] itaq; magis ipſe ſequor, q tm̄ Accurſio Iacobū tribuiſſe tunc interpretātur, cū variæ opiniões ſint, nec conſtet quæ ſit receptior. Nec diſsimi-

h Feli. & deci. in c. 1. de conſti.
i Dec. in c. prudētiam. nu. 4. de offic. deleg.
k Salom. in §. reſponſa.
l Ioa. Lecib. de primog. lib. 1. q. 24. nu. 20. Syl. nupt. lib. 5. col. 1.
m Iaſ. in d. l. re cōiūcti. & in l. 2. C. de inſti tut. & ſubſtitut.
n Alciat. li. 4. paren. cap. 17. & lib. 9. c. 14.
o Alciat. reg. 1. præſump. 51.
p Alciat. in. l. 1. ff. ſi cert. pet. in verb. celſus col. 2. Abbā. d. col.
q l. ancilla. C. de fur.
r l. cum ratio. ff. de bo. damna.
s l. minime. ff. de legib.
t Iaſ. in l. vt vim colum. penult. ff. de iuſti. & iu. Salo. in d. §. reſponſa.
u Iacob. Butr. in l. 2. C. qui pro ſua iuriſdi.
x Deci. & Clau. in d. l. vt vim.
y Pau. in 2. vol. cōſ. 172.

z Dict. l. 2. §. ſed neque. verſ. cum poſsit. a l prima Tauri.
b Anton. in cap. 1. ua nos. de vſuſ. c Barbat. volu. 2. conſ. 10.
d Iaſ. in d. l. illam. nume. 9. C. de collationib.
e Salom. in §. reſponſa. colum. antepenultim.
f c. capellanus. de feri. g l. 2. §. ſed neque, C. de vete. iur. enu.

le ſuperioribus eſt, quod de Accurſij eiuſdē (quem Dynus ſequatur) opinione apud Paulū[y] extat. Nec diſsimile etiā quod de Bartoli Baldiq; opiniōibus per legē quādā Regiā inductū. iure id optimo[z], poſtea
24 ſublatū eſt[a]. Exiſtimauit ꝑterea Antoni[ab],
25 quē Andreas Siculus[c] & Iaſon[d] ſequūtur, impune contra cōem opinionem iudicari poſſe, q̄ lege aut vera rōne non probetur: id eſſe erratū Salomonius[e] cōtēdit. Si em̄ (inquit) cōis opinio lege aut vera rōne ꝓbatur, nō iam opinio, ſed demōſtratio dicēda eſt. Ego ex ſupraſcriptis Antonij opinionē defēdo. Exiſtimauit nimirū ille extra pœnā eſſe eū, qui ſecūdū cōem opinionē nō ꝓnunciat, cui lex aut vera ratio aduerſatur: eiuſmodi em̄ quæ ſint (erūt autē perpaucæ) & euidēter[f] falſæ dicūtur, & ſecure cōtēni poſſunt[g], oīm cōſenſu. Quòd ſi iudicari poſſe cōtra cōem Antonius[h] & ſequaces arbitrātur ſimpliciter. i. ita, ſi lege aut rōne cōis opinio nō probetur[i] Salomonio magis accedo. Cōis em̄ opinio, niſi cōtra legē, aut verā rōnē ſit, indubio pro lege eſt: quod vtriuſq; iuris doctores fatētur[l]. Illud indubitati iuris eſt[k], ſi opinio ſancti alicuius putà Hierony. Augu. ſacræ
26 ſcripturę teſtimonio cōfirmetur, præferri eā cōſtitutioni cuiuis, aut Cęſaris aut ſummi Pontificis[l]: quod nouiſsimè verū arbitrātur, cū de peccati materis agitur, alioq em̄ Principū cōſtitutiōes ꝑferēdæ ſūt[m], nedū cōi opinioni. Sed qd ſi paucorū aut v-
27 nius opinio teſtm̄ ſuſtineat, contrà plures infirmet? Et cōem tūc cōtēni poſſe Andr. Siculus[n] rn̄dit. Mouet illū teſtamenti fauor[o]. & q in matrimonio ſuſtētando idē Hoſti[p]. ſentit: quā opinionē Iaſon[q] etiā ſecutus eſt. Verū mihi Decij[r], Alciat[s]i, Cotæ[t] & aliorū quorūdā ſententia ꝓbabilior ſemper viſa eſt, vt & in his cauſis cōis opinio ꝑferat. Quod ergo erit teſtamēti matrimonijq; priuilegiū? Nēpe vt ſi variæ o-
28 piniones, ſi res dubia ſit, melius is faciat, q pro teſtamento & matrimonio ꝓnūciat. Sūt & alij caſus, in qbus cōi opiniōi locus nō erit: ſed hi ſelectiores. Cæteros latiori tractatu, Deo duce, aliqn̄ digeremus.

h Abb. in c. 1. col. fi. de conſtit. in. 1. cum ſint, de deci. in conſi. 89. col. 5. in. 3. volu. Clau. in d. l. vt vim.
i Dec. i. l. ſi. C. de pe. iudi. q ma. Doct. in c. ne innitaris de conſtit.
k Purp. in l. 1. nu. 147. ff. ſi cer. pet.
l Gl. in c. 1. libellis. 50 diſtinct.
m Gl. l. 2. C. ſi vt minor ſe ab hære. abſt. Alci. in d. verſi. celſus.
n And. Barba. conſi. 6.
o l. ſi pars. ff. de inoffi. teſta. l. 2. C. de ſacroſ. ec.
p Hoſti. in c. 2. de regu. ſpiritua.
q Iaſ. in. l. gallus. §. quid ſi is. in prima le cti. nume. 14. ff. de liber. et poſthum.
r Deci. in capitu. primo. colum. fina. de conſtitu.
s Alciat. paradox. libro tertio. c. 7. & reg. 1. præſump. 40.
t Cattel. in ver. nuptiarū cauſa.

A GENE-

19 A GENERE quærēdi.) Sic & Pōponius,
quia inquirendæ & conſeruandæ pecuniç
publicæ cauſa creati eſſent[a]. Verùm creā-
dorum cauſa (vt Plutarchus in Publicola
20 ait) ne Imperatores ſi probi eſſent, à gra-
uioribus curis diſtraherentur: ſi improbi,
his pecandi occaſio pecunias colligenti-
bus præberetur.
21 PROuincias.) Sed & ciuitatib⁹ ſui Quæ-
ſtores fuerunt[b], quod in rubrica diximus.
22 SORTIRI.) Huc pertinet & quod Cice
ro ſcribit ad. Q. Fratrē epiſt. 1. Quæſtorē
habes non tuo iudicio delectum, ſed eum
quem ſors dedit: Hunc oportet & ſua ſpō-
te eſſe moderatū, & iuris inſtitutis & præ-
ceptis obtemperare.
23 CANDIdati principis.) Non vna eſt hu
ius vocis ſignificatio. Nam & generaliter
Candidati ij dicebantur, qui conſulatum,
præturam, aut alium magiſtratū ambien-
tes, eum in campum Martium deſcende-
24 rent, cādida veſte vtebantur: vnde etiam
nomen habuerunt. Candidati Principis
(alia ſignificatione quàm hîc ponantur)
magiſtratuum petitores ijdem, quos Prin
ceps ipſe in campum comitaretur & po-
pulo cōmendaret. Hinc Auguſti Galbæ
iocus apud Fabium libro ſexto, Sic petis,
25 tanquā Cæſaris cādidatus. Deniq; Quæ-
ſtores cādidati Principis, de qb⁹ Vlpianus
hîc. Quorum id officium fuit, vt principa-
libus libris legendis vacarent: vtque ora-
tiones epiſtolaſque Principum in ſenatu
legerent. Horum mentio eſt apud Sueto-
nium in Nerone, & in Tito: Tacitum lib.
16. Lampridium in Alex. Harmenopulus
lib. 6. epitomes iuris ciuilis, titu. de Magi-
ſtra. διαλαλοῦντες vertit.
26 LIBRIS.) Harmenopulus ad verbum,
ἀναγινώσκουσι δὲ τῷ βασιλεῖ βίβλους. Eſtq;
locus hic obſcurior: ſed ego libros princi-
pales, orationes, epiſtolas, conſtitutiones
27 Principium interpretor[c]. Quare & lex Re
gia[d] non Libris, ſed Legibus legiſſe vide-
tur. Poſſunt & libri principales intelligi
codices, diaria, tabulç, quibus rationes re
rum Principis continentur: quæ, ſi quādo
edendi in ſenatu neceſsitas eſſet, à candi-
datis Principis legebantur. Nec me latet,
28 fuiſſe Quæſtores quoſdam qui Græcè πά-
29 ρεδροι, id eſt, Principum aſſeſſores dicebā-
tur: qualis Tribonianus fuiſſe dicitur: qui
fortè ijdem erant, qui candidati Principis
hîc ab Vlpiano dicuntur. Me mouet Pro-
copius belli parthici lib. 1. his verbis. Tri-
bonianus Pamphilius, Imperatoris Pare-
drus, quē magiſtratū Romani Quçſtorē,
Latini iuriſcōſultum vocant. Et alibi, Pro
clus tūc Imperatoris Paredrus erat, magi-
ſtratum Quæſtoris gerens, vir iuſtus &c.
Huc pertinet & quod Caſsiodorus lib. 5.
Variarum. Omnes enim (inquit) quos ad
Quæſturæ culmē euehim⁹, doctiſsimos
çſtimam⁹: quales legū interpretes, & cōſilij
nr̄i decet eſſe pricipes, & lib. 6. in formula
Quæſturæ. Quæſturam linguç Imperato-
riæ vocem, theſaurum famæ publicæ, ar-
marium legum, gloriam literarum, ciuili-
tatis templum, genitricem omnium digni
tatum, continentiæ domiciliū, virtutū o-
minum ſedem appellat.
OBTInuit.) Vt ferè omnes reliquos ma-
giſtratus.
TAM patricios quàm plebeios.) Id eſt ſi-
ue ex Patricijs, ſiue ex plebeijs. Licet eñ
initio Patritij tantum Quæſtores fierent, 30
demum tamen ad quæſturam Gn. Corne-
lio, & L. Furio Medullino COSS. plebeij
admiſsi ſunt, ita vt vnus Patricius, Claud.
Fabius Ambuſtus, & tres Plebeij. Q. Silius
P. Aëlius, & P. Pipius, tūc Quæſtores crea
ti ſint. Procopius belli parthici lib. 1. Baſi-
lidem fecit Quæſtorem, manſuetudine ac
æquitate inter patricios clarum. Hinc ve- 32
rò & aliunde quoque ſupra[e] argumentū
colligi ſolet, vt indubiò, nobiles plebeiq;
officia adminiſtrationesq; inter ſe partian
tur, quo et lex quçdam Regia reſpexit: vt
negari tamen non poſsit futurum æquius,
ſi aliquot plures nobilibus deferātur[f]. de
quo ſupra diximus.
INGREſſus eſt enim.) Aſconius in diui-
natione. Hæc erat (inquit) prima ſenato- 35
ris adminiſtratio, Quæſtorē fieri, & in pro
uincia curam gerere publicæ pecuniæ in
vſus diuerſos erogandæ. Tacitus libr. 13.
tūc Claudius Quæſtores rurſus impoſuit,
ijsq; ne metu offenſionum ſegnius conſu-
lerent, extra ordinem honores permiſit,
ſed deerat robur ætatis, eum primum ma
giſtratum capeſſentibus. Igitur Nero Prç
fectura perfunctos & experientia proba-
tos delegit. Sed & Caſsiodorus (vt prædi
ximus) inter cætera Quæſturam, genitri-
cem omnium dignitatum eſſe ait.
EPISTOLAS.) Et orationes.

DE

[a] l. 2. §. deinde cū erarium. ff. de orig. iur.
[b] l. ſ. §. 1. ff. de mun.
[c] l. principalibus. ff. ſi cer. pet.
[d] l. vlt. tit. 18. part. 4.
[e] l. 2. §. deinde. ſupra de orig. iu.
[f] d. §. deinde.

DE OFFICIO Prætorum.
Titul. XIIII.

1 *Prætor olim omnis magiſtratus cui pareret exercitus.*
2 *Prætorium, tabernaculum Prætoris.*
3 *Prætoria porta.*
4 *Prætoria cohors.*
5 *Prætoriana caſtra.*
6 *Prætoriani milites.*
7 *Prætorius legatus.*
8 *Prætoriæ viæ, id eſt publicæ.*
9 *Prætoris nomen veteribus Romanis nimiũ placuit.*
10 *Prætor magiſtratus.*
11 *Prætorum origo quæ fuerit.*
12 *Prætores olim non niſi ex Patricijs eligebantur.*
13 *Prætor vnde dictus.*
14 *Prætor vrbanus.*
15 *Prætor peregrinus.*
16 *Prætoris poteſtas quanta fuerit.*
17 *Centumuiralibus cauſis Prætor præerat.*
18 *Prætorium ius.*
19 *Album Prætoris.*
20 *Edicta Prætoris annalia nõnunquam etiam perpetua.*
21 *Prætoris Imperium annale.*
22 *Edictum perpetuum.*
23 *Edictum & inſtitutum differunt.*
24 *Prætoris inſignia quæ.*
25 *Prætoris ſecundus poſt conſules & leges locus.*
26 *Prætorum numerus varius.*
27 *Prætor tutelaris.*
28 *Prætores temporibus Imperatorũ nõ ceſſaſſe.*
29 *Prætoris dignitas & auctoritas Imperatorũ temporibus non æquè viguit.*
30 *Prætoris magiſtratus an ceſſauerit Gothorum tempore.*
31 *Prætorum in locum qui hodie ſucceſſerint, conſtitui non poteſt.*
32 *Correctores hodierni ciuitatum an Prætoribus ſimiles ſint.*

DE officio Prætoris.) Veteres (vt Aſconi⁹
1 Pedianus ſcribit) omnẽ ma
giſtratum, cui pareret exer
2 citus, Prætorem appellauerunt. Vnde &
Prætorium tabernaculũ eius, & in caſtris
porta Prætoria, & hodie quoq; Præfectus 3
prætorio. Sed & eadem ratione Prætoria 4
cohors dicta, Prætoriana caſtra, Prætoria- 5
ni milites, Prætorius legatus, cuius Vopi- 6
ſcus meminit in Cẽſorino. Quo ſenſu Præ 7
tor ſemel fortè in iure noſtro [a] ponitur.
Vel ſi quis ludos edens Prætor Scenicis
commodauit. Prætorẽ enim illic (vel Bu
dæo annotante) de Imperatore Pop. Ro.
accipimus, qui ludos faceret, victoria de
hoſtibus habita. Vnde & Iuuenalis Præto
rem & conſulẽ pro eodẽ poſuit Saty. 10.

Quid ſi vidiſſet Prætorem in curribus altis
Sedentem, & medio ſublimẽ in puluere circi?

Et ſtatim.

et ſibi Conſul.
Ne placeat, curru ſeruus portatur eodem.

Quinetiam publicæ viæ, quas Græci τὰς 8
ὁδοὺς βασιλικὰς, noſtri Prætorias, alij con-
ſulares vias appellant [b]. Vt videri nemini
ab re illud debeat, cùm Iuſtinianus in No- 9
uella. 13. de Plebeijs Prætoribus, veterib⁹
Romanis Prætoris nomen nimiũ placuiſ-
ſe ait. Ἐπειδὴ δὲ τοὺς πάλαι ῥωμαίους σφόδρα
τὸ τοῦ πραίτωρος ἤρεσεν ὄνομα. Cæterùm qua 10
tenus ea vox magiſtratum ſignificat. Præ- 11
torum origo hæc fuit, cum plebs à Patrib⁹
ſeceſsiſſet, & vt in concordiam redirent,
placeret, Cõſules non ex corpore tantum
ſenatorum (quod fiebat antè) ſed ex plebe
quoq; creari, vt plus aliquid Patres habe-
rẽt, magiſtratus quidã creati ſunt, q nõ ni- 12
ſi ex Patricijs eligerẽtur: quales AEdiles
Curules fuerũt [c]: qualis etiã Prætor fuit,
auctore Feneſtella. manſitq; is apud Patri
cios honos, donec (vt & cæteri) hic quoq;
cõfundi cœptus eſt: ita vt ex plebe quoq;
Prætores eligerentur. Dictus verò, vt idẽ 13
adijcit, à præeſſendo (quæ vox ꝓba parũ)
aut, quod magis placet, & Varonis Cicero
niſq; lib. 3. de legib. etymus eſt à præeun-
do, quaſi Præitor: tandemque quia inter 14
vrbanos ius diceret, Vrbanus appellatus.
Poſt aliquot deinde annos non ſufficiente 15
eo Prætore, eoq; vndique peregrinorum
turba in vrbem conflueret, alter Prætor
creatus eſt, qui quoniam inter peregrinos
cognoſcebat, Peregrini nomẽ habuit. Idẽ
& Minor dictus, ſicut ille Maior. Penes
hũc magiſtratum omnis publici priuatiq;
iuris poteſtas fuit, vt nouum ius condere,

N & vete-

[a] *l. ſi vt certo. §. interdum. ff. commo.*

[b] *l. 2. §. viarum. ff. ne quid in loco publ.*

[c] *l. 2. §. deinde cum placuiſſet. ff. de orig. iur.*

& vetera abrogare poſſet. Præerat ſortitio
ni, reiectioni, & ſubſortioni iudicum, qui
in locum reiectorum eligebātur. Præerat
iudicijs, iudicibusq́;, ipſe pro tribunali ſe-
dens, cum interim iudices in ſubſellijs eſ-
17 ſent. Præerat & cauſis centumuirorum[a],
quod epiſtolarum lib. 5. Plinius oſtendit.
Hoc facto nepotis commotus Prætor, qui
centumuiralibus præſidet, deliberaturus,
an ſequeretur exemplū, nobis ocium de-
dit. Tātum verò poſtmodum Prætoris au
18 ctoritas aucta eſt, vt quod Prætor ipſe edi
xiſſet, ius prætorium, & ob ipſius honorē,
19 Honorarium vocaretur[b]. Edicebat autem
20 in albo[c], erantq́; (vt in plurimum) edicta
21 annalia, ſicut & prætoris ipſius annale Im
perium, nonnunquàm & perpetua: qualia
illa, De pactis, De iureiurando, Quorum
bonorum, & ſiqua ſimilia ſunt. Sed & Sal-
22 uius Iulianus prætoris edictum perpetuū
cōpoſuit[d], quod ſuo loco explicui[e]. Neq́;
edicebat ſolum, ſed inſtituebat. Non par-
23 ua tamen inter edicta & inſtituta differen
tia fuit. Cicero in Verrem act. 7. Nā poſt-
eaquàm illinc M. Aquili⁹ deceſsit, omniū
inſtituta atq; edicta prætorum fuerunt e-
iuſmodi, vt nequis cum telo ſeruus eſſet.
24 Prætori eadem ferè, quæ & Regi inſignia,
& conſulares ferè apparatus, Sella curulis,
Trabea, equi albi, faſces, ſecures, carcer, li-
ctores ſex tantum, cum Conſulibus (vt ali
quid plus maieſtatis Cōſulatus haberet)
duodecim darentur. Cicero in eadem o-
ratione. Quæret, quamobrem faſces præ-
toribus præferantur? Cur ſecures datæ?
cur carcer ædificatus? &c. Luca. in. 3.

non conſule ſacræ
Fulſerunt ſedes, non proxima lege poteſtas
Prætor adeſt, vacuæ loco ceſſere curules.

Quocirca aptiſsimè Iuſtinianus dixit in
25 Nouella. 13. Prætori ſecundum poſt Con
ſules & leges locum eſſe. τὸ δὲ τοῦ πραίτω-
ρος ὅπως ἐςὶν ὄνομα, ὅπως ἐν πόῤῥω καθέστηκεν
ὑπατείας ὅπως ἐγγύτατα τοῦ νόμου τέτακται,
vt pote cui ſecundas, poſt Cōſulem & le-
gem, Romani ſemper tribuerint. Neque
ſemper numerus huius magiſtratus idem.
Initio enim vnus, deinde duo fuerunt: ca-
pta Sicilia, Sardinia, Hiſpania, Narbonen-
ſi prouincia, tot creati ſunt, quot prouin-
ciæ in Romanorum ditionem venerant.
Sylla quatuor. C. Iulius Cæſar duos adie-
cit, Octauius Auguſtus, & Claudius alios,

a l. ſi. C. de peti. hære.
b l. 2. §. eodem tempore. ff. de origi. iur. l. ius autem ciuile. ff. de iuſti. & iur.
c l. 1. §. eum ff. de eden.
d l. ſi quis ſeruum. C. de condi. inde. l. diui. ff. de iur. patro.
e In. l. 2. ff. de orig. iur.

ita vt decem & octo Prætores (vt Pompo
nius & Feneſtella dicunt) aliquando ius in
vrbe dixerint. Auctior tandem & tempo-
ribus Iuſtiniani prætorum numerus fuit,
vt indicant Nouellæ de Prætore Thraciç,
de Prætore Lycaoniæ, de Prætore Paphla
goniæ, de Plebeijs prætoribus: In qua &
duorum mentio eſt, quorum alter de libe
ralibus cauſis cognouit, alter de tutelis: 27
quem (auctore Capitolino) M. Antoninus
fecit. Prçtorem (inquit) tutelarem primus
fecit, cum ante tutores à COSS. poſceren-
tur, vt diligētius de tutoribus tractaretur.
huius tutelaris prætoris & in Codice Iuſti
niani[f], & in Theodoſiano[g] etiā mētio fit.

Et Prætore clariſsimo qui tutelaribus 28
cognitionibus præſidet. Nam quod ali-
qui opinantur, prçtores temporibus Impe
ratorum ceſſaſſe, erratum eſt. Id quod vel
ſuprascripta abundè cōuincunt: ſed & duç
aliæ Rubricæ de offic. præto. lib. 1. c. & de
prætor. & hono. prætu. lib. 12. Quid ꝙ &
Diuorū fratrum ad prætorem reſcriptum
extat[h], & Iabolenus, Paulusq́;[i] prætores
fuerunt, & Vlpiano aſsidente, prætorem
interlocutum legimus[k]: qui tamen Iuriſ-
conſulti Imperatoris Alexādri ætate flo- 29
ruerunt. Illud certe conſtat, prçtoris digni
tatem auctoritatemq́;, ſicut & aliorum fe-
rè magiſtratuū, qui ante inſtituti ſunt, Im-
peratorum tempeſtate nō æquè viguiſſe. 30
Dubitari prçterea poſsit, an Gothis rerum
Romæ potitis, magiſtrat⁹ hic abolitus ſit,
quòd apud Caſsiodorum inter formulas
cæterorū magiſtratuum, de prçtore men-
tio non eſt. Qua in re amplius deliberan-
dum eſt. Vt in eo quoq; (quod nos etiā in
medio relinquimus) qui hodie in prçtorū
locū ſucceſſerint. Neq; em̄ omnino qua- 31
drat, vt eos ſucceſsiſſe dicam (quamlibet
ita vulgò opinenrur) qui correctores vr- 32
bium dicuntur. Nā etſi maxime hi in hoc
prçtoribus ſimiles ſunt, ꝙ & ipſi ius dicūt,
maior tn̄ multo dignitas, maior prçtorū
auctoritas fuit: ac proinde minutiores (vt
ſic dicam) prçtores iſti noſtri vrbani ſunt,
quàm vt illorum priuilegijs fruantur. Ne-
q; eo tamen inficias, de prçtoribus ad iudi
ces hodiernos (ſi eadem ratio ſit) ſumi poſ
ſe argumētum. Neq; enim vnicus aut fuit,
aut eſt, aut erit, Barbarius Philippus Nar-
bonenſis, de quo ſtatim.

f l. vnica. C de tuto. & cura. illuſt. & clariſ.
g Lib. 3. titu. 17.
h l. 1. ī pri. ff. de vent. inſpi.
i l. an manumittere. ff. de manu. vēn.
k l. metū. §. ſed et q̄d prætor. ff. quod met. cauſ.

VLPIA-

VLPIANVS Libro. 26. Ad Sabinum.

APVD filiumfamilias Prætorem poteſt pater eius manumittere.

1 *Voluntariæ iuriſdictionis quæ ſunt pater apud filium expedire poteſt, non ſic ea quæ contentioſæ iuriſdictionis ſunt.*

1 MANVMITtere.) Hæc quæ voluntariæ iuriſdictionis ſunt, pater apud filiumf. expedit: quæ contentioſæ, non niſi iuxta Accurſij diſtinctionem, quam alij ſequuntur.

II. PAVLVS Libro. 4. Ad Sabinum.

SED etiam ipſum apud ſe emancipari, vel in adoptionem dari placet.

1 *Perſana vna quando duarum vicem ſuſtinere poßit.*

2 *Aduocatus & profeſſor iuris ſimul an quis eſſe debeat.*

EMancipari vel in adoptionem dari.) Nã & hæc voluntariç iuriſdictionis ſunt.

1 PLACET.) Sed an non difficile eſt, vt vnus duorum vicem ſuſtineat[a]? Et frequentiores ita componũt, non poſſe quem duarum perſonarum vicem ſuſtinere, poſſe tamen duo adminiſtrare officia, dum'ne ſibi repugnent[b]. Poterit igitur quis & legere, & aduocare? Et ego eo-

2 rùm[c] inſtituta prudẽtiſsima dixi, qui profeſſoribus, ne aduocenr, interdixerunt.

a l. ſi plures. ff. de pactis.

b l. ſi conſul. ſupra & adopt.

c Cap. Cante. 156. Dec. in. l. lecta. colũ. 2. ff. ſi cert. pet.

III. VLPIANVS Libro. 28. Ad Sabinum.

BARBARIVS Philippus, cum ſeruus fugitiuus eſſet, Romæ Præturã petiſt, & Prætor deſignatus eſt: ſed nihil ei ſeruitutem obſtitiſſe ait Põponius, quaſi Prætor nõ fuerit. ADquin verum eſt Prætura eum functum. Et tamẽ videamus, ſi ſeruus quãdiu latuit, in dignitate Prętoria, functus ſit: quid dicemus? quæ edixit, quæ decreuit nullius fore momẽti? an fore propter vtilitatem eorũ, qui apud eum egerũt vel lege, vel quo alio iure? Et verum puto nihil eorum reprobari: hoc enim humanius eſt: cũ etiam potuit Populus Romanus ſeruo decernere hanc poteſtatem. Sed & ſi ſciſſet ſeruum eſſe, liberũ effeciſſet. Quod ius multomagis in Imperatore obſeruandum eſt.

1 *L. Iulia de ambitu quando locum habeat.*
2 *Ambitionis genus duplex.*
3 *Officia publica et magiſtrat⁹ an petere liceat*
4 *Simonia cui ambitioni ſimilis.*
5 *Pragm. anni. 1523.*
6 *Summus Pontifex an ſimoniam committere poßit Bartoli opinio diſcuſſa & licet communiter exploſa ſit, aliquo tamen ſenſu defenſa.*
7 *Lex Iulia de ambitu in his non ceſſat, qui ad latus Imperatoris ſunt.*
8 *Officia ſpiritualia an liceat petere.*
9 *Officium conſecutus, id affectando & procurãdo, immunitatibus eius officij nõ gaudet*
10 *Officij publici adminiſtrationem an recuſare liceat.*
11 *Officia eccleſiaſtica ſubire nemo cogitur.*
12 *Delegatus communi errore ius dicet.*
13 *Tabellio cõmuni errore qui eſſe creditur, an poßit conficere inſtrumenta.*
14 *Tabellionis officium quis exerceat.*
15 *Tabellio litem ſuam facit.*
16 *Executores iudicum litem ſuam faciunt.*
17 *Communes opiniones contrariæ.*
18 *Tabellio de falſo condemnatus, de cætero id officium non exercet.*
19 *Officialis quilibet in officio ſuo delinquens, amplius illud non exercet.*
20 *Tabellio officio priuatus an publicabit, vel perficiet inſtrumenta à ſe facta.*
21 *Tabellio falſi reus, an interim faciet inſtrumenta.*
22 *Apoſtata an ad epiſcopatũ promoueri poßit.*
23 *Homicidã ignorans an promoueat ſummus Pontifex ad epiſcopatum.*
24 *Indigni, ex certa ſcientia à ſummo Pontifice aut Imperatore electi, digni fiunt.*
25 *Barbarius Philippus neq; liber, neq; verus Prætor fuit.*
26 *Excommunicatus an recipiat titulum officij, ſi cõmuni errore ad officium ſit aſſumptus.*
27 *Vtilitas pro æquitate ſæpe ponitur.*
28 *Vtiles actiones vnde ſic dictæ.*
29 *Barbarij Philippi dicta & facta quibus rationibus ſuſtineantur.*

30 *Seruus ex certa ſcientia Principis ad magiſtratum electus verus magiſtratus eſt.*
41 *Statuentes in caſu omiſſo, id ſtatuiſſe præſumuntur, quod dicturos veriſimile eſt, ſi de eo interrogarentur.*
32 *L. 54. Tauri.*

PRæturã petijt.)

1 Sed an nõ hic ambitus fuit[a]?
Et alij aliter ſoluunt. Quidã
Barbarium nõ iure petijſſe,
ſed ſuperioris approbatione
omne vitiũ purgari[b]: quidam, petijſſe eũ
palàm, idq́; licuiſſe, cum clam minime li-
ceret[c]: quidam, in vrbe Præturam à Barba
rio petitam: quo in loco ceſſat lex Iulia de
ambitu[d]: quidam, petijſſe rebus ipſis & fa
ctis, quia ſe dignum præſtitit, cui magiſtra
tus concederetur[e]: quæ Bartoli & antiquo
rum ſolutiones ſunt. Sed legis noſtræ tem
2 poribus magis conuenit, vt cum Budæo[f],
recentioribusq́; duplex ambitionis genus
diſtinguas: alterũ vetitum, vnde leges de
ambitu latæ, cum tributim pecuniæ diuiſo
rum miniſterio diſtribuebantur: alterum
non vetitum, ſine largitione ſcilicet, cum
candidati ſuffragia precibus, manuũ præ-
henſione, ſuorũ aut maiorũ in Remp. me-
ritorũ commemoratione emerebantur.
Cic. in Saluſt. Cedò, ſi fuerim in honorib⁹
petendis nimis ambitioſus, non hanc dico
popularem ambitionem cuius me Princi-
pem profiteor, ſed illam pernicioſam con
trà leges, cuius primos ordines Saluſtius
ducit. Barbarius igitur qui licite & popu-
lariter, non pecuniæ largitione Præturam
obtinuit, reus legis Iuliæ de ambitu fieri
non potuit. Ceſſauit autem in vrbe lex Iu
lia de ambitu, quia Imperatorum tempori
bus, magiſtratus non per populi ſuffragia,
ſed à Principibus decernebantur[g]. Idq́ue
eſt quod Modeſtinus ait[h], ad curam Prin-
cipis pertinere, non ad populi fauorem.
Fauorem enim populi pro populi ſuffra-
gijs ille poſuit: ſic. Lucanus in. 1.

Hinc rapti faſces pretio, ſectorq́; fauoris
Ipſe ſui populus letalisq́; ambitus vrbi.

Plautus in Amph.

quiminus
Eadem hiſtrioni ſit lex, quæ ſummo viro?
Virtute ambire oportet, non fauitoribus.
Sat habet fauitorum ſemper qui recte facit.

Quæ nos alio in loco latius. Verum quod
ad tempora noſtra pertinet, an officia pu-
blica magiſtratusq́; petere liceat, Bartol⁹ 3
per diſtinctionẽ (vt ſolet) diſſoluit: cuius
primus ille articulus eſt, cum per modum
iuſtitiæ petuntur, in quo petitionẽ admit-
ti omnes fatentur. Finge igitur electum et
poſtulatũ hoc petere vt cõfirmetur: iuſtiſ-
ſima certe petitio eſt[i]. Vt enim ſuſpecti il-
li ſunt qui ſe ingerũt[k], ſic hi prouocari ma
gis q̃ prouocare videri poſſunt, vt magi-
ſtratus crearentur. Secundus articulus eſt,
cum per modum virtutis officia petũtur.
Et non peti, ſed præſtari ſolere Adrianus
Impe. reſpondit[l], id eſt (vt bene Bartolus
interpretatur) concedi, non impetrari ſoli
ta ſunt. Oportet eñ vt ſi quos dignos ma-
giſtratu ſua virtus faciat, rogati non rogan
tes creentur. Non ergo ſecundum virtutẽ
licita petitio eſt? Et quidam Bartolũ hoc
ſentire concedunt: quod ego minime pro
bo. Quid igitur? Certe ſi cui virt⁹ ſit, licet
huic rebus ipſis & factis dignum ſe præbe
re, cui officia conferantur: nam & hoc præ
ſtare eſt: vt ſuo loco diximus[m]. Licebit et
petere verbis, dum'ne id per fraudem. Sed
magis (quod virtutis ipſi⁹ propriũ eſt) pa-
làm & bona fide petat[n]. Nam & fuere (vt
diximus) ambitionis ſpecies duæ, quarum
altera permittebatur, ꝙ non largitionis,
ſed virtutis erat. Tertius articulus in eo ꝓ-
ponitur, qui per ambitionis modum illici
tum petit: in quem leges omnes de ambi-
tu locum habent: & olim quidẽ latæ ſunt
Petilia, Cintra, Fabia, Licinia, Pompeia,
Ebutia, & aliæ permultæ. Quin & Cicero
legẽ de ambitu tulit: quod ex Orat. ipſius
ꝓ Murena cõſtat. Poſt reliquas & lex Iuliá
de ambitu, quæ hodie in vſu eſt: cui & ſimi
lis in rebus ſacris ſimonia[o], quæ à Simone 4
Mago nomen habet. In eã ambitionis ſpe
ciẽ ſi quis incidat, iure noſtro nouiſſimo
perpetuæ infamiæ notatus eſt[p]. Quocirca 5
notari illud oportet, ſummũ Pontificem 6
(qđ hîc Barto. ait) ſimoniã nõ cõmittere:
Papatus enim (inquit) apoſtolatus eſt, ac
ꝓinde aut ſanctũ recipit, aut ſanctũ facit.
Verũ ea opinio. D. Tho.[q] (qui erroneã vo-
cat) Theologis Põtificijsq́;[r] frequẽtius di-
ſplicuit: ſimoniã enim Papã committere,
ſi pro re ſpirituali munus accipiat: ita ta-
mẽ intelligũt, vt quo ad peccatũ ſimonia
tunc ſit, nõ quo ad pœnas ſimoniacis à iu-
re impoſitas: eas eñ Papa ſemper euadit.

Quo

a l. 1. ff. ad l. iulia. de ambi.
b c. non cõfidas. 50. di ſtinct. l. patre. ff. de his qui ſui vel alie. iu. ſunt
c l. non exiſtimo. ff. de admi. tuto.
d d. l. 1.
e l. de quibus. ff. de legib. l. 2. §. penul. ff. de origi. iur.
f Bud. in l. ſi bene colla ta. ff. de vſu.
g Alci. li. 2. diſpũc. c. 21. & in li. de magiſtr. ciuil. lib. 2. of ſi. fo. 4.
h d. l. 1.
i c. cupientes. de elect. lib. 6.
k l. qua omnia. §. fin. ff. de procu. l. ex ſententia. ff. de teſta. tute.
l l. 2. §. pen. ff. de origi. iur.
m in. d. §. penult.
n l. nõ exiſtimo. ff. de adm. tuto.
o l. ſi quẽquã. C. de epiſc. & cle. rr. c. 1. c. licet hely. de ſimo.
p Pragm. vallisolet. anni. 1523. petit. 22.
q Thom. ſuper. 4. diſt. 25. art. 2. & ad ſecũd.
r Sylu. verbo ſimonia. verſ. 4. quæritur.

a c.ſi quis pecunia.79.diſt.Iaſ.hic.nu.16. b l.1.ff.ad.l.iul. de ambit.
c Salic.in rubr.C.ad leg.iul.de ambit. d d.l.ſi quenquam.
e vt hic ſecundum primam lect. f d.auth.vt iudi.ſine quoquo ſuffr.§.
cogitatio. g l.1.§.ſed & ſi quis.ff. ſi quis cautio.
h Bart.in.l.vniuerſi.C.de legat.lib.10.Iaſ.in.l.ſi ſeruus plurium.§.ſi quis ante. ff. de legat.1.Iaſ. in.l.ſi vero. in prin. col. fi.ff. quiſatiſd.cogã.
i l.ſecundũ §.ordine.ff. de legatio.
k Ant.de defen. ciui. §. interim. §.ſi qua vero.
l Gloſſ.& Bald. in. l. dotem. ff.ſo lu.mat.
m Gl.1.ĩ.l. praſes.C.de ſuſpec. tuto.
n l. plerique. ff.de in ius vocan.
o Bal.in.l. ex omnibus C.de decur. lib.10.
p l.ſi ad magiſtratum. C.de decur. lib.10.
q Bald. in l. hi qui ad ciuilia. col. 2.C. de appel.
r l.vtilitas C.de princi pi.lib.12.
s Glo.in.c. epiſcopus.7 q.1.can. ĩn.c. fi. de poſtu. prala.
t Alex.in l.libert a.ff. ſolut. mat.
v Abb.in c.gratum de offic.deleg.
x Soc in.l. more.n.74 & in.om.in. Felu. ĩ. c. cũ dilecta. nu. 3.de reſcri.
y l.2. C. de ſenten.

z l.actuarios.C.de numer. & actuar.lib.12.l. hærennius.ff. de decur.
a Alex.in.1.vol..conſ.138.nu.22.Bar.hec in repe.nu.8.Iaſ.nu.48.Alex. in.l.1.col.fi.C.de teſta.Deci.in.c.1.num.16.de fid. inſtrum.
b Inno.in.c.cum.p.tabellio.de fid.inſtr.Iaſ.hic nu.51. c l.ſi quis ex negotiarijs.§.1.ff.de edẽ.l.iubem⁹.C.de probat. d l.eos.§.ſi.ff.ad.l.cornel. [illegible]
e l.vlt. [illegible] magi. [illegible]
f Iaſ. [illegible] errore [illegible] C.de [illegible]
g Ang. [illegible] l. [illegible] tor.ff. [illegible]
h Alex. [illegible] vol.pen. [illegible] in.c. [illegible] de fid.inſ. [illegible] Corn. [illegible] vol. [illegible] C. de teſta.
i Balb. de praſcrip. in 2.par. [illegible] §.10. nu. [illegible]
k l.ſi. [illegible] C. de ſuſ. [illegible] & circa [illegible] bro.10.
l Glo. ĩ au thẽ. de armis ĩ prin.
m l.vnde. [illegible] C.de dig. [illegible] lib.12.
n Arg. [illegible] Iaſ.in.l. [illegible] §. fina. ff. [illegible] cer.pet.
o Felu.in.c. fraternitatis.de hæret. Deci.in.l.et militib⁹.co. fi.C. de teſt. milit.
p l.lati⁹.ff. de his q. not. infa.
q l. furti. §.1.ff.de his q.not. infa.
r l. ſi priue ff.de no. o pe.nun.
s l. moti. ff. de pœ.l. chirographis.§. pen. ff.de admi. tuto.
t l.cum .C. de ſuſpec.tuto.

Quo ſenſu.i.pœnarũ reſpectu, Bartoli o-
pinio hic(ne prorſus erret)ſuſtineri poſſe
videtur. Quare & alibi notatũ eſt [a], ſum-
mo Pontifici obijci iſtud nõ poſſe, quod p
ſordes, pretio ſcilicet, Cardinalibus corru
ptis ad ſummũ Põtificatũ fuerit aſſumpt⁹.
Quod nos ſimiliter nõ de peccato, ſed de
pœnarũ obiectione intelligimus. In Impe-
ratore quidem ambitio licet ceſſet [b], in his
7 perſonis(Salic. auctore [c])non ceſſat, quæ
ad latus Imperatoris ſunt. Poſtremus arti-
cul⁹ reſtat, cũ dubitatũ qua mẽte officia pe-
tantũ; q rurſus in duos diſtinguitur. aut enĩ
8 ſpiritualia ſunt, & petere ea nõ licet [d], ſi tñ
petita & cõceſſa ſine prauitate ſint, cõceſ-
ſio valebit: ſuperioris enim decretũ peti-
tionis iuſtæ præſumptionẽ inducit [e]: ſi tẽ-
poralia, inuerecũda petitio admittẽda nõ
eſt: tolerabitur tñ cõceſsio facta inuerecũ
de petenti. Certe palã & bona fide petere
licet, ſed ſimoniç & ſordes ſemper abſint.
Neq; enim(vt Bart. inquit) iuriſdictiones
venales eſſe debẽt [f]: niſi forte dignitas ſine
adminiſtratione & Imperio ſit, p qua (vt
pote quæ impetrãti prodeſt & alij nõ no-
cet) preciũ dari poteſt [g]. Illud magiſtratus
ſemper meminiſſe oporteat, eos q officia
9 affectãdo pcurandoq; obtinuerint, immu
nitatibus iure nõ fruituros, quæ alioqui of
ficij rõne deferunt [h]. Sed nũquid vt magi-
10 ſtratũ quis gerat cõpelli poteſt? Et de ſecu
laribus officijs dubiũ nõ eſt [i]: adeò vt pœ-
na quinq; librarũ auri is puniatur, qui ſine
iuſta cauſa ſe excuſet [k]. Nõ ergo licet reni-
ti, vt Accur. Balduſq; notãt [l]. Et cõtumax
quicunq; fuerit in officio publico nõ accẽ
ptãdo, pignoribus captis, exilio, carcerib⁹
cogi poterit [m]: ſed & de domo (quæ tutiſ-
ſimũ cuiq; perfugiũ eſt [n]) inuitus ad hoc
extrahetur [o]. Quinetiã etſi noĩati ad magi
ſtratũ, pertinaces aufugerint, eorum bona
ijs permittũtur qui in locũ eorũ vocantũ: re
perti vero duplicato tẽpore officiũ admi-
niſtrabũt [p]. Quorũ oĩm cõmodiſsima ra-
11 tio illa affertur [q], quia vtilitas publica pri-
uatæ prçferenda eſt [r]. In officijs eccleſiaſti
cis cõtrà cõcludunt, neminẽ ad ea inuitũ
compelli debere [s]: quod tamen & Pontifi
cij, & noſtri [t] plenius aliquanto attingunt.
ET Prætor deſignatus eſt.) Quid ſi nõ or 12
dinarius iudex ſed delegat⁹ deſignaretur? 13
Et licet Abbas Siculus cũ Innocẽtio con-
trariũ velit [v], in eã tamen ſententiam fre-
quentiores eunt, [x] vt & in delegato quoq;
legi noſtrç ſit locus [y]. Quid & ſi quis tabel
lio creatus minime ſit, diu tñ ſe errore cõ-
muni pro tabellione gerat, an ab eo cõfe
cta inſtrumẽta fidem faciant? Et nõ valitu
ra, niſi certis quibuſdã caſib⁹ verior [z] & cre
brior [a] opinio eſt. Tabellionis enĩ officiũ 14
nemo exercet, niſi à ſuperiori crearetur [b]:
neq; itaq; eiuſmodi inſtrumentis crede-
tur [c]: & ille pterquã q falſi reus ſit [d], facit
litem ſuam [e]: nã & verus tabellio quiſquis
eſt, litem ſuã facit, ſi quid aut dolo ſcribat, 15
quod ſcribendũ nõ fuit: aut ſcribere omit
tat, qđ ſcribi oportuit: quæ opinio cõmu-
nis eſt [f]. Nec deſunt q eã à tabellionib⁹ ad 16
executores perducanr [g]. Sed & ſunt qui cõ
ſuetudine approbatã, hoc ampli⁹ & cõmu 17
nẽ opinionẽ affirment [h], vt ab eo confecta
inſtrumẽta, qui ſe longo tẽpore p tabellio
ne geſsit, ſuſtẽtentur. Sumique poteſt ex
Corneo quædã inter opiniones cõcordia.
Sed ego hanc pbare magis ſolitus ſum, vt
lõga quaſi poſſeſsio officiũ hoc exercẽdi
trãsferat in aduerſariũ onus probãdi. neq;
enim q̃ ex curſu hoc decẽnij ſumitur præ-
ſũptio, iuris & de iure eſt, vt Balb. notat [i].
Verũ quid ſi tabellio de falſo condẽnatus 18
ſit? Et hic de cætero officiũ nõ exercebit [k],
nam neq; hũc cũ in officio delinquit [l]: qđ
& ad iudices [m], & alia quoq; officia Ange- 19
lus [n] & cæteri extendũt: multis tñ caſibus
moderantur [o]. Sed nũquid notarius qui of 20
ficio priuatus eſt inſtrumẽta iam à ſe facta
pubicabit, aut etiã perficiet? Et hoc verius
eſt. Neq; enĩ alijs nocere debet ſentẽtia, q̃
aduerſus illũ lata eſt [p]: neq; in præſens, ſed
in præteritũ inſtrumenta iam cõfecta æſti
mantur. Quid ergo ſi nõdũ de falſo dam-
nat⁹ eſt, ſed accuſatio pẽdet, an interim fa-
ciet inſtrumenta? Et melius eſt, vt ſe ab-
ſtineat. q ſi id malit, iure cõficiet [q]: vt pote
q in quaſi poſſeſsiõe officij ſit [r], nec ſit illi
adminiſtratio interdicta [s]. Aliud in tutore [t]

& teſte eſt[a]: ſed illa diſsimilia ſunt. Quinetiam tabellionũ fides imminuitur ſi tandem damnentur. Illud conſtat, reos poſtulatos ad honores nouos aſpirare minime poſſe[b]. Et hęc de ſeruo publico ſatis. Quid de ſeruo religionis ſeu monacho apoſtata quem ſummus Pontifex ad epiſcopatum ignorans promouerit? Et non eſſe eſpiſcopum, valitura tamẽ ab eo geſta verum eſt: neq; enim cadit in apoſtatã ius epiſcopi.

22 Quid ſi homicidam ignorãs promoueat? Et verus hic epiſcopus erit, nedũ ab eo geſta valeant, priuari tamen poterit tanq̃ ob

23 crimen indignus[c]. Verũ quid ſi tales ſciẽs prudẽnsq; ſummus Pontifex? Quid ſi Imperator alius've Princeps ex certa ſcientia indignos promoueat? Et approbata Bartoli diſtinctio eſt[d], vt ſupremi Principes hoc ipſo diſpenſare videantur[e]: inferiores minime, prӕterquam cauſæ cognitione præcedente, & in caſibus permiſsis[f]. Si itaq; illegitimum Papa ſciens, epiſcopum faciat, cum epiſcopi titulo, & natalium quoq; reſtitutionem ille aſſequitur[g].

24 SERuitutem obſtitiſſe.) Nũ ergo Barbarius liber & Prætor reuera fuit? Et Accurſius hoc cõtendit. Guilielmus, Cynus, Bartolus[h], Innocentius[i], & frequẽtiores contrà[k]. neq; enim determinari nunc, ſeruus an liber Prætor fuerit an non (quãuis obiter de his quoq; dictum ſit) ſed an geſta ab eo valuerint. pro hac opinione permulta faciunt. Fuit enim Barbarius ſeruus, nõ igitur aut prætor,[l] aut magiſtratus,[m] aut decurio[n] re vera eſſe potuit. Nec ſalarij perceptio prætorẽ fecit.[o] Quinimo talis (dum præturam gereret) fuiſſe præſumitur, qualis poſtea declaratur.[p] Quid ꝙ per obreptionem ſeu ſurreptionẽ (promiſcuè em̃ his vocabulis vtimur)[q] præturam obtinuit, prętor ergo non fuit:[r] quinpotius, & quia obrepſit,[s] & quia illicitis inſignibus vſus[t] eſt, incidit in legem Corneliã de fal

25 ſis. Sicut autem ſeruus Prætoris titulũ, ſic nec excõmunicatus recipit, quãuis et geſta quoq; ab excommunicato, propter vtilitatem litigantium, & errorem cõmunẽ (prçterq̃ certis quibuſdam caſibus[v]) tolerentur.

VERA Prætura eum functum.) Non tamen vere Prætor fuit.

LATVIT.) Seruus ergo fuit. Nã latuiſſe hora pręambula creatiõis, aut latuiſſe ſeruitutem præambulam, mera commenta[x] ſunt.

QVID dicemus?) Si liber & Prætor fuiſſet, de geſtis ratio dubitandi nulla eſſe poterat[y].

26 VTILItatem.) Vtilitatem pro æquitate ſæpiſsime poni[z], quæ vel publicum vel priuatũ bonũ reſpiciat. Vtiles actiones inde dictas, & quæ appellationis huius ratio

27 reddi poſsit: indeq; eſſe, vt Græci legũ interpretes vtilitatem nunc τὸ φιλάγαθον, nunc τὸν φιλάγαθον λογισμὸν nunc τὸ χρήσιμον interpretẽtur, pluribus verbis aliàs iuris ſtudioſos admonui: hîc iſta ſatis ſunt.

EORVM.) Litigantiũ. Non igitur Barbarij vtilitas attẽditur, vt vel hoc argumẽto ſit, Barbarium liberum Prætoremq; nõ fuiſſe. nam quod attinet ad litigantes, ſufficit prętorem ex facto fuiſſe, neq; exigitur vt iure creatus ſit[a].

REPRObari.) Sed an non coram falſo Prætore[b], & quodã velut tyranno[c] geſta nullius momenti eſſe debuerunt? Et cõiter reſpondent. Primum Barbariũ (vt con

28 ſtat) tyrannũ non fuiſſe, vt pote quẽ populus ipſe creauerit: deinde neq; falſum pretorem, ſed magis incapacem præturæ gerendæ. Sunt enim duæ in propoſito exceptiones, quæ iudici cuiq; obijci poſsint. Si creatus iudex non es. Si iudex eſſe non potes. Hæc ius, illa factũ reſpicit, hæc inhabilẽ, illa falſum prætorem facit[d]. Cũ itaq; Barbarius ex facto prætor fuerit, inhabilẽ exceptio nõ falſum reddere potuit. Verũ eam inhabilitatem error cõis, populi auctoritas, vtilitas litigantium ſupplere potuit. Sed an nõ Barbariũ prætorem non fuiſſe, declarãdũ fuit, declaratio (vt ratihabitio) retro trahitur, vt interim ab eo geſta minime valuerint[e]? Et reſpõdent Iacobus, & Barto. regulã in propoſita ſpecie arctari, ne ea corruãt quæ iuriſdictionis ſunt. Sed an nõ ſciebat ſe nõ eſſe prætorẽ legitimũ, cui cõſequẽs eſſe debuit, vt ab eo geſta nõ procederẽt[f]? Et reſpondẽt ijdẽ legitimũ ſe ſciſſe, vt quẽ popu. Rom. creaſſet. Quid præterea an non ſola quaſi poſſeſsio iuriſdictionis prætoriæ (vt pote quę res incorporalis eſt) ſatis ſuperq; fuit, vt geſta à Barbario ſtricto iure nedum humanitatis cauſa procederent[g]? Et reſpondent Innocentius, & cæteri obiectionẽ in ijs locũ ſibi vendicare, quæ ſuperioris decretũ nõ exigãt, qualis

a l. 3. §. lege ff. de teſtib.
b l. 1. C. de reis poſtu. lib. 10.
c c. cũ in cunctis. de con ceſſ. prabẽ.
d Bart. nu. 12. Iaſ. n. 14.
e l. quidã cõſulebãt. ff de re iudi. l. idẽ. Vlpianus. §. ſi. ff. de excuſat. tuto.
f c. 1. de tẽpo. ordi. lib. 6. Io. And. in. c. at ſi clerici. de iud.
g Gl. in. c. cũ autem. 44. diſtin.
h Bart. in repe. col. 4.
i Inno. in. c. cũ dilecti. col. 2. de elec.
k Iaſ. hic. col. 2.
l l. cũ prætor. §. ſi ff. de iudic.
m l. ſi quis ſeruũ. ff. ſi quis cautio.
n l. 1. & 2. C. ſi ſer. ad decur. aſpi.
o l. barbarius. ff. de decurio.
p l. moneor C. de ſer. ex per.
q Iaſ. in. l. præſcriptione. col. 1. C. ſi con. ius vel vti. pub.
r l. ſed ſi hac §. patronũ. ff. de in ius vocã. q teſtamẽto. ff de excuſ. tu tol. ſi. C. de primi. li. 12.
s l. ſi quis obrepſerit. ff ad leg. cor. de fal.

t l. eo. §. ſi. ff. ad. l. cor de fal.
v Socin. in reg. 210. incip. geſta.
x barto. in repe. colũ. 5. ad med.
y l. non cogendum. §. ſabinus. ff. de procu.
z l. ſi ita vulneratus ff. ad. l. aql. c. abbate ſane. ad ſi. de re iudi. lib. 6. l. ſeruitutes. §. ſi ſublatũ. ff. de ſeru. vrba. præ. d. oratione. ff. de ſeri.
a l. ſi arbiter. C. de ſenten. l. 2. C. de teſta.
b l. 2. C. de eo qui pro tuto.
c l. decernimus. C. de ſacroſ. eccle.
d Gl. in. l. procuratorio. §. ſi. ff. de procurat.
e l. pen. ff. de re mil. l. furti. §. 1. ff. de his qui not. infa.
f l. ſi procuratorem ab ſentem. ff. de procura.
g c. conſultationibus. de iu. patr.

qualis quaſi poſſeſsio eſt eligendi: in ijs q̃ exigant, ſi iure ſuperior decernat, iure ſtricto tolerari geſta: ſi ex facto, propter humanitatẽ ea nõ reſcindi: quæ opiniones iuri conſonæ prorſus ſunt.

HVMAni⁹ eſt.) AEquitas in eo verſatur, vt licet liber, & Prætor re vera non fuerit, geſta tamen ab eo ſuſtinerentur.

POPVlus Romanus.) Tres in ſumma rationes à doctoribus noſtris notantur, ob quas dicta factaque Barbarij non corruãt. Publica vtilitas, error cõmunis, populi Romani auctoritas. Primã colligũt ex dictione, vtilitatem, quod ego nõ cogor: ſtricti⁹ enim Vlpianus agit de vtilitate eorũ, qui apud eum egerant quæ vtilitas litigantiũ quorundã, non continuò publica dicenda eſt. Exiſtimo aũt (quod & hic Bartolus[a] et ſi variet magis tñ probat) geſta à Barbario tolerari, ſiue publicam, ſiue priuatã vtilitatem reſpicerẽt[b]. Nãq; iuriſdictionẽ delegatam ad publicã vtilitatẽ ſpectare, Bartoli conſideratio ſcrupuloſior (& fortaſsis vera parum) mihi nõ perſuadeat. Vnde enim ſic colligit, Iudicandi neceſsitas inter munera perſonalia connumeratur[c], ergo publica auctoritate & vtilitate eſt? Secunda ratio illa eſt, erroris cõmunis: ſed huic obijcitur, q̃ conſenſui nihil tam ſit contrariũ q̃ error[d]. Reſpõdeo (hæc eſt enim ſolutio expeditior) longe aliam eſſe cauſam vnius aut alterius priuati, & erroris cõmunis. Tertia ratio de populi Romani, id eſt de ſuperioris auctoritate plana eſt: quoniã videlicet ſuperioris decreto opus hic fuit, alioqui error communis ſat eſſet vt geſta ſuſtinerẽtur: quod in teſte ſeruo videm⁹[e]. Sed nunquid oẽs has rationes concurrere oportuit? Et Bartolus (quod & ſupra tetigi) rectiſsime duas ſatis eſſe ait, errorẽ cõmunẽ, & ſuperioris auctoritatem.

HANC poteſtatem.) Quãuis itaque ex iuris regula Barbarius prætor eſſe non poſſet, at potuit ei extra ordinẽ aut (vt Doct. noſtri dicunt) diſpenſatiue prætura decerni[f]: ſuiſſetque verus prætor, ſi eũ populus aut Princeps ex certa ſciẽntia crearẽt[g]: quod & ſequentia ſat indicant.

SED & ſi ſciſſet.) Argumentũ hic non leue eſt, vt ſtatuẽtes ſtatuiſſe in caſu omiſſo id præſumantur, quod dicturos veriſimile eſt, ſi de eo interrogarẽtur[h]. nã & in teſtatoribus idem eſt[i]. Finge igitur ſtatutũ, vt mulieres ſine conſenſu propinquorũ non cõtrahãt: an & quaſi cõtrahere, aut adire hæreditatẽ non poſsint q̃ſtionis eſt? Et nõ poſſe credidit Bartolus[k], idẽ alibi[l] cõtrà: idq; eſt receptius[m] Iaſone auctore. Verũ pro priori (vt inquit) opinione, quæ ſupra diximus prorſus faciunt: & ſanè probabilis ea multum eſt. Sed iure noſtro[n] nec dubitationẽ res habet. Etenim neque cõtrahere, neque quaſi cõtrahere poteſt ſine mariti licẽtia, neque hæreditatẽ adire, niſi inuẽtariũ cõficiat: neque enim dãnoſa tunc hæreditas eſſe poteſt. cui conſequẽs illud eſt, vt multominus licentia opus videatur, cũ cõtract⁹ mulieri vtiles fuerint[o].

IIII. IDEM Libro primo de omnibus tribunalibus.

PRAETOR nec tutorẽ, nec ſpecialem iudicem ipſe ſe dare poteſt.

1 *Specialis iudex delegatum ſignificat.*

SPECIALEM.) Id eſt, delegatum: ſic enim iudicem delegatum iura noſtra non ſemel vocant[p]. 1

DE OFFICIO præfecti vigilum.

Titul. XV.

1 *Præfectus vigilum, officium, an magiſtratus fuerit.*

2 *Præfectus noctium in locum Præfecti vigilum ſucceſſit.*

3 *Accurſij error.*

4 *Vigiles qui.*

DE officio.) Præfectũ vigilum officiũ fuiſſe & hinc, et ex rub. C. de Præſe. vigi. palã eſt. Feneſtella magiſtratũ fuiſſe indicat. Sed & Harmenopul⁹ li. 6. 1
ſub titulo de magiſtratibus, de præfecto vigilũ loquitur, aut ſaltim de prętore plebis & præfecto noctiũ, q̃ in illius locũ ſucceſſerũt. Caſsio. li. 7. variarũ, mõ dignitatẽ, mõ 2
officiũ, modo ducatũ appellat. Cõtrà Põponius[q] præfectũ annonæ, & præfectũ vigilũ nõ eſſe magiſtratus, ſed extra ordinẽ vtilitatis cauſa cõſtitutos. Igitur Accurſius diuinat, & duplicẽ præfectũ vigilũ cõmentus eſt, errore manifeſto, vt pote quẽ (prę- 3

[a] Bart. col. 5. in prin. et ad fi. & co. 6. in princ.
[b] l. 2. C. de ſent. & interloc. om. iudi.
[c] l. munerũ §. iudicandi ff. de mune.
[d] l. ſi per errorẽ. ff. de iuriſ. om. iud.
[e] l. 1. C. de teſta.
[f] l. quidã conſulebãt. ff. de re iudi. l. 1. ff. de vaca. reſti.
[g] l. ult. Vlpianus. §. fi. ff. de excuſ. tuto.
[h] Glo. in l. tale pactũ. §. fina. ff. de pact.
[i] l. fi. C. de poſthu. hæ. inſtit. l. Titius. §. luti⁹ ff. de libe. et poſthu.
[k] Bar. in l. more. ff. de acqu. hæ.
[l] Bar. in l. apud Iulianum. §. fin. ff. quib. ex cauſ. in poſ. ea.
[m] Iaſ. hic. col. 2. Iaſ. in l. more. n. 23
[n] l. 54. cũ ſeq. in legi. Tauri.
[o] Bal. in l. neq; tutores C. de cõtra. & cũ ſtipu. Iaſ. hic. col. tertia.
[p] l. 5. ff. de offi c. præſi. l. vlt. C. de iudic.
[q] l. 2. §. & hæc omnia. ff. de ori. iu.

ter ipſum) auctor nullus agnoſcat. Cæteri aut hærẽt aut malè diſsimulãt. Dixi Pręfectũ vigiliũ initio magiſtratũ nõ fuiſſe, ſed poſtea fuiſſe & officiũ & dignitatẽ. etem & Iuſtiniani Nouella. 13. de plebeijs prætoribus, tertio quoq; verbo magiſtratum appellat.

4 VIGIlũ.) Vigiles hi dicebant, q huic pręfecto apparebãt. Vñ & ex lege quadã Viſillia (cuius libellus ex Vlpiani corpore meminit) Latin⁹ ius quiritiũ accipiebat, ſi inter vigiles Romæ ſex annis militaſſet. Pręterea ex. S. conſulto conceſſum eſt ei, vt ſi triẽnio inter vigiles militaſſet, ius quiritium conſequeretur.

PAVLVS Lib. ſingulari. de offic. Præfecti vigilum.

APVD vetuſtiores incẽdijs arcẽdis triũuiri præerãt: qui ab eo, quod excubias agebãt, nocturni dicti ſunt. interueniebãt nõnũquã et Aediles, et tribuni plebis. Erat aũt familia publica circa portã & muros diſpoſita, vnde ſi opus eſſet, euocabatur. Fuerãt & priuatæ familiæ, quæ incẽdia vel mercede, vel gratia extinguerẽt: deinde Diuus Auguſtus maluit per ſe huic rei conſuli.

1 *Triumuiri nocturni ante Præfectum vigilũ fuerunt.*
2 *Tres viri capitales.*
3 *Tres viri monetales.*
4 *Tres viri coloniæ deducendæ.*
3 *Tres viri Reip. conſtituendæ.*
6 *Tres viri epulones.*
7 *νυκτέπαρχοι, id eſt Præfecti noctium.*
8 *Nocturnus Prætor.*

APVD vetuſtiores.) Huc pertinet q Iuſtinianus in Nouella. 13. magiſtratũ hunc in veteri Roma venerãdũ fuiſſe ait, nõ ſolũ ijs tẽporibus quibus Imperatores Rẽp. tenuerũt, ſed & multo remotiorib⁹: vt intelligas fuiſſe tũc non præfectũ vigilũ (hunc enĩ primus Auguſtus creauit) ſed

1 triumuiros nocturnos, quorũ eadem cura fuerit, idem fere officium.

2 TRIVMuiri.) Horum Plautus meminit in Amphitr.

Quid faciã nũc, ſi tres viri me in carcerẽ compegerint?

Inde, cras è promptuaria cella depromar ad flagrum.

An tamẽ ijdem fuerint, qui à Pomponio [a] tresuiri capitales dicuntur, ſubſiſto. Fuere 3
& tresuiri monetales, tresuiri colonię de- 4
ducẽdæ, tresuiri Reip. conſtituẽdæ, quo- 5
rum officia quæ fuerint Pompõnius & Feneſtella tradunt. Fuere & tresuiri epulo- 6
nes, quorũ Cicero meminit de Oratore lib. 3. Sed vt Pontifices veteres propter ſacrificiorũ multitudinem tresuiros epulones eſſe voluerũt, cũ eſſent ipſi à Numa, vt etiam illud ludorum epulare ſacrificiũ facerent, inſtituti.

a l. 2. §. eodem tempore ff. de origi. iur.

NOCTurni.) Vnde forte & à Græcis pręfecti vigilium νυκτέπαρχοι, id eſt, præfecti 7
noctiũ appellabãtur: ſed & fuit in AEgy- 8
pto (auctore Strabone lib. vlti.) νυκτερινὸς στρατηγὸς, id eſt, nocturnus prætor.

INTERueniebant.) Eiuſdem rei curam gerentes.

D. AVguſtus.) Suetonius in Auguſto. Aduerſus incendia excubias nocturnas, vigileſque commentus eſt.

II. VLPIANVS Libr. ſingulari de offic. Præfecti vigilum.

PLVRIBVS vno die incendijs exortis.

1 *Leges nonnullæ reperiuntur quæ per ſe ſolæ nihil diſponunt.*

PLuribus.) Vt hic, ſic & ſępe[b] a- 1
liàs leges quædã à iuris cõpilatoribus poſitę ſunt, quæ p ſe ipſæ nihil diſponunt, niſi præcedẽtib⁹ aut ſequẽtibus cõiungantur.

b l. 2. cum ſeq. l. poſt litem cũ ſeq. ff. de pecul. l. vel ſoluendi ff. de publicia. l. & l. q nõ ſunt cũ ſeq. ff. de excuſa. tuto. l. ſine ſcũ nit. de leg. primo.

III. PAVLVS Lib. ſingulari de offic. Præfecti vigilum.

NAM ſalutẽ Reipublicæ tueri, nulli magis credidit cõuenire nec aliũ ſufficere ei rei, quàm Cæſarẽ. Itaq; ſeptẽ cohortes oportunis locis conſtituit, vt binas regiones vrbis vnaquæq; cohors tueatur: præpoſitis eis Tribunis, & ſuper oẽs ſpectabili viro, qui Præfectus vigilũ appellatur. Cognoſcit Pręfectus vigilũ de incẽdiarijs, effractorib⁹, furibus, raptoribus, receptatoribus: niſi ſiqua tã atrox tãq; famoſa perſona ſit, vt pręfecto vrbi remittatur.

& quia

& quia plerũq; ĩcẽdia culpa fiũt inhabitãtiũ, aut fuſtibus caſtigat eos, qui negligẽti' ignẽ habuerũt: aut ſeuera interlocutione cõminatus, fuſtiũ caſtigationem remittit. Effracturæ fiunt plerũq; in inſulis in horreisq́;, vbi homines precioſiſsimã partẽ fortunarũ ſuarũ reponunt: cum vel cella effringitur, vel armarium, vel arca. & cuſtodes plerunq; puniũtur: & Diuus Antoninus Eritio Claro reſcripſit. ait enim, poſſe eum horreis effractis quæſtionẽ habere de ſeruis cuſtodibus: licet in illis ipſius Imperatoris portio eſſet. Sciendũ eſt autẽ Præfectũ vigilũ per totam noctẽ vigilare debere: & coërrare calciatũ, cum hamis & dolabris: vt curã adhibeant, omnes inquilinos admonere, ne negligẽtia aliqua incendij caſus oriatur: præterea vt aquam vnuſquiſq; inquilinus in cœnaculo habeat, iubetur admonere. Aduerſus capſarios quoq;, qui mercede ſeruanda in balineis veſtimẽta ſuſcipiũt, iudex eſt cõſtitutus: vt ſi quid in ſeruandis veſtimẽtis fraudulẽter admiſerint, ipſe cognoſcat.

1 *Erratum apud Pomponium Lætum emendãdum.*
2 *Regiones omnes Romæ quatuordecim.*
3 *Præfectus Vigilum & Senatores an magiſtratus fuerint.*
4 *Præfectus Vigilum, noctium Præfectus dictus.*
5 *Prætor plebis idem & Præfectus Vigilum.*
6 *Prætoris plebis mẽtio in Codice Theodoſiano ante Iuſtinianum.*
7 *Præfectus Vigilum Rauennatis apud Caßiodorum.*
8 *Præfecti Vigilum in locum hodie nullus magiſtratus ſpecialis ſucceßit.*
9 *Incendium præſumitur ortum culpa leuißima inhabitantium.*
10 *Culpæ huius præſumptionem quæ excludant.*
11 *Incendiarij qua pœna puniantur.*
12 *Inſula quid ſignificet.*
13 *Οἰκία περιαμφόδος.*
14 *Horreorũ vſus apud antiquos ad omnes res cuſtodiendas.*
15 *Calciatum, non caligatum, legẽdum hic eſſe.*
16 *Inquilinus an teneatur de incendio, ſi ipſe in locatione hoc excipiat.*
17 *Incendio orto, an vicini deſtruere domũ poſſint ne ad eos ignis perueniat.*
18 *Cœnaculum quid ſit.*
19 *Cœnacularij qui ſint.*
20 *Capſarius multa ſignificat.*

SEptem cohortes.) Feneſtella ſeptẽ etiam 1
fuiſſe ait. Cũ itaq; apud Põ-
ponium Lætum, Quinque
ſcriptum extat, erratum eſt.
VNAS regiones.) Erant enim vrbis re- 2
giones omnes quatuordecim.
SPECTABILI.) Accurſius ex ſpecta-
bilis titulo magiſtratũ fuiſſe arguit, quod 3
me parum mouet. Namq́ue & Senatores
clariſsimi dicti, qui tamen magiſtratus nõ
erant.
PRAEFECTVS vigilum.) Hic à Græ- 4
cis νυκτέπαρχος, ideſt, noctium Præfectus:
deinde (vtrumq; hoc nomẽ Iuſtiniano an-
tiquante) Prætor plebis dictus, eiuſque di- 5
gnitas multũ aucta, datis ſolatijs, annona,
aſſeſſore, deputatis etiã viginti militibus,
& triginta matricularijs: quos tunc tempo
ris in hoc Iuſtinianus conſtituit, vt Præfe-
cto Vigilum ad manum eſſent, eiuſq; iuſ-
ſionibus obtemperarent. Cauit præterea,
necui ad eam dignitatem ſine Imperato-
rijs codicillis pateret aditus. Vtq́ue hi ſoli
ad eam gerendã admitterentur, qui de nu-
mero eſſent magnificẽtiſsi. Illuſtrium, aut
ſpectabiliũ, comitũ, aut ſublimiſsimi tribu
nalis clariſsi. tribunorũ Prætorianorũ, &
notariorũ, qui alioqui officia in prouincijs
adminiſtrarunt. Quo magis in hoc ipſe hę 6
reo, quid ſit, quod & in Codice Theodoſia-
no lib. 1. tit. 5. tẽporibus Honorij & Theo-
doſij (quos ante Iuſtinianũ imperaſſe pa-
làm eſt) de Prætoribus plebis fiat mentio.
Sit itaq; æſtimationi locus. Certè Cõſtãti
nus Harmenopulus lib. 6. tit. de magiſtrati
bus, Prætorẽ populi & noctiũ Præfectũ eũ
dẽ fuiſſe ait. Sed Harmenopul' hic poſt Iu
ſtiniani tẽpora ſcripſit. At Caſsiodoro (q 7
Iuſtiniani tẽporibus vixit, cũ Romæ Go-
thi rerũ potirent) lib. 7. Variar. duæ formu
læ ſunt, altera Pręfecti vigilũ vrbis Romę,
altera Præfecti Vigilũ vrbis Rauennatis. 8
Ac (ne quis hoc deſideret) vix hodie magi-
ſtrat' eſt, q in Præfecti Vigilũ locũ ſucceſ-
ſerit: niſi quod eadem ferè, quæ ille olim, nũc

Correctorum apparitores curāt, ij præſer-
tim, qui vulgò Alguazeli vocātur: qui ta-
men neq; ſpectabiles ſunt, neque priuile-
gio Præfecti Vigilum habent.
TAM atrox, atq; tam famoſa.) Conſtanti
nus, τὰς δὲ τραχεῖς, καὶ περιφανεῖς διαπέμπε
ἐπάρχῳ.
ET quia plerunque.) Ideſt, ferè ſemper.
9 CVLPA.) Quæ leuiſsima præſumitur,
vt Accurſius[b] notat: quē omnes[c] ſequun-
10 tur. Excluditur autē culpæ huius præſum-
ptio, ſi ſe alioqui diligentē, vigilantē vnū
habitator oſtēdat[d]: quod Baldus ex facto
conſultus[e] reſpondet. Vt enim ſemel ma-
lus, malus vſq;: ſic bonus ſemel, bonus ſem
per eſſe præſumitur[f]. Sed & excludit cul-
pæ leuiſsimæ præſumptio, ſi alij in domo
præter habitantes (verbi gratia viatores)
fuerint[g]. Neque enim (niſi in habitantium
certum factum arguatur) aduerſus eos po-
tius erit præſumptio[h].
INHABItantium.) His igitur (vt cōmu-
niter traditum eſt[i]) onus incumbit, vt ſe ip
ſos exonerent: quod facient, ſiue probent
nullam ſuam (etiam leuiſsimā) fuiſſe cul-
pā, ſiue leuiſsimæ illius præſumptionē per
alias præſumptiones (vt diximus) tollant.
11 FVSTIBVS caſtigare.) Sed an non vel
igne, vel pœna capitis incendiarij puniun
tur[k]? Et Bartolus cæteriq; longius aliquan
to diſtinguunt, dolum, culpā, caſum fortui
tum in propoſita ſpecie ſeparantes, quos
ſequor. In foro certe cōſcientiæ (quālibet
aliqui diſſentiant) receptiſsima[l] Innocen
tij[m] ſentētia eſt, vt ſi dolo malo, aut etiam
lata culpa fuerit, incendiarij teneantur: ſi
leuis leuiſsimáue, non teneantur.
INterlocutione.) Sētētia interlocutoria.
PLErunq;.) Cū enim per tegulas aut do-
mos vicinas ad inſulas aditus minime pa-
teat, ſolius effracturæ periculo ſubijciunt.
12 INSVLIS.) Inſula (auctore Fœſto) do-
mus eſt, quæ vicinorū cōibus parietib⁹ nō
cōiungitur, ſed quoquo verſum, vel priua
ta, vel publica area ambitur, ad ſimilitudi-
nē terrarū, quæ mari cingūtur: à Græcis di
13 citur[n] ἐνοίκια περιάμ φοδος. Cornel. Tacit. lib.
xv. Propter crebra incēdia, cū multi aquæ
ductus in vrbē deriuarentur, à Nerone ex
cogitatū ait, vt aqua priuatorū licentia in-
tercepta, quo largior & pluribus in locis
haberetur, in publicū flueret: ædificiaque
non cōmunione parietū, ſed ꝓprijs quæq;

a l. ſi vendita. ff. de peric. & commo. rei vē.
b Gl in §. Præterea. in verſ. debet. inſt. quib. mo. re contrah. oblig.
c Ana. conſil. 71. Iaſ. in l. domos. col. 1. ff. de leg. 1.
d l. Argē. cū. ff. cōmo. l. non ſolū. §. à Barbaris. ff. de re mil.
e Bal. in 3. volu. conſil. 442.
f Hippoly. ſing. 393.
g Iaſ. in l. ſi quis ex argentarijs. §. fi. ff. de edē.
h l. licet. §. pen. ff. nau. caup. ſtabu. Bal. in l. qua fortuitu. C. de pig. act.
i Doct. in d. l. ſi quis ex argentarijs. §. fi. & in 2. de depo.
k l. qui ædes. ff. de incen. rui. nau. fra. l. capitaliū. §. qui ob inimicitias. ff. de pœn.
l Deci. in c. 1. in 2. lectu. nu. 22. de conſtitu. & in c. quoniā contra. nu. 38. de probat.
m Innocē. in ca. ſicut dignū de homicid.

muris ambirentur. Quinetiā Tranq. in Ne
rone. Formā (inquit) ędificiorum vrbis no
uam excogitauit, & vt ante inſulas ac do-
mos porticus eſſent, de quarū ſolatijs in-
cendia arcerentur. Et rurſus. Tunc ꝓpter
immenſum numerū inſularū, domus priſ-
corum ducum arſerunt, hoſtilibus adhuc
ſpolijs adornatæ.
HORREIS.) In horreis aut priuatis, aut 14
publicis non frumenta tantū[o], ſed & bona
ſua Romanos cuſtodire ſolitos Lāpridius
docet in Alex. Horrea in omnibus regio-
nibus publica fecit, ad quæ cōferrēt bona
ij, qui priuatas cuſtodias non haberent.
PRAECIOSISSIMAM partem for-
tunarū ſuarum reponunt.) Erant enim in-
ſulæ non modo ab incendijs tutiores, ſed
etiam à furibus. Ideoque in eis præcioſio-
ra quæque reponebantur[p].
CALCEATVM.) Sunt qui legant, cali 15
gatum. Ego nihil muto, ex Feneſtella. Lā-
pridius in Alex. Donauit & ocreas & brac
cas, & calciamēta inter veſtimēta milita-
ria. & rurſus. Iam verò ipſi milites Iuuenē
Imperatorē ſic amabant, vt fratrē, vt filiū,
vt parentē, veſtiti honeſtè, calciati etiā ad
decorē, armati nobiliter. & paulo poſt. Mi
les non timet, niſi veſtitus, armatus, calcia
tus, & ſatur, & habens aliquid in Zonula:
idcirco quod mendicitas militaris ad om-
nem deſperationem vocaret armatum.
ARMIS.) Sic & apud Feneſtellā eſt. Qui
dam emendant, Hamis: quę lectio non di-
ſplicet, eamq; Florent. Codex, nuper im-
preſſus agnoſcit.
INQVILINOS.) Quid ſi inquilin⁹ ex 16
cipit, ne de incendio orto teneretur? Et cō
ſtat (quicquid exceperit) teneri adhuc, vt
ſuam ſuorumque culpam præſtet[q].
VNVSquiſq;.) Quid ſi iā ꝓximus ardet 17
Vcalegō? Et dubiū nō eſt, poſſe vicinos ꝓ-
pria auctoritate domū deſtruere, in qua in
cendiū ortū eſt, ne ignis lati⁹ ſerpat[r]: ſi mo
dò ꝓbabiliter id vereanī, alioq dño ædiū,
in id qđ intereſt, de dāno dato teneni[s]. Sed
etſi vicini licitè demolianī, dominis tñ in
eos regreſſus erit, quorum dolo aut culpa
incendium ſit ortum[t].
COENACVLO.) Superiore parte do 18
mus: vnde & cœnacularij[v] dicti, & cœna- 19
culariam exercere.
CAPSARIOS.) Non vna vocis hui⁹ in 20
iure nrō ſignificatio. Hic eñ capſarij dicti,
qui mer-

n Alcia. l. vrbana familia. ff. de verb. ſigni. Bud. in l. ſi inquilinus. ff. loca.
o Rub. C. de condi. in publ. horre. libro. 10.
p Alciat. in d. l. vrbana.
q l. qui inſulam. §. fi. ff. loca. Roma. in ſing. 29.
r l. 3. §. Q̄ Prætor att. ff. de incen. ru. naufr. l. ſumo. [illegible] ad l. Aquil.
s Are. de malef. in ver. incendiario verſic. cuius rei gratia. Hippol. in l. 1. nu. 116. ff. ad l. Corn. de Sicca.
t l. qui occiderit. §. fin. ff. ad l. Aquil. Aret. dict. verſ. incendiario.
v l. ſolutū. §. ſolutā. ff. de pig. act. l. ſi viua. ff. de hu q. ac ie. vel effu.

ꝗ mercede veſtiméta ĩ balneis cuſtodiẽda ſuſcipiũt. Alibi[a] capſarij artifices, ꝗ capſas, & capſellas[b] conficiant. Alibi[c] qui filijs ciuiũ nobiliorum ad ſcholas eũtibus libros in capſa portant. Sueton. in Nerone. Conſtat quoſdã cũ pædagogis & capſarijs vno prandio pariter necatos. Iuuenalis. Quem ſequitur cuſtos Auguſtæ vernula capſæ. Hæc ſignificatio Nebriſſam[d] non latuit, priores illæ fortè latuerunt.

a l. ſi. ff. de in.immu.
b l. quæſitum. in pri. ff. de fun. inſtru.
c l. ſi collectaneus. ff. de manu. vin.
d Nebri. in lexi. iur. ciui. in ver. capſarius.

IIII. VLPIANVS. Lib. ſingulari de off. Præfecti vrbi.

IMPERATORES Seuerus & Antoninus Iunio Rufino Præfecto vigilũ ita reſcripſerũt. Inſularios, & eos qui negligẽter ignes apud ſe habuerint, potes fuſtibus vel flagellis cædi iubere: eos autem, qui dolo feciſſe incendiũ conuincentur, ad FaVium Cilonẽ Præfectũ vrbi amicũ noſtrũ remittes: fugitiuos conquirere, eoſq́ꝫ dominis reddere debes.

1 *Inſularius ſeruus quis ſit.*
2 *Præfectus vrbi amicus Cæſaris.*
3 *Præfectus vigilum cur nõ cognoſceret de capitalibus.*
4 *L. in vrbe. ff. de ſtatu hominum.*

1 INſularios.) Accurſius dños ædiũ interpretatur: ſed eſt inſularius ſeruus inſulæ cuſtos[e], qđ Alciatus & Budæus notant[f].
FAVIVM Cilonem.) Cuius ſupra quoque mentio facta eſt[g].
2 AMICVM noſtrum.) Peculiaris ea videtur fuiſſe appellatio Præfectorũ vrbis, cũ de eis Imperatores loquerentur. Nam & alibi[h] Imperator Alexander Præfectus vrbis amicus noſter eam quæ ita venijt. &c.
3 REMITTERE.) Capitalia ad Præfectũ vrbis Præfect⁹ vigilũ remittebat[i]. Sed cur non & de his illi cognitio fuit? Et Caſſiodorus lib. vij. Variarũ in formula Præf. vigilũ his verbis reſpõdet. Mediocrem dignitatẽ regis, & in ſumma opinione verſaris, cuſtos Romanæ ciuitatis diceris, quãdo eam ab inteſtino hoſte defendis. Quapropter circa fures ſolicitus eſto, quos ſi tibi punire leges minime præcipiunt, tamẽ eos indagandi licentiam non tulerũt. Credo, vt quãuis eſſent raptores deteſtabiles, tamen quia dicebãtur Romani, maiori eos ſubderent dignitati. Alluditq́; fortè Caſſiodorus ad Antonini conſtitutionẽ[k], quã 4 uis nuperrime illic, in orbe, non in vrbe legant.

e l. vrbana familia. ff. de verb. ſigni. vbi Alcia.
f Bud. in l. ſi ingenuus. ff. loca.
g l. 1. ſuprà de off. præf. vrb.
h l. 1. C. ſi mãci. ita ve ne. ne proſti tua.
i l. 1. C. de off. præfect. vigi.
k l. i vrbe. ff. de ſta. hominum.

DE OFFICIO Proconſulis & legati. Titul. XVI.

1 *Proconſul vnde dictus.*
2 *Pro vе conſul.*
3 *Proconſulis inſignia quæ.*
4 *Procõſulis iuriſdictio ordinaria, an delegata.*
5 *Conſul hoc anno, Proconſul erat ſequenti.*
6 *Prouĩciæ Procõſulares, Prætoriæ, Præſidales.*
7 *Hiſpaniæ quomodo olim diuiſæ.*
8 *Proconſulum magiſtratus annuus.*
9 *Proconſulum auctoritas.*
10 *Proconſulum adminiſtratio grauior quàm Præſidum.*
11 *Procõſulum Imperiũ maximũ in prouincia.*
12 *Legati Proconſulum.*
13 *Legati Conſulum.*
14 *Legati Imperatorum.*
15 *Præſides.*
16 *Procõſulum in locum qui hodie ſucceſſerint.*
17 *Legati à latere, an æquiparentur Procõſulib⁹.*
18 *Lex. 8. titul. 18. part. 4.*
19 *Proreges, ſeu Vicereges Procõſulib⁹ ſimiles.*
20 *Præfecti Auguſtales Proregibus ſimiles.*

DE officio Proconſulis & legati.) Bello cũ æquis in feliciter geſto, Cõſul, qui Romæ remanſerat, quo celerius ipſe militum delectũ faceret, Proconſulem creauit, qui obſeſſo collegæ auxilium ferret. Creatus itaq; Proconſul. T. Quintius A. Poſthumio & Sp. Fuſco Cõ 1 ſulibus. Qui, quia pro Cõſule mitteretur, eiuſq; vice functurus eſſet, Procõſul appellatus eſt: quo ſenſu & nũc quoq; Prorectores dicuntur. Interdũ etiã interiecta particula, ve. Philip. 8. ad finẽ. Quãdiu. D. Brutus. C. Caſsius Cõſules, Pro ve cõſules pro 2 uincias obtinebunt. Et Procõſuli quidẽ cætera Cõſularia inſignia fuerũt, niſi ꝙ huic 3 ſex tm̃ lictores cõceſsi ſunt: eidẽ initio delegata, deinde ordinaria iuriſdictio data 4 eſt. Propagatis enim Imperij finibus, obſeruari

5 ſeruari cœptũ, vt quo quiq; anno Cõſules
eſſent, ſequẽti Proconſules remanerẽt: ita
vt varias prouincias cũ Imperio ſortiren-
tur. Quare & Auguſtus (vt eſt apud Suet.)
ꝓuincias, quæ ſub Imperio Romano erãt,
6 ita diuiſit, vt aliæ Proconſulares, aliæ Præ-
toriæ, aliæ Præſidales eſſent: Proconſula-
res Senatui, Prætorias populo demãdans:
in Præſidales ipſe legatũ ſuũ, qui nũc Præ
ſes, nunc Legatus Cæſaris dicebatur, mit-
tebat. Strabo verò lib. vlt. ſcribit oẽs Pro-
uincias, alias Cæſari, alias populo attribu-
tas. Ex his quæ ad populũ pertinebãt, Pro-
conſulares & Prætorias conſtitutas, q̃d vi-
delicet viri Cõſulares, vel Prætorij ad eas
regendas mittebantur. Cõmutari tñ hæc
ſolita ſunt, arbitrio Principis. Quo fit, vt
7 inter cæteras Prætorias, in Hiſpanijs Bæti-
cam, in Gallijs Narbonenſem, Strabo con
numeret. Cũ tamẽ Rufus[a] in eo quẽ edi-
dit libello, de Rom. Imperij acceſsiõe, ita
diuiſas Hiſpanias ſcribat, vt Bœtica, & Lu
ſitania Conſulares: Tarraconẽſis, Cartha-
ginenſis, Gallitia, Inſularis (quę & trãſfre-
8 tum) Præſidales eſſent. Fuit autẽ Procõſu-
lum magiſtratus annuus, quod in Aug. Trã
quillus oſtendit, & Apuleius floridorum
9 lib. 2. Fuiſſe verò eis, ius milites decimãdi,
ciuicaque corona donandi: tũ etiã grauio
10 rem prouincijs Proconſularẽ fuiſſe admi-
niſtrationẽ, quàm Præſidũ, Tacitus lib. iij.
& .xv. auctor eſt. Maximũ autẽ in Prouin-
11 cia Proconſulis Imperium fuiſſe rectè Bu-
dæus inde colligit, ꝙ Principes Roma. in
auſpicando Imperio Proconſulare ius, &
Imperiũ cum Tribunitia poteſtate aſſume
re ſibi ſolebãt, vt ſe auguſtiores ſacroſan-
ctosq; facerent: cuius rei Capitolinus, Lã-
pridius, Vopiſcus meminere. Cæterũ Pro
12 conſulibus legati quoq; iungebantur, quo
rum & ope & conſilio (quia Proconſules
per ſe ipſi oia facere non poterant) quæ ad
Prouinciæ adminiſtrationẽ pertinebant,
13 expedirentur. de quibus Rubrica hæc in-
telligenda eſt. nã & fuere legati Conſulũ,
14 & legati Imperatorum, qui etiam (vt dixi-
15 mus) Præſides appellabant[b]: quos & cõſu-
lari poteſtate quandoq; ornabant, ut eiuſ-
16 dẽ poteſtatis eſſent, cuius Procõſules. Qui
tamen in locũ Proconſulũ hodie ſucceſſe
rint, dubia res eſt. Nã ꝙ quidã opinantur,
Proconſules dici poſſe eos, quos Balliuos
17 & Seneſcalos dicimus, merito Budæus nõ

a Alcia. l. magiſt. ciui lib. unq. offic. fol. pen.

b l. legat. infrà. d. offi. præſi.
c Bar. in d. l. Legatus. Ang. in ru bri. huiꝰ tit. Bal. & Iaſ. in l. à iudi- ce. nu. 7. C. de iud. Socin. in l. more. n. 35. de iur. om. iud. Deci. in c. ſi pro debilita te. colũ. 2. de off. deleg.

admittit. Bartolus[c], Baldus & plures Lega
tis à latere pares eſſe aiunt: quorũ opinio-
nem Clemens[d]. iiij. apertè cõfirmat. Lex
Regia[e] Iudices gñrales interpretatur. Co 18
mitatus Imperatoris, aut Regis, in hoc ele
ctos, & miſſos, vt in prouincijs ius admini
ſtrent. Quo fit, vt Proconſules ijs pares vi- 19
deãtur, qui Proreges aut (vt vulgo loqui-
mur) Vicereges dicunt. nã & his ſimiles
Præfecti Auguſtales videntur[f], qui & ipſi 20
Proconſulibus comparãtur[g].

d cap. 2. de off. leg. li. 6.
e l. 8. ti. 18. par. 4.
f Alci. in lib. de magi ſtra. pag. 82.
g l. vnica. ff. de officio præf. Aug.

VLPIANVS Libr. I. Diſputationum.

PROCONSVL vbiq; quidem procõſularia inſignia habet, ſtatim atq; vrbẽ egreſſus eſt: poteſtatem autem non exercet, niſi in ea prouincia ſola quę ei decreta eſt.

1 *Inſignia Proconſulum.*
2 *Legatus Papæ inſignibus vtitur extra prouinciam.*
3 *Archiepiſcopus inſignibus extra prouinciã non vtitur.*
4 *Poteſtas pro iuriſdictione contentioſa.*

VBique.) Etiam extra prouinciam.
PROCONſularia.) Eadem 1
quæ & conſulũ, niſi ꝙ illis duo
decim, his ſex tantũ faſces præferebãtur[h],
Vtitur & legatus Papæ inſignibꝰ extra ꝓ- 2
uinciam: Archiepiſcopo idẽ ius non eſt[i]. 3
INSIGNIA.) Argumentũ hinc ſumi ſo
let, vt per erectionẽ furcarũ, iuriſdictionis
quaſi poſſeſsio acquiratur, retineaturque,
quod Albericus[k] & alij notant.
VRBEM.) Romam: cõtrà cũ Romæ por
tam Procõſul ingredit, imperiũ deponit[l].
POTESTATEM.) Iuriſdictionem cõ- 4
tentioſam.

h l. antepe nul. infrà.
i Abb. in c. ex tuarũ. de auctori. & vſu pal.
k Alberi. & in l. fora men. ad fi. de ſer. vrb. præd. Ripa. in c. cum ec cleſia. n. 64. de can. poſſ. & ꝓpri.
l l. fina. infrà.

II. MARTIANVS. Lib. I. Inſtitutionum.

OMNES Proconſules ſtatim, quàm vrbẽ egreſsi fuerint, habent iuriſdictionem: ſed non contentioſam, ſed voluntariam: vt ecce manumitti apud eos poſſunt tam liberi, quàm ſerui, & adoptiões fieri. Apud legatum verò Procõſulis nemo manumittere poteſt, quia non habet iuriſdictionem talem.

1 *Iuriſdictio*

1 *Iuriſdictio contentioſa & voluntaria in quo differant.*
2 *Iuriſdictio voluntaria & contentioſa vnde dictæ.*
3 *Verbum idem proprie & improprir ponitur.*
4 *Manumiſsio pro emancipatione propriè.*
5 *Iuriſdictio volũtaria an poßit exerceri extra territorium.*
6 *Tabellio an poßit facere inſtrumenta extra ſuum territorium.*
7 *Iuriſdictio voluntaria quibuſdam caſibus loco circunſcripta eſt.*

COntentioſam.) Contentioſa iuriſdictio eſt, quæ redditur in inuitos: voluntaria, quæ in volentes: vt Accurſius & alij notãt. Adijcir bene Bartolus, voluntariam iudicis reſpectu neceſſariam eſſe. oportet enim, vt in volũtaria nõ minus quàm in cõtentioſa ſuũ ille officiũ
2 exerceat. Dicta verò eſt (vt arbitror) cõtentioſa à contentione partiũ, ſicut & volũtaria, q a eã partibus volẽtib⁹ iudex exercet.
3 MANVmitti.) Propriè (inquiunt Accurſius & alij) quoad ſeruos, impropriè quoad filios. Vnde & illud cõmuniter notãt, vnũ idẽq; verbũ propriè & improprie poni[a]. Ego regulã probo, obſeruari enim ea põt
4 alibi frequẽter, ſed quod attinet ad verbũ, manumiſsionis, ad filios propriè etiam referri ſcio[b]: quod vel integra Rubrica indicat, Si à Paren. quis fue. manumiſſ. & antiquiſsima illa emancipationis formula, cuius Caius meminit lib. 1. inſtitut. tit. 6. quæ per manuũ traditiones fieri ſolita eſt, atq; inde etiã manumiſsio appellata. Illud inficias non eo, poſteriori iure ciuili ſic vſurtum, vt frequentius de filijs emancipatio, de ſeruis manumiſsio diceretur.

a Reſo. in l. Poſthumo. nu. 33. C. de bo. poſ. cont. tab.
b l. ſi à milite. §. fi. ff. de milit. teſta. l. ſi cui legatũ. ff. de cõ. & demõ. l. filio. §. fi. ff. de inoſ. teſt.

POTEST.) Niſi cum prouinciam legatus ingreſſus eſſet[c]: adde (vt opinor) & ei à Proconſule iuriſdictio mandata fuit[d].
TALEM.) Si cui igitur ab eo, q inferior
5 Principe ſit, mãdata iuriſdictio fuerit, non poterit is etiã volũtariã exercere extra ter-
6 ritoriũ. Sie ſi Tabellio ex lege municipali creetur, extra municipij territoriũ inſtrumẽta nõ faciet: quanuis intra territoriũ ab eo facta, fidẽ vbiq; faciant[e]. Quod ſi Princeps aut comes, q Principis auctoritate id poſsit, tabelliones creauerit, vbique inſtrumenta hi cõficiẽt[f]. Diximuſque & ſuprà in propoſito quædam, quæ huc ſpectant[g].
APVD legatum.) Sed nec apud eum, cui ex priuilegio iuriſdictio voluntaria con- 7
ceſſa ſit[h]. Et ſunt alij quidã caſus, in qbus iuriſdictio volũtaria loco circũſcripta eſt[i].

c l. apud proconſulẽ. ff. de manu. vin.
d l. Obſeruare. verſi. pen. infrà.
e l. 1. C. de emã. libe.
f Gloſ. in l. nõ ſolũ. §. q teſtamento. ff. de excuſatio.
g In l. 1. §. cum vrbem de off. præf. vrb.
h c. ſtatutum. de pb. lib. 6.
i Soci. in regu. 263. incip. iuriſdictio.

III. VLPIANVS. Lib. XXVI. Ad ſabinũ.

NEC adoptare poteſt. omnino enim non eſt apud eum legis actio.

5 *Legis actio quid ſit, & qui magiſtratus apud quem legis actio eſt.*

LEgis actio.) Accurſius ſẽper magiſtratũ, apud quẽ legis actio eſt, eũ interpretat̃, apud quẽ actus legitimi explicari poſſunt. Budæus & Alciatus modò ad ceſsionẽ in iure referũt, modò apud eũ legis actionẽ eſſe dicunt, qui omnẽ iuriſdictionẽ habeat: quã opinionẽ legis ꝓximæ vltima verba adiuuare videntur. Quia nõ habet iuriſdictionẽ talem. modò legis actionẽ apud eũ eſſe credũt, q magiſtratus merũ & mixtum Imperiũ habeat, quas ex poſitiões ſupra[k] ex auctoribus ipſis latius explicui. Sed qd ſi legis actiões accipiam, ideſt, legitimas actiões, q̃s ne populus ꝓut vellet, inſtitueret, certas ſolẽneſq; eſſe voluerũt[l], & quę formã agẽdi cõtinerẽt[m]: vt ſicut à Prętore (de quo dubiũ nõ eſt) ſic forẽ & ab alijs quibuſdã magiſtratibus (nõ tñ oĩbus) legis actiões, ideſt, agendi lege formulæ peterent, quæ hodie ſublatæ ſunt[n]: idq; parũ abeſt, quin ipſe certius affirmẽ. Nec me latent, quæ de hoc nouiſsime qdã ſcribãt: verùm ſi cæterorũ vna aliqua interpretatio tenẽda in hoc eſt, Budçus mihi & Alciat⁹ plus placẽt, hui⁹ legis ſuperioriſq; argumẽto, quæ cõiũctæ (vt ſupra quoq; diximus) ſatis ſuperq; probant. Dicitur & aliqñ[o] lege agi corã Principe: quod nunc nõ declaro.

k In l. magiſtratũ. ſupra. & adop. l l. 2. §. deinde ex his legibus. ff. de orig. iur.
m l. 2. §. nouiſsime ſi-cut. §. ſuper ſita autem.
n Rubr. de formul. ſub.
o l. vlti. C. de his qui à non domi. manu.

IIII. IDEM. Lib. I. de off. Proconſulis.

OBSERVARE aũt Procõſulẽ oportet, ne in hoſpitijs præbendis oneret prouinciam: vt Imperator noſter cum patre Aufidio Seueriano reſcripſit. Nemo proconſulum ſtratores ſuos haberc poteſt: ſed vice eorũ milites miniſterio in prouinciis fun-

ciſs funguntur. Proficiſci autem procõſulem melius quidem eſt ſine vxore. Sed & cũ vxore poteſt: dũmodo ſciat Senatũ Cotta & Meſſala conſulibus cẽſuiſſe futurum, vt ſi quiT vxores eorũ, qui ad officia proficiſcuntur, deliquerint: ab ipſis ratio & vindicta exigatur. Ante quàm verò fines prouinciæ ſibi decretæ Proconſul ingreſſus ſit: edictũ debet de aduentu ſuo mittere, continẽs cõmendationem aliquã ſui: ſi qua ei familiaritas ſit cum prouincialibus, vel cõiunctio: & maxime excuſantis, ne publice vel priuatim occurrãt ei. eſſe enim congruens vt vnuſquiſq; in ſua patria eũ exciperet. Rectè autẽ & ordine faciet ſi edictũ deceſſori ſuo miſerit: ſignificet q̃ qua die fines ſit ingreſſurus. plerunq; enim incerta hæc & inopinata turbant Prouinciales, & actus impediũt. Ingreſſum etiã hoc eum obſeruari oportet: vt per eã partem prouinciam ingrediatur, per quã ingredi moris eſt. & quas Græcia ἐπιδημίας appellat, ſiue κατάπλουν obſeruare, in quam primũ ciuitatẽ veniat, vel adplicet. Magni enim facient prouinciales ſeruari ſibi cõſuetudinẽ iſtam, & huiuſmodi prærogatiuas. Quædã prouinciæ etiã hoc habẽt, vt per mare in eã prouinciã Procõſul veniat: vt Aſia, ſcilicet vſq; adeò, vt Imperator noſter Antonin⁹ Auguſtus ad deſideria Aſianorũ reſcripſit: Procõſuli neceſsitatẽ impoſitã per mare Aſiam adplicare, καὶ τῶν μητροπόλεων Ἔφεσον primã attingere. Poſt hæc ingreſſus prouinciam, mandare iuriſdictionem Legato ſuo debet: neq; hoc ante facere quàm fuerit prouinciã ingreſſus: eſt enim perquam abſurdum, ante quàm ipſe iuriſdictionem naneiſcatur (nec enim prius ei cõpetit, quàm in eam prouinciã venerit) alij eam mãdare, quã non habet. Sed ſi & ante fecerit, & ingreſſus prouinciã in eadẽ voluntate fuerit: credendũ eſt, videri legatũ habere iuriſdictionem: non ex inde, ex quo mandata eſt, ſed ex quo prouinciam Proconſul ingreſſus eſt.

1 *Procurationes prælatis quib⁹ caſib⁹ debeãtur.*
2 *Stratores qui ſint.*
3 *Statores ideſt tabellarij.*
4 *Serui publici.*
5 *Ratio & vindicta quid hic ſignificent.*
6 *Edicta, non Prætorum tantum, ſed & aliorum magiſtratuum.*
7 *Edicta Imperatorum.*
8 *Edicta iudicum,*
9 *Διατάγματα.*
10 *Commendatio ſui ipſius ex cauſa licita eſt.*
11 *Prouinciales qui.*
12 *L. in vrbe. ff. de ſtatu hominum.*
13 *Rectè atque ordine.*
14 *Edictum, pro Epiſtola.*
15 *Decedere quid ſit.*
16 *Deceſſor qui.*
17 *Ἀνάπαυσοι.*
18 *Ἡγουμένοι.*
19 *L. 2. ff. ad legem Iuliam maieſtatis.*
20 *Anteceſſor.*
21 *Prærogatiua quid ſit.*
22 *Deſiderium quid ſit.*
23 *Metropolis ciuitas quæ.*
24 *Metrocomia.*
25 *Iſidori error.*
26 *Ratihabitio quando retrotrahatur.*
27 *Ratihabitio an confirmet geſta per eum, qui vere delegatus non erat.*
28 *Ratihabitio partium an confirmet geſta à iudice incompetenti.*
29 *Sententia aliquando valet in vim pacti, quæ non valet in vim ſententiæ.*
30 *Societas aliquando valet in vim pacti, quæ non iure ſocietatis.*

HOſpitijs.) Argumẽtum
Accurſius ſu- 1
mit aduerſus prælatos, qui p̃cu
rationes petunt. Certè Doctorũ
iuris Canonici cõis traditio eſt[a], vt p̃curatiões nõ niſi in caſibus à iure expreſsis debeãtur: aut ſi qui expreſsis ſimiles ſint[b].
STRATORES.) Horũ mentio in iure 2
nõ vno in loco eſt[c], & apud Vegetiũ (niſi
quòd ſunt[d], q illic inſtructores legiſſe videantur) erantq; milites ſeu mercenarij,
qui caſtra præibant, vt traducendo exercitui loca complanarent. Alciatus ſtato- 3
res, ideſt, tabellarios legi mauult: vt intelligamus eos, quos Princeps aut Magiſtratus

a *Abb. in c. cum ſit de ſimo.*
b *c. cũ apoſtolus. c. p̃curatiões. & cẽſib. exac. & procur.*
c *l. in eadẽ. ff. quib. ex cau. maio. l. ſi. ff. de iur. immun. rub. C. de ſtrato. libr. 12. vbi Alciat.*
d *Pyrrh. & magiſt. Romæ. part. 3. nu. 36.*

ſtratus varia neceſsitate mittebat per prouincias, vt nunciarent aliquid: quibus tenebãtur prouinciales ſubinde mutare equos, quo facilius irent. Hos (vt opinor) Plutar-
4 chus in Galba, δημόσιος δημοσίους, ideſt, ſeruos publicos appellauit: & ſtatim, γραμματηφόρους, ideſt, tabellarios. Scribit em̄ Nyphidium ægre tuliſſe, cùm Conſules ſeruos publicos deſtinaſſent, quibus ferenda ad Imperatorem Senatuſconſulta præberent: quibus ſcilicet ipſis ea dari ſolerent, quæ diplomata appellantur: vt ijs agnitis, ciuitatum magiſtratus tabellariorum curſum accelerarent in commutatione vehiculorum, datis deductoribus. Vtq; hoc vel maxime hoc loco quadrat, ſic eorū expoſitionem non probo, qui ſtatores pro apparatoribus, aut nuntijs Proconſulum generaliter acceperunt.

MINISTERIO.) Stratorũ ſeu ſtatorũ.

A B ipſis.) Non vt maritus ꝓ vxore cõtra iuris regulā [a], ſed magis vt maritus ex ſua culpa conueniatur, q ſecũ vxorẽduxerit [b].

5 RATIO & vindicta.) Accurſius, ideſt, rationabilis vindicta, quomodo ferè & in tutelæ diffinitione exponit, & aliâs. Ego vt diuerſa accipiq, ratio enim à Proconſule reddenda: vindicta (niſi iuſtā rationē reddat) in eum animaduettetur.

a l.2. C. ne vx. pro mari.
b Gloſ. hic, Bar. in l. in familia. ff. de publica.

ANTEQVAM.) Neque tamen multo ante, & intempeſtiue.

6 EDICTVM.) Fuere edicta non Præto-
7 rum tantum, ſed & Aedilium, Cõſulũ, Proconſulum, Imperatorum: Traianusque (vt Dion auctor eſt) ad Senatum edicta miſit. Martial. lib. 5.

Edictum domini, deique noſtri.
Quo ſubſellia certiora fiant.

8 ¶Fuere & iudicum. Præconium enim (inquit Iuſtinianus in Nou. cxij.) vocem pauci præſentes audire poſſunt: at edicta per multos dies propoſita neminē ferè latere
9 poſſunt. Nouel [c]. xcv. διατάγματα vocat, tum illud iubet, ne ea ſucceſſores intempeſtiue, & cũ longius à prouinciæ finibus abſunt, ad deceſſores mittant, μηδὲ ὑπερορίων τὴν τιμὴν, τὰ καλούμενα διατάγματα.

c Authẽt. de admini. §. primo.

10 COMmendationem aliquam ſui.) Licet enim ſeipſum commendare ex cauſa [d].

11 PROuincialibus.) Prouinciales ſunt, qui in prouincia domicilium habẽt, quãuis ex prouincia oriũdi nõ ſint [e]. Quomodo fortè & Antonini cõſtitutio [f] intelligẽda eſt, vt in vrbe Romana q ſunt, ideſt, q in vrbe domicilium habent, licet ex vrbe oriundi 12 nõ ſint, ciues Romani efficiantur. Etenim donare voluit Antonin' iure ciuitatis eos qui larem Romæ conſtituiſſent, non eos etiam qui caſu aut in præſens tantum Romæ commorarentur.

d Bal. in l. 2. col. 1. C. de no. cod. fa.
e l. prouinciales. ff. de verb. ſigni.
f l. ĩ vrbe. ff. de ſta. ho.

OCCVRRANT.) Extra patriam.

RECTE autem & ordine.) Solennia & 13 certæ cuiuſdam ſignificationis hæc verba ſunt, quibus Senatus ad hominis alicuius commendationem vti ſolebat.

EDICTVM.) Amicam epiſtolam, No- 14 uella de Adminiſt. dixit.

MITTAT.) Ante duos dies, quàm prouinciam ingreſſus ſit.

DECEſſori.) Eſt decedere, ei q ſucceſſor 15 miſſus eſt, cedere. Cicero ad Atticũ. Non putet nos Senatus ante oportere decedere, q̃ nobis ſucceſſum ſit. Inde deceſſores, 16 qbus in vrbẽ redeũtibus ſucceſſores mitte 17 bant. Ij græcè ἀντιπαρασεῖ dicũtur. Nouella. xcv. gñrali voce ἠγουμένους dixit. Admini- 18 ſtrationẽ aũt (inqt [g] Zeno) deponere nõ volumus deceſſorẽ, antequã ſucceſſor ad prouinciæ fines peruenerit. licet literis ad eũ ſeu ꝓgrãmate, vel edicto ad officiũ, & pro 19 uinciales vſus fierit: quomodo Vlpianus [h] intelligẽdus eſt, q in legẽ Iuliā Maieſtatis eũ cõmittere ait, q de ꝓuincia, cũ ei ſucceſſum eſſet, nõ deceſsit. Ea eſt em̄ verior lectio atq; elegantior, vel Budæo auctore, q̃ illa altera, Diſceſſerit, quãlibet hãc Haloãdri codex & Florẽtinæ Pandectę ꝓbarint. Quid ꝙ & alibi [i] legimus, Præſide prouinciæ minori reſtitutionẽ cõcedere, etiã cõtra ſuã vel deceſſoris ſui ſentẽtiam. Sed & 20 anteceſſor aliquando dicitur [k].

ἐπιδημίας.) Acceſſus.

κατὰ πλοῦν.) Portum.

VENIAT.) Terra.

APPLICET.) Mari.

PRAErogatiuas.) Prerogatiua hic eminẽ 21 tiã & πλεονέκτημα, ſignificat [l]. Vox qua nõ ſemel [m] in eadẽ ſigniﬁcatione Iuriſconſulti vtuntur.

DESIDERIA.) Libellos, ſeu p̃ces. Sic 22 em̄ verbũ hoc in iure nr̃o ſubinde [n] ponitur. Sed & Suetonius in Auguſto. Plinius ad Traianũ, Apuleius de Deo Socratis, ſic loquũtur. Et deſiderare, eo ſenſu poſitum non vno in loco [o] obſeruari poteſt.

Καὶ τῶν μητροπολέων Ἐφέσου.) Ideſt, matricũ 23 ciuitatum

g l. vnica. §. Adminiſtrationem. C. vt om. iu di. tam ciui. quàm mili.
h l. 2. ff. ad l. Iul. maie.
i l. praſes. ff. de mino.
k l. quæro. ff. de reb. cr.
l Bud. in l. 1. ff. ad l. Iul. de ambi.
m l. 1. ff. de priui. dete. l. Apparet. ff. de tein. ac tione priua. l. carbonianum. §. fi. ff. de carbo. edic. l. 1. §. cũ q hac. C. de vet. iur. enu cle.
n l. Libert. ff. de in ius vocan. l. 1. §. Poſtulare. ff. de poſtu. l. 2. C. de erro. aduo. l. vnica. C. de ſuffra.
o l. 3. §. ad. ergo. ff. de con. & vti. act. tut. §. ſi plures inſti. de fideiuſſ. l. ſtatim. ff. de iu. fiſc. l. Titius. §. il lud. ff. de ac. emp.

ciuitatũ Epheſum. Eſt em̃ metropolis, ci-
uitas matrix, hoc eſt, maior cæteris: & pro
prie ea vrbs, ex qua coloniæ deductæ ſunt.
Sic & Metrocomia, pagus cæteris maior,
24 & caput aliarum villarum. Errauitq́; Iſido
rus[a] (qđ Budæus[b] Alciatusq́; notãt) qui à
25 mẽſura metropolim dictã opinatus eſt. Sa
nè Epheſus Iouiæ fuit vrbs clariſsima, Dia
nę tẽplo celeberrimo cum primis nobilis.
26 SED EX quo prouinciam ingreſſus eſt.)
Cur igitur ratihabitio hic non trahitur, &
mandato comparatur[c]? Et Bartolus, quia
ratihabitio (inquit) tũc retrotrahitur, cùm
actus ante geſt[a] aliquo iure valere potuit,
non retrotrahitur, cùm actus nullo iure va
lere potuit. Idque Alexander[d], Aretinus
& Decius[e] ſequuntur. Sed & illa ratio hic
reddi poteſt, quòd in fictione habilitas ex
27 tremi ad quod, requiratur[f]. Quid ergo ſi
de cauſa, tanquam delegatus, vnus cogno
ſcat qui non erat: & qui delegare potuit,
rata poſt modum habuerit quæ ab eo ge-
ſta ſunt, an valebit proceſſus & ſententia?
Et communiter[g] aiunt, non valitura. Cum
em̃ nulla fuerint, rata haberi minime poſ-
ſunt. Nec obſtat, ꝙ geſta per falſum procu
ratorem rata habeantur[h]. Illic enim defe-
28 ctus conſenſus eſt, hic iuriſdictionis. Sed
nunquid litigantes iudicis cõpetentis pro
ceſſum ratum habere poterunt? Et recep-
tius eſt, ne poſsint. Etenim ratihabitio ea
non cõfirmat quæ nulla ſunt, & in quibus
ea deficiunt, quæ pro negotij ſubſtantia re
quirebantur. Illud tamen omnes[i] admit-
29 tunt, vt valeat tunc res iudicata, nõ in vim
ſententiæ, ſed in vim pacti. nam & ſic ſo-
cietas ſuſtinetur iure pacti, quæ iure ſocie-
tatis non poteſt: quę communis etiam opi
nio eſt[k].

a ca. cleri. 21. diſt. b Bud. hic. Alcia. in l. vnica. C. nõ lice. habi. li. 11. & in parer. li. 6. c. 11. c l. ſi. C. ad maced. d Alex. in 5. vol. conſi. 78. nu. 18. e Deci. in reg. quod in initio. ad ſi. de reg. iur. f Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore. n. 120. & nu. 127. ff. d vſuca. g Bar. hic. Pan. in l. Iulianus. colũ. 3. ff. qui ſat. cog. Soci. in reg. 209. incip. geſta. h l. licet. in frã. de iudi. i Bart. hic. Gl. & doc. in l. 2. in gl. non fuit. C. cõ. vtriusq́ iud. plat. in l. inſtar. C. d iu. fiſ. li. 10. k Chriſtopho. in pri. inſt. d ſocie. col. 2.

V. PAPINIANVS. Lib. I. Quæſtionum.

ALIQVANDO mandare
iuriſdictionem Procõſul po-
teſt, & ſi nondum in prouin
ciam peruenerit. quid enim
ſi neceſſariam morã in itinere patiatur,
maturiſsime autem legatus in prouin-
ciam peruenturus ſit?

1 *Vicarium quando iudex poſſit conſtituere.*
2 *Vicarius quæ facere poſſit.*
3 *Mora neceſſaria nõocioſa iudicibus permiſſa eſt.*

ETſi nondum in
prouinciam venerit.) Ante- 1
quã in prouinciam iudex ve
niat, ex iuſta cauſa vicarium
ſubſtituit: ſi iuſta cauſa non ſit, non idẽ fa-
ciet: niſi quòd ſi fecerit, ratum habere po-
terit, poſtea quã prouinciã ingreſſus ſit[l].
Si vero vicarium tunc faciat, cùm prouin
ciã ingreſſus eſt, ſi iuſta cauſa ſubeſt, adeo
vt impedimentum longius aliquanto ſit,
vicarium minime faciet: quin potius, ipſo
remoto, iudex alius ſubrogabit[m]: ſi impe- 2
dimentum longum non ſit, vicarium face
re poterit[n]. Quod ſi iuſta nulla cauſa pro-
poni poſsit longi aut breuis impedimen-
ti, ſubſtitutum non faciet. Illudque memi-
niſſe oportet, vicarium (cum eius ſubſtitu
tio procedit) agere omnia poſſe, præter vl
timũ ſupplicium & membri abſciſsionẽ[o].
NECESSARIAM morã.) Verbi gra-
tia, infirmæ aut etiam dubiæ valetudinis:
& ſi quæ ſimiles cauſæ. Quid ſi ocioſa mo 3
ra ſit? Reſpõdeo, legant iſti Iuſtiniani No-
uellam de Adminiſtratoribus, & erubeſ-
cent, niſi celerius proficiſcantur.

l l. proxi. m l. ſi longius. in pri. ff. de iudic. n Authẽ. de collator. §. ad hoc prohibemus. l. fi. C. de præpo. agen. in reb. lib. 12. o Glo. hic, & in l. vlt. C. de off. ei. q vic. alicu ius iud. obt.

VI. VLPIANVS. Lib. I. de off. Proconſ.

SOLENT etiã cuſtodia-
rum cognitionem man-
dare legatis: ſcilicet vt præ
auditas cuſtodias ad ſe re
mittant, vt innocentem ipſe liberet. Sed
hoc genus mandati extraordinariũ eſt:
nec enim poteſt quis gladij poteſtatem
ſibi datam, vel cuius alterius coërcitiõis
ad alium transferre: nec liberandi igitur
reos ius, eum accuſari apud eũ non poſ
ſint. Sicut autem mandare iuriſdictionẽ
vel non mandare, eſt in arbitrio Procõ-
ſulis: ita adimere mandatam iuriſdictio
nem licet quidem Proconſuli: non autẽ
debet inconſulto Principe hoc facere.
Legatos non oportet Principem conſu-
lere, ſed Proconſulem ſuum: & is ad cõ
ſultationes legatorum debebit reſpõde
re. Non verò in totum xenijs abſtinere
debebit Proconſul, ſed modum adijce-
re: vt neque moroſe in totũ abſtineat,
neque

neque auarè modum xeniorum excedat. quam rem Diuus Seuerus & Imperator Antoninus elegantiſsima epiſtula ſunt moderati: cui⁹ epiſtulæ verba hęc ſunt. Quantum ad xenia pertinet, audi quid ſentimus. Vetus prouerbium eſt. οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων. Nam valde inhumanum eſt à nemine accipere: ſed paſsim, viliſsimum eſt: & omnia, auariſsimum. Et quod mãdatis continetur: ne donum vel munus ipſe Proconſul, vel qui in alio officio erit, accipiat, ematue quid, niſi victus quotidiani cauſa, ad xeniola non pertinet, ſed ad ea quæ edulium excedãt vſum. Sed nec xenia producenda ſunt ad munerũ qualitatem.

1 *Cuſtodiæ pro hominibus cuſtoditis & his ſimilia.*
2 *Condemnare poteſt, qui & abſoluere.*
3 *Abſoluere qui non poteſt, an poſsit pronunciare abſoluendum.*
4 *Prouerbia ad cauſarum deciſionem allegari poſſunt.*
5 *Iudices an poſsint aliquid accipere, præter ſalarium.*
6 *Contractus inter iudicem & ſubditum regulariter prohibiti ſunt.*
7 *Donatio remuneratoria an poſsit fieri iudici.*
8 *Iudici cautio indemnitatis præſtari poteſt, vt iuſticiam ſecure adminiſtret.*
9 *Emere prohibitus, emere poteſt pro victu ſuo quotidiano.*
10 *Frumentum prohibitus extrahere, pro victu ſuo quotidiano extrahet.*
11 *Xenia ad munerum qualitatem non perducenda, quo ſenſu dictum ſit.*
12 *Xenia proprie quæ.*
13 *Annuum qui præſtitit aliquibus annis, an cogi poſsit præſtare perpetuo.*
14 *Præſtatio quantum tempus requirat, vt perpetuo obliget.*
15 *Actiones pro annuis præſtationibus vnde oriuntur.*
16 *Liberatio à præſtando an acquiratur tempore.*
17 *Vaſalli ius an acquirat is, cui alter vt vaſallus longo tempore paruit.*
18 *Impoſitiones quo tempore præſcribantur.*
19 *Pragmatica. 20. Anni. M.D.XXVIII.*

CVſtodias.) Homines cu- 1
ſtoditos[a]: ſic miniſteria pro
miniſtris[b], officia pro ijs qui
alicui officio vacant[c], auxi-
lia ꝑ militibus auxiliaribus[d], nomina pro
nominatis[e] ponuntur. Quorum exemplo
ſeruitium quoque aut pro ſeruitute ipſa,
aut pro ſeruitutis actione, & vel pro ſeruo
ipſo ponitur.
NEC liberandi.) Eius eſt condẽnare, qui 2
poteſt abſoluere[f]: quæ tamen regula per-
petua non eſt. Sed nunquid is qui abſolue 3
re aut condemnare non poteſt, pronuncia
re poterit abſoluendum, aut condemnan-
dum? Et Accurſius[g], Bartolus[h] & plures,
poſſe hoc affirmãt, diuerſa enim hæc ſunt,
vt & pleraq; id genus, quæ Alexander con
geſsit.
VETVS prouerbium eſt.) Allegari poſ- 4
ſe prouerbia ad cauſarum deciſionem, om
nes hinc notant.
οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε οὔτε παρὰ πάντων.)
Ideſt, nec omnia, nec paſsim, nec ab omni-
bus. Reſtituitq; hunc locum primus om-
nium Angelus Politianus ex Pãdectis Flo
rentinis: quem deinde Eraſmus, Budæus,
Alciatus, & cæteri ſequuti ſunt. Non abſi-
mili autem dicendi figura, Velleius Pater-
culus vetuſtiſsimus ſcriptor Plancum pro
ditorem, qui ab Antonio ad Cæſarẽ tranſ-
fugerat, in omnia & in omnibus venalem
eleganter appellat.
NAM valde inhumanũ eſt, à nemine ac-
cipere, ſed paſsim, viliſsimum eſt, & om-
nia, auariſsimũ.) Aurea hęc prorſus, & quo
rum vtinam nunquã magiſtratus obliuiſ-
cerentur.
NE donum vel munus.) Cum quæritur, 5
quatenus dona muneráue ijs accipere li-
ceat, qui in officio ſunt, receptiſsimum eſt,
nequid præter ſalaria accipiãt[i]: idq́ue eſt,
quod Iuſtiniani Nouellæ de puris manib⁹
iudicum ſubinde ingeminant. An tamen
eſculenta & poculenta accipere poſsint,
ſuo loco dicemus[k].
EMATVE quid.) Contractus inter iudi 6
cem & ſubditos regulariter prohibentur[l],
ſed multi caſus excipiũtur, quos Socin⁹[m],
Iaſon[n] & alij notant. An ergo ex cauſa re- 7
munerationis donari iudici poteſt? Et poſ
ſe crebrior opinio eſt[o], vt merito tñ Alcia
tus[p] de hoc ſubſiſtat. Illud ſemper notan-

O dum

a l. pen. ff. de ſer.
b l. ſi in alĩ quã. infr. d. l. ſollicitan. §. ne potentiores. ff. d offi. præſi.
c d. l. illicitas. §. ꝯ ne tenuis. l. cũ pro quo. ff. d in ius vocã.
b l. ſi fideiuſſor. §. ſi. ff. q ſatiſd. cog.
d l. 1. §. exercitũ. ff. de his qui not. inf.
e l. 1. §. ſi ꝑſes. ff. de magiſtr. conue.
f Soci. in regu. 4. incip. abſoluere.
g Gl. in l. n.
i gl. ad mitt. C. ſi aduer. lib. & in l. ſi. in gl. cõpromiſſarios. C. vbi & apud quem.
h Bar. hic. Alex. ĩ l. 1. §. ſi quis ita. nu. 20. ff. de verb. oblig.
i l. iubem⁹. l. ſancimus. C. ad l. Iuli. repe.
k in l. plebiſcito. ĩfrà de of. præſi.
l l. vnica. C. de cõtrac. iudi.
m Soci. ĩ regu. 341. ĩci. officiali.
n Iaſ. in l. Principalibus. ff. ſi certum peta.
o l. Attilius. ff. d donationibus.
p Alciat. parer. 2. ca. 49.

8 dum erit cū Baldo[a](quod cæteri non dixe
runt)iudici indemnitatis cautionē præſta
ri poſſe, vt iuſtitiam ſecure adminiſtret[b].
Finge enim iudici in animo eſſe,vt ius red
dat : ſed(quod euenire fortè aliqñ poſſet)
non audere metu potentioris cuiuſdam,
æquiſsimū certè eſt,vt accepta cautiōe au
deat,ne leges inter arma ſileant.
9 N I S I victus quotidiani cauſa.) Qui itaq;
emere prohibitus eſt,emere tñ poterit vi-
ctus ſui quotidiani cauſa[c]. Quæ opinio cō
munis eſt[d].Sic & qui frumentū extrahere
lege municipij prohibentur,promodo vi-
ctus neceſſarij extrahent[e]: quibus ſimilia
permulta ſunt.
11 A D munerum qualitatem.) Accurſius &
Bartolus ſic exponunt, vt ad præſtandi ne
ceſsitatē xenia nō perducantur, cū gratis,
nō neceſſario prouinciales ea præſtet.Bu-
dæus aliter,ne videlicet munuſculorū co-
lore quæſito,iudices munera aucupentur,
quæ ſumptu onerare ſubditos poſsint. Sic
enim Demoſthenes, περὶ παραπρεσβείας,
Aeſchinē collegam inſimulat, ꝙ xeniorū
prætextu Philippus eū ingentibus donis
corrupiſſet. ξένια δὲ πρόφασις, ideſt, xe-
niorū à Philippo color quæſitus eſt. Ego
& hunc ſenſum probo, & Accurſij Barto-
liq; priorē illum nō minus. Accepi enim,
12 munus id proprie eſſe,ꝙ ex cauſa neceſſa-
rio offeratur[f].Sed & cōfirmant Caſsiodo-
ri lib.7.Variar.in formula comitiuæ por-
tus vrbis Romæ,verba ſequētia. Vnuſqſq;
per ſolēnitatem cōmonitus,offerat volun
tariū munus:xenia ſunt enim iſta, nō debi
ta.A paucis accipit,qui nimiū quærit, & ſi
bi ipſi mittit vitæ munera, qui moderatur
13 oblata.Sanè hinc Accurſius , Bartolus , &
alij occaſionē arripiunt tractandi,ſi qd ſin
gulis annis diu Titio præſtiteris, poſsitne
ille te cōpellere, vt in poſterum etiā præ-
ſtes.Et poſſe pro regula traditū eſt[g],ſed va
rie declarāt.Primū ne tēpore[h],aut præſta-
tione[i] ſola is nitatur,ſed promiſsione, ad
cuius probationē diuturna præſtatio alle-
getur. Deinde vt fuerit præſtatio vnifor-
mis:nam quæ variauit, nō æquè ſufficiet[k].
Poſtremò,non procedit opinio cōis, cum
cauſa apparet quare præſtiteris. Etenim ſi
appareat,& efficax non ſit, ſolutū ex ea vi
deri debet,nec præſtatione diuturna cōfir
mabitur[l]. Si itaq; nudo pacto annua decē
promiſeris (quæ promiſsio iure ciuili effi-

a Bal. ī l.1. ad fin. C. de pæ. iud. qui mal. iud. b l.1. C. de magiſ. cōu. c l. vnica. verſ. prater eas. C. de cōtrac. iu. d Iaſ. in l. Principalibus. col.2. ff. ſi cert. peta. e Doct. ī l. cætera. ī pri ci. ff. d leg.1. f l. inter do num. ff. de verb. ſigni. g l. cū de ō rem verſ. ff. de vſu. h l. obligationū ferè. §. Placet. ff. de actio. & oblig. i l. ī numerationibus. ff. de ſolut. k l. Seio. §. medico. ff. d annu. leg. l. quæſitū. §. ſi eodem. ff. de fun. inſtr. l l. ſi certis. C. de pact. l. operis nō impoſitis. ff. de ope. lib. m Bar. hic. nu.5. n l. 1. C. d fideicom. vbi Iaſ. col.1. Deci. in l. ſi certu. nu.7. C. de pact. o l. in filijs. C. de decur. lib.10. l. Cū ſcimus. C. d agrico. & cenſi. lib. 11. p Iaſ. in §. præiudiciales. n.56. iſt. de actio. & in d. l. ſi certu. nu.15.

cæ minime eſt)eaque per decenniū ſolue
ris, non tñ longi tēporis ſolutio hæc effi-
ciet,vt in perpetuū inuitus ſoluas.Sed quā 14
tum tēpus in huiuſmodi præſtationib[o] ſat
eſt?Et decenniū ſufficere omnes[m] fatētur,
& ius ſingulare eſſe,vt fauore alimentorū
& teſtamēti præſtatio triēnalis ſufficiat[n],
quæ tñ ſola(niſi in teſtamēto relicta ꝓpo-
nantur)etiā in alimētis non ſufficit.Sed vn 15
de actiōes oriūtur ꝓ annuis his præſtatio-
nibus?Et placet Bartoli opinio, vt ex con-
ſenſu & ficta quadā ſtipulatione naſci dicā
tur.neq; enim(vt diximus)tēpus, aut præ-
ſtatio idē efficiat.Superiori proximus arti 16
culus ille eſt, ſi quid Titio efficaciter de-
beas,& decēnio ceſſet in exigendo, an tan
to tēpore libereris? Et non liberari te ve-
rius receptiusq; eſt.Neque enim ex negli
gentia ius ſuum quis amittit, præterquā ſi
lege expreſſum hoc[o] ſit: & præſtantis præ
ſtareq; omittētis longe alia ratio[p] eſt. Sed 17
quid ſi longo tēpore tanquā vaſallus meus
mihi ſeruias,nunquid vaſalli iuri præſcri-
bam?Et longiſsimū tempus adhoc requi-
ri cōſtat[q]: neque em̄ longi tēporis ſpatiū
modus eſt ſeruitutis inducendæ[r].Nam vt
ſeruus alterius qs efficiatur, non anni ſexa
ginta[s], non etiā mille ſufficient[t]. Quid de 18
his,quæ vulgo Impoſitiones vocātur? Et
Baldus hîc,ad eas præſcribendas decē an-
nos ſat eſſe arbitratur, quod etiam Alexan
der[v] ſequutus eſt:receptius[x] tñ hoc, vt tē-
pus requiratur , cuius initij memoria non
extat : eo amplius & Guido[y] credidit ne-
ceſſum eſſe,vt teſtes de ſpatio centū anno
rū deponant.Verū iure nr̄o[z],ſiue poſſeſſo
rio,ſiue petitorio agatur, alia tēpora præ-
finiuntur.Vt autē præſcriptiōe, ſic conſue
tudine & priuilegio Impoſitiones acquiri
dubiū non eſt[a]. Sed an extēſio in hiſce de 19
ſimilibus ad ſimilia fiet?Et Bartolus[b], præ
ſcriptione an priuilegio quæſitū impoſi-
tionis ius ſit, bene diſtinguit. Alij aliter[c],
quos prætereo, & ad proprium tractatum
reſeruo.

VII. IDEM. Lib. II. de off. Proconſulis.

SI IN aliam quam celebrē ci-
uitatē vel prouinciæ caput ad
uenerit:pati debet cōmendari
ſibi ciuitatem, laudeſq; ſuas non grauate audire, cum honori ſuo prouinciales
id vin-

q l. Cū ſatis. C. de agric. & cēſit. lib.11. r l. Et ſeruorum §.1. ff. de ſta. hom. s Glo. in l. fi. C. de præſcrip. lon. tē po. quæ pro liber. t Gl. in l.2. C. de ingen. & manumiſſ. in l.1. ī glo. 4. C. de anna. exceptio. Ang. ī l.1. § Interdictū. ff. ne quid in loco pub. Ang. ī l.1. C. ne rei domi. v Alex. ī 4. vol. conſ. n.4. x Alcia. ī l. mun⁹ proprie. ff. d verbo. ſign. Cano. in c. peruenit. d verbo. ſigni. y Guid. cōſil.150. z Pragma. 20. Anni. 1528. a Bar. in l. vectigalia. ff. de publi. Deci. conſil. 649. b Bar. in l. 1. §. ſi qs hoc īterdicto. ff. de iti. actuq; priua. c Balb. de præſcrip. in 2. par. 5. partis. §. ſexta. nu.5.

id vindicent: & ferias ſecũdum mores & conſuetudinem quæ retro optinuit, dare. Aedes ſacras & opera publica circumire inſpiciendi gratia, an ſarta tecta quæ ſint, vel an aliqua refectione indigeant: & ſi qua cœpta ſunt, vt conſumẽtur, prout vires eius Reipublicæ permittunt, curare debet. Curatoresq; operum diligẽtes ſolenniter preponere: miniſteria quoq; militaria, ſi opus fuerit ad curatores adiuBandos dare. Cum pleniſsimam autem iuriſdictionem Proconſul habeat: omnium partes, qui Romæ vel quaſi magiſtratus, vel extra ordinẽ ius dicunt, ad ipſum pertinent.

1 *Sarta tecta quæ dicantur.*
2 *Curatores operum qui fuerint.*
3 *Miniſteria pro miniſtris.*
4 *Iuriſdictio triplex.*
5 *Extra ordinem qui magiſtratus ius dicerent.*
6 *Magiſtratus iure qui ius dicerent.*
7 *Extraordinariæ cognitiones.*
8 *Extraordinariæ poteſtates.*
9 *Extra ordinem.*
10 *L.7.titul.15.lib.2.ordina.*

PROuinciæ caput.) Metropolim, qualis Epheſus eſt.

SARTA tecta.) Integra & incorrupta, & quæ refectiõe nõ indigeãt. Eſt autem Iuriſconſultis non infrequens[a] verbum hoc: quo tamen etiam per tranſlationem boni auctores vſi ſunt. Inde Plautus in Trinũ. Sarta tecta præcepta patris: & Cicer.lib.13.Epiſt.famil. Sartus tectus homo: quã rem & ex noſtris plerique, & Eraſmi chiliades annotant.

a l. lex Iuba.§. Illud quoq́.ff.ad l.Iul.repe.l.2.C. de con. in pub. bor. lib. 11.l. habentes ff.de vſufru. vbi Bud.

2 CVRAtoresq; operum.) Operibus publicis conſtruendis aut reficiendis curatores operum præponebantur[b]: ab iſtis (vt opinor) non multum diſsimiles, quos operum magiſtros vocamus.

b l.1.& 2. ff de oper. public.

3 MINISTERIA.) Ideſt, miniſtros[c]: quo modo officia, auxilia, cuſtodiæ, ſeruitia, vt ſuprà quoque dictum eſt.

c l. illicitas.§. ne potentiores.ff. d off. praſi.

4 PLENISSIMAM.) Quæ pleniſsima, plenior, ſemiplena iuriſdictio ſit, hîc tractat Accurſius. Ego ſuo loco dicam.

PARTES.) Vices.

QVASI magiſtratus vel extra ordinẽ.) Qui iure magiſtratus, qui extra ordinẽ ius 5
dicerent, in ambiguo eſt. Sũt qui extra or- 6
dinem eos ius dixiſſe accipiãt, quibus præter morem & ſolitum ordinem iuris dicẽdi facultas cõcederetur. Alij ordinarios iure magiſtratus, delegatos extra ordinẽ ius dicere interpretantur: quorũ ego ſentẽtiã vix eſt, vt probem. Legimus enim[d] Præfectum annonæ & Vigilum quanquã magiſtratus non eſſent, extra ordinẽ vtilitatis cauſa conſtitutos, & tamen quis dicat eos delegatos? Extra ordinem itaq; ius dixiſſe veriſimile eſt eos, qui (quod vox ipſa indicat) non ordinarij iudices eſſent, nõ in vniuerſum, ſed certis quibuſdã cauſis præpoſitis: tum etiam ij, quorũ nõ antiquũ officiũ, ſed recens, & è re natum creatumq; eſſet, quique nõ officio perpetuo, ſed magis ad tẽpus durarent. Nã & ſic extraordinariæ 7
cognitiones[e] dictæ, & extraordinariæ po- 8
teſtates. Ciceroni in orat. pro domo ſua, extra ordinariũ Imperiũ, extra ordinẽ da- 9
ta prouincia, negotiũ extra ordinẽ datum, extra ordinẽ publicare apud Suetoniũ in Iulio, & in Auguſto: & extra ordinẽ legatione fungi, apud Spartianũ in Cæſarinn. Nec diſsimilis (ni fallor) apud nos differẽ-
tia eſt, lege Regia[f], qua (obſcurius etiã ali- 10
quanto) iudices fori à iudicibus ſalarij diſtingui videntur. Illi enim iure magiſtratus, hi extra ordinẽ cognoſcũt: & poſſunt ſalarij iudices aptiſsimè vocari hi, qui hodie à principibus extra ordinem ad delicta punienda mitti ſolent: vulgo Peſqueſidores dicuntur.

d l.2.§.& hac omnia. ff.de ori.iu.

e Rul r ff.d var.& extraor.cog.

f l.7.titul. 15.lib.2. ordin.

VIII. IDEM. Lib. xxxix. Ad edictum.

ET IDEO maius Imperium in ea prouincia habet omnib⁹ poſt Principem.

1 *Procõſul, an Præſes maius Imperium habeat in prouincia.*
2 *Præſidis appellatio generalis eſt.*

ET ideo maius imperium.) Sed an non hoc alibi 1
de Præſide prouinciæ dictum
eſt[g]? Reſponden, Præſidis gñralis vox eſt, 2
& quæ Proconſulam etiam cũprehẽdit[h].

g l.praſes. infra.de of. praſi.
b l.1.ff. de off.praſi.

IX. IDEM. Lib. I. de off. Proconſulis.

NEC quicquam eſt in prouincia, quod nõ per ipſum expediatur. Sanè ſi fiſcalis pecuniaria cauſa ſit, quæ ad procuratorem Principis reſpicit: melius fecerit, ſi abſtineat.

1 Fiſcalis & pecuniaria cauſa an eadẽ hic ſit.

FIſcalis pecuniaria.) Quidã [a] fiſcalem cauſam dicunt eam, propter quam ex delicto alicuius bona publicanda ſunt: pecuniariã vero eam, quæ ad priuatũ principis patrimoniũ reſpiciat. Haloander legit, Sanè ſi fiſcalis pecuniaria cauſa ſit. Quo modo & Florẽtinus quoq; Codex: quam ego lectionẽ ſequor. Neque enim alicubi ſatis probatur, fiſcales cauſas eas proprie dici, quæ ex delicto proficiſcantur.

a Coraſ. ar gu. l. 1. C. vbi can. fiſc.

VBI decretum neceſſarium eſt, per libellum id expedire Proconſul non poterit. Omnia enim quæcunq; cauſæ cognitionem deſiderant, per libellum non poſſunt expediri.

1 Delegari non poſſunt quæ cauſæ cognitionẽ deſiderant.
2 Libellus pro iudice delegato, nuſquam alibi relata ſignificatio eſt.
3 Decretum alienatiõis bonorum minoris delegari non poteſt.
4 Tranſactio ſuper alimentis non delegatur.
5 Decretum ſecundum delegari non poteſt.
6 Separatio bonorum non delegatur.
7 Bonorum poſſeßionis decretũ non delegatur.
8 Reſtitutio in integrum minori competens, delegatur.
9 Reſtitutio in integrum maiori competens, delegatur.
10 Tutelæ datio quando delegari poßit.
11 Delegari poſſunt quæ ſemiplenam cauſæ cognitionem deſiderant.
12 Decreti primi interpoſitio delegari poteſt.
13 Cauſa quæ iure actionis experiuntur delegari poſſunt.
14 Cauſæ quæ iudicis officio mercenario experiuntur, delegari poſſunt.
15 Cauſæ quæ ad iudicis officium nobile ſpectãt & cauſæ cognitionẽ requirunt, delegari non poſſunt.
16 Perſonæ, induſtria vbi electa eſt, delegatio non fit.
17 Spiritualia delegantur.
18 Iure canonico ea quæ cauſæ cognitionem deſiderant, vel meri Imperij ſunt, delegantur.
19 Delegari nõ pñt quæ plenã cauſæ cognitionẽ deſiderant, & decretum iudices ſpectant.
20 Delegari an poßint cauſæ, in quibus ad ſentẽtiam diffinitiuam perueniendum eſt.
21 Cauſæ pecuniariæ an delegentur.
22 L. 18. titu. 4. part. 3 & l. 114. ſtili.
23 Aurei nummi, qui vulgo aurei morapetini vocantur, qua ſumma æſtimentur.
24 Status cauſæ an ſint delegabiles.
25 Criminales cauſæ quando delegentur.
26 Coercio modica delegari poteſt.
27 Coercio magna delegari non poteſt.
28 Cauſæ meri & mixti Imperij ex cauſa abſentiæ, quatenus delegentur.
29 Coercio mediocris an ſit delegabilis.
30 Libellus pro iudicis præcepto.
31 Iudex ſolo præcepto executiuo diffinire non poteſt ea, quæ cauſæ cognitionem deſiderant.
32 Iudex quibus caſibus ab executione poßit incipere.
33 Clauſula iuſtificatiua & quæ eius vis.
34 Libellus pro præcepto executiuo, ſignificatio eſt alibi non lecta.
35 Libellus pro ſchedula ſuplici.
36 Libellus quid.
37 Libelli multiplices.
38 Reſcribere ad libellos.
39 Libellorum magiſter ſiue præfectus.
40 Legis noſtræ dubitatio quæ fuerit, & quæ ratio decidendi.
41 Intellectus verus huius paragraphi Fulgoſio & Budæo primum debetur.
42 Codicis Theodoſiani locus declaratus.
43 Decretum varie accipitur.
44 Decretum in quo differat præcipuè à diffinitiua ſententia.
45 Decreti & ſententiæ multæ differentiæ.
46 Litis cõteſtatio ad ſententiam requiritur, nõ ad decretum.
47 Salarium pro ſententia ferenda accipi nõ poteſt, pro decreto poteſt.
48 Decretum quando gratis interponendum.
49 Miſerabilibus perſonis iudex, notarius, aduocatus gratis officium præſtant.
50 Citatio ad ſententiam requiritur, ad decretũ non item.
51 Nuntij relationi ſe citaſſe affirmantis an ſit credendum.
52 Nuntio an parti potius adhibenda fides de citatione facta.
53 Opiniones communes contrariæ.

54 Nuntij

54 *Nuncij officium viliſſimus quiſque exercet.*
55 *L. 1. titul. 7. part. 3.*
56 *L. 21. Stilli.*
57 *Citatio an debeat præcedere, etiam ad ſententiam interlocutoriam.*
58 *Iuramentum in ſupplementum probationis non defertur, niſi citatione præcedente.*
59 *Inhiberi iudex ſecularis ab eccleſiaſtico non poteſt, niſi citatio præcedat.*
60 *Abſolutio à iuramento confirmatorio cõtractus nulla eſt, niſi citatione præcedente.*
61 *Decretum primum & ſecundum citatio præcedere debet.*
62 *Citatio neceſſaria eſt multis caſibus ad ſententiam interlocutoriam.*
63 *Sententia abſolutoia ab obſeruatione iudicij duplex eſt.*
64 *Citatio ad ſententiam abſolutoriam, ab obſeruatione iudicij quando requiratur.*
65 *Cauſæ cognitio plena quando requiratur, quãdo pleniſſima & ſemiplena.*
66 *Delegari quæ non poſſint, quia plenam cauſæ cognitionem deſiderant.*

VBi.) Varie paragraphus hic intelligitur: nos tres intellectus præcipuos tractabimus, è quib' duo priores omniũ cõſenſu approbãtur: tertius eſt dubio ꝓcul veriſsimus. Primi ſumma hæc. Quæ
1 cauſæ cognitionẽ deſiderant, eas delegari nõ poſſe: vt libellũ (ſignificatione nuſquã
2 alibi relata) pro iudice delegato accipias. Hinc cõſequẽtia multa inferũtur. Delegari nõ poſſe decretũ alienatiõis bonorũ mi
3 noris[a]: nõ etiã decretũ ſuper trãſactiõe ali
4 mentnrũ[b]: nõ cauſam ſecũdi decreti[c], vt
5 Accurſius[d] & plures fatẽtur: nõ ſeparatio
6 nẽ bonorũ[e] quam creditnres ex edicto petunt. nã & in ea cauſæ cognitio reqritur[f]. Quo fit, vt Præſidis & nullius alteri' cognitio ſit. Sed etſi cauſa cngnita bonorũ poſ
7 ſeſsio detnr, nõ delegabiĩ[g], neq; alibi dãda eſt q̃ ꝓ tribunali. quia neq; decretũ de plano interponi, neq; cauſa cognita bonorũ poſſeſsio alibi q̃ ꝓ tribunali dari põt. Qui caſus etſi q ſimiles ſunt (erũt aũt nõ pauci) cũ cauſæ cognitionẽ reqranr, delegari ex regula cõis huius intellectus nõ poterunt. Verũ fallit ea in quibuſdã, & primũ in reſti
8 tutionibus in integrũ[h] (quæ licet cauſæ cognitionẽ deſiderent[i]) delegabiles tñ ſunt: qđ hic Bartolus[k] ſimpliciter notat, & cęteri cõiter[l] ꝓbãt. Sed nunqd verũ ideſt in re

a l. mandata. §. ſi minores. ff. d offi. ci' cui. mã. eſt iu. l. magis puto. §. ne paſſim. ff. de reb. eo.
b l. eñ ij. in pri. §. ſi prætor. §. ſed nec mãdãte ff. d trãſac.
c l. 3. §. ſi. ff. de acq. poſſ.
d Gl. i l. In bere. in glo. mag. ff. tu. om. iu. alex. ibi col. pen.
e l. 1. §. de his. ff. de ſeparat.
f l. 2. C. de bo. autho. iu di. poſſi.
g l. 3. §. pe. vbi gl. ff. de bon. poſſ.
h l. ſi. ad ſi. vbi Bart. C. vbi & ap. gat.
i l. Oẽ. ff. d reſt. in iteg.
k Bar. col. pen. in prin.
l Soci. in l. Imperiũ. n. 48. ff. de iu. omn. iud.
m Gl. ĩ l. 1. ff. d dã. inf. gl. in l. ea q. §. magiſtratibus. ff. ad munic.
n Bar. in l. ſi. C. vbi & ap. qatm.
o Iaſo. hic. col. pe. Deci. in l. oĩa quæ cuaq. ff. de reg. iur.
p l. nec mãdante. ff. de tut. & cur. da. ab his. l. Lucius. §. cũ teſtamento. ff. d ad. tut.
q l. iu dandi. cũ gl. ff. de tuto. &

ſtitutiõe in integrũ ſola, quæ minorib' cõcediĩ? Et Accurſius[m] Bartolusq;[n] ſic arbitrantur: frequẽtiores cõtrà[o] idẽ in reſtitutione affirmãt, quæ maioribus tribui ſolet ex gñrali illa clauſula, Si qua mihi iuſta 10
cauſa videbitur, &c. Fallit præterea regula (vt hic Bartolus docet) in datione tutelæ[p]: qđ ſimpliciter ſi accipias, falſum certe eſt. Quid igitur? Nẽpe mandari tutoris datin (vt pote quæ cauſæ cognitionẽ deſiderat) nõ põt: præter q̃ ſi ei mandeĩ, q alio qui iuriſdictionẽ habeat[q] vel pupilli facultates nõ ſint magnæ: ideſt vltra ſolidos qngẽtos[r]: vel legatus Procõſulis[s], aut iuridicus[t] Alexãdriæ ſit, q dat. his em̃ oratio Diui Marci mãdauit. Fallit deinde in oĩbus, quæ nñ plenã ſed ſemiplenã cauſæ cogni- 11
tinnẽ requirunt[v]. Vnde rectè Bartolus ait, primi decreti cauſam delegari poſſe, quã- 12
uis ſecũdi (vt diximus) interpoſitio neqar. Sed hæc ſuis locis opportunius oĩa diſcutienĩ. Fallit ad hęc in cauſis, quæ iure actio 13
nis, ſeu iudicis officio mercenario expediunĩ[x]. In his ergo cõis intellectus locũ habet, quæ ad iudicis officiũ nobile ſpectãt. 14
Sed quæ in his maior ratio nõ delegandi? 15
Et Bartol' hãc affert, ꝙ in eis electa videatnr perſonæ induſtria[y]. Nam & delegatus principis qui alioqui delegare põt[z], in his 16
nõ delegat, quæ perſonæ induſtriã requirunt[a]. Fallit inſuper in ſpiritualibus[b]. Ea 17
em̃ delegabilia Innocẽtius[c] & cęteri aiũt. Fallitq; gñralius iure Pontificio, quo etiã 18
ea quæ meri imperij ſunt, delegãtur[d]: quæ cõis opinio eſt[e]. Fallit poſtremo in cauſis, 19
qnæ plenã cauſæ cognitionẽ deſiderãt, neque decretũ iudicis ſpectãt (de qnibus hęc 20
lex ꝓprie agiĩ) ſed ſniam diffinitiuã. in his em̃ Bartoli diſtinctio tenẽda, Cauſæ pecuniariæ ſtat°, an criminales ſint: in pecuniarijs ſi tercẽtos aureos nõ exceſſerint, dele- 21
ganĩ: ſi exceſſerint, delegari ꝓrſus nõ pñt: quoad cognitionẽ pñt, idq; ex cauſa[f]: quæ diſtinctio cõis eſt: ſed quã Alciatus[g], Marius Salnmonius, atq; alij vrgẽtibus argumẽtis impugnẽt: quã recte, alio loco dixero, interim cõem ſequnr, non tam ꝙ lege Diocletiani[h] ſatis ꝓbaĩ (certè em̃ iſtud vix eſt) q̃ ꝙ iure nřo[i] approbata eſt; niſi ꝙ lex 22
Regia ꝓ tercentũ aureis ſiue ſolidis, tercẽtũ aurens nũmos (quos vulgo marauedis vocant) interpretaĩ: quæ ſumma (ſiquidẽ rectè expẽdas) decẽ & octo mille maraue- 23

cura. da. ab his.
r §. ſed hoc §. nos inſt. d atil. tut.
s Soci. in d. l. Imperium. nu. 53.
t l. po. iſra.
u l. 2. ff. de off. iurid.
v l. pe. §. ſi. ff. de off. ei cui man. eſt iuris.
x l. a. C. qui & ſua iure. Bar. ĩ l. arbitro. ĩfra qui ſatiſd. cog. iur. de nig. in l. a. ĩſi a d offi. eius cui mã. eſt iur.
y l. interat tiſicen. ff. de ſolut.
z l. d iudi. cr. C. de iud.
a c. ſi. d off. deleg.
b c. adhac. de off arch. c. Epiſcopũ 10. q. 1.
c Innoc. ĩ c. cõſtitutum. d reli. do. lac. de nig. ia l. 2. ĩfra. d of. eius cui mã. eſt im.
d c. qđ ſedẽ d off. ordi. c. in archiepiſcopatu ẽ rapto.
e Deci. ĩ l. oĩa quæcũq. col. ſi. ff. de reg. iur.
f Auth. & defen. ci. §. et iudicare. l. placet. in pri. C. de peda. iudi.
g Alciat. paradox. li. 2. c. 2. Salo. hic pag. 2.
h d. l. placet.
i l. 8. titul. 4. par. 3.

a Iaſ. col. 3. ad fi. b Alci. lib. 2. paradox. c. 3. Salo. Zaſ. Coraſ. hic. c l. 3. de off. recto. prouin. d l. 1. ff. de re iud. Bart. hic in 2. lect. col. pen. Iaſ. col. 2. e l. fi. §. illud. C. de tempo. appel. f Soci. in reg. 296. cum ſeq. maria. in c. quoniam frequenter. vt lite non conteſta. g Glo. in l. ſanciimus. §. cum autem. C. ad Trebel. h Auth. de manda. prin. §. illud. c. non licet. 11. q. 3.

x l. 1. titu. 7. part. 3. y l. 22. Stili. z Iaſ. nu. 25. a Bart. in l. quod iuſsit. colum. penul. ff. de re iudi. b Angel. in l. in bona. C. de reb. credi. c Iaſ. in l. admonendi. col. fi. ff. de iu. iurand. d Alex. in l. Titia. ad fi. ff. ſolut. mat. & in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic.

41 res certi (quamlibet alij aut ſibi, aut alijs attribuant) Fulgoſius, Budæusq; dubio procul ſunt. Ille dum exempla ſuggerit (quod & hic Iaſon admonuit[a]) hic dū de vera libelli ſignificatiōe Accurſium compellat: eundem Alciatus[b], Marius Salomonius, Zaſius, Coraſius tuentur. Hicque eſt (ſi verum amamus) genuinus & verus ſenſus. Hos libellos iudicibus offerri poſtquam

42 ſe receperint, Valentinianus & Valens in Codice Theodoſiano[c] vetarunt. Libellos iudicibus poſtquam ſe receperint vetamus offerri, ne ſuper alienis cauſis vel ſtatu pronuncient, qn̄ ab officij conſpectu atq; ab oculis publicis receſſerint.

43 DECRETVM.) Varie decretum accipi Baldus & Iaſon notant. hîc (ſi proprie accipias) ſimplex auctoritatis interpoſitio eſt, cauſæ cognitiōe præcedēte, in quo vel maxime à ſententia diffinitiua differt: illa enim condemnationem aut abſolutio

44 nem contineat, neceſſe eſt[d]. Eſt & alia inter hæc differentia, quòd ſententia non ni

45 ſi litis conteſtatione præcedente profertur[e], exceptis tamen caſibus non paucis,

46 quos Socini[f] congeſſerunt: decretum litis conteſtationem non exigit[g]. Differunt &

47 in eo, quòd pro ſententia ferenda ſalariū nullū (publico excepto) percipi poteſt[h]. at poteſt pro decreto interponēdo[i], prætterquam ſi in negotio furioſi vel pauperis iu

48 dex interponat[k]: gratis enim id faciet. Nā & huiuſmodi perſonis notarius, aduoca

49 tuſque gratis officium ſuum impartiri tenentur. Quarta differentia eſt, quòd decre

50 tum interponi poteſt etiam partibus non citatis[l]: ſententia non niſi citatione præce

51 dente[m]. Vnde & quæri ſolet, an nuntij relationi credatur ſe citaſſe affirmantis? Et credendū verius[n] receptiusque[o] eſt. Quæ

52 ſitum & illud eſt, ſi contentio inter partē & nuncium fuerit, altero affirmante, altero negante citationem factam, vtrius potius fidem iudex ſequetur. Et Bernardus[p], nuncio credendum ait: quæ opinio Imola & Decio teſtibus communis eſt. Idque

53 etiam Alciatus affirmat[q]: Archidiaconus[r] & alij[s], arbitrio iudicis hoc relinquunt: quam opinionem communem Abbas[t] affirmat. Sed Decij placet cōcordia, vt in dubio credatur potius nūtio: niſi forte hic viliſsimus homo (nam poſſe id officiū exer- 54 cere viliſsimum quemque ſat conſtat[v]) cō trà negans vir fidei probatæ ſit. Iure cer- 55 te Hiſpaniæ[x] nodus diſcinditur. Neq; aliter nuncij relationi adhibetur fides, quàm ſi citatio per duos teſtes probetur: niſi forte Regis ſit nūcius, cui ſoli vt credatur, ſti 56 lus eſt[y]. Sed nūquid citatio præcedat oportet, tam ad ſententiam interlocutoriam, 57 quàm ad diffinitiuam? Et pro regula communiter[z] traditum eſt, requiri etiam ad interlocutiones ſi præiudiciales[a] ſint: id eſt, quæ in id quod partium intereſt, non parui ſed magni momenti videantur. Quare optimè Angelus[b], cuius opinio approba- 58 ta eſt[c], iuramentum neceſſarium in probationis ſupplementum non aliter deferri poſſe, quàm ſi aut litigatores præſentes fuerint, aut citatio præcedat. Tum etiam & hoc omnes[d] verius fatentur (quicquid 59 in praxi ſeruent) vt eccleſiaſtici iudices ſeculares inhibeant citatione præcedente fieri id debere, niſi forte res notoria[e] ſit, aut inhibitio ex officio magis quàm parte deſiderante fiat[f]. Hinc præterea illud eſt, 60 vt abſolutio à iuramento confirmatorio contractus[g] (etiam ſi fiat apud Papā[h]) nulla ſit, niſi pars aduerſa adhoc citetur: qua in ſpecie ſe conſultum ſæpiſsime Cardinalis affirmat[i]. Eſtque ea ſententia receptiſſima: quam tamen nouiſsime quibuſdā caſibus Selua reſtringit[k]. Iam vero & ſupra ſcriptis conſequens eſt, vt non tantum ſe- 61 cūdum decretum (de quo nemo dubitat) ſed & primum citatio præcedere debeat[l]: quæ opinio (quicquid Iacobus & Bartolus hic male ſentiant) cōis eſt[m]. Sanè & decē & nouē caſus ſunt, in quibus ad interlocu- 62 toriæ ſnīæ prolationem citatio neceſſaria dicitur, quos hic Iaſon perſequitur diligēter, cui ex Bartolo vigeſimus eſt[n] adden- 63 dus. Alij alios addant. Sed quid de ea ſnīa dicemus, quæ abſolutoria ab obſeruatiōe iudicij dicitur? Et conſtat eā eſſe duplicē,

i Alb. & Iaſ. hic. co. 2. k l. tā dementis. C. de epiſc. audi. l Gloſſ. & Bar. in l. recuſare. ī prī ci. ff. ad Trebel. m l. de vnoquoq. ff. de re iudi. n l. appari tores. C. de exact. trib. lib. 10. l. 1. §. cū vrbē. ff. de off. præf. vrb. o Glo. in l. magis. §. no tamē. in gl. viatorē. ff. de reb. eo. Iaſ. ī l. properandum. §. etſi quidē. nu. 8. C. de iudic. p Glo. in c. cum parati. in Gl. obten tū. de appel. vbi Imo. n. 7. Deci. col. pen. q Alci. in reg. 3. præſ. 14. col. fi. r Archi. ī c. propoſuiſti. 82. diſt. s Sali. in l. tres denunciationes. C. quo. & quā do iu. Are. ī §. quadrupli. nu. 20. inſt. de act. t Abb. in d. c. cum parati. col. pe. v Barto. in extrava. ad reprimēdū. ī gl. per nūcium.

e Bal. in l. presbyteri. colum. fina. C. de epiſco. & cleri. f Iaſo. hic. nu. 30. g Authe. ſacramēta. C. ſi aduerſ. vend. c. quamuis. de pact. in ſexto. h Innocen. in c. 2. de re iun. i Cardi. in c. debitores. de iur. iur. k Sel. de iuran. in 4. par. princi. verſi. quæro ſexto. l l. præſentia. §. cum an tē. C. de his qui ad eccl. confu. m Bar. hic. nu. 3. Alex. in l. ſi finita. §. Iulianus. n. 9. ff. de dam. infecto. n l. 2. §. Qd de frumentaria. ff. de admi. re. ad ciui. perti. Bartol. hic. nu. [illegible]

naturali ſunt[a]. Quæri etiã ſolet, quis cogni
tionẽ, De plano mãdare poſsit? Et de lege
6 aut Principe nemo dubitat. Quid tñ ſi de-
legatus Principis ſubdeleget cũ clauſula,
7 Simpliciter, & De plano &c? Et non poſſe
eũ ſubdelegare verior[b] receptiorq;[c] etiã o-
pinio eſt, niſi forte Prĩceps ſpecialiter hoc
mãdaſſet, vt delegatus poſſet cognoſcere
De plano[d]. Sed nũquid in Sũmarijs cauſis
litis cõteſtatio reqrit? Et crebrior opinio
eſt, eã requiri. argumento eñ eſt actio ad
8. exhibendũ[e]. Certè & De plano expedire
Procõſul dici poteſt, q̃ ꝓ tribunali nõ ex-
pedit. fuit eñ huic magiſtratui (vt & maio
ribus cæteris) ſuũ tribunal. Apule. Florid.
lib. 1. ſub finẽ. Præco cum proconſule &
ipſe tribunal aſcendit,

A PATRE oblatũ.) Nõ præſumitur tamẽ
pater filiũ offerre ĩ hoc, vt iudex ſũmo eũ
9 ſupplicio afficiat[f]: ſicut neq; ꝓ cõtrariũ[g], ſi
ſi filius patrẽ obtulerit. mitiori eñ pœna
puniẽtur[h]. Sed quid ſi clara eſt patris volũ
tas, filiũ ad ſuppliciũ offerẽtis? Et funeſtas
voces ãputãdas, magis q̃ audiẽdas ſat cõ-
ſtat[i]: qua in ſpecie inſignis videt̃ Stephani
Veleij ſeueritas, q̃ Mario auctore filiũ ſuũ
ꝗ is vxorẽ fratris occiderat, Prætori pu-
niendũ obtulit, nec exorari potuit, quin ſe
curi percuteretur, oblata etiã ſummi Pon
tificis indulgentia.

CONuerſari.) Luxurioſũ & ſcortis dãtẽ[k].

OBSERVARE itaq; eũ oportet
vt ſit ordo aliquis poſtulatio-
nũ. ſ. vt oĩm deſideria audian-
tur, ne fortè dũ honori poſtulãtiũ datur
vel ĩprobitati ceditur, mediocres deſi-
deria ſua nõ proferãt: qui aut oĩno non
adhibuerũt, aut min⁹ frequẽtes neq; in
aliqua dignitate poſitos aduocatos ſibi
proſpexerũt. Aduocatos quoq; petẽti-
bus debebit indulgere: plerunq; fœmi-
nis vel pupillis, vel aliàs debilib⁹, vel his
qui ſuæ mẽtis nõ ſunt, ſi quis eis petat:
vel ſi nemo ſit, qui petat, vltro eis dare
debebit. Sed ſi qui per potẽtiã aduerſa-
rij nõ inuenire ſe aduocatũ dicat, æq̃ o-
portebit ei aduocatũ dare. Cæterũ op-
primi aliquẽ per aduerſarij ſui potentiã
nõ oportet. Hoc enim etiã ad inuidiã e-
ius, qui prouĩciæ præeſt, ſpectat: ſi quis
tã impotẽter ſe gerat, vt oẽs metuãt ad-
uerſus eũ aduocationẽ ſuſcipere. Quæ
etiã omniũ Præſidum cõia ſunt: & de-
bent & ab his obſeruari.

1 *Poſtulationibus vacare quid ſit.*
2 *Lites viri probi execrantur.*
3 *Fœminæ inter debiles & miſerabiles connu-
merantur.*
4 *Iudex officium ſuũ nõ petitũ aliqñ impartit.*
5 *Monachi franciſcani officio iudicis legata
aſſequuntur.*
6 *Inuidia, odiũ populi & ſenſus cõis de aliquo.*
7 *Præſidis nomẽ gñale, Procõſulis ſpeciale eſt.*

ORDO.) Non gratifi-
catio.
POSTVlationũ.) Aut agẽdo, 1
aut defendẽdo[l]. Inde poſtula
tionibus vacare apud Plin. & Sueto.
DESIderia.) Preces, libelli, petitiones.
HONORI.) Ijs q̃ in honore dignitate ve
conſtituti ſunt.
IMPRObitati.) Accidit eñ frequẽtius,
vt ꝓbi viri atq; verecũdi circa lites curioſi 2
parum ſint, quin potius eas execrentur[m].
MEDIOcres.) Siue tenuiores.
MINVS frequẽtes.) Aduocatos incele-
bres q̃ à cõſultoribus min⁹ frequẽtantur.
DEBIlib⁹.) Fœminæ, & pupilli inter debi
les perſonas hîc connumerantur, alibi[n] in- 3
ter miſerabiles.
SVAE mẽtis nõ ſunt.) Mẽte capti, furioſi.
VLTRO eis dare debebit.) Impartit̃ itaq;
nõnunq̃ iudex officiũ ſuũ non petitũ. Sic
& apoſtolos appellãti[o]: ſic vt cauſis pijs le
gata præſtẽtur[p]: ſic & Monachi Frãciſcani 4
qui alioqui incapaces ſunt[q], officio iudi-
cis legata aſſequuntur[r]. Sed & innumeri 5
caſus ſunt, in quibus officium ſuum nõ pe-
titũ iudices impartiuntur[s].
OPPRIMI.) Potentioribus pares eſſe non
poſſumus[t].
A D inuidiã.) Accurſius qđ ex eius gloſſu
la ſat cõſtat, loci hui⁹ intelligẽtiã aſſequu
tus nõ eſt. Coraſius ex auctoritate neſcio
cuius, modò Religionẽ legit, modò Iniu-
riã. Ego nihil muto. Eſt eñ inuidia hîc in 6
ſignificatione quadam elegãtiori odium
populi, & ſenſus cõmunis de Proconſule,
cui prouinciales ſuccenſere poſsint, vt po-
te ob cuius inertiam, animi remiſsionem,
aut ſordes mediocres aut etiã tenuis vitæ
homines à potẽtioribus opprimãtur. Quo

a l. Lanſ. in clem. ſæpe. de ver. ſig. in ver. figura. Alexã. in 3. vo. cõſ. 6. colũ. 1.
b Glo. in c. fi. in ver. figura. ad med. de hære. in 6.
c Imo. in l. ex duobus. §. fin. ff. de vulg. Feli. in c. 1. in ver. legatus. de reſcript.
d Lanſ. in clem. ſæpe. ĩ euid.
e l. 3. §. ſtudiũ. l. ſigni. §. fin. ff. ad ad exhib.
f l. milites. §. pen. ff. de re mili.
g l. ſi adulteriũ. §. liberto. ad ſ. ff. ad. l. iul. d adult.
h Alci. re gul. 1. præ ſump. 4.
i l. pen. l. ſi magnũ. C. qui accuſ. non poſ.
k l. ſi quis cũ ſciret. ff. pro empt.

l l. 1. §. poſtulare. ff. de poſtula.
m l. 4. §. poteſt. ff. de alien. iud. mut. cauſ. fac.
n In rubr. C. ſi impen. inter pup. & vidu.
o l. eos. §. fi. C. de appel.
p Auth. de eccle. titu. §. ſi quis autẽ.
q Cle. exiui. de verb. ſigni.
r l. quintus ff. de annu. lega. l. hereditas. §. fi. ff de peti. hæ.
s Bald. in rub. de offi. indi. & in tract. de of. indi. Alex. in l. vnica. C. vt qua deſ. aduo.
t l. 3. ff. de alie. iudic. mut. cau. fa.

modo & Vlpianus alibi poſuit[a]. Sciat maritus ad innidiã exiſtimationẽq; ſuam pertinere &c. & quo legis Papię inuidioſus vigor eſt dictus[b], & illud[c]. Hæredes q defuncti voluntatẽ quãuis nõ ſolẽnem, implere negligant, inuidiam, & conſcientiã circa omiſſum ſupremũ huiuſmodi officium, & contemptũ iudiciũ defuncti euitare nõ poſſe. Cicero tum ſæpe aliàs, tum vel maxime in Catilinã Orat. 1. Sed ſi quis eſt inuidiæ metus, non eſt vehemẽtius ſeueritatis ac fortitudinis inuidia, quàm inertiæ & nequitiæ pertimeſcenda. Et paulo ante, ſi mihi inimico, vt prædicas, tuo conflare vis inuidiã. Et in Verrẽ. act. 7. Si quid vindicatũ ſeuere eſt, vt ex eo crudelitatis inuidiã colligã. & ſtatim, nullã inuidiã in te, ne ex illis quidẽ rebus concitabo. Seneca in Hercule furenti.

Inuidia fastum ac rumor popularis premit.

Planudes, βασκανίην vertit, quod enim libellus qui Cato inſcribitur ſic ait.

Inuidiam nimio cultu vitare memento.

Quæ ſi nõ lædit, tñ hanc ſufferre, moleſtũ eſt.

Græcus. βασκανίην, φυλακῇ πᾶσῃ, τὰ μάλιστα φυλάσσου

ἡ κ᾽ ἢν μὴ βλάπτῃ σε, φέρειν γεμέν ἐστὶ βαρεῖα.

Pythagoras, in aureo carmine, φθόνον

7 Ἐπεφύλαξό γε ταῦτα ποιεῖν, ὁπόσα φθόνον ἴσχει

Et caue ne ea facias inuidiam quæcũq; habẽt.

PRAESIdium.) Præſidis enim nomen generale eſt, proconſulis, ſpeciale[d].

a l. 1. § pri. ff. de vent. inſpic. b l. vnica. princ. C. de caduc. toll. c l. militis. C. de relig. d l. 1. ff. de offic. præſi.

X. IDEM Lib. 10. de offic. proconſu.

MEMINISSE oportebit vſque ad aduentũ ſucceſſoris oĩa debere Procõſulẽ agere: eũ ſit vnus Procõſulatus: & vtilitas prouĩciæ exigat, eſſe aliquẽ per quẽ negocia ſua prouinciales explicẽt. Ergo in aduentũ ſucceſſoris debet ius dicere.

1 *Dictio, vſq;, cuius naturæ ſit.*
2 *ſucceſſore veniente quando deceſſor priuati loco habeatur.*
3 *Officiũ idẽ eſt quãuis iudices ſæpe mutentur.*
4 *Iudici arbitrio ſuper certis cauſis per ſtatutũ dato, ſi deinde confirmetur, an & arbitrium denuo conceſſum videatur.*
5 *Dictiones. A. & Ab. ſeparationem ſignificant: Ad, & in, cohærentiam.*
6 *Statutũ puniens eũ qui alterum in domo aggrediatur an comprehendat eum qui in porticu vel in hoſtio aggreditur.*
7 *Statutũ puniens eũ qui ad domũ inſultat, an comprehendat eum qui ad apothecam.*
8 *Domus appellatione an cõtineãtur apotheca tugurium, caſa domui coniuncta.*

Vſque.) Quę dictionis huius natura ſit Bartolus diffuſe hic tractat, cui ex Baldo[e] quædã addẽda ſunt. 1

ADVENtum.) Siquidẽ ſucceſſor aduenerit[f] & deceſſor hoc ſciat[g]: priuati loco cenſendus eſt[h]. 2

VNVS procõſulatus.) Eſt igitur officiũ idẽ (ſicut & populus[i]) quãuis iudices ſępe mutẽtur: ſed tũc vel maxime cũ eidẽ hoĩ iuriſdictio ꝓrogaĩ. Quid igitur futurũ eſt, 3 4 ſi lege municipij magiſtratui arbitriũ ſup certis cauſis detur, & ille iuriſdictionis ſuę tẽpore elapſo dein cõfirmeĩ[k], an & arbitriũ denuo cõceſſũ eſt? Et Bartoli approbata[l] diſtinctio eſt, verba cõceſſionẽ nouã[m] an magis prorogationẽ ſapiãt[n].

INADuentũ.) Sicut A. & Ab. ſeparationẽ[o]: ſic ad, & in, cohærẽtiã quandã rerũ ſignificãt. Quid igiĩ ſi lex municipalis pœnã ei imponat, q alterũ in domo aggrediaĩ, Titi⁹ Sẽproniũ in oſtio aut porticu aggreſ 5 6 ſus eſt, an in legis pœnã inciderit? Et incidiſſe videri potuit, ꝙ domus appellatiõe domui quoq; coherẽtia cõtineanĩ[p]: ꝙq; vt iniuriã aliqs faciat, nõ refert, ad domũ, an ad ſtationẽ, ſiue tabernã conuiciũ ei factũ ſit.[q] Sed diſtinguit Bartol⁹[r], quẽ alij ſequũtur[s], vt in pœnã is incidat, q in hoſtio intra dom⁹ limina aggrediaĩ, nõ is, q extra limẽ[t]. Nã & dici ſolet, eũ q in porta ſit, ꝑtim intra domũ eſſe, partim extra domũ[v]. Sed qd ſi ſtatuto is puniaĩ, q ad domũ in- 7 ſultet, an in pœnã incidet, q ad apothecã? Et Bartolus[x] (cui pleriq; aſſentiũt) nõ incidere hũc arbitrat⁹ eſt[y]. Addit Paul⁹[z], verũ hoc eſſe, etiã ſi domui apotheca cõiuncta adeo ſit, vt ab vna per alterã aditus pateat. Ego dubito vehemẽter. Nam & Tuguriũ, vel caſa ex ſtramẽtis boũ, pecorũq; habita 8 tioni præparata (ſi tñ domui cõiuncta aut ꝓxima ſit) vrbani ædificij pars cenſebitur: vt Cœpola & Alciatus notant[a].

LEGATVM ſuũ ne ãn ſe de prouincia dimittat: & lege in lia repetũdarũ, & reſcripto diui Adriani ad Calpurniũ Rufum Proconſulem Achaiæ admonetur.

1 *Officiales*

e Bal. in authẽ. hoc amplius. C. de fideicom. f l. vnica. § de offic. pf. auguſt. g l. ſi forte ũſra de of-

ſici. præf. h l. cum q ff. de iuriſ. om. iudi. i l. proponebatur. ff. de iudic. k Auth. § defenſo. ciuit. § ſi. l Bart. & Alexãd. in l. 4. in prĩc. ff. de dam. inſe. m d. l. cum qui. n Arg. huius. l. & l. ſed et ſi manente. ff. de præca. o l. ratio. § ſi. ff. de act. empt. p l. prædijs § pen. de le ga. 3. q l. iſtẽ apud labeonẽ. § cõuiciũ. ff. de iniu. r Bar. in l. 1. ff. de cloa. s Iaſ. in. l. pleriq. nu. 20. ff. de in ius vocan. t l. 1. § ĩ flumine. ff. de flum. § ſi ab hoſtibus. in ſi. q̃b. mod. ius pat. pot. ſol. v Glo. in c. cũ ſanctam de pœni. diſtinc 2. x Bar. hic. Iaſ. in. d. l. pleriq. nu. 17 y Argu. l. lex cornelia § ſi tamen. ff. de iniur. z Pau. cõſ. 44. a Alciat. in. l. vrbana in verb. materia. ff. de verb. ſigni.

1 *Officiales iudicis ab eo dimittendi non ſunt, antequam adminiſtrationis rationẽ reddãt.*

NE ante.) Nõ igitur iudex
1 officia, apparitoresq́; quibus vſus eſt, decedere añ patietur, quàm oẽs adminiſtrationis rationem reddant[a].

XI. VENVLEIVS SATVRNINVS Lib. 2. de offic. Procon.

SI quid erit, quod maiorẽ animaduerſionẽ exigat, reijcere legatus apud Proconſulẽ debet. neq; enim aĩaduertendi, coercẽdi, vel atrociter verberandi ius habet:

1 *Animaduerſio ad Imperium refertur.*
2 *Coërcio iuriſdictionis eſt.*

ANimaduertẽdi.) Imperij ſignificatio hæc eſt[b].
1 COERcendi.) Ad iuriſdictio-
2 nẽ quẽadmodũ hoc ſpectet, ſuo loco dicã[c].

XII. PAVLVS Lib. 2. Ad edictum

LEGATVS mandata ſibi iuriſdictione iudicis dandi ius habet.

1 *Delegatus ſubdelegare non poteſt.*
2 *Legatus Proconſulis cur ſubdeleget.*
3 *Legatus Proconſulis delegatus à lege eſt.*
4 *Delegatus à lege ſubdelegat.*
5 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, ſubdelegat.*
6 *Delegatus Cardinalis legati à latere an ſubdeleget.*
7 *Opiniones communes contrariæ.*
8 *Legatus à latere ſucceſſit in locũ Procõſulis.*
9 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum quatenus ſubdelegare poteſt.*
10 *Delegati ad vniuerſitatẽ cauſarũ q dicãtur.*
11 *Bartoli opinio aduerſus alios defenditur.*
12 *Delegatus Principis ſubdelegare poteſt.*
13 *Delegatus inferioris à Principe ſubdelegat, ſi hoc ei conceſſum ſit.*
14 *Delegatus an ſubdelegabit poſt litem coram ſe conteſtatam.*
15 *L. 19. titu. 4. part. 3.*
16 *Delegatus an poſſit ſubdelegare vnum articulum cauſæ*
17 *Bartolus ſibi contrarius.*

LEgatus.) Pro regula traditũ eſt, vt de-
1 legatus iudex ſubdelegare non poſsit[d], ea in legato Pro-
conſulis nõ procedit[e], ſiue quia delegatus 2
à lege eſt[f], quem cõſtat oĩm cõſenſu[g] ſub- 3
delegare poſſe, ſiue quia delegatus eſt ad 4
vniuerſitatẽ cauſarũ,[h] q itẽ ſubdelegat, vt 5
ſtatim dicam. Huius exemplo & delegatũ Cardinalis legati à latere ſubdelegatu- 6
rũ Bartolus hîc affirmat. Cuius eſt opinio
cõis Felino auctore[i]. Decius[k] contrariã 7
cõem affirmat. Ego priorẽ magis probo.
Succeſſere eñ (quod in Rubrica dixim[9]) 8
in eccleſiaſticis officijs in Procõſulũ locũ legati à latere[l]: cui conſequẽs eſt, vt legatis quoq; procõſulũ delegati legatorũ à latere magis æquiparẽtur. Sed qd de delega- 9
tis ad vniuerſitatẽ cauſarũ dicemus? Et veri[9m] receptiusq́;[n] eſt, eos ſubdelegare poſſe, nõ tñ adeo, vt vniuerſitatẽ cauſarũ mãdẽt, ſed vt aliqua ſibi ipſis reſeruẽt. Dicũ-
tur autẽ delegati ad vniuerſitatẽ cauſarũ 10
vel hi, quibus latiſsima cõmiſsio fit, & (vt ait Barto.) in genere generaliſsimo: vel hi qbus in genere ſubalterno, id eſt cũ limitatione tẽporis, vel loci, vel quãtitatis. Sed & ſi cum limitatione perſonarum Bartolus delegatum ait ad cauſarum vniuerſitatem: alij[o] hũc legatum dici ad generalita-
tem cauſarum. Mihi probabilior Bartoli 11
opinio viſa eſt. Quid enim intereſt, tempora, quãtitates, loca, an perſonæ limiten-
tur[p]? Quid de delegato Principis? Et ne- 12
mo dubitat ſubdelegare eum poſſe[q]. Verùm multos caſus Iaſon[r], Socinus[s], & alij excipiunt, quibus ſuo loco non paucos adiecimus. Quid de delegato inferioris, verbi gratia, iudicis ordinarij? Et
(quod initio diximus) regulariter ille nõ 13
delegat, etiam ſi impeditus[t] ſit, niſi ordinarius ſubdelegandi licentiam illi conceſſit[v]: in quo ferè non eſt, qui diſſentiat[x].
Quid ergo ſi lis coram iudice delegato cõ- 14
teſtata fuerit, an quaſi dominus litis iam factus[y], ad procuratoris exemplum[z] ſubdelegabit? Et Accurſius tũ hîc, tum alibi etiam nõ ſemel[a] ſubdelegaturũ affirmat. Gloſſæ[b] iuris Põtificij contrà, quas & Bartolus ſecutus hîc eſt, & frequẽtiores[c] ſequũtur. Sed Accurſij opinionẽ lex Regia[d]
exp̃ſsim cõfirmat. quo iure vtimur. Quid 15
deniq; ſi delegatus nõ cauſã vniuerſã, ſed 16
cauſæ vnũ aut alterũ articulũ ſubdelegare velit? Et Bart. hîc nõ poſſe reſpõdet, ali- 17
bi idẽ Bartol[9e] Baldusq́;[f] cõtrà. Sed prior opinio receptior eſt[g] in articulis, q ad iuriſdi-

a l. vnica. C. vt om. iudi. tam ciui. q̃ mili. l. ſi poſt depoſi-ta. C. de aſſeſſo. Bart. hic.
b l. imperiũ. infra & in. om. iud.
c In. l. 1. §. fi. j. de offi. ei. cui man. eſt iuriſ.
d l. à iudi ce. C. de iudi.
e Vt hic. et l. cũ pꝛætor §. 1. ff. de iudic.
f Bart. ĩ. d. l. à iudice.
g Soci. in. l. more. num. 52. ff. de in. om. iud.
h l. obſeruare. §. fin. ſupra.
i Feli. in. c. ſuper quaſtionũ. §. ſi vero. col. pe. de offic. delega.
k Deci. in c. ſi p debilitate. col. 2. de offic. delegat.
l c. 2. de offi. legã. 6.
m l. 1. § . 1. ff. quis & a quo appel.
n Iaſ. in. l. more. nu. 2. Soci. nu. 36. Deci. in. c. cũ cauſam. nu. 8. de appella.
o Soci. in. l. more. n. 42. Feli. in. d. §. ſi vo. col. 2.
p l. quiſferre. ff. de iudi. l. vi nũ. ff. ſi certu peta.
q d. l. à iudice. d. c. cũ cauſam.
r Iaſ. in. d. l. à iudice.
s Soci. in. l. more.
t Bart. hic ad fi. argu. aut. vt def. ſeu func. §. illud. l. prætor. §. ſi p ſi cauſam. ff. de vac. mu.
v Gl. in. c. is cui. in. g. mag. de offi. delega. in 6. Bart. hic col. 1.
x Alex. I 2. vol. conſi. 157. nu. 12. Iaſ. in. d. l. à indice. nu. 8 Soc. in. l. more. n. 45. Zaſi. n. 30.
y l. 2. C. de procu.
z l. ſi. defũctus. ff. de procur.
a Glo. in. l. fi. C. vbi & ap. quoſ. g. in. l. & ga. j. de in. o. iu.
b Gl. ĩ. c. 1. & pen. lib. 6 glo. in. d. c. cũ cauſa. g. in. c. cũ Beriboldus. de re iudic.
c Iaſ. in. d. l. à indice. nu. 5. Deci. ĩ. d. c. cũ cauſa. n. 8. et in l. more. n. 38 ff. de iuriſ. om. iud.
d l. 19. tit. 4. par. 3.
e Bar. in. d. l. more.
f Bal. in. d. l. à indice.
g Iaſ. in. l. a indice. n. 10. Soc. in. d. more. n. 44 Zaſ. n. 34.

iuriſdictionem ſpectant: in nõ iuriſdictionalibus poſterior procedit. Et hæc (quæ magna ex parte nunc Bartolus tetigit) de delegatis dicta ſat ſint.

MANdata ſibi iuriſdictione.) Ante enim propriũ nihil habent, vt in lege ſequenti.

IVS habet.) Hęc vera lectio eſt, quã ex archetypo Florẽtino primus oĩm reſtituit Angelus Politianus, negatione exploſa.

XIII. POMPONIVS Lib. 30. Ad Q. Mutium.

LEGATI Proconſulis nihil propriũ habẽt: niſi à Procõſule eis mãdata fuerit iuriſdictio.

1 *Legatus Procõſulis quã iuriſdictionẽ habuit.*

NIHIL propriũ.) 1 Iuriſdictionem ordinariã legatus Procõſulis nõ habebat, delegatam tunc, cum illi iuriſdictio mandata erat, quã alibi propriam vocauit lex[a].

a l. cognitio. §. cũ propriã. infra d offic. ei. cui man. eſt iu.

XIIII. VLPIANVS. Lib. 20. Ad leg. Iuliam & Papiam.

PROCONSVLES nõ amplius quam ſex faſcibus vtuntur.

1 *Faſces quid, et cur magiſtratibus ꝑferebãtur*
2 *Conſules quot faſces haberent.*
3 *Faſces tradere ſeniori.*

NON amplius.) 1 Dubitationẽ mouit, ꝙ Conſulibus duodecim faſces præferebantur.

FASCIbus.) Accurſius ineptiſsime vices ſiue mẽſes expoſuit. Erãt eñ faſces faſciculi virgarũ, intra quas ſecuris obligata erat: ita, vt in ſũmitate ferrũ emineret: has lictores magiſtratibus præferebãt. Præferẽdi cauſæ (vt Plutar. ſcribit in Proble.) vt admonitioni hoc eſſet ipſis, ne ira prõpta ac ſoluta forẽt: vel, vt morã tantiſper magiſtrat⁹ cõtraherẽt, quo ad virgę diſſoluerent. Id quod eis pœnitẽtiæ occaſio nõ ſemel fuit. Vel, ꝙ facinoroſi alij emẽdabiles, alij perditi prorſus ſunt: illis emẽdãdis virgæ, his de medio tollẽdis ſecures pręferebant. 2 Sanè bini cõſules. 12. faſces habebãt, nõ duodenos: quod hic ex Liuio colligit Budæus. ſed & legimus Valeriũ Publicolã Bruto collega mortuo, poſt aliquantũ tẽporis collegã ſibi Lucretiũ patrẽ Lucretię ſubrogaſſe, eiq; (ꝙ eſſet ſenior) primo loco cedentẽ faſces tradidiſſe: qui honos ab 3 eo primũ obſeruatus, ſenibus poſtea ſemꝑ habitus eſt. Auctores Plutar. in vita Publicolæ, & Valerius Maxi. lib. 4. c. 1.

XV. LICINNIVS RVFINVS Lib. 3 Regularum.

ET legati Proconſulum tutores dare poſſunt.

1 *Tutores dandi ius an delegari poßit.*

TVtores dare.) Sed an nõ alibi dicitur, ꝙ nec mãdante Præſide alius tutorẽ dare poteſt[b]? & 1 cõiter aiũt, legato non ex delegatione ius hoc tribui, ſed legis beneficio[c], id eſt oratione Diui Marci: ſed & minoribus magiſtratibus (ſi impuberis facultates quingentos aureos minime excedant[d]) ius dandi tutores iuſſu Præſidis mãdari poteſt. Eſt eñ hoc ex eorũ numero, quæ licet cauſæ cognitionẽ deſiderẽt, delegari poſſunt[e].

b l. nec mãdante. ff. de tuto. & curato. da. ab his.
c l. muto. § tutoris. ff. d tutel.
d §. ſed hoc inſt. d attil. tuto. l. ius dandi. ff. de tuto. & curato. da. ab his.
e Bart. in l. nec quicq̃. § vbi decretũ col. pen. Soc. ĩ l. imperiũ col. pen. ff. d iu. om. iudi.

XVI. VLPIANVS Libro. 2. Ad edictum.

PROCONSVL portã Romæ ingreſſus, deponit imperium.

1 *Proconſul quam iuriſdictionem haberet.*
2 *Iuriſdictio minoris an ceſſet propter maioris præſentiam.*
3 *Epiſcopi munus an ceſſet ſi Archiepiſcopus præſens ſit.*
4 *Archiepiſcopi & epiſcopi Romam ingreßi, auctoritatem ſuam deponunt.*

POrtam Romæ.) In prouincia volũtaria 1 & contentioſa, atq; adeo pleniſsima iuriſdictio Procõſuli eſt: extra ꝓuinciã volũtaria tñ: cũ Portã Romę ingrediĩ, neutrã habet: fit eñ priuatus. Quocirca gñaliter q̃ſitũ eſt, nũ mino- 2 ris iudicis iuriſdictio ceſſet, ꝑpter maioris ꝑſentiã? Et admiſſa ab oĩbus Bartoli[f] diſtinctio eſt, vt ſi iudex delegat⁹ ſit, ceſſet[g]: ſi ordinarius, inſignia quidẽ nõ portet[h], iuriſdictionẽ tñ exerceat. Qua rõne (vt ait Accur.[i]) Ep̃i munus nõ ceſſat, q̃uis Archiep̃us corã ſit. 3 Illud Fulg. & alijs dãdũ eſt, Archiep̃os Ep̃osq; Romã ingreſſos, aucto- 4 ritatẽ ſuã deponere, adeo, vt añ ſe inſignia crucis intra vrbẽ Archiep̃i nõ deferat, nec Ep̃i ſacerdotia conferre poſsint.

f Bart. & Alex. in l. 4. §. ſi tam vicinũ. ff. d dam. inf.
g c. nolẽtes de offi. leg.
h Vtbic, et c. antiqua. de priuil.
i Glo. in l. nihil. C. de palat. ſacr. larg. lib. 12.

DE OFFICIO Præfecti auguſtalis Tit. XVII.

1 *Ordinarij milites qui dicantur.*
2 *Auguſtales qui ſint.*
3 *Præfect⁹ Auguſtalis ab Auguſto inſtitutus*
4 *Præfectus Auguſtalis vicē Regis obtinet.*

DE officio Præ-
1 fecti Auguſtalis.) Ordina-
rij milites (vt ſcribit Vege-
tius de re militari li.2.c.7.)
ij dicũtur, qui in prælio præſunt, & primos
ordines ducũt. Auguſtales appellãtur, qui
ab Auguſto ordinarijs iuncti ſunt: horum
2 in iure mẽtio nõ eſt. Fuere etiã Auguſta-
les, qui à Decurionibus creabãtur, erantq;
ipſorũ veluti iudices quidã[a]: ſed dignitas
ea fuit, quæ ad magiſtrat⁹ municipales po
ti⁹, quàm ad ciuiles hos ſpectaret[b]. Fuit &
3 Præfectus hic Auguſtalis ab Auguſto & di
ctus & inſtitutus. cũ ein ille (vt Strabo au-
ctor eſt) M. Antoniũ & Cleopatrã Aegy-
pti reginã ſuperaſſet, in certã adminiſtra-
tionẽ ea prouincia redacta, expurgataq; à
Romanis eſt, & ad eã mitti ſoliti modera-
tione, prudẽtia, & virtute viri inſignes cũ
præfecti titulo. Is eſt igitur præfectus hic
4 Auguſtalis, qui (Alciato auctore[c]) vicẽ re
gis obtinet: quod & ipſe probo. Proconſu
libus enĩ Auguſtales æquiparantur. Quod
verò officium Præfecti Auguſtalis, & qua-
tenus exerceretur alibi[d] traditum eſt.

a l. quinq; ſummates. cũ ſeq. C. de decur. libr. 10. vbi Alcia.
b Alci. in l. pupillus. § decuriones. ff. de verb. ſigni.
c Alci. in lib. de mag. & ciui. off. pag. 81.
d l. 1. & 2. C. de offic. praef. aug.

VLPIANVS Lib. 15. Ad edictum.

PRAEFECTVS Aegypti
nõ prius deponit præfecturã
& imperiũ, quod ad ſimilitu-
dinẽ Procõſulis lege ſub Auguſto ei da
tũ eſt, quàm Alexandriam ingreſſus ſit,
ſucceſſor eius, licet in prouinciã venerit:
& ita mãdatis eius continetur.

1 *Præfectus Auguſtalis ab Octauio inſtitut⁹.*
2 *Præſes deponit imperium ſtatim atq; ſucceſ-
ſor in prouinciam venit.*
4 *Proreges, ſucceſſore veniente, quando Impe-
rium amittant.*

AVGVSTO.)
1 Octauio, qui primus eum ma-
giſtratum inſtituit.
ALEXANdriam.) Aegypti vrbs Alexan
dria eſt nobilis & Alexandro cõditore, &
eius ſepulchro.
LICET in prouinciã venerit.) Singulare
hoc ius eſt, alioqui enĩ & Proconſules[e], &
Præſides[f] imperiũ ſtatim deponũt atque
ſucceſſores prouinciæ ſines ingreſſi ſunt:
quin & antè duos dies quàm ingrediãtur, 2
& ĩperiũ dimittũt, & annonat publicas ſi-
ue ſalaria nõ capiũt ex eo tẽpore, his om-
nibus ad ſucceſſores translatis[g]. Dubitari
itaq; poteſt, nũ Prorex Aragonũ, vel Bar-
cinonẽſis, Valẽciæ, Neapolitanus, & ſimi-
les nõ antea deponãt Imperiũ, quàm ſuc- 3
ceſſores eorũ Ceſarauguſtã, Valentiã, Bar
cinonẽ, Neapolim ingrediãtur, licet in p-
rouinciã venerint? Et mihi (quia de Auguſta
libus ſingulare ius eſt) Proreges Procõſu-
libus Præſidibusq; in hoc cõparandi, vidẽ
tur, quanuis & Auguſtales Regum vicem
in Aegypto tenuerint.

e l. obſeruare. §. pro hac ſupra.
f l. ſi forte. infra. de offic. præſi.
g Auth. de adminiſ. §. 1.

DE OFFICIO Præſidis. Titu. XVIII.

1 *Præſidis nomen generale & ſpeciale.*
2 *Præſides qui,*
3 *Prouinciæ Procõſulares Prætoriæ, Præſidales*
4 *Legatus Cæſaris & Præſes idem.*
5 *Proconſulares prouinciæ paucæ, Præſidales multæ.*
6 *Præſides prouinciarum multi.*
7 *Præſidum in locum qui hodie ſucceſſerint.*
8 *Proreges, ſeu Vicereges in quorum locum ſuc ceſſerint.*
9 *Legati Cardinales iure Pontificio Proconſu-libus æquiparantur.*

PRæſidis.) Nomẽ gene-
raleeſt, Mar- 1
tianus inquit[h]: ſed & ſpeciale
vt ego arbitror: quo ij propriè
ſignificãtur q prouincias, q̃ Præſidales di 2
cebãtur, regebãt. Oẽs enim prouincias di-
tionis Romanæ ita diuiſit Auguſt⁹, vt aliæ 3
Proconſulares eſſent, aliæ Prætoriæ, aliæ
Præſidales: & Procõſulares quidẽ ſenatui,
Prætorias populo demãdauit: in præſida- 4
les legatũ ſuũ, q nũc Præſes, nũc legat⁹ Cæ
ſaris[i] eã ob cauſã dicebat, mittebat. indeq; 5
eſt, vt poſteriorũ Principũ tẽpore, ſenſim
illis oĩa ad ſeſe trahentibus, Procõſulares
prouinciæ paucæ admodũ fuerint, Præſi- 6
dales multæ. quo fit, vt & auctor innoiat⁹,
q ſub Theodoſio iuniore militiã romanã
deſcripſit, & Nouel[k].8. pl⁹ min⁹ quinqua-
ginta prouinciarũ Præſides recẽſeant. Cum
vero

h l. 1. infra
i l. legatus infra.
k Auth. de nullis in-di. §. f.

7 vero quæritur, qui hodie magiſtratus in
Præſidum prouinciæ locum ſucceſſerint,
ſunt qui eis Balliuos, Seneſcallosq́; noſtri
tẽporis cõparẽt: ſed hoc merito Budæus [a]
reprehendit. Hi enim ſummam cognitio-
nem ſecundum Principem (quam Præ-
ſes habuiſſe dicitur [b]) minime habent. Ille
ergo Præſides eos eſſe credit, quos tũ gu-
8 bernatores, id eſt, Rectores dicimus, tum
Locũtenentes. i. legatos Regis: quos &
vicarios Regis dicimus, id eſt Vicereges,
ſeu Proreges. Coraſius [c] iſta non probat,
ꝙ apud Vicereges forenſium cauſarũ cu-
ra nulla ſit: tantùm illi prouincias guber-
bernant, cum tamẽ Præſides olim & rem
bellicam & in pace forẽſia quoq; curarẽt.
Quid igitur Coraſius poſt hæc? certè alte-
rius ſeutẽtiam dum reprehendit, propriã
nullam in medium affert. Alij Præſidem,
ordinarium magiſtratum interpretantur:
ſed hi ad generalem Præſidis appellatio-
9 nẽ reſpexiſſe videtur. Poutificij [d] Legatis
Cardinalibus Proconſules, Legatis cæte-
ris Præſides cõparari voluerũt: idq́ue nos
quod ad eccleſiaſtica officia pertinet, libẽ
ter amplectimur. Sed quid in ſecularibus
officijs eſt? Et ego arbitror, vt Proconſu-
lib' Vicereges (quod ſuo loco dixi) ſic Præ
ſidibus ſimiliores hos eſſe, qui gubernato
res vocantur. Vt enim Procõſulum q̃ Præ
ſidũ maior olim poteſtas, ſic hodiè Vice-
reges quàm gubernatores plus poſsũt. Eã
opinionem lex Regia [e] confirmat: Præſi-
desq́; eos interpretatur, quos vulgo Ade-
lantados appellant.

a Bud. in l. ſi in aliquã §. cum pleniſsimã. ſupra de offi. procon.
b l. 4. infra.
c Cora. hic & in l. diẽ functo. ff. de offic. aſſeſ.
d c. 2. de offic. lega. in 6. cũ glo.
e l. 2. titu. 14. par. 4.

MACER Lib. primo de offi. Præſidis.

PRAESIDIS nomen ge
nerale eſt: eoq́ꝫ & Procon
ſules, & legati Cæſaris, &
omnes prouincias regen-
tes (licet Senatores ſunt)
Præſides appellantur. Procõſulis appel-
latio ſpecialis eſt.

1 *Præſidis nomen generale & ſpeciale.*
2 *Præſidis & Proconſulis differentia.*
3 *Procõſulis adminiſtratio grauior q̃ Præſidũ.*
4 *Præſidales prouinciæ vnde dictæ.*
5 *Legati Cæſaris aliquando cum poteſtate con ſulari mittebãtur.*

PRæſidis nomẽ ge
1 nerale ẽ.) Sed & ſpeciale, vt dixi
m': ſic adoptio, iuriſdictio, & alia id gen'.
ET Procõſules.) Generali Præſidis voce
etiã procõſules cõtinenĩ. Sed ſi præſidẽ in 2
ſpeciali ſignificatioue ſumas, nõ vna iuter
hos differẽtia eſt. Primũ procõſulũ digni-
tas maior q̃ præſidũ fuit. Illi enim nõ niſi
aut ex cõſularibus viris, aut ex Senatorib',
hi etiã ex æqueſtri ordine eligebãtur. Pro
cõſulũ annuũ officiũ, præſidũ certus finis
nõ fuit. adminiſtrabãt eñ quouſq; ſucceſ-
ſor à Cæſare mitteretur: quod in Auguſto
Trãquillus oñdit, & Apul. floridorũ lib. 2.
Fuit præterea grauior procõſularis admi- 3
niſtratio, quod ex Corne. Tacito lib. 1. col
ligitur, dũ ait, Achaiã & Macedoniã onera
deprecãtes procõſulati imperio ad præſẽs
leuatas, Cæſariq́; traditas eſſe: cuius rei ra-
tionẽ rectiſsimè Alciatus cõijcit in libello
de magiſtratibus, quod procõſulariũ pro-
uĩciariũ vectigalia & tributa publica Pop.
Ro. erãt, & ad ærariũ ptinebãt, neq; ea di-
minuẽdi ꝓcõſuli ius eſſet: q̃ verò à præſidi
bus in prouincijs colligebanĩ, ad principẽ
eiusq́; fiſcũ ſpectabãt, iusq; illi remittendi
erat. Quib' cõſequẽs, vt & in eo quoq; dif
ferrẽt, ꝙ procõſules prouincias aut Sena-
tus, aut populi, Pręſides prouincias princi
pis regerẽt. Nã quod Accurſ ait, procõſu-
lẽ ex conſulibus eligi, dixiſſet melius ex
conſularibus.
LEGATI Cæſaris.) Quinimo & hi ſpe-
cialiter præſides, & ab his præſidales pro- 4
uincię dictæ [f]. Sed & qñq; prĩceps legatos
ſuos ſiue præſides in aliquã prouinciã miſ 5
ſos, conſulari poteſtate ornabat: vt videli-
cet eius eſſent auctoritatis, cuius procon-
ſules. Sic. C. Plinium Cæciliũ, præſidem
prouincię Põti conſulari poteſtate fuiſſe,
antiquæ inſcriptiones probant.

II. VLPIANVS Lib. 26. Ad ſabinum.

PRAESES apud ſe adoptare
poteſt, quemadmodum & e-
mancipare filium, & manu-
mittere ſeruum poteſt.

5 *Iuriſdictio volũtaria & cõtẽtioſa differũt.*

ET Manumittere.) In ijs quę
voluntariæ iuriſdictionis 1
ſunt, & iudicis & partis officiũ
vnus & idem præſtat. Differũt
& in alijs multis volũtaria & cõtẽtioſa iu-
riſdictio, quæ ſuis locis explicantur.

III. PAVLVS Lib. 23. ad Sabinum.

PRAE-

PRAESES prouinciæ in ſuę
prouinciæ homines tantùm
imperium habet: & hoc dum
in prouincia eſt: nam ſi exceſſerit, priua
tus eſt. Habet interdum imperium &
aduerſus extraneos homines, ſiquid ma
nu commiſerint. nam & in mandatis
Principum eſt, vt curet is, qui prouin-
ciæ præeſt, malis hominibus prouin-
ciã purgare: nec diſtinguitur vñ ſint.

1 *Iuriſdictio voluntaria extra prouinciã exerceri poteſt.*
2 *Iuriſdictio voluntaria an poſsit exerceri extra prouinciam, partium conſenſu.*
3 *Forum ſortitur quis ratione delicti.*
4 *Delinquens in mari, à quo ſit ponendus.*
5 *Remiſsio in delictis cur fiat.*
6 *Remiſsio in delictis an neceſſario faciẽda ſit.*
7 *L. titu. 29. part. 7.*
8 *Remiſsio in delictis quibus caſibus non fiat.*
9 *Remiſsio an ſit faciẽda poſt ſententiã dictã.*
10 *Delinquens alibi, an poſsit accuſari in loco domicilij ſiue originis.*
11 *Purgamenta.*
12 *Lege nõ diſtinguente quando poſſit fieri diſtinctio.*

NAm ſi exceſſerit,
priuat[a] eſt.) Quo ad ea quæ cõ
1 tentioſæ, nõ quoad ea quæ vo-
luntariæ iuriſdictionis ſunt[a]: ſed & in his,
quæ ad contentioſam pertinent, iubere
iudicare poteſt, quanuis iuriſdictionis
2 exercitium non habeat. Sed nunquid
partium cõſenſu extra prouinciam ius di-
cet? Et non dicturũ argumento eſt, ꝙ pri-
uatus ſit: idq́; But. Bald. Salic. Paulusq́; cre
diderũt. Bartolus, & frequentiores omnes
contrà[b], dum'ne ordinarius loci iudex diſ-
ſentiat.
SIQVID MANV.) Antiqui codi-
ces[c], Si quod malum, quam lectiooem do-
ctores agnouiſſe videntur, cum tractant,
an delicti ratione quis forũ ſortiatur. Flo-
rentinus codex, Si quid manu.
EXTRAneos.) Delicti enim ratione fo-
3 rum ſortitur is, qui delinquit[c]: adeò, vt &
4 ſi in mari delictũ cõmittat, iudex territo-
rij adiacẽtis, iudex cõpetẽs fiat[d]. ſed etſi a-
liò migret delinquẽs, ad delicti locũ eſt re
mittẽdus[e]. cuius rei veriſsimę rationes il-

a l. 2. ff. de offic. procõ.
b Iaſo. & Claud. in l. pen. col. fi. ff de iuſti. & iur.
c l. 1. & auth. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi. ope.
d l. vnica. vbi Bar. C. de claſsi. lib. 11. Barto. in tract. de inſula. §. nullius. num. 1. Ang. in l. inſula. ff. de iudic.
e Auth. vt nulli iudi. § ſi quid vero cõprehenſorum.
f l. capitalium. §. famoſos. ff. de pœ.
g Argu. l. fi. iunc. gl. C. de erog. mili. anno. lib. 12.
h l. mulier in opus. ff. de capt.

læ ſunt, vt in his locis puniatur, in quibus 5
deliquit, vt conſpectu alij deterreantur ab
ijſdẽ facinoribus, vt ſolatio ſit læſis, cogna
tisq́; & affinib[9] eorũ eodẽ loco pœna ſum
pta, quo delicta admiſſa ſunt[f]. Sed cuius
expenſis remiſsio fiet? Et ſi priuatus eã fie
ri petat, eius expẽſis[g]: ſi iudex loci delicti,
publicis[h], id eſt eius ciuitatis, ad quã delin
quens remittitur[i]. An & oeceſſario facien 6
da ſit, alij aliter ſentiunt, ego eã opinionẽ
ſequor, quã & pluribus[k] placuiſſe video,
vt iudice delicti oon petente, de vrbanita-
te fiat. Ideḿq; erit ſi petat, verùm de crimi-
ne agatur ciuiliter. Quòd ſi & petat ille, &
de crimine agatur criminaliter, neceſſario
faciẽda eſt: quomodo & lex[l] Regia (vt ar- 7
bitror) tẽperanda, quę remiſsionẽ neceſſa
rio faciendã generaliter ait. Quinetiã non 8
pauci caſus ſunt, quibus neceſſario nõ fit,
Si cõſuetudo hoc induxerit (qualẽ eſſe in
vniuerſa Italia Bartolus[m] affirmat) ne re-
miſsiooes fiant: ſi inferior remitti ſibi reũ
velit à iudice ſuperiore, à quo iuriſdictio-
nẽ habeat[n], aut ad quẽ ab eo appelletur: ſi
delicti iudex ſimpliciter inſtet, neq; acta
mittat, quibus de cõmiſſo delicto iudicẽ
remiſſurũ inſtruat: præterquã ꝙ & hic nõ
ante ad remiſsionẽ cogẽdus eſt, q̃ ſumma-
tim cognoſcat, & delictũ admiſsũ eſſe, & à
ſe remitti reũ oportere[o]: ſi ciuitas fœdera
ta ſit, ad quã delinquẽs cõfugiat, nã (detra
cta remiſsione) ibi puniri poterit: q̃ Barto
li[p] & pluriũ[q] opinio eſt, Baldo[r] q̃libet affir
mãte, eã opinionẽ neq; à cõſuetudine, ne-
q; à ſapiẽtibus admitti. Mihi in his capitu-
la fœderis ſequẽda ſemper videñt[s] ſi qua
ſint (ſũt autẽ aliàs alia inter populos fœde
ratos[t]) alioq́ Bartoli & ſequaciũ opinio te
nẽda eſt. Verũ quid ſi ſentẽtia iã dicta fue- 9
rit, cũ remiſsio petit? Et nõ faciendã tunc
neceſſario Dyn. Bald.[v] & quidã alij opinã
tur. Accur.[x] Fulgo. Alexan. & Iaſon cõtrà:
quibus accedo. Nã q̃ rationes[y] cõdẽnan-
dũ, eæ dẽ condẽnatũ remitti oportere ſua-
dẽt. Quid poſtremo ſi alibi qs delinquat,
ao accuſari puniriq́; in loco domicilij ſeu 10
originis poſsit? Et poſſe verius eſt[z], vt hic
Bart. notat: qđ ipſe tũc ꝓcedere adieci, cũ
remiſsio aut nõ fit, aut faciẽda nõ eſt: ſicut
ex ſupraſcriptis cõſtat. Finge igĩt Salman
ticẽſem Hiſpali deliquiſſe, certè & Salmã-
cæ accuſabitur & puniri etiã poterit, niſi
Hiſpalim remitti eum oporteat.

i Bald. in l. 1. §. ſi iudex de pace. tenen. vſib. feud.
k Hippo. in practi. in §. oportune. n. 33.
l l. 1. tit. 29. part. 7.
m Bart. in l ſepulchri. ff. de ſepul. vio.
n l. 1. §. praeſides. ff. de req. re.
o Gl. in cle mẽ. paſtoralis. in. g. de more. de re iudi. Ang. in l. fi. ff. de accuſ.
p Bar. in l. non dubito, ad fi. ff. de capt.
q Iaſ. in l. vbi pactũ. num. 18. de tráſac. Hippo. in practi. in ver. oportune. n. 36.
r Bal. in l. executorem nu. 21. C. de execut. rei. iudi.
s l. conuentionũ. ff. de pact.
t Socin. in 4. vol. conſ. 86. col. 4.
v Bald. in. d. l. executorem. nu. 18.
x Glo. in l. à diue pio. § ſententiam vbi Alex. nu. 6. ff. de re iudic.
y dict. §. famoſos.
z l. 1. C. vbi de crimi. agi. opor. l. relegatorũ. §. interdicere. ff. de interdi.

PRO-

PR Ouinciæ præeſt.) Vnde etiam Præſes prouinciæ dicitur.

a l. cōgruit.

MALIS hominibus purgare ꝓuinciā.) Vt malis hominib⁹ prouincia careat [a]. Sed & habet hic (ni fallor) in ſe alluſionē purgandi verbum: ſunt enim mali homines, cum pro delictis puniuntur, velut quædā prouinciarum καθάρματα καὶ περιψήματα.

11 Vnde & Latina quoq; voce interdum purgamēta appellantur. Curtius lib. 7. Hages quidam Argiuus peſſimorum carminum poſt Cherilum cōditor, & ex Sicilia Cleo, & cætera vrbium ſuarum purgamenta. Et lib. 19. Prohibuere igitur exules finibus, omnia poti⁹ toleraturi, quàm purgamēta quondam vrbis ſuæ, tunc etiam exilij admitterent. Seneca epiſt. 75. nō aliter quàm fimus ſterilis ac paluſtris bona ſemina necat, ac deinde purgamenta pro frugibus cient. Nam & purgamenta, ſicut & piamenta (auctore Sexto Pompeio) homines dicebātur, quibus in expiandis vrbib⁹ vterentur. Vnde & ſolennia verba [b], περίψημα ἡμῶν γενοῦ, id eſt ſis pro nobis purgamentum. Quæ eo libentius hic poſui, vt qui hæc legerint, aut iudices iam, aut futuri qui ſunt, meminerint, quantū hoc Reip. rectè inſtitutę inter ſit, vt maleficia puniantur [c].

b Bud. 1. l. 2. ff. de pæn.

c l. ſi ita vulnerat⁹. ff. ad l. aqu.

12 NEC diſtinguitur.) Neq; ergo quiſquā diſtinguet [d], niſi fortè diſtinctio lege alia adiuuari poſſit [e], aut eiuſmodi tractatus ſit, in quo extenſiones liceant: de quo ſupra diximus [f].

d l. de precio. ff. de publici.
e l. quaſitū ff. de teſtib.
f In. l. oēs populi. ff. de iuſti. & iu.

IIII VLPIANVS Lib. 39. Ad edictum.

PRAESES prouīcię maius imperiū in ea prouincia habet omnibus poſt Principem.

1 *Præſes, an Proconſul maius Imperium habeat.*

MAIVS Imperium.) Sed an non & Procōſul [g]? 1 Reſpondeo [g], habet quidem vterque, ſed in qua prouincia Proconſul, in ea Præſes non regebat. Inde enim quędam Proconſulares, quædam Præſidales dictæ.

g l. et ideo ſupra de off. proc.

V. IDEM Libro primo de omnibus tribunalibus.

PRAESES prouinciæ nō magis tutorē, quàm ſpecialem iudicem ipſe ſe dare poteſt.

1 *Iudex ſpecialis pro delegato.*

PRAESES.) Sic nec Prętor [h]. 1

SPECIALem.) Delegatum [i].

h l. vlti. ſupra de offic. prato.
i l. cum ſpecialis. C. de iudic.

VI. IDEM Lib. 1. Opinionum.

ILLICITAS exactiones, & violētia factas, & extortas metu venditiones & cautiones vel ſine precij numeratione prohibeat Præſes prouinciæ. Item ne quis iniquū lucrum aut damnum ſentiat, Præſes prouinciæ prouideat.

1 *Legis natura quæ ſit.*

FActas.) Sed & quæ in poſterum fient. Nā etſi lex municipalis factas à minoribus venditinnes infirmet, 1 de his etiam intelligenda eſt, quæ poſt legem factā fient. ea eſt enim legis cuiuſq; natura, vt det formā negotijs futuris [k] vtq; floreat [l], ac vireat ſemper.

k l. leges. C. de legi.
l l. arriani C. de hare.

VERITAS rerum erroribꝰ geſtarum non viciatur: & ideo Præſes prouinciæ id ſequatur, quod conuenit eum ex fide eorum, quæ probabuntur.

1 *Iudex an debeat iudicare ſecundum allegata & probata, an ſecundum conſcientiam.*
2 *Conſcientia quomodo hic ſumatur.*
3 *Conſcientia duplex.*
4 *Clauſula, conſcientiam tuam per hoc oneramus, quid operetur.*
5 *Iudex quando dicitur ſcire vt iudex.*
6 *Iudex an poßit iudicare ſecundum ea, quæ ſcit vt priuatus.*
7 *Paragraphi huius intellectus expenſus.*
8 *Veritatis definitio quæ.*
9 *Iudex cur ſecundum conſcientiam iudicare non poßit, noua ratio.*
10 *Iudex an poßit condemnare eum, à quo certo ſcit hominem occiſum, cum tamē non probetur.*
11 *Sacerdos delegari poteſt in cauſa ſibi reuelata in ſacramento pœnitentiæ.*
12 *Iudex pœnitentialis iudicat ſecūdū veritatē.*

13 Iudex

13 *Iudex ſupremus iudicare poteſt ſecundum cō ſcientiam ſuam: & quæ huius rei ratio ſit.*

14 *Iudicare an poßit ſecundū conſcientiam is, cui cauſa delegata eſt, ſola facti veritate inſpecta.*

15 *Iudex in cauſis breuioribus an poßit iudicare ſecundum conſcientiam.*

16 *Epiſcopi an poßint iudicare ſecundum conſcientiam.*

17 *Senatores Principum an iudicare poßint ſecundum conſcientiam.*

18 *Iuriſdictionis voluntariæ quæ ſunt, ſecundū iudicis conſcientiam explicari poſſunt.*

19 *Conſcientiam ſequi poteſt iudex, cum partiū probationes pares ſunt.*

20 *Conſcientiam ſequi iudex poteſt, cum probatio variat.*

21 *Iudex an poßit moueri ad ſententiam ferendam ex cōfeßione coram ſe viua voce facta, quæ in actis poſita minimè ſit.*

22 *Iudex iudicare debet ſecundum allegata & probata, tam in criminalibus quàm in ciuilibus.*

23 *Notoria an poßint iudicari ſecundum conſcientiam.*

24 *Notoria alleganda ſunt.*

25 *Notoria iudici vt iudici conſtare debent.*

26 *Iudex quid facere debeat, cū exploratißimū habet veritatē probationibus eſſe cōtrariā.*

27 *Princeps quando conſulendus.*

28 *Iudex quid facere debeat, quando Princeps illi remittit cauſam, in qua veritati probationes contrariæ ſunt.*

29 *N.L. Antiqua ferendæ ſententiæ formula.*

VERITAS.)

Tractant iuris vtriuſque inter
pretes, huius Paragraphi argu
mento, iudex ſecundum allegata & proba
1 ta iudicare debeat, an poſsit ſecundum
ſciētiam ſuam. Et ſanè vetus hæc quæſtio
eſt. Nam & apud Gelium Fauorinus lib.
14. cap. 21. Iam omnium (inquit) primum
hoc de officio iudicis quæritur, ſi iudex
fortè id ſciat, ſuper qua re apud eum litiga
tur, eaque res vni ei, priusquàm agi cœpta
aut in iudicium deducta ſit, ex alio quo-
dam negocio caſuque aliquo cognita li-
quido & comperta ſit, neque id tamen in
agenda cauſa probatur, oportet'ne eum ſe
cundum ea quæ aguntur? Videamus igi-
tur hac de re non indiligenter. Et quidem
ex Bartoli lectiōe hîc tria colligi poſſunt.
Primum, iudicis conſcientiam eſſe dupli-
cem. Deinde, iudicare iudicē poſſe ſecū-
dum conſcientiam, quam vt iudex habet.
Poſtremo, iudicare eum non poſſe ſecun-
dum conſcientiam, quam habet vt priua-
tus: quæ nos ordine ſingula nunc explice-
mus, tantum illud præfati, conſcientiam
in ꝓpoſito à doctoribus proprie pro ſcien 3
tia poni, non in ea ſignificatione, qua con-
ſcientia ſumi ſolet, cùm forū conſcientiæ
à contentioſo diſtinguimus, & qua paſsim
etiam Doctores accipiunt [a]: vt cum Bal-
dus [b], duos ſales (inquit) mens iudicis ha-
beat neceſſe eſt, ſalem ſcientiæ, ne ſit inſi-
pida, & ſalem ſecurę conſciētiæ, ne ſit dia
bolica. Conſcientia igitur (vt Bartolus ſen
tit) duplex eſt, vna iudicis vt iudicis, alte- 3
ra iudicis vt priuati. Baldus [c] triplicem di-
ſtinguit. Alij [d] etiam latius tertiam addi-
derunt, quam iudex, vt Deus habere po-
teſt, eorum videlicet, quæ ipſi aut in ſacra-
mēto pœnitentiæ, aut ſub ſigillo ſecreti
reuelata ſunt. Ea quę vt iudicis eſt, aliquā
do ſcientia legis vocatur [e], nimirum quia
legum diſpoſitiones iudex ſequitur, cùm
ſecundum eam iudicat. Cynus [f] publicam
nō ab ſimili ratiōe appellauit, ꝙ ea iudicē
non vt priuatū, ſed vt publicam perſonā
cenſeamus. Neq; autem poteſt tātùm, ſed
& debet iudex iudicare ſecundū hanc con
ſcientiam [g]: taciteq; hoc ineſt, quāuis ex-
preſſum nō ſit. Vnde quæſitum illud eſt,
num clauſula illa, Conſcientiam tuam ſu- 4
per hoc oneramus, in delegato Principis
induſtriam perſonæ exigere adeò videat̄,
vt ſubdelegare ille cauſam (quod aliâs in-
totum poteſt [h]) propter clauſulā nequeat?
Et (quanquam fuerit Rotæ res controuer-
ſa, neque deciſa [i]) Angeli [k] tamen opinio
probanda eſt, quem plures ſequuntur [l]:
vt expreſsio clauſulæ, quæ tacite (vt dixi-
mus) inerat, nil operetur [m]. Sed quando iu 5
dicem vt iudicem ſcire dicemus? Et appro
bata Accurſij [n] traditio eſt, vt tunc ſcire ſie
dicatur, cum ex teſtibus, inſtrumentis, prę
ſumptionibus colligit, & (quæ certior do-
ctrina eſt) cùm ſcientia iudicis ex actis cō-
ſtat. Si itaque quæſtionem de finibus de-
terminet, ex ijs quæ ipſe vidit [o], aut atro-
cem iniuriam aſpectu [p], ſi in hoc rem ocu
lis ſubiecit, vt melius iudicaret, ſcire dici-
tur vt iudex. Cum autem quæritur, an iu- 6

a Iaſ. in §. ſed iſta. nu. 101. inſti. de actio.
b Bal. in l. 2. col. 2. C. de ſent. ex breui. reci.
c Bal. in l. 2. n. 5. C. de pœ. iud. qui male iudic.
d Io. And. in c. ſi ſacerdos. de offi. ordi. Imo. in c. paſtoralis §. quia vero nu. 7. de offi. deleg.
e l. certe. C. de iudi.
f Cyn. in l. quiſquis. C. ad leg. iul. maieſt.
g Gl. in c. 1. de re iud. lib. 6. Iaſ. in l. certe. co. fi. C. de iudic. Purp. in l. ad monendi. n. 118. ff. de iu. iur.
h l. à iudice. C. de iud. clem. vnica de of. deleg.
i Feli. in c. ſignificaſti. 2. ad fi. de homici.
k Ang. in auth. ad hæc C. de iudi.
l Purp. in l. 1. nu. 505. de offic. ei. cui man. eſt iurie.
m l. 3. de legat. 3.
n Gl. in l. 2. ff. de fer. Iaſ. in l. 2. col. fi. ff. de in lit. iur.
o l. ſi irrup tione §. fi. ff. fini reg.
p l. 2. ad fi. ff. de feri.

dicare poſsit ſecundum ea, quæ vt priuatus ſcit, Accurſius, Bartolus, & frequentiores negant. Cuius opinionis vel præcipuũ
7 fundamentum in hoc Paragrapho conſtituunt: ſed ille nil minus probat. Præfert ſi quidem allegationes & probationes erroribus geſtorum, non veritati. Quinimo (et ſi recte expendimus) cum veritatem rerũ erroribus geſtorũ non vitiari ait, opinionem aduerſus cõmunem ferè adſtruit, tantum abeſt, vt deſtruat. Affertur & ſecũdũ argumentum, ꝙ iudex ſecundum veritatem iudicare debeat[a], veritas (vt arbitran
8 tur) ea ſit, quæ aut ꝓbata eſt, aut à lege pręſumpta[b]. Ego poſtremũ hoc ſalſum prorſus contenderim. Nam neque lex probat, quam pro ſe adducunt, quæ magis veritati locum ſupereſſe ſemper ait, in ijs præſertim, quæ à naturali veritate pendent[c]. Et quis veritatem ſic vnquam definijt, vt ſit veritas id tantum, quod vel probatum eſt, vel à lege præſumptum? Tertio mouentur Epiſtola Decretali ſummi Pontificis[d], qua ordinario iudici iuſſum eſt, vt delegati ſententiam (quanuis iniquam ſciat) executioni mandet. Mihi hoc (niſi prorſus hallucinor) ſententiam contrariã confirmat. Attendentes (inquit) quòd nõ cognitio, ſed executio tantum demandatur eidem. An non per locum à contrario ſenſu colligi hinc poteſt, ſi cognitio demandaretur, eſſe aliquid cur cõſcientiam ſuam iudex ſequi poſſet? Poſtremò (libet enim ſelectiora eorum capita attingere) in hanc ſententiam cum primis inclinant, quod Ambroſi[e] de bono iudice, nihil (inquit) ex arbitrio ſuo facit, & propoſito domeſticæ voluntatis, ſed iuxta leges & iura pronunciat: ſtatutis iuris obtemperat: non indulget propriæ volũtati: nihil pręparatum & meditatum de domo deſert, ſed ſicut audit, ita iudicat, & ſicut ſe habet natura, decernit: obſequitur legibus, non aduerſatur: examinat cauſæ merita, non mutat. Atqui Ambroſius, ne ſecundum ea iudex pronunciet, nõn interdicit: tantum illud, ne pro arbitrio, ne pro libito voluntatis, ſed ita, vt ſe legum ſcitis conformet. Quid quòd & ad finem adiecit. In iudicãdo magis eſt cuſtodia veritatis quã obedientia voluntatis. Si cuſtodiendam præcipit, quid eſt, quòd ea ſpreta, allegationes probationesque vt ſequatur iudex, eum dicere interpretemur? Hæc itaque, quæ pro hac opinione tanquam firmiora adduci ſolent, parum abeſt, quin oppoſitam prorſus confirment. Vrgentius ſanè his illud eſt Euariſti ſummi Pontificis[f]. Quando autem crimen notum eſt iudici & alijs, aliquando reus inficiatur factum. Veluti ſi qs negaret ſe interfeciſſe eũ, quẽ ſub oculis iudicis, in conſpectu multorũ interfecit, hic quia ſe reum negat, ſine examinatione ferri non poteſt. Tum etiã illud, quod iudices pro ſui & legis ſcientia iudicare iubentur[g], vt diſcant nõ ſuã ſimpliciter eos ſequi poſſe, ſed ita ſi eã publicæ quoq; adiungant. Poſtremò, neq; abre videatur ꝙ ea rei iudicatę deſcriptio eſt[h], vt pro veritate accipiatur, non vt veritas ſit: aut ſecundũ veritatem neceſſario procedat, ſed vt loco veritatis idcirco ſit, qui allegationibus ꝓbationibusq;, magis quã reuera conſtet. Dixi etiã non vulgarem rationem, quia iudex in iure, non in facto 9
ſupplet[i]: conſcientia in facto conſiſtat[k]: inde eſſe, vt iudicare nequeat ſecũdum cõſcientiam. Neq; dubium eſt, quin opinio hæc & à Doctoribus vtriuſque iuris[l], & à Theologis[m] quoq; approbata ſit. Quare rectè Baldus[n], dum credit, nõ valere iudicis ſententiam, qui dixerit, cõdemnare ſe aut abſoluere ſecundum cõſcientiam ſuã, & quidem merito. Cum enim cõſcientiæ mẽtio in propoſito ſit, videri poteſt iuris error expreſſus[o]. Cui conſequens & illud eſt, vt iudex qui Titium à Seio occiſum certò ipſe ſciat, cum tamen ex actis innocens ſit, condemnare Seium iure non poſſit: qua in ſpecie poteſtati Bononienſi Azonem cõſultum ſic reſpondiſſe, Paulus[p], Iaſon[q], & Decius[r] affirmant. Guilielmus Durandus[s] Azonem, Accurſium, Odofredum, conſultos auctor eſt. Et quanquam illi huius paragraphi argumento moueantur, apertiſsima de hoc Euariſti deciſio eſt[t], cuius ſupra memini. Proximũ & hoc quoq; eſt, quod eleganter Bernardus Baldusq;[v] notant, ſacerdotem, cui in ſacramẽto pœnitentiæ ſecreta mea reuelauerim, delegari iudicem poſſe, qui inter me & alium cognoſcat: vt noueris, ſententias dicendas non ſecundum conſcientiam, quã ſiue vt priuatus, ſiue vt De[9] iudex habeat, ſed ſecundum eam quam habet vt iudex. Cæterum ſunt caſus non pauci, in quibus

ſupra

a l. rem nõ nouã. C. de iudic.
b l. pen. ff. de probat.
c Bal. in. l. neq; profeſſio. C. de teſtamen.
d c. paſtoralis. §. quia vero. de offi. delega.
e c. iudicet. 3. q. 7.
f c. deus omnipotens. §. quãdo autem. 2. q. 1.
g l. certi. C. de iudi.
h l. res iudicata. ff. de regu. iu.
i l. vnica. C. vt q̃ deſ. aduo. iud. ſuppl.
k l. bona ſi dei. ff. de acqui. re. do.
l Bar. in. d. vnica. co. 2. Alex. ad ſi. Iaſ. in. l. 2. col. fi. ff. de in li. iur. Imol. in. c. paſtoralis. § quia vero. col. fi. de of. deleg. Barba. nu. 36. ꝓ poſ. in. d. c. iudicet.
m Tho. 2. 2 q. 67. art. 2. & Caiet. Imo. in. c. 10 nu. 13. de offi. ordi.
n Bal. in. c. niſi cũ pridẽ. col. 2. de renun. arg. c. 1. §. ſacramentum. de conſue. rec. fen.
o l. cũ prolatis. ff. de re iudi.
p Paul. & Iaſ. in. l. 2. ff de in lit. iu.
q Iaſ. in. §. ſi minus. n. 15. inſtit. de actio.
r Deci. in. l. antepe. C. q admit.
s Spec. tit. de ſentẽ. §. qualiter autem. col. 2.
t d. c. Deus omnipotens §. quãdo autem
v Bal. poſt glo. in. c. dilecto. de teſtib.

ſupra ſcripta locum nō habent, de quibus
12 videamus. Primuſq; eſt in iudice pœnirē
tiali. ille enim (ſicut Deus iudicat) iudica-
bit ſecundum veritatem [a]. Huic proximus
in Principe ſupremo, id eſt Papa, vel Impe
13 ratore, & generaliter in quocūq; domino,
cuius dictum pro lege habeatur [b]. Nam &
(Bartolo auctore) non ſolum poteſt, ſed &
debet iudicare ſecūdum conſcientiam: &
niſi id faciat, peccabit: quod Theologi te-
nēt [c]. Sed quæ huius ratio eſt? Et alij quia
ad Dei inſtar Principis iudiciū procedat [d].
Alij quia legibus ſolutus qui eſt, legi quo-
q; derogare poteſt [e]: quæ cæterorū ratio-
nes ſunt. Adieci tertiam, quia Princeps
(quod alij iudices nō poſſunt) in facto ſup
plere poteſt [f]. Adieci & aliam, quia Prin-
ceps manu Regia (modo velit) procedet [g].
Quocirca & tentabam dicere, ſecundum
14 conſcientiā ei licere vt iudicet, cui delega
tio ſic facta eſt, vt ſola facti veritate inſpe-
cta cognoſcat. Nā & illi manus Regię ius
cōpetit [h]. Idq; ꝓbabilius multo eſt, quàm
quod Felinus exiſtimauit [i], licere ſcilicet
idem iudicibus in cauſis breuioribus, qui-
15 bus & de ſcripto, & in ſcriptis pronunciāt,
quibuſq; eorū uerbo fides adhibēda eſt [k].
aliud enim eſt ſcripti neceſsitatem tolli,
aliud, vt iudici in hiſce credatur, quæ ſcit
vt priuatus. Sed nunquid quod Principi
ſupremo ius in hoc eſt, erit etiam Epiſco-
16 pis? & eos iure communi vti, & ſecundum
allegata & probata iudicaturos, Io. Andr.
Bald. [l] Iaſonq; [m] cenſent. Quid de Princi-
17 pis Senatoribus? Et hos ſecundū conſcien
tiam iudicarē, Guido Papæ reſpondit [n].
quod Alciatus [o] probat, modò non vt ſin-
guli, ſed vt vniuerſi (id eſt vt collegiū cor-
puſq; quoddam ſunt) ſententiam dicant.
His ego aſſentior, & de ſupremi cōſilij ſe-
natorum iudicijs intelligo (de quibus eos
intelligere par eſt) vt pote quibus ſummā
rerum Princeps commiſerit, à quibus pro
uocatio non eſt: quibus & abrogatio & de
rogatio legum permittitur: id quod in cō
uentibus cum ſic facto opus eſt, faciunt.
Quid quod hi vel maximè Principem re-
preſentant. qui etiam ſinguli ſi ſint, pars
corporis Imperatorij dicuntur [p]: iudicare

a Bal.in.l.ſi.in princi.col.ſi.C.de iur.delib. b Bar.in.l.vnica.ad.ſi.C.vt quæ deſ.aduo.iud.ſup. c Iaſ.in.§.ſed iſte.nu.126.inſti.de actio. d Iaſ.in.§.ſi minus.n.15.inſti.de actio. Deci.in.l.antep.ad ſi.C.qui admi. e Alci.in l.inter hæc verba.ff.de verb.ſig. Feli.in.c.paſtoralis.§.quia vero.de offi.deleg.col.penul. f Glo.in.c.cū nobis.in gl.ex officio de cenſib. Alex.in.l.vnica.col.ſi.C.vt quæ deſ.aduo. g l.2.ī pri.ff.de ori.iu. h Barto.in extrauā.ad reprimēdū, in ver.videbitur. Iaſ.in l.certi cōdictio.§.ſi nū mos.nu.33.ff.ſi cer.pet. i Feli.in.d.§.quia vero.col.ſi. k Barto.in authēt.niſi breuiores.C de ſentē.ex breui.reci. l Bal.in.c.ſacramentū ad ſin.de cō ſue.rec.feu. m Iaſ.in.l.2.ad ſin.ff.de in lit.iur. n Guid.deciſ.29. o Alci.in.c.1.nn.89.de officio ordi. p l.quiſquis.C.ad leg.iul maieſta. q Glo.in.l.antepe.in.§ ſciens.C.qui admi.vbi Corn.& deci.Feli.in.d.§.quia vero.col.ſi.

præterea ſecūdum conſcientiam inferio-
res quicunq; iudices poterunt in his, quæ
voluntariæ iuriſdictionis ſint: vt manu-
miſsio, emancipatio, adoptio, agnitio bo-
norū poſſeſsionis: quæ verior Accurſij [q],
Baldi, Cornei, Decij, Felini ſententia eſt.
In his enim & veritas magis attenditur [r], 19
& quia nemini nocet iudex: conſcientiam
ſequi poterit [s]: ſed etſi dubiæ aut pares ꝓ-
bationes fuerint, in eam partem ſententia 20
licet inclinet, quam iudex veram eſſe ſcit.
Atq; ita Antonius, & Ancar. cōſulti reſpō
dēt [t]. Iudicare etiā poterit ſcd̄m cōſciētiā
(vt Feli. [v] notat) ſi probatio cum ſit, vnū,
facta aliud oſtendat: vt cum pallidi tremē-
teſq; teſtes dicunt. Nam etſi maxime quę
dixere, fidem faciant, poterit tamē iudex
id potius ſequi, quod pallor & titubatio
eorū ſignificabat. Sed cautè faciet, ſi con-
tinuo hoc in teſtationem redigi faciat, ſe
eo animo iam tunc eſſe, vt eorum teſtimo
nijs non credat, quia ſecure nō dicant [x]. &
hæc quidem Felinus. Mihi tamē caſus hic
ad ſcientiam iudicis vt iudicis ſpectare vi-
ſus eſt: ſicut & Baldi [y] alter ille, cum ait, iu 21
dicem moueri poſſe ad ſententiam profe-
rendam ex confeſsione coram ſe viua vo-
ce facta, quāuis in actis poſita minime ſit.
Iam enim & hoc vt iudici notū eſt, nec vi-
deo q̄d referat, ex actis ſcriptis, an nō ſcri- 22
ptis ſciat. Sūt ꝑterea qui crediderint, regu
læ locum non eſſe in criminalibus [z]. Sunt
& qui in eis diſtinguant [a], ſed verior [b] rece
ptiorque [c] etiam opinio eſt, vt crimina-
les cauſæ à ciuilibus in hoc minime di-
ſtinguantur: quod & Theologi quoque
Doctores ſequuti videntur. Sunt [d] & qui
in notorijs ijs præſertim quæ facti perma
nentis ſunt, regulam non procedere arbi-
trentur: quod nec Accurſium latuit [e]. Ve 23
rum mihi hæc quoque ſpecies ad ſcien-
tiam iudicis vt iudicis referenda potius vi
detur. Me mouet quòd notoria quamli-
bet probatione non egeant [f], allegandą [g] 24
tamen omnes affirmant [h]. Mouet, quòd
etſi probatione non egeant, ex actis tamē 24
iudici vt iudici conſtent (omnium conſen
ſu [i]) neceſſe eſt. Verum quid ſi iudex ex-
ploratiſsimum habeat, nihilque penitus 26

r Bal.in authēt.matri et auia.col.ſin.C.quando muli.offi.tu tel.fun.poteſt. s Bal.in.l.ſi.C.de pæ.iud.qui male iud. t Ancar.cōſi.210.Alci.in d.c.1.in.4.limit. v Feli.in d.§.quia vero. x Bar.in.l.luctus.ff.de his q̄ not.infa.Bal.in.l.cum magiſtratus.C.quā.prouo.nō eſt nece. y Bal.in.l.1.C.de man.vin.Alci.in.d.c.1.in 3.limi.Hippo.in ſing.266.incipi. z Innoc.in d.§.quia vero.ubi Feli.col.pen. a Imo.in.l.à diuo pio.in prin.col.pe.de re iud. b d.c.Dē.§.quando. c Specu.de ſent.§.qualiter autem col.2.Bal.in l.ampliorē.in prin.col.ſi.C.de app.Pau.et Iaſ.in.l.2.ff.de in lit.iur.Barb.in.d.§.quia vero.nu.36. d Domin.in.c.iudicet 3.q.7.Feli.in.d.§.quia vero col.penult.Cora.Miſcell.lib.4.c.10. e Glo.in.l.1.C.vbi & ap.quem. f c.manifeſta.2.q.1. g Glo.in clem.appellanti.de appel. h Iaſ.in.l.ſi vero.§.qui pro rei qualitate.col.2.ff.qui ſatiſd.cog. i Alex.Conſi.117.in.4.volum.

dubitet, veritatem longe aliam eſſe, quàm fuerit probatum? Et crebrior opinio eſt [a], vt neque probationes ſequatur, neque ſuam ſcientiam. Quid igitur ſacturus eſt?

27 Et concors omnium [b] ſentētia hęc vt Principem conſulat, idque ſaciat quod ille reſcripſerit. Princeps enim ſiue in iure, ſiue in ſacto dubia res ſuerit, conſuli pōt [c]. Sed maior dubitatio eſt, & ſi fortè certi nihil Princeps fieri iubeat, tantumque cauſam

28 iudici à quo conſultus eſt, rurſus remittat vt is iudicet: magna enim in hac ſpecie varietas opinionum. Iaſoniſque conſilium hoc eſt [d], vt remoueri ſe curet à iudicandi munere, ſitque ipſe teſtis. Felino [e] placuit, vt iudicet ſecundum conſcientiam, Alciato [f], vt probationes ſequatur, aut iudicium ampliet, pronuncietque ſibi non liquere de cauſa: quod & ipſe ſequor. Nā & antiquiſsima ea pronunciandi formu-

29 la fuit. N. L. qua ampliādi ſignum iudices dabant, ſignificantes ſibi non liquere [g]. Et eadem iuriſconſultorum tempore iu vſu fuit [h]: & nunc quoquo eſt in obſcura cauſa [i]. Neque eorum probo cunctationem, qui ſe non videre dicunt quo pacto iudex hic iurare poſsit, ſibi non liquere. Quod (vt arbitrantur) certus ſemper eſt, ſiue publicam ſiue priuatam ſcientiam cōſideremus. Nam quid obſecro certum dixerint eum cuius ſcientiā probatio eleuat, ſcientia probationem confundit: & proinde quid faciat iure ſubſiſtit? Quare mea ſententia tuiius cōſilium non eſt, quàm vt iudex ampliet: quod ſe in articulo non adeò dubio feciſſe Gellius ſcribit.

a Fel. in d. §. quia vero coloſ. Alci. in d. c. 1. in 2. limit.
b d. 1. ſi. ſin. ff. de quaſt. auth. de in di. §. ſi.
c l. eum quē temere. §. magiſtratibus. ff. de iudic. l. diuus. ff. de offic. praſi.
d Iaſ. in d. l. ſiue noſtrum.
e Fel. in d. §. quia vero.
f Alcia. in d. c. 1. & in d. l. iter hac verba.
g Bud. in l. 2. ff. de ori. iu. & in l. 2. ff. ſi quis cautio. Alci. in d. l. inter hac. Castelli. in dic. pandectas.
h l. pomponius. ff. d re iudi. l. ſi de meis. alias, idē Pomponius. in. §. ſi. ff. de arbit.
i Ang. in l. non quem admodū. ff. de iudic.

NE potentiores viri humiliores iniurijs adficiant, ne've defenſores eorum calumnioſis criminibus inſectentur innocentes, ad religionem Præſidis prouinciæ pertinet. Illicita miniſteria ſub prætextu adiuuantium militares viros, ad cōcutiēdos homines procedētia prohibere, & deprehenſa coërcere Præſes prouinciæ curet, & ſub ſpecie tributorum illicitas exactiones fieri prohibeat. Nec licita negociatione aliquos prohiberi, nec prohibita exerceri, nec innocentibus pœnas irrogari, ad ſollicitudinem ſuam Præſes prouinciæ reuocet. Ne tenuis vitæ homines ſub prætextu aduentus officiorum vel militum, lumine vnico vel breui ſupellectili ad aliorum vſus tranſlatis, iniurijs vexentur, Præſes prouinciæ prouidebit. Ne quid ſub nomine militum, quod ad vtilitates eorū in cōmune nō pertinet, à quibuſdam propria ſibi commoda iniquè vindicantibus committatur, Præſes prouinciæ prouideat.

1 *Securitas à iudice ei danda eſt, qui timet ne ab alio offendatur.*
2 *Securitas quadruplex.*
3 *λόγος pro ſecuritate.*
4 *Formula tuitionis.*
5 *Securitatem à Principe datam aut à magiſtratu qui frangit, in quam pœnam incidat.*
6 *Securitas à lege conceſſa.*
7 *Securitas vbi danda eſt, an nuda cautio ſufficiat.*
8 *Securitas data à iudice quanto tempore duret.*
9 *Induciæ & treugæ in quo differant.*
10 *Cui ſecuritas conceditur, poteſt etiam petere ſocios ſuo ſumptu.*
11 *Securitatem ſibi petens, poteſt etiam petere pro amicis.*
12 *Securitatem promittens, an promittere debeat pro amicis.*
13 *Securitatē præſtans Salmanticæ, an frangat aduerſarium Romæ offendendo.*
14 *Securitatē an iure petat, qui inimicitijs occaſionem præſtitit.*
15 *Securitatem præſtare exteri & alienigenæ, an compelli poſsint.*
16 *Scholaſtici quo iure ſecuritatem præſtare cōpellantur.*
17 *Lumen vnicum quid ſit.*
18 *Focus de priuata cuiuſque domo.*

NE potentiores viri humiliores iniurijs aſficiant.) Officio igitur iudicis quis conſequetur, vt ſecurus ſit, ſi forte à potētiori aut alio quouis caueri ſibi deſideret, quem merito 6

verca-

2 vereatur[a]. Eſt auté ſecuritas quadruplex,
quæ à re rei datur, de damno infecto, quæ
à re perſonæ, quæ à perſona rei, & hæc de
qua agimus, quæ à perſona perſonæ: eſtq́;
legitimum quoddam præſidium[b], quo iu
ſte timenti[c] officio iudicis conſulitur[d], &
ſiue à Principe[e] ſiue à priuato[f] conceſſa
ſit, ſecuritas dicitur: aliquando[g] raro ver-
3 bo λόγος, id eſt, verbum. Qua in re antiqu⁹
Nouellarum interpres labitur, qui iuſiu-
randum vertit[h]. Caſsiodorus libro ſepti-
mo variar. formulam tuitionis appellat:
4 quomodo & Hiſpaniæ vulgo ad verbum,
Charta de amparo. Eius effectus ille eſt, vt
5 ſi quis aduerſus Principis ſecuritatem cō-
mittat, reus læſæ maieſtatis fiat[i]: ſi aduer
ſus ſecuritatē magiſtratus alterius, acrius
6 ex officio puniri poſsit. Nonnunquam &
à lege ſecuritas conceditur, vt legatis[k]:
quos ſiquis violet (iure ſingulari[l]) hoſti-
7 bus dedi eum iura voluerunt. Sed nūquid
nuda cautio futura eſt, an & cum fideiuſ-
ſoribus? Et verius eſt, arbitrio iudicis hoc
8 relinqui[m]. Sicut & illud etiam, quanto tē-
pore ſecuritas durabit[n], niſi quòd vno ca-
9 ſu tempus triginta dierū præfinitum eſt[o]:
alioqui inter pacem & inducias, ſiue (quæ
barbara vox eſt) treugas hoc intereſt,
quòd illa ſine præfinitione temporis fit,
10 hæc ad tempus[p]. Poteſt & is cui ſecu-
ritas conceſſa eſt, hoc quoque pete-
re, vt liceat ſibi, ſociis miniſtris aut manu
militari ſtipari, quo ſit tutior, dum tamen
ſuis expenſis eos alat[q]. Poteſt & petere ſi-
11 bi & amicis[r]: ſicut & per contrarium pro-
12 mittet pro ſe & familiaribus, & complici-
bus[s]. Nam vt pro amicis promitteret, ge-
nerale valde eſſet. Quid tamen ſiquis Ti-
13 tio Salmanticæ coram Correctore ſecuri
tatem præſtet, deinde Pinciæ eundem of-
fendat? Et verius eſt, ſecuritatem datam
hunc frangere. generalis enim promiſsio
territorio iudicis coram quo fit, circun-
ſcripta nō eſt. Quinetiam & à Pinciæ ma-
14 giſtratu puniri poterit[t]. Quid ſi inimici-
tijs cauſam vnus dederit, an ille nihilomi-
nus iure poſtulet ſecuritatem? Et iure
15 hunc poſtulare conſtat[v]. Quid de exteris
ſiue alienigenis, an ad ſecuritatem præſtā
dam compelli poſsint? Et non poſſe Bar-
tolus & alij reſpondent[x]: præterquàm ſi
16 moram contraxerit, Quo iure ſit, vt ſcho
laſtici iure Salmanticæ compellantur.

a l. denunciamus. C. de his qui ad eccle. cōfu. b d. l. denūciamus. c l. metum. cū. l. ſequē. ff. quod met. cau. d Bart. hic col. 1. e l. 1. ff. ad leg. iul. maieſta. f l. 1. C. de nauicu. lib. 11. g Auth. de manda. prīci. §. ſed neque. h Alciat. parer. lib. 8. c. 2. i l. 1. ff. ad leg. iul. maieſt. Bar. hic & in d. l. C. de nauicul. lib. 11. Luca. de Piſ. ſub rub. de cri. læſæ maieſ. num. 9. k l. ſanctū ff. de re. di. l l. vlti. ff. de legat. m l. vlti. l. ſciendū. ff. qui ſatiſd. cog. Soci. in 1. vol. conſ. 93. n l. 1. ad fi. ff. de iur. de liber. o Auth. de man. princ. §. ſed neq. p Alex. in l. cōuētionū. ff. de pact. Iaſ. in l. qui ſeruum. ff. de verb. oblig. q Glo. in l. vlt. C. de erog. mil. an. n. di. lib. 12. Iaſ. in l. ſi ſuper poſſeſſiōe. C. de tranſac.

DEFENſores eorum.) Potētiorum de-
fenſores.

RELIGIONEM.) Curam, offi-
cium.

MINIſteria.) Miniſtros.

PRAETEXTV.) Colore quæſito.

EXactiones.) Ne exactores tributorum
ſub nomine tributi illicitum aliquid ex-
torqueant.

NEGOtiatione.) Hoc Romæ ad officiū
Præfecti vrbi ſpectabat[y].

LVMINE vnico.) Alij legunt, limine 17
vnico: ſenſus vero idem eſt, ne humiliores
metatis hoſpitibusq́ue adeo grauentur, vt
quomodo viuant vix ipſi habeant. Vtrū-
que pro domuncula: ſed lumen in ea ſigni
ficatione vix alibi obſerues. Focus in vſu
eſt de priuata cuiusq́ue domo. Cicero Phi
lip. ſecunda, Repetere Deos penates pa- 18
trios, aras, focos ſolos, larem familiarem.
Vnde & illud eſt, Pugnare pro aris & fo-
cis.

BREVI.) Curta.

r l. cū precario. ff. de preca. Angel. in d. l. papin. §. ſi qs mortis. ff. de inof. teſt. s l. qui inſulam. ff. loca. t l. 3. ſupra v Bar. in l. qui bona. §. ſi qs iuxta. ff. de dam. infect. x Bar. in l. ſed & ſi ſuſceperit. §. 1. ff. de iudic. Iaſ. in d. l. ſi ſuper poſſeſſione. y l. 1. §. fi. de offic. præf. vrb.

SICVTI medico imputari euētus mortalitatis nō debet, ita quod per imperitiam commiſit, imputari ei debet. Prætextu humanæ fragilitatis delictum decipientis in periculo hominis, innoxium eſſe non debet.

1 *Medici qui eſſe poßint.*

2 *Medicus & Chirurgus an poßit quis eſſe, qui lauream nullam adeptus eſt.*

3 *Pragma. 88.*

4 *Medicus qualis eſſe debeat.*

5 *L. decima, titulo nono. part. ſecunda. & infra num. 12.*

6 *Medici cura hæc prima eſſe debet, vt infirmi peccata confiteantur.*

7 *Medico qua actione debeatur ſalarium, & quo tempore.*

8 *Medico curanti inuitum an debeatur ſalarium.*

9 *Medici an debeatur merces, ſi infirmitas iterum redeat.*

10 *Mortalitas quæ ſignificet.*

11 *Medicus propter imperitiam quibus actionibus teneatur.*

12 *L. 6. titu. 8. part. 7. & nu. 14.*

 13 *Me-*

13 *Medici male curantes qua pœna puniantur.*

14 *Medicus dolo infirmum enecans, proditoris pœna puniendus eſt.*

15 *Medici an vitium irregularitatis contrahãt, & quid de Chirurgis.*

16 *Medicus qui leuem morbum periculoſum ſimulat, qualiter conueniendus.*

SIcuti medico.)

1 Vtriuſque ſexus[a] libero, liberto[b], aut ſeruo[c]: laureato an id minus? Omnes em̃
2 admittunt, & medicum & chirurgum quẽ eſſe poſſe, quanuis lauream nullam adeptus ſit[d], modo examen eorum ſubierit,
3 qui Archiatri ſunt: quod Hiſpaniæ leges latius aliquanto exequuntur[e]. Requiritur
4 autem in medico morum probitas, & artis peritia[f]: ad quæ quatuor illa redigim⁹,
5 quæ ex Ariſtotele ad Alexandrum ius no-
6 ſtrum refert[g]. Illudque primum omnium operam dabit, vt infirmi ante omnia medicos animarum adhibeant[h]. Debetur au-
7 tem medico ſalarium actione in factum, non actione ex locato: atq; ita Bartolus[i] & plures notant aduerſus Accurſium[k]. Sed eſt fortaſsis hui⁹ opinio verior, vt pro qua legis caſus expreſſus eſt[l]. Debetur
8 tempore quo ſani iam facti ſunt[m], non antea. Debetur etiam ei, qui inuitũ curarit[n]. Sed quid ſi annuum medico promiſeris pro curanda podagra, ſemelque liberatus, rurſus ea vexaris? Et approbata diſtinctio
9 eſt[o], vt ſi eadem morbi cauſa fuerit, de cætero ſalarium non ſoluas, ſi noua: ſoluas. Quid ſi de publico ſtipendium accipiat? Et extat, à ſingulis exigere eum precium non poſſe[p]: niſi aliud dictum ſit.

10 MORTAlitatis.) Mortis: ſic enim ſæpiſſime iuriſconſulti loquuntur[p]: aliâs mortalitas vitæ communis conditio eſt, & humanæ naturæ fragilitas: quomodo apud Ciceronem frequenter obſerues, Suetonium in Claudio, Vopiſcum in Caro. Sicque etiam hic accipi poteſt id, quod & ſequentia illa indicant Prætextu humanæ fragilitatis. Põtificij[r] & Doctores[s] vtriuſque iuris noua ſignificatione, pro peſte vſurpant.

11 PER imperitiam.) Ob quam & actione legis Aquiliæ, & ex locato ſiue in factum tenentur[t]. Iure noſtro præſcriptis quibuſ-
12 dam pœnis puniuntur[v]. Sed et ſi peritum ſe aſſeruit, & per eius imperitiã infirmus moriatur, pœna ipſe corporali puniri poteſt[x].

13 DECIpientis.) Si dolo medicus male ſecet, aut curet, aut noxia medicamenta exhibuerit, pro modo admiſsi ordinaria pœna, vel extra ordinem plectendus eſt[y]. Hiſpaniæ certe legibus[z], ſi infirmos medici
14 dolo enecent, tanquam proditores puniũtur, cũ altera[a] lege ſimpliciter pœna mortis his impoſita eſt.

INNOxium.) Sed & iure canonico clerici ſi fuerint, irregularitatis vitium cõtra-
15 hunt[b]: chirurgici vero vel maxime, id eſt, ſiue dolo, ſiue per imperitiam id faciant[c]. Sed quid ſi leuem morbum medicus ſonticum periculoſumque oſtentet, aut faciat
16 vt illicitas ab infirmo petitiones extorqueat? Et verius hoc eſt, vt hæ iudicis officio reſcindantur[d].

QVI vniuerſas prouincias regunt ius gladij habent, & in metallum dandi poteſtas eis permiſſa eſt.

1 *Iudicis officium ius eſt.*

2 *Inſulæ ſub Principum protectione erant.*

3 *Præſides cur in metallum damnare poſſent, deportare non æquè.*

VNIVERſas.) Orientalis aut Occidentalis imperij.

1 IVS.) Eſt igitur iudicis officium ius, quod hinc Bartolus notat[e].

2 IN metallum dandi.) Cur non & deportãdi[f]? An quia inſulæ ſub Principum pro-
3 tectione erant, deportationesque in inſulas fieri ſolerent? Et hoc Accurſius & Bartolus credunt. Ipſe ſubſiſto: nam & ſine auctore & lege loquuntur: & ratio infirmior aliquanto eſt[g].

PRAESES prouinciæ ſi mulctam quã irrogauit, ex præſentibus facultatibus eorum quibus eam dixit, redigi non poſſe deprehen-

a l.fi.ĩ pri. C. commu. de leg.
b l. medicus.ff. de e, per.lib.
c l.2.§.pe. C. de com. ſer. manu.
d Alex. ĩ 1.vol. conſ. 15.col.fi.
e Pragma. 88.
f l.1.ff. de decre. ab or di.faci.
g l.10.tit. 9.part.2.
h c.cũ infirmitas. de peni.& remiſ.
i Bar.in.l. 1.ff.ſi men. fal.mo.dix. Iaſ.in.§. actionũ. nu. 193.inſti.de actio.
k Gl.in.l. martius.ff. loca.
l l. qua actione.§.fi. ff. ad leg. aquil.
m l.archiatri.C.de profeſſ.& medi. vbi Bar. Iaſ.in.l. diẽ functo.n.12 de off.aſſeſ. & in.§.ſi minus.nu. 60.inſti.de actio.
n Gl.in.c. prouidendũ. 83.diſt. Roma. ſingu. 113.
o Bar.in.l. martius.ff. loca. Alex. ĩ.l.ſi ita ſtipulatus eſ. ſrm. col.fi. ff.de verb. oblig.
p Hipp.in l.lege Cornelia. col.1. ff. ad leg. cor. & ſicca.
q l.ſeruiſen tẽ.ff.ſi reg. ·nd.ſi. ff.ad leg. ſolema- ieſt.l.cũ vero.in princ. ff. de fideic. lib.
r c. quoſdã de pſump.
s Bar.in.l. interdũ.ff. de iudi.
t l. qua actione.§.ſi. cũ.l.ſeq.ff. ad.l.aquil.
v l.6.titu. 8.par.7.
x Hipp.in l.ĩ lege cornelia.n.4. ff.ad.l.cor. de ſicca.
y l.medic⁹ ff.de var.et extrao.cog.
z l.10. ad fi.tit.9.p1.2
a l.6.titu. 8.par.7.
b c.tua nos de homi.
c Inn.in.c. fi.de poſtu. præl.Luc.in rubri.C.de proſ.& medi.col.fi.
d Iaſ.in.§. quadrupli. nu.57.inſt. de actio.
e Bar.in.l. 1.col.4.ff.de iu. om.iud.
f l.1.§.hi quibus.ff.de lega.3.l.cui licet.ff.de regu.iur.
g l.depre catio.ff.ad leg. Rhod. de iac.

prehenderit, neceſsitare ſolutionis moderetur, reprehenſa exactorum illicita auaritia. Remiſſa propter inopiã mulcta à prouincias regentib⁹ exigi nõ debet.

1 *Mulcta et pœna quantum differant.*
2 *Paupertas quando proſit.*
3 *Pœnæ mitiores nobilibus, an tenuioribus imponantur.*
4 *Nobiles crimen læſæ maieſtatis committentes altiori furca ſuſpendendi ſunt.*
5 *Teſti pauperi quam diuiti minor fides adhibenda eſt.*

MVLCTAM.)
1 Mulcta à pœna quantũ differat Alciatus legẽdus eſt[a].
2 EX præſentibus facultatibus.) Prodeſt itaque nonnonquam paupertas: id eſt, cum de pœna pecuniaria agitur, quæ extra ordinem imponenda eſt: q̄ ſi ordinaria ſit, pauper in corpore luet, cui bona non ſunt[b]. In pœnis corporalibus pauperum deterior conditio eſt, ſicut &
3 viliorum. mitius enim nobiles diuitesque puniuntur[c]. Vnde eſt, vt quo ex delicto ignobilis furca ſuſpenditur, ex eodem nobilis iugulum ſubeat[d]: niſi crimẽ læſæ ma-
4 ieſtatis ſit, in quo nobiles altiori furca tolluntur[e]. Eſt etiam pauperum deterior cõditio, quo ad dignitates, honores muneraque ſubeunda:[f] tum etiam & his minor
5 quàm diuitibus fides ſit, cum ad teſtimonium adhibentur[g].

NECEſsitate.) Meli⁹ (vt arbitror) in Norico & alijs, neſsitatem.

a Alci. in l. ſi qua pœna. & in l. aliud ẽ fra⁹ ff. de verb. ſigni.

b l. quicũq; C. de ſer. fu. l. vlti. ff. de in ius voc.

c l. pedius. ff. de incen. rui. nauf. l. nemo. C. de ſum. trini. et fid. cath.

d Glo. in l. deſertorem ff. de re mili.

plat. in l. omnes. C. de delat. li. 10.

e Bal. in l. cum quidã ff. de in. in.

f l. ad ſubeũda. de decur. lib. 10.

g Auth. de teſtib. §. ſancimus.

VII. IDEM Libro tertio. Opinionum.

PRAESES prouinciæ inſpectis ædificijs dominos corũ cauſa cognita reficere ea compellat: & aduerſus detrectantem competenti remedio deformitati auxilium ferat.

1 *Socius non reficiens cum admonitus ſit, quãdo dominium amittat.*
2 *L. fi. titu. fi. part. 3.*

COmpetenti remedio.) Adeo, vt ſi ſocius 1
admonitus reficere detrectet, & quadrimeſtre tempus tranſierit, dominium ei ſocio addicatur, qui ſuis expenſis reficiat[h]: quod & ſingulare ius eſſe conſtat[i], & iure quoq; 2
noſtro approbatum eſt[k].

h l. ſi vt proponis. C. de ædif. priua.

i Ange. et Iaſ. in §. ſequẽs. col. 7. inſt. de act.

k l. fi. titu. fi. part. 3.

VIII. IVLIANVS Libro primo digeſtorum.

SAEPE audiui Cęſarem noſtrum dicentem, hac reſcriptiõe. EVM QVI PROVINCIAE PRAEEST ADIRE POTES, nõ imponi neceſsitatem Proconſuli, vel legato eius vel Præſidi prouinciæ ſuſcipiendæ cognitionis: ſed eum æſtimare debere, ipſe cognoſcere, an iudicem dare debeat.

1 *Teſtimonium de auditu, quando valeat.*
2 *Principum dicta & facta in cauſis allegari poſſunt.*
3 *Principis verba enunciatiua diſpoſitionem inducunt.*
4 *Reſcriptio pro reſcripto.*
5 *Præcepti an mandati verba ſint, quibus cognitio committitur, multum intereſt.*
6 *Principis delegatus quando ſubdelegare non poſſit.*
7 *Verba, Præſidem prouinciæ adire debes, an neceſſitatem inducant.*

AVDIVI.)
Notari hinc ſolet, valere te 1
ſtimoniũ de auditu in his quæ eo ſenſu percipiantur: qui tractatus latè ab alijs diſcuſſus eſt[l].
CAESAREM noſtrum dicentem.) Argumentum, vt non facta ſolum, ſed & dicta Principum in cauſis allegari poſsint. 2
nam & Principis verba enunciatiua (vt vo 3
cant) diſpoſitionem inducunt[m].
RESCRIptione.) Reſcripto: ſic edictũ 4
& edictio.
PRAESIDEM Prouincię adire potes.) His verbis Pręſidi cognoſcendi neceſsitas

l Innoc. in c. cauſam q̃ ẽ teſti. Cyn. Bar. & alij in l. teſtiũ. C. de teſtib.

m Gloſ. in clem. vnica de probat. Iaſ. in l. ex his. col. 1. C. de teſt. mil.

impoſita ideo non eſt, quia ad litigatorē dirigūtur: quòd ſi ad iudicem referantur,
4 multum intereſt præcepti, an mādati ſint. Hæc cognoſcendi neceſsitatem nō inducunt[a], illa inducūt[b]. Quocirca receptum[c]
5 eſt, vt Principis delegatus ſubdelegare nō poſsit: cui videlicet ſub verbo præcipiendi cauſæ cognitio commiſſa eſt. Sed quid ſi reſcriptio dicat. Pręſidem prouinciæ
6 adire debes. Et quanquam neceſsitatis ſignificatiora hæc[d], tamē nec tunc Præſidi cognoſcendi nec parti agendi neceſsitatē impoſitam Accurſius[e] & cæteri rectè arbitrantur.

a l. 1. ff. q8 iuſſu. b l. 1. ff. mādati. c Alex. in l. more. col. pen. ff. de iuriſ. om. iud. Iaſ. in. l. 2. col. 1. C. com mu. deleg. d l. creditores. cum. g. C. de pign. e Gloſ. & Bar. hic argu. d. l. 1. C. vt nemini.

IX. CALLISTRATVS Libro. 1. De cognitionibus.

GENERALITER quoties princeps ad Præſides prouinciarum remittit negotia per reſcriptiones, veluti, EVM QVI PROVINCIAE PRAEEST ADIRE POTERIS: vel cū hac adiectiōe, IS AESTIMABIT QVID SIT PARTIVM SVARVM. nō imponitur neceſsitas Proconſuli vel legato ſuſcipiendæ cognitionis, quanuis non ſit adiectum, IS AESTIMABIT QVID SIT PARTIVM SVARVM. Sed is æſtimare debet, vtrū ipſe cognoſcat an iudicem dare debeat.

1 *Partium ſignificatio multiplex.*

ADIECTIone.) Clauſula. ISQVE æſtimabit quid ſit
1 partium ſuarum.) Partes pro litigatorib⁹ etiam ex iuriſconſultorum vſu ponūtur[f]. Interdum & tractum ea vox ſignificat[g]. Nonnunqnam partes factiones ſunt, vt apud Cicer. Philip. 13. Suetoninm in Cæſare, & alibi ſæpe. Sed & in iure noſtro aliqnando[h], quod ſuo loco diximus. Nunc ad Præſidis officium refertur, cuiuſmodi & illud eſt[i], Quæ ſint partes præſidis.

f l. ab ea parte. ff. de proba. g l. iudices C. de nauic. lib. 11. h l. 2. §. nouiſsime. ff. I orig. iur. i l. 1. ff. de his q. ſui vel alien. ſunt.

X. HERMOGENIANVS Lib. 2. iuris Epitomarum.

EX omnibus cauſis de quib⁹ vel Præfectus vrbi, vel Præfectus Prætorio, itemque conſules, & Prætores, cæterique Romæ cognoſcūt: Correctorum & Præſidum prouinciarum eſt notio.

1 *Correctores qui.*
2 *Correctores an differant à Præſidibus.*
3 *correctores diuerſarum prouinciarum.*
4 *Correctoria adminiſtratio,*
5 *ἡγεμονικὴ adminiſtratio.*
6 *Adminiſtratio conſularis, Proconſularis, Vicaria, Præſidalis.*

COrrectorum.) Haloander in margine cor- 1
reptorum emendat. Coraſius mauult legi Rectorū, quòd nullibi (vt ait) legerit, fungi munere Præſidis Correctorem, de Rectore[k] vero Prouinciæ integer titul⁹ ſit. Ego nihil moto. nam & infra in lege penultima, Correctoris mentio fit, & alibi quoque non ſemel[l] in iure noſtro, eamq; lectionem vel Florentinæ Pandectæ agnoſcūt. Non pro- 2
bo pręterea Accurſij[m] inter Præſides Correctoresq; differentiam, vt illi in prouincijs, hi in Italia adminiſtraſſe dicantur: cōfundit enim opinionem hanc eadem lex penultima, quæ de Correctore Prouincię loquitur. Nam & extant huiuſmodi inſcriptiōes[n] Correctori Lucanię et brutiorū 3
Cuius etiam Caſsiodorus meminit lib. 3. Variar. & Vopiſcus in Aureliano. Tetricū Triumphatum, Corectorem Lucaniæ fecit, filio eius in ſenatu manente. Et Spartianus in Tetrico ſeniore pudore tamen victus, vir nimium Seuerus, eum quem triūphauerat, Correctorem totius Italię fecit, id eſt, Cāpaniæ, Samnij, Lucaniæ, Brutiorum, Appuliæ, Calabriæ, Hetruriæ, atque Vmbriæ, Piceni & Flaminiæ, omniſq; annonariæ regionis: ac Tetricum nō ſolum viuere, ſed etiam in ſumma dignitate manere paſſus eſt, cum illum ſæpe collegam, nonnunquam commilitonem, aliquando etiam Imperatorem appellaret. Sed & Sex. Aureli⁹ victor ī Aureliano. Hic Tetricū, q Imperator ab exercitu ī Gallis effect⁹ fuerat

k Rubr. C. de offi. rect. prouin. l l. vnica. C. vt om. iudi. tam ciuil. quā mili. m Glo. hic. et in auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffr. §. hac autem. n l. ſi quis decurio. C. ad. l. corne. de fal.

fuerat, Correctorem Lucaniæ prouexit, aſpergens hominē eleganti ioco, ſublimius habendum regere aliquam Italiæ partem, quàm trāſalpes regnare. Fuit & corrector Venetiarum & Hiſtriæ, & Corrector Cāpaniæ, vt in officijs Theodoſij legimus[a]. Extantq́; huiuſmodi inſcriptiones, Numidio Rectori Italiæ[b]. Ad Baſſum vicarium Italiæ[c]. Et in Codice Theodoſiano, Ad Maximinum Correctorem Tuſciæ[d]. Fuit itaque (vt ipſe autumo) Præſidis Prouinciæ & correctoris Prouinciæ officium ſimile, non idem tamen. Semper enim velut diuerſa hæc ponuntur. Legatus Cæſaris (inquit Papinianus[e]) vel Præſes, vel corrector Prouinciæ, abdicando ſe, non amittit Imperium. Sed & Zeno Imperator[f]. Nemo ex viris clariſsimis, Præſidibus Prouinciarum, vel Conſularibus, aut Correctoribus: & ſtatim. Sed per id tempus Præſides quidem & Conſulares, necnon Correctores.
4 Meminit etiam Nouella octaua[g] Correctoriæ adminiſtrationis, quam ἡγεμονικὴν vocat, & à conſulari, Proconſu-
5 lari, Vicaria, atque Præſidali diſtinguit.
6 *μήτε ἀνθυπατείαν μηδεμίαν, μὴ δὲ τὴν μέχρι νῦν καλουμένην βικαρίαν, μὴ δὲ τὴν κόμητας τῆς ἑώας, μήτε ἄλλην ἱκανοῦν ἀρχὴν, μήτε ὑπατικὴν, μήτε ἡγεμονικὴν, ἃς δὴ κονσουλαρίας καὶ κορρεκτορίας καλοῦσιν.* Et rurſus in notitia ſubiecta, *καὶ ὅσαι ἀρχαὶ, ὑπαρχικαὶ ἢ κορρεκτόριαι.* Sed & in Nouella. xvij, *κἂν εἰ ἡγεμόνες ὦσιν.* Ideſt etiam ſi Correctores ſint. Et ſtatim poſt principium in his quæ Græcè non extant: omnibus iudicibus noſtris, qui minores vel medias adminiſtrationes gerunt, ſiue inter Correctores, ſiue inter Conſulares, ſiue inter ſpectabiles ordinentur.

a Alciat. prætermiſſ. lib. 1.
b l. 3. C. qb. non obq. lō. temp. pſcri.
c l. vnica. C. ſi quis eū cui, tut. fue. corrup.
d l. non ſinuendum. de accuſat.
e l. pen. infrà.
f d. l. vnica.
g Authē. vt iudi. ſine quo. ſuffr. §. hac autem omnia.

XI. MARTIANVS. Libro. III. Inſtitutionum.

OMNIA enim prouincialia deſideria, quæ Romæ varios iudices habēt, ad officium Præſidum pertinent.

1 *Deſiderium quid ſit.*

PROuincialia.) Ideſt, Prouincialium.
7 DESIDERIA.) Accurſi⁹ & quidam alij deſideria pro negotijs accipiunt. Ego verius, preces Præſidi oblatas interpretur: de quo ſupra diſſerui pluribus[h].

h in l. obſeruare. ff. de offi. procon.

XII. PROCVLVS. Libr. IIII. Epiſtolarum.

SED licet is, qui prouinciæ præeſt, omnium Romæ magiſtratuum vice & officio fungi debeat: non tamen ſpectandum eſt, quid Romæ factum eſt, quàm quid fieri debeat.

1 *Praxis antiqua non temere deſerenda eſt.*
2 *Gloſſæ citandæ non ſunt, ſi leges allegari poſſunt.*

NOn tam ſpectandum eſt, quid Romæ factū eſt,
quàm quid fieri debeat.) Vt ab antiqua praxi recedēdum temere nō eſt[i], ſic mala non eſt ſeruanda[k]: colligitque Accurſius aduerſus eos argumentum, qui vulgarem reprobamque prorſus opinionem 1
ſecuti, leges cum ſint, gloſſas tamē citāt[l]. 2
Quid hac tempeſtate Accurſij faceres ijs, qui non dicam textus, non gloſſas, ſed ne antiquos quidem Doctores, aut ex recentioribus meliores qui ſunt, ſed nouiſsimorum quorundam nugas meras ſemper in ore habent? dum interim ſerpit malū, nec paucos in dies reperias, à quibus hæ tricæ probentur.

i l. illud. vbi Bal. ff. de excuſa. tut.
k Bal. hic. Alci. regu. 2. præſump. 30.
l Archid. in ca. nolite timere. 11. q. 3. Iaſ. in l. illum. colū. 2. C. de collat.

XIII. VLPIANVS. Libr. VII. De officio Proconſulis.

CONGRVIT bono & graui Præſidi curare, vt pacata atq; quieta Prouincia ſit, quā regit. quod nō difficile obtinebit, ſi ſollicitè agat, vt malis hoib⁹ Prouincia careat, eoſq; conquirat. Nam & ſacrilegos, latrones, plagiarios, fures cōquirere debet: & prout quiſq; deliquerit, in eū animaduertere: receptoreſq; eorū coercere ſine quibus latro diutius latere non poteſt. Fu-

teſt. Furioſis ſi non poſsint per neceſſarios cõtineri, eo remedio per Præſidem obuiam eundum eſt, ſcilicet vt carcere contineantur: & ita Diuus Pius reſcripſit. Sanè excutiendum Diui fratres putauerunt in perſona eius, qui parricidiũ admiſerat: vtrum ſimulato furore facinus admiſiſſet, an verò re vera compos mentis non eſſet: vt ſi ſimulaſſet, plecteretur: ſi fureret, in carcere contineretur.

1 *Iudex an poſsit partes compellere ad concordiam.*
2 *Iudici & eius familiæ non debetur præmiũ, quod ei propoſitum eſt, qui delinquentem cõprehendat.*
3 *Inquiſitio generalis & ſpecialis.*
4 *Inquiſitio, iudicium extraordinarium eſt.*
5 *Inquiſitio non procedit, niſi fama aut indicijs præcedentibus.*
6 *Inquiſitio generalis etiam fama non præcedente procedit.*
7 *Receptores delinquentiũ quatenus puniãtur.*

RAcata.) Fauorinus apud Gellium lib. 14. cap. 2. Id etia (inquit) quæri ſolet, an deceat, an cõueniet iudici, cauſa iam cognita, ſi facultas eſſe videatur componendi negotij, officio pauliſper iudicis dilato, 1 cõmunis amici, & quaſi pacificatoris partes recipere? Qui tractat[a] hîc incidit. Exiſtimant igitur Doctores noſtri, ſi inter ciuitates vel oppida naſcatur contentio, iudicis partes has eſſe, vt componat[c]: ideq́; & ſi inter priuatos, modò quæſtio criminalis ſit[b]. Quod ſi ciuilis fuerit, monere tãtum debet, vt pacto tranſactioneve negotio finem imponant[c]. Quinetiam & in ciuili compellet, vt ſcandalum vitet[d], vel ſi litigioſa res diu fuerit, & iura partium ambigua[e], vel ſi iudex Princeps ſupremus ſit[f].

2 MALIS hominibus.) Quid ergo ſi capiẽti bannitum præmium propoſitum ſit, & Poteſtas vel eius familia capiat? Et nõ deberi præmium Abbas[g] & Salomonius[h] notaut. In hoc enim de publico ſalaria his dãtur, vt malos conquirant: & ad id vel ex officio tenentur, iniquumq́ue eſt, vt pro eodem negotio duplicem ſtipem accipiant.

CONQVIRAT.) Inquiſitio (vt communiter traditum eſt) altera generalis eſt, altera ſpecialis. De generali propriè Vlpianus hîc loquitur, quę permiſſa eſt, cùm ſpecialis, ideſt, quæ contra certam perſonam ſit, iure ſingulari procedat. Namque regulariter ſine accuſatore nemo puniri ſolet[i]. Vnde etiam eſt, vt inquiſitionẽ Doctores vtriuſque iuris omnes cum Innocẽtio[k] iudicium extra ordinarium fateãtur: nec niſi exceptis quibuſdam caſibus locum habeat, & in eis non niſi fama publica, aut indicijs ſaltim præcedentibus[l]: idq́ue ſiue ordinarius ſiue delegatus iudex ſit. Angeli[m] enim ab omnibus[n] exploſſa ſententia eſt, qui delegatum ab ordinario diſtinxit. Certè, ad inquiſitionem generalem vt fama præcedat, neceſſe minime eſt[o]: quod & ipſum frequentiores fatentur[p]. 3 4 5 6

RECEPTORES.) Peſsimum genus eſt receptorum, ſine quibus latere nemo diu poteſt: & præcipitur, vt perinde puniãtur atque latrones[q], niſi fortè affinis, aut cognatus ab eis conſeruatus ſit. Hi enim ſe uerè adeò non punientur[r]. Idemq́; erit, ſi per ignorantiam perſonas ad ſe non pertinentes recipiant[s]. Idem, ſi coacti[t]: coacta enim non ſic imputantur[v]. Idem, & cum expreſſum à lege fuerit, vt in receptoribus raptoris[x], & ſi qua ſimilia ſunt[y]. 7

XIIII. MACER Libr. II. De iudicijs publicis.

DIVVS Marcus & Commodus Scapulę Tertyllo reſcripſerunt in hæc verba. Si tibi liquidò compertum eſt, Aelium Priſcum in eo furore eſſe, vt continua mentis alienatione omni intellectu careat: nec ſubeſt vlla ſuſpicio, matrem ab eo ſimulatione dementiæ occiſam, potes de modo pœnæ eius diſsimulare, cum ſatis furore ipſo puniatur: & tñ diligentius cuſtodiẽdus erit, ac (ſi putabis) etiã vinculo coercẽdus: quoniã tã ad pœnã, quàm ad tutelam eius, & ſecuritatem proximorum pertinebit. Si verò, vt plerumq́ adſolet,

a Authẽt. de mandat. prin. §. deinde.
b l. ſi vſuſfruct. §. ſi in ger. ff. de vſufr.
c Authẽt. vt litig. §. fine.
d l. aquiſſimum. ff. de vſuf. Bal. in c. cũ eccleſia volterana. de elect.
e c. placuit. 90. diſtinc. Abb. in ca. humilis. in 4. not. d ma io. & obed.
f c. cum inter R. ſenorem. de elec. Iaſ. in l. quidam aſtima uerunt. col. 3. ff. ſi cert. pet. Felin. in rub. d treu. & pa.

g Abb. in c. 3. eccleſijs. de cenſib.
h Mar. Salom. de voluntar. & inuolunt. pag. 38.
i l. Reſcripto. §. ſi qs. ff. de mune. & honor.
k Inno. i c. cũ oporteat. de accuſ. alcia. in c. 2. de off. ordi. nu. 14.
l l. iuſſiſſimus. C. d off. recto. puin.
m Ange. i l. ſi vacantia. C. de bo. vacã. li. 10.
n Alci. i c. 2. n. 33. d offi. ordi.
o c. Epiſcopus in ſynodo. 25. q. 6.
p Alci. i c. 2. nu. 40. de off. ordi.
q l. 1. ff. de recep.
r l. 2. ff. de recep.
s Glo. in d. l. prima.
t Flor. in l. omnibus. ff. de noxalib.
v l. 1. C. de naufr. lib. 11.
x l. vnica. §. Cæteros. C. d rap. virgi.
y Bar. in l. ſi qui opem. ff. de furt. Cap. cõſ. 34. nu. 11.

adſolet) interuallis quibuſdam ſenſu ſaniore non fortè eo momento ſcelus admiſerit, nec morbo eius danda eſt venia, diligēter explorabis, & ſi quiT tale compereris, cōſules nos, vt æſtimemus, an per immanitatem facinoris: ſi cum poſſet videri ſentire, cōmiſerit, ſupplicio adficiendus ſit. Cum autem ex literis tuis cognouerimus, tali eū loco atq; ordine eſſe, vt à ſuis vel etiā in propria villa cuſtodiatu :: recte facturus nobis videris, ſi eos, à quibus illo tempore obſeruatus eſſet vocaueris, & cauſam tantæ negligentiæ excuſſeris: & in vnumquenq; eorū, pro vt tibi leuari vel onerari culpa eius videbitur, conſtitueris. nam cuſtodes furioſis non adhoc ſolū adhibentur, ne quid pernicioſius ipſi in ſe moliantur, ſed ne alijs quoq; exitio ſint, quod ſi cōmittatur, non immerito culpæ eorū adſcribendum eſt, qui negligentiores in officio ſuo fuerint.

1 *Afflicto afflictio danda non eſt.*
2 *Carcer ad continendos non ad puniendos homines.*
3 *Furioſus qui ante furorem deliquit, pœna corporis puniendus non eſt.*
4 *Ad agnatos & gentiles deducere.*

CONtinua mentis alienatione.) Abſque dilucidis interuallis.

CVM ſatis furore ipſo puniatur.) Vnde & vulgo, Afflicto afflictio danda non eſt. 1

TAM.) In Norico & pluribus codicibus, non tam: quæ mihi lectio plus placet.

AD pœnam.) Nam neque in eo qui ſuæ mentis eſt, iure ciuili carcer ad puniendū, 2 ſed ad continendum haberi debet[a].

INTERuallis quibuſdam.) Et tamen ſi 3 quis ſanæ mentis cū eſſet, delinquat, deinde in furorem incidat, pœna corporis afficiendum eum non eſſe, crebrior opinio eſt[b].

SANIORE nō forte.) Tuſcus codex ſic habet, melius multò quàm alij, qui Saniore eſt, num forte legebant.

a l. aut dānū. §. ſolēt. ff. de pœnis.
b Iaſo. in l. ex facto. n. 30. ff. de vulga. & pup. & in l. patre. n. 42. ff. de his q ſui vel alie. iu. ſunt.

ORDINE.) Statu.

A SVIS.) Honeſtioris loci furioſi ſuorū cuſtodiæ cōmittebantur. Vnde & vetus illud, Ad agnatos gentilesque eſt deducendus. 4

XV. MARTIANVS. Lib. I. De iudicijs publicis.

ILLVD obſeruandum eſt: ne qui prouinciam regit, fines eius excedat, niſi voti ſoluendi cauſa: dum tamen abnoctare ei non liceat.

1 *Voti reus qui diceretur.*
2 *Damnatus voti qui.*
3 *Voto ſolutus quis.*

VOTI ſoluendi.) Voti reus is dicebatur, qui dijs 1 in euentum cōditionis promitteret: vbi conditio eueniebat, tū erat damnatus voti: qui votum impleuerat, voto ſolutus appellabatur[c]. Quare & alibi quoq; lex eſt[d], vt qui ſub prætextu religiōis, vel ſub ſpecie voti ſoluendi cœtus illicitos tētant, extra ordinem puniantur. 2 3

ABNOCTARE.) Hodie in his iuri Pōtificio ſtabimus.

c Alcia. in l. nominis et rei. ff. de verbo. ſigni.
d l. Sub prætextu. ff. de extraordin. crimi.

XVI. MACER. Lib. I. De offi. Præſidis.

SENATVſconſulto cauetur: vt de his, quæ prouincias regētes, comites aut libertini eorū antequam in prouinciam venerint, contraxerunt, parciſsime ius dicatur: ita vt actiones quæ ob eam cauſam inſtitutæ non eſſent: poſtea quàm quis eorum ea prouincia exceſſerit, reſtituātur. Si quid tamen inuito accidit, veluti ſi iniuriam aut furtum paſſus eſt, hactenus ei ius dicendum eſt, vt litem conteſtetur, reſq; ablata exhibeatur, & deponatur, aut ſi ſti exhiberive ſatiſdato promittatur.

1 *Præſcriptio an currat ei, qui agere impeditus eſt.*
2 *Iniuria Præſidi facta cuius ſit notio.*
3 *Iudicare in ſua cauſa quando quis poſſit.*
4 *Officiales Præſidis ſi iniuriā faciant, ad quē cognitio pertineat.*

5 *Iudex an poſſit recuſari vt ſuſpectus, quādo de ſuorum delictis cognoſcit.*
6 *Recuſari non pōt ille, à quo appellatio nō eſt.*
7 *Neceſſitas quatenus lege careat.*
8 *Neceſſitas rerum magiſtra eſt.*
9 *Litis conteſtatio in criminalibus quàm in ciuilibus cur magis permiſſa.*
10 *Sequeſtratio regulariter prohibita eſt.*

LIbertini eorum.) Valla dixiſſet liberti: ſed nos ſupra[a] Iuriſcōſultos defendimus. ANTEQVAM.) Multo minus[a] poſt[b], præterquam exceptis quibuſdam caſibus[c].
1 RESTItuantur.) Sed quomodo præſcriptio ei currit, qui agere minime potuit? Et receptior[d] opinio eſt Guilielmi diſtinguētis, iuris, an facti impedimentū ſit. Si iuris fuerit, & añ actionē cōpetētē ſuperueniat, præſcriptio nō curret[e]: ſi poſt, curret[f]: ſed impedito reſtitutio dabitur. Quod ſi facti impedimentū ſit, & iuſtū, currit etiā præſcriptio, ſed reſtitutio cōpetit[g]: ſi iniuſtū, præſcriptio currit, & reſtitutio nō dabit[h]. SI iniuriam vel furtum paſſus eſt.) Quid
2 ſi Præſidi ipſi iniuria fiat? Et cōſtat, notionē non ipſius eſſe, ſed ſuperioris[i], niſi forte iniuria notoria ſit[k]. Vñ in eo qui iudici alapā dederit (ſi res populo innotuerit) rectè rñdit Baldus[l], furcæ hunc à iudice ipſo
3 ſtatim ſubijci poſſe. Nā ne qs in ſua cauſa iudicet, ꝓ regula traditū eſt[m]: quæ multis
4 caſibus nō procedit[n]. Quid ſi Præſidis comites aut familiares alijs iniuriā faciāt? Et ſi circa officiū delinquāt, ad Præſidis notionē id ſpectabit[o], nō aliâs, niſi forte delictū notoriū ſit. Cū autē Pręſes de ſuorū delictis cognoſcit, appellatio ab eius ſnīa ad-
5 miſſa nō eſt[p]. Sed & neq; recuſari vt ſuſpe-
ctus poterit[q]. Nā à quo appellatio nō eſt,
6 is recuſari nequit[r]. Quid demum, ſi Comites vel domeſtici Præſidis ipſi interſe delinquant? Et cōiter[s] aiunt, Præſidis de hoc cognitionē futurā. Ceſſat enim ratio[t], quę ſuſpectū reddebat, cum par affectionis ratio fraudis ſuſpitionem omnē remoueat[v].
7 HACTENVS) Eatenus ergo caret lege neceſsitas[x], quatenus & durat[y]. Cuius
8 rei cōmodiſsima mihi ratio illa viſa eſt, ꝙ neceſsitas quoque rerum eſt magiſtra[z].
9 LIS conteſtetur.) Sed cur hic magis q̃ in in ciuilibus litis conteſtatio permittitur? Et reſpondet Bartolus rectè, periculum

a In l. manumiſſiões. ff. de iuſtit. & iure.
b l. pars literarū. ff. de iudic. l. Nec magiſtratibus. ff. de iniur.
c Soci. in regu. 306. īci. magiſtrat⁹.
d Bar. hic. Iaſ. ī rub. ff. de acq. poſ. nu. 5. Bald. de pſcri. ī. 1. parte. 6. partu. verſi. vigeſimus ſecundus.
e l. 1. ad fi. C. de anna. except.
f Vt hac. l.
g l. Et atti licinus. ff. de ſer. ruſt. prædio.
h l. 2. §. ſi qs. ff. ſi quis caut.
i c. dilect⁹. de pœni. c. ſi qs erga. 2. q. 7.
k Inno. in ea. ex parte. de verb. ſig. Iaſ. in l. q iuriſdictioni. col. 1. ff. de in om. iudi.
l Bal. í c. 1. §. iniuria. col. 1. de pa. iur. ſir. Iaſ. ī l. 1. C. de precib. imp. offer.
m l. 1. C. ne quis in ſua. cau. iud.
n Specu. in tit. de aucto. Iaſ. & alij in l. q iuriſ dictioni.
o l. Si quis forte. §. Si quis. ff. de pœn.

in his maius eſſe[a], vtpote quæ ad hæredes, niſi lite conteſtata, non tranſeant[b]. DEPONATVR.) Singulare ius eſt ꝓpter perſonę ſuſpitionem. alioqui enim ſequeſtratio regulariter prohibita eſt[c]. SATISDATO.) Duæ ſatiſdatiões præſtādæ, iudicio ſiſti, & de re nō dilapidāda.

XVII. CELSVS. Lib. III. Digeſtorum.

SI forte Præſes prouinciæ manumiſerit, vel tutorem dederit, priuſquam cognouerit ſucceſſorem aduenisse: erunt hæc rata.

1 *Ignorātis quàm ſciētis cōditio, qñ ſit melior.*

PRiuſquā cognouerit.) Ignorātis hic melior conditio eſt, non nunquā deterior[d], nonnunquam par[e]: 1
ſtulti tamen melioris cōditionis quàm periti eſſe non debent[f]. Quæ ſentētia (vt Angelus ſcite notat) iure quidem vera eſt, ex facto non obſeruatur. Et forte eorum ille notat ſententiam, qui docti multū parúmve, aut etiā indocti ij ſint, qui ad magiſtratus prouehuntur, nihil referre cēſent. Quaſi verò & ad belli quoq; munia nihil interſit, tyrones an veterani, rudes an exercitati milites deligantur.

XVIII. MODESTINVS. Lib. V. Regularum.

PLEBISCITO continetur, vt nequis Præſidum munus donum caperet: niſi eſculentum potulētumve, quod intra dies proximos prodigatur.

1 *Iudex munus accipiens qua pœna puniatur.*
2 *Eſculenta & potulēta quæ ſint, & cuius quātitatis à iudicibus accipi poſſint.*
3 *l. 7. titu. 15. lib. 2. ordi.*
4 *Iudex an poſſit finito officio ex pacto aliquid præter ſalarium accipere.*
5 *Puræ manus iudicum eſſe debent.*
6 *Aduocatis vltra ſalaria an liceat accipere.*
7 *Strenas & ob cauſæ victoriam præmia, aduocatis non licet accipere.*

MVnus donūve.) Si capiat, incidit in legem Iuliā Repetundarū, & probato crimine, officio (quāuis fini- 1
tum

p l. nulli. C. quo. appell. non recip.
q Deci. ī l. qui iuriſdictiōi. col. fi.
r l. Vnica. ad fi. ff. apd eū à quo appellatur.
s Bart. hic. ad fi. Soci. in l. qui iuriſdictiōi. col. fina.
t l. adigere. §. quamuis. ff. de iu. patr.
v l. Non ſolum. §. 1. ff. de ri. nup. l. ſed & milites. ver. coequalitas. ff. de excuſ. tuto.
x l. 1. ff. de off. conſul.
y Deci. ī l. 1. nu. 35. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſd.
z l. Omnes. C. de epiſ. et cleri.
a l. 1. §. Sed & ſi qs. ff. de Carbon. edict.
b l. 1. C. ex delic. defūc.
c l. 1. C. de prohib. ſeq. pecu.
d l. Error. l. regula. ff. de iu. & fac.
e l. Labeo. ff. de vſuc.
f l. ſeruus. ff. qđ vi aut clā vbi Angel.

tum non ſit) priuari pōt[a]. Sed & finito officio (ſi fugiat) iuramēto partis hæc ꝓbanī[b].
2 ESCVLENtum poculētúmue.) Quod ad eſum, ac potum pertineat, Apuleius de dogmate Platonis ventrem gyris inteſtinorum circumplexum, & nexibus impeditum eſſe ne eſculenta & poculenta ſeſe penetrent, ſed vt retenta pauliſper, vtilitaté ſui & ſenſum animantibus exhiberent.

QVOD intra dies proximos prodigat.) Hoc & Pontificij etiam in iudicibus delegatis probant[c]: alibi[d] ad ſummam centū aureorū in anno extenditur: alibi velut iudicis arbitrio relictum eſt[e]. Nec omnia (inquit) neq; paſsim, neq; ab omnib[f]. Iure nouiſsimo[f] etiam eſculenta & poculēta (mo
3 do ſalariū de publico ſufficiat) capere prohibentur. Iure[g] Regio capere licebat, dum tamen modica eſſent, eaque & oblata vltro, & poſt prolatam ſnīam. Hodie[h] etiā lite finita, officij tamen anno nondum finito, & per totum officij ſui tempus eſculenta & poculenta ne capiant, ſub grauiſsimis
4 pœnis prohibentur. Sed quid ſi Præſes cū eſt, paciſcatur, vt finito officio præter ſalarium ei aliquid detur? Et nō valere pactionem hanc, Accūrſius[i], Odofredus & om-
5 nes conueniunt. Extenſiua[k] igitur verba meritò quis appellet, quibus Iuſtinianus in Nouellis iudices ſæpiſsime monuit: pu-
6 ras manus vt habeant. Sed num & aduocati ipſi non vltra præſtituta honoraria[l]? Et C. Plinij exemplū eſt, qui lib. 5. Epiſto. ad Valerianū de ſe ipſo ſic ait. Quàm me iuuat, ꝙ ī cauſis agēdis nō modò pactiōe, dono, munere, verūetiā xenijs ſemper abſtinui. Et reliqua. Nā & verius eſt (quicqd nōnulli ſenſerint[m]) iuramēto eā ꝓmiſsionē nō cōfirmari, qua cliēs vltra ſalariū ad-
7 uocato ꝓmittat[n]. Et huc quoq; reſpexiſſe conſtitutiones videri poſſunt, quæ *vinitria*, ideſt, ob cauſæ victoriam præmia, ſtrenas ſcilicet & quas vulgus Albricias appellat, ab aduocatis accipi, ſub pœnarum interminatione vetant. Quo iure vtimur.

a l. iudices. C. de digni. lib. 12.
b Gl. in authen. vt iudi. ſi quoquo ſuff. §. neceſſitatem Iaſ. in l. vnica. nu. 4. C. vt omn. iud. tā ciuil. quam mili.
c ca. ſtatutum. §. inſuper. de reſcr. in ſexto.
d l. eadē. §. fi. ff. ad l. Iulia repet.
e l. ſolet. ſu pra. de offi. procon.
f Authēt. vt indic. ſi quo. ſuffra. §. fi.
g l. 7. & 30. tit. 15. li. 2. ords. l. 30. tit. 3. eo. lib.
h Progm. 40. fo. 30. colum. 1.
i Glo. in l. Iuriſgētiū. §. ꝑtor ait. ī gl. plebiſcito. ff. d pact.
k l. 1. §. ſed ſi adita. ff. ad Tertul.
l l. 1. §. licita. ff. d var. & extra ordi. cognit.
m Guido. pap. deciſio. 140. Dec. in l. creditori. C. de pact.
n l. 1. l. 5. ad ſi. ff. ad l. Iuliam. repet. Alci. in d. l. creditori. in verſi. patrocinio.

XIX. CALLISTRATVS. Lib. I. De cognitionibus.

OBSERVANDVM eſt ius reddentē, vt in adeundo quidem facilem ſe præbeat, ſed contemni non patiatur: vnde mandatis adijcitur, ne Præſides prouinciarū in vlteriorem familiaritatem prouinciales admittant. Nam ex conuerſatione æquali contemptio dignitatis naſcitur. Sed & in cognoſcendo neq; excandeſcere aduerſus eos, quos malos putat, neq; precibus calamitoſorū lachrimari oportet. id enim non eſt conſtantis & recti iudicis cuius animi motum vultus detegit. Et ſummatim ita ius reddi debet, vt auctoritatem dignitatis ingenio ſuo augeat.

1 *Conuerſatio nimia an pariat contemptum.*

NAm ex conuerſatione æquali cōtemptio dignitatis naſcit.) Parit (inquit Apu- 1
leius de Deo Socratis) cōuerſatio cōtemptum: raritas cōciliat ipſa rebus admirationē. Id qđ merito inter fatuos vileſq; ꝓcedere Azo dicebat[o]. Auget eīn potius aſsidua & frequēs conuerſatio affectionē, etiā inter cōſanguineos[p]. Vnde & illud quæſitū eſt, an legatū cōſanguineo præſumatur relictū contemplatione cōuerſationis magis q̄ ſanguinis? Et alij aliter diſtinguunt[q]: quæ referre, noſtri huius inſtituti non eſt.

XX. PAPINIANVS. Lib. I. Reſponſorum.

LEGATVS Cæſaris, ideſt Præſes, vel corrector prouinciæ, abdicando ſe non amittit imperium.

1 *Prælatus renuncians in manibus non ſui ſuperioris quid perdat.*
Ideſt, Præſes, alij Codices, vel, pro, ideſt.

ABdicando.) Sic & lege Pontificum beneficia non niſi in manu ſui epiſcopi dimittunt[r], nec vaſallus abſq; principis ſui auctoritate féudum relinquit[s]. Sed nec renunciatione litis is excludetur, q ſacerdotiū ſimpliciter eiurauerit, vt Imola, Alexāder Alciatuſq;[t] notāt. Annotauit tn̄ Innocentius[v] ſi Præla- 1
tus in manibus nō ſui ſuperioris beneficio renunciet, quaſi poſſeſsionē cum amittere, quan-

o Glo. in c. qn̄. 86. diſt. Fel. in c. repellātur de accuſa.
p l. cū allegat. C. d caſt. pec. li. 12.
q Alcia. ī regu. 1. præſump. 30.
r c. admonet d renū.
s Bal. in authē. in ſucceſsione. ā ſi. C. de ſu. & legi.
t Alci. in l. poſt quā liti. C. de pac.
v Innoc. in c. ſuper hoc. & in c. qđ ī dubijs de renūc. Ang. hoc.

re, quamuis ius prælati non perdat.

XXI. PAVLVS. Libr. ſingulari de officio adſeſſorum.

PRAESES cũ cognoſcat de ſeruo corrupto, vel ancilla deuirginata, vel ſeruo ſtuprato: ſi actor rerum agentis corruptus eſſe dicetur, vel eiuſmodi homo, vt non ſolam iacturam aduerſus ſubſtãtiam, ſed ad totius domus euerſionem pertineat: ſeuerißime debet animaduertere.

1 *Agentes in rebus qui.*
2 *Corruptores ſecundũ rigorem puniendi ſunt.*
3 *Actio de ſeruo corrupto an detur ei, cuius mores corrupti ſunt.*

DEVIRginata.) Muliere facta, ſeu defloratа,
SI ACTOR.) Maius em̃ delictum eius eſt, qui actoris ſerui mores corrumpit.

1 RERVM agentis.) Agentes in rebus ij erãt, qui per prouincias diſperſi res varias Auguſtorum nomine curabant. Ijdem aucto imperio, per turmas diuiſi & alij Centenarij, alij Ducenarij dicti. De quib[us in]tegra eſt Rub. libro. xij[a]. Codicis Iuſtiniani. Amianus Marcellinus ſæpe horum meminit, & Symmachus ad Theodoſium in epiſt. Meminit & innominatus auctor qui ſub Theodoſio Iuniore militiam Romanam deſcripſit, eoſque ſub Magiſtro officiorum conſtituit. Denique & Codex notitiarum Remp. ſub Arcadio & Honorio continens vicario Britanniarum, & Vicario ſeptem prouinciarũ in Gallijs ſubijcit, Principem de ſchola Agentium in rebus ex Ducenarijs, idemq; in vicariatu Hiſpaniæ facit.

a Rub. C. de agẽt. in reb. lib. 12.

SOLAM iacturam.) Melius in alijs eſt, Sola iactura.

SEVERISSIME.) Argumentum hic 2 locus præſtat, vt in corruptores rigor iuris ſit attendẽdus. Quo circa probabilis eo 3 rum opinio eſt, qui non æquitate, ſed rigore actionem de ſeruo corrupto ipſimet, cuius ingenium corruptum eſt, dari credũt[b]. Niſi quòd actio, quæ pro filijs corruptis cõpeterit[c], vtilis ſine dubio eſt, vtiles actiones æquitate magis quàm rigore conſtante[d]. Adhuc ergo hoc in medio relinquo.

b Iaſ. in. §. ſequens. col. pen. inſti. de actio.
c L. & tan tum. §. 1. ff. de ſer. corrup.
d L. 2. §. itẽ Varus vbi Bal. ff. de aqua plu. arcen.

DE OFFICIO procuratoris Cæſaris vel rationalis. Tit. XVIII.

1 *Procurator Cæſaris cur inſtitutus.*
2 *Procuratoris Cæſaris quæ poteſtas.*
3 *Procuratore Cæſaris abſente cuius ſit cognitio.*
4 *Procurator Cæſaris, & Procurator fiſci an differant.*
5 *Bartoli lapſus.*
6 *Rationalis, an ſit idem qui & Procurator Cæſaris.*
7 *Procurator patrimonij qui.*
8 *Rationalis vnde dictus.*
9 *Procuratores Cæſaris & fiſci multi.*
10 *Hiſpaniarum rationales Procurator priuatæ rationis.*
11 *ἴδιος λόγος.*
12 *Procurator rerum priuatarum, Rationalis rei priuatæ.*
13 *Procuratores Cæſaris non in vniuerſum, ſed vnius aut alterius negotiationis.*
14 *Procuratoris Cæſaris in locum, qui hodie ſucceſſerunt.*
15 *Collectores ſummi Pontificis, an ſimiles ſint procuratori Cæſaris.*
16 *Fiſci patronus qui.*
17 *Ordinator.*
18 *Procurator fiſcalis.*
19 *L. 1. tit. 12. Lib. 2. ordi.*
20 *L. 12. titu. 18. part. 4.*
21 *Procurator fiſci, & fiſci patronus differunt.*

DE officio procuratoris Cæſaris.) Princeps Romanus, à quo iu- 1 ra naſcuntur[e], legibus viuere volens, quãuis legibus ſolutus[f] eſſet, ne (quod alijs nõ licet[g]) in ſua cauſa ipſe ſibi ius diceret, magiſtratum creauit, cui interſe priuatosq; iuriſdictio cõpeteret: qui Procurator Cæſaris ap 2 pellatus eſt, cuius varia fuit poteſtas. Tiberius em̃ ius ei in ſeruitia, familiareſque, pecunias ſolũ dedit: adeo, vt Lucilliũ Capitonem Procuratorẽ in Aſia ſuũ à Senatu dãnari pmiſerit, q̃ præſcripta mãdata exceſſiſſet, vimq; Prætorũ vſurpaſſet. Amplius Claudius Cæſar eõ ce[ſſit] effecitq;, vt Senatuſconſulto caueretur, res à procuratorib⁹ ſuis iudicatæ, eandẽ vim obtinerent, atq; ſi ipſe ſen-

e l. meminerit. C. vnde vi.
f l. Digna vox. C. de legibus.
g l. 1. C. ne quis in ſua cau.

ipſe ſentẽtiam dixiſſet. Vnde maxima po-
teſtatis occaſio Cumano & Felici eius in
Iudæa ꝓcuratoribus: de qua merito Ioſip-
pus conqueritur. Sub Traiano aduerſus in
uitos iuriſdictio nulla Procuratori Cæſa-
ris fuit, liberumq́; erat litigantibus eũ non
adire: tãtum neceſſe fuit, vt ſi de cauſa fiſ-
cali ageretur, in conſiliũ à Præſide adhi-
beretur. Cuius rei vel Traianus ipſe in epi
ſtolis ad Plinium teſtis eſt. Tandẽ illuc veo
tum eſt, vt quoties quæſtio inter fiſcũ pri-
uatosq́; vertitur, fiſci procurator ſit adeuo
3 dus[a]. Adijciuntq́; Accurſius[b], Bartolus[c], &
Martinus Laudenſis[d], ſi Procurator Cæſa
ris abſit à Prouincia, Pręſidis, ideſt, iudicis
ordinarij cognitionẽ futuram. Tantũ verò
Procuratori huic tributũ (quod Feneſtel-
la ſcribit) vt Imperatoriæ totius rei licẽtia
eidem cõmitteretur, ita, vt quicquid ab eo
negotiorũ principalium gereretur, perin-
de eſſet ratum, atque ſi à Cæſare tractare-
tur. Cæterũ, & dubitatũ illud eſt, Procura-
4 tor Cæſaris, Procuratorq́; fiſci idẽ nè ſint?
Et ſunt q fiſci Procuratores eos arbitrent̃,
q Publica Principis iura moderant̃: Cæſa-
ris verò hos, ad quorũ curã priuatũ Cæſa-
5 ris patrimooiũ pertioeat: qđ & hic Cora-
ſius ſequutus eſt. Bartolus[e], comitẽ rerum
priuatarũ, ideſt, procuratorẽ Cæſaris, Ra-
6 tionalem, ideſt, procuratorẽ fiſci male in-
terpretatus eſt. Alciatus[f] promiſcue hos
accipi, Rationalesq́; etiã appellari arbitra
tur, & Procuratores patrimonij: idq́; ego
probo. Sic enim Iulius Capitolinus in Ma
ximinis, & in Gordianis, & in Clodio Albi
no, quem modo Procuratorẽ fiſci, ſtatim
7 ſuum vel Cæſaris, vel etiam Rationalẽ ap
8 pellant. Dictus autẽ Rationalis eſt à ratio-
nibus reddẽdis. Capitolinus in Antonino
Pio, Procuratores ſuos & modeſtè ſuſcipe
re tributa iuſsit, excedentes modum, ratio
nem ſactorum ſuorum reddere præcepit:
nec unquam lætatus eſt ludo, quo Prouin
cialis oppreſſus eſt. Contra Procuratores
ſuos conquerentes libẽter audiuit. hos cur
tantopere odio habuerit Imperator Ale-
xander Seuerus, vix dixerim. Ratiooales
(inqt Lãpridi[o]) cito mutabat, ita, vt nemo
niſi aooũ cõpleret: eosq́; etiã ſi boni eſſent
9 oderat, malũ neceſſarium vocãs. Sanè Pro
curatores Cæſaris ſeu fiſci in ꝓuincijs mul
ti erãt: ſicut vel Proconſules, vel Præſides
Prouinciarũ multi. Quare Rationalẽ Afri

a l. ad fiſcum. C. vbi cau. fiſ. l. defendente. ff. de auth. tut.
b Glo. in l. defenſionis. in gl. cognitio. C. de iu. fiſ. lib. 10.
c Bart. in l. ſi vacantia. C. de bono. vac. lib. 10.
d Martin. Laud. de fiſc. q. 147.
e Bart. in l. ſi qñ. C. de bon. vacan. lib. 10.
f Alciat. in l. ꝓcurator priuatæ rationis. C. de eodem. & in l. vniuerſi. C. de fun. rei priua. lib. 11. & in lib. de magiſtr. ciuilibusq́; offi. pag. 81.

cæ fuiſſe legimus in Codice Theodoſia-
no[g], & Rationalẽ Numidiæ[h], & Rationa- 10
les Hiſpaniarũ[i], & Rationales trium Pro-
uinciarũ[k]: quorũ etiam in Codice Iuſtinia
neo[l] mẽtio eſt. Quinetiam & gñraliter ad
Rationales[m]. Inter cæteros verò, Aegypti
Rationalis ſpeciali noĩe procurator Priua
tæ rationis dictus[n]. Et à Græcis ἴδιος λόγος, 11
ad quẽ indagatio bonorũ vacãtium perti-
nuit, & eorum, quæ Adeſpota dicunt̃: tum
earũ quoq́; rerũ, quę Cæſari deberentur[o].
Fuit & Procurator rerũ priuatarũ à Seue- 12
ro primũ inſtitutus, qđ in eius vita ſpartia
nus his verbis declarat. Filijs etiam ſuis ex
hac ꝓſcriptiõe tantũ reliquit, quantũ nul-
lus Imperatorũ, cũ magnã partẽ auri per
Gallias & Hiſpanias, per Italiã Imperato-
riã feciſſet: tuncq́; primũ priuatarũ rerum
ꝓcuratio cõſtituta eſt. Hic fortè idẽ qui &
Comes rerũ priuatarũ fuit[p]: idemq́; (vt ar-
bitror) Rationalis rei priuatæ quodã in lo 13
co dicitur[q]. Inter quẽ & Procuratorẽ fiſci
ſeu Cæſaris ea videri põt fuiſſe differẽtia,
ꝙ ille publicas, hic priuatas Principũ res
procurarẽt. Erãt & Procuratores Cæſaris
quidã non in vniuerſum alicui Prouinciæ
dati, ſed illi, vel illi negotio: qđ Alciat[o] re-
ctiſsime ex antiqua inſcriptiõe coniectat̃,
quæ Corinthi in hæc verba hodie legitur.
THEO. PRAEPON. AVG. LIB. PROC.
DOMINI. N. AVRE. SEVERI ALE-
XANDRI PII FEL. AVG. PROVIN-
CIAE ACHAIAE ET EPYRI ET
THESSALIAE, RATIONALEM
PVRPVRARVM. PROC. AB EPHE-
MERIDE PROC. A MANDATIS
PROC. A PRAED. GALLIAM. PROC.
SALTVS DOMITIANI TRICLINI-
ARCHAM, PRAEPOSITVM A FI-
BLIS PRAEPOSITVM A CHRI-
STALLINIS HOMINEM INCOM-
PARABILEM TIXANDER AVG.
LIB. OFFICIALIS. Sed & in Codice
Theodoſiano inſcriptio eſt[r]. Verecundo
Rationali Summarũ. Et in Iuſtinianeo[s],
de procuratoribus Prædiorum domus Au
guſtæ mentio eſt. In huius magiſtratus lo- 14
cũ qui ſucceſſerit, hodie (quod ſciã) iudex
nullus eſt: niſi ꝙ Bald[o][t], & Iaſon, Collecto 15
res Summi Põtificis ſimiles hĩs eſſe dicũt.
Purpuratus[v] eũ quẽ Præſidẽ patrimonij
appellamus, opinatus eſt. Fuit tamẽ & fiſci 16
patronus, ſiue aduocatus[x], quẽ Imperator
Adrianus (auctore Spartiano) primus inſti
tuit: quo præſente, & fiſci noĩe aut agente,
aut defen-

g l. 3. de iure fiſ. l. 1. de metal.
h l. 4. de bo. vac.
i l. vnica. de his qui ſe defer.
k l. vnica. com. diui. l. 3. de petitio.
l l. poſſeſſionũ. C. commu. vtr. iudi.
m l. vl. ibi ſan.
n l. Procurator. C. de edendo. vbi Alciat.
o Bud. in ti tul. de offic. quæſt. Alciat. de magiſtr. ciuilibusq́; off.
p l. 1. C. de off. comi. re. priua.
q l. vlti. C. de aduoc. fiſc.
r l. ab eo. diſti. de iu. fiſc.
s Rubri. de conduct. & procur. prædio. fiſ. li. 10.
t Bald. hic. colũ. 2. Iaſ. nu. 7.
v Purpur. in l. ſi eadẽ. nu. 40. ff. de offi. aſſeſſ.
x Rub. C. de aduoc. fiſ. l. nemo. C. de aduo. diuer. iudicio.

aut defendente, fiſcales cauſæ tractantur[a]:
qui in eodẽ Codice Theodoſiano aliquan
17 do[b] Rationalis vocatur. Antiqu⁹ interpres
18 Ordinatorem appellat, leges Regiæ[c] Pro
19 curatorẽ fiſcalem, & Patronum fiſci[d]. Ad-
20 duntq́ue, eum qui dignitatem hanc conſe
quatur liberari à poteſtate patris. Id quod
Nouellæ conſtitutiones[e] generaliter etiã
edixerãt. Hoc me officio, miſsis eius codi
cillis trigeſima die Maij, Anni. M.D.L.II.
Imperator noſter dignat⁹ eſt. Ego, ne fun-
gerer, deprecatus: neque verò, me vt excu
ſarem, tunc leues cauſæ fuerũt. Verùm &
ex ſupra ſcriptis ſat conſtat, quantum ij fal
lantur, qui Procuratorem fiſci & Patronũ
fiſci ita cõfundunt, vt idem officium fuiſ-
21 ſe arbitrentur. Tum etiam illud errare Bar
tolum[f] & ante eum Azonem[g], dum Procu
ratorem Cæſaris, Procuratorẽ priuatæ ra-
tionis, Comitem rerum priuatarum idem
officium arbitrati ſunt: quod ex recẽtiori-
bus quoque quidam[h] leuiter quidem illi,
ſed bene perſtringunt.

a l. ſi fiſcus ff. de iu. fiſc. l. 2. C. ſi aduer. fiſc.
b l. ſi quis rẽ de iuriſdic.
c l. 2. tit. 12. lib. 2. ordin.
d l. 12. titu. 18. parti. 4.
e Authẽ. conſtit. quæ de digni. §. gñraliter. l. vlt. C. de decur. libr. 10. Azo. ĩ ſumma inſt. qb. mo. ius pat. pot. ſol.
f Bart. in l. ſi qñ. C. de bon. vacan. lib. 10.
g Azo. in ſumma. C. de offi. com. re. priua.
h Conrad. Brun. de lega. lib. 1. c. 3.

VLPIANVS. Lib. XVI. Ad edictum.

QVAE acta, geſtaq; ſunt à Procuratore Cæſaris, ſic ab eo comprobãtur, atque ſi à Cæſare geſta ſunt. Si rẽ Cæſaris procurator eius, quaſi rem propriã tradat: non puto eum dominium transferre: tunc enim transfert, cum negotiũ Cæſaris gerens, conſenſu ipſius tradit. deniq; ſi venditionis, vel donationis, vel tranſactiõis cauſa quid agat: nihil agit. non enim alienare ei rem Cæſaris, ſed diligenter gerere commiſſum eſt. Eſt hoc pręcipuum in procuratore Cæſaris, quod & eius iuſſu ſeruus Cæſaris adire hæreditatem poteſt. & ſi Cæſar hæres inſtituatur: miſcendo ſe opulentæ hæreditati, procurator hæredem Cæſarem facit.

1 *Geſta & acta an differant.*
2 *Inculcatio quid ſit.*
3 *Periſſologia frequens in iure noſtro.*
4 *Libellus quo quis ſe geſiſſe ait negotium alterius, in iudicio an procedat?*
5 *Libellus verbis improprijs conceptus ſuſtinendus eſt.*
6 *L. 11. titu. 1. lib. 3. ordi.*
7 *Copula poſita inter duo diuerſa quid operetur.*
8 *Acta publica vel priuata quæ ſint.*
9 *Remiſsio iuris domino competentis nulli procuratori licita eſt.*
10 *Mandati fines quando excedi poſsint.*
11 *Mandato alicuius aut ex voluntate ipſius aliquid fieri, paria ſunt.*
12 *Libera poteſtas an videatur conceſſa his verbis, Promiſit habere ratum & gratum.*
13 *Libera poteſtas non videtur conceſſa, niſi ſpecialiter.*
14 *Plenæ poteſtatis conceſsio quid comprehẽdat.*
15 *Ratum ſe habiturũ dicens, acſi eſſet præſens, an dicatur liberam concedere.*
16 *Rata ſe habiturum promittens, quæ legitimè aut quæ pro ipſius vtilitate geſta fuerint, non videtur concedere liberam.*
17 *Procuratoris conſtitutio debet eſſe indiuidua & ſimplex.*
18 *Procurator ſiue ad negotia ſiue ad iudicia quñ ſubſtituere poſsit.*
19 *Procurator cum libera ſubſtituere poteſt.*
20 *Nuncius non ſic poteſt ſubſtituere, vt procurator.*
21 *Mandati reuocatio quando habeat locum.*
22 *Procuratoris in rem ſuam, & ſimplicis differentia.*
23 *Mandati reuocatio, an debeat innoteſcere vt effectum habeat.*
24 *L. ſi mandaſſem. ff. mandati.*
25 *L. ſi pater. ff. de manumiſsis vindicta.*
26 *Tres huius. l. intellectus.*
27 *Error quando impediat dominij trãſlationẽ.*
28 *Error circa perſonam, quando vitiet.*
29 *Error circa rem quando vitiet.*
30 *Error in dominio rei quando eius tranſlationem impediet.*
31 *Error circa cauſam, quando obſtet.*
32 *Adminiſtratoribus non licet alienare.*
33 *Procuratori Cæſaris cur non liceat vendere.*
34 *Fiſci & Cæſaris res, an diuerſæ ſint.*
35 *Reſpublica & fiſcus differunt.*
36 *Procurator ciuitatis in conuentibus eſſe non poteſt, qui debitor ciuitatis eſt.*
37 *Hæreditas per procuratorem adiri nõ poteſt.*
38 *Procurator Cæſaris hæreditatem illi delatam adire poteſt.*
39 *Regum manus & aures multæ.*
40 *Fiſcus, per procuratorem adire poteſt.*

41 Eccleſia

45 *Eccleſia per procuratorem adire poteſt.*
42 *Hæreditas quando per procuratorem adiri poßit.*
43 *Bonorum poſſeßio per procuratorem agnoſci poteſt.*
44 *Imperatori quando ipſo iure acquiratur*
45 *Filius quibus caſibus iure priuatorum non vtatur.*

QVæ acta geſtaque ſunt.) Cum copula poni ſoleat inter diuerſa[a], dubitatũ hic eſt, geſta & acta in quo differant? Et quidã Synonyma magis exiſtimant, id eſt, quæ diuerſis vocibus idem ſignificent: vt enſis, mucro, gladius. Accurſius differre credit, quòd acta, generalius uomen eſt, & ea quæ vel in iudicio, vel extra iudicium fiunt, comprehendit[b]. Barto-
2 lus inculcatiouem contendit (eſt inculcatio, verborum adiectio ſuperflua, quã veteres Periſſologiam appellant) id quod in huuc modum probat. Nam cũ poſito verbo generali ſpeciale adijcitur, fit hoc ad ſpecialem rationem denotãdam[c]: ſed hîc ſpecialis nulla ratio ſignificatur: igitur inculcatio eſt, ſiue geſta ſtrictè, ſeu etiam large accipiamus, pro his quoq;, quæ iu iudicio expediuntur. Ego inter acta, ſeu facta didici ſubtilem quandam eſſe differentiã: attamen καταχρηστικῶς nihil hæc differre[d]. Iu hoc etiã cum Bartolo procliuior ſum, vt ſit hæc quædam periſſologia, cuius nõ
3 vnum exemplum eſt. Sic, Data ſoluta[e]: ſic, Vitium morbumq;, tollendæ dubitationis gratia bis ex æquo Aediles dixerunt[f]. Sic Acta facta geſtaq; ab eo, qui curator bõis datus eſt, rata habentur[g]. Nam quod exẽplum Accurſius[h] & Bartolus afferunt de certi condictione, verum non eſt. Cauſam euim illic pro contractu accipimus: quæ
4 commuuis expoſitio eſt[i]. Verum & ex ſupra ſcriptis Bartolus eorum opinionẽ merito reprehendit, qui huiuſmodi libellum non procedere arbitrantur, quo quis geſiſſe ſe in iudicio negotia alterius dicat. Nam & large, iudiciaria continet, & ex adiũctis illis in iudicio, tollitur ambiguitas[k], & verba ex communi vſu exaudiantur[l]: quo tamen geſta appellamus, quæ vel iu iudicio, vel extra iudicium fiant. Adde q̃ hæc opiuio approbata eſt[m]: nam & in edicto Prætoris, geſtum largè ſumitur[n], & li-
5 belli verbis improprijs concepti ſuſtinentur[o]. & Hiſpaniæ iure[p] æquiſsimo dubium
6 non eſt, quo ſolennia libellorum ſcrupuloſa (dummodo de veritate iudici conſtet) remiſſa ſunt. Sed & quod ſupra dixim[9] de copula, eum intellectum habet, vt ſi quan-
7 do inter duo ponatur, quorum vnum alteri inſit, ambo in vnum reſoluantur, ſitque alterum veluti quædam adiectio alterius. Quod cum Bartolus[q] non vuo in loco do-
8 cuerit, cæteri etiam ſequuti ſunt. Quæ vero acta cauſæ ſiue publica ſiue priuata ſint ab alijs opportuno loco traditum eſt[r].

EO.) Cæſare.

CAESARE.) Niſi fortè ea faciat, ad quę mandatum non extenditur: vt ſi remittat
9 Cæſaris ius. remiſsio enim, donationis ſpecies eſt, quæ huic, & cuicunque Procuratori iuterdicta ceuſetur[s]. Sicut illud palàm
10 eſt, nou excedere eum fines mandati[t], qui in qualitate, non in ſubſtantia excedat[v], atque vt deterior domini res minime fiat: neque eum, qui id facit, quod vel mandato vicinum eſt. Sed & ſunt caſus non pauci in quibus mandati fines excedi poſſunt.

GESTA eſſent.) Quæ euim mandato iudicis fiunt, perinde habentur, atq; ſi ab eo
11 fierent[x]. Paria enim ſunt, voluntate alicujus rem fieri, & eius mãdato[y]: quæ opinio communis eſt. Verùm, quia Procuratoris Cæſaris libera videtur cõceſſa facultas admiuiſtrandi res Cæſaris, tractat Bartolus per quæſtiones nõ nulla, quæ ad mandatũ
12 hoc generale & liberũ faciũt. E quibus primum illud eſt, an his verbis, Promiſit habere ratum & gratum, libera poteſtas conceſſa ſit? Et non conceſſam cõcludit: quod
13 ounes ſequunt[z]. Neque enim libera hæc adminiſtratio confertur, niſi id dominus ſpecialiter exprimat[a]: expreſsiſſe verò minime dici poteſt, qui generali adeo clauſu
14 la vſus eſt[b]. Quid ergo, ſi dicat, concedere ſe plenam poteſtatẽ? Et eſt verius, tuuc li-
15 beram poteſtatem concedi[c]. Quid, ſi ratum ſe habiturum, ac ſi ipſe præſens geſtis fuiſſet? Et tunc quoque liberam cõceſſam omnes[d] fatentur. Quid ſi dicat, rata ſe ea
16 habiturum, quæ legitimè, aut quæ pro vtilitate ipſius geſta fuerint? Et tantum abeſt vt hic liberam concedat, vt etiam eiuſmodi mandatum ſit uullius momenti: quæ & cõmunis[e], & vſu approbata ſententia eſt[f].

a Rubr. de in. & fac. ignor. b l. Labeo. libr. 1. ff. de verb. ſigni. c Rubr. C. & bar. & manich. rub. C. de ſerui. & aq. d l. licet inter geſta. ff. d verb. ſig. e l. Lecta. iũc. gl. ſoluta. ff. ſi cert. peta. f l. 1. ff. de adi. edict. g l. 2. ff. de cura. bo. dã. h Glo. in l. certi condictio. in pri. ff. ſi cer. pet. Bar. hic. columo. 2. i Alex. ĩ l. certi condictio. colũ. 2. purp. nu. 32. K l. nã qd. §. ſi. ff. d pe. leg. l l. Labeo. ff. d ſup. leg. l. librorũ. §. qd ĩn Caſſi⁹ de leg. 3. m Bart. in lect. hu⁹. l. in t. opp. ale. ĩl. labeo. li. 1. ff. d verb. ſigni. n l. ait prætor in prin. ff. de mino. o l. Si alci. C. loca. vbi Bar. l. ſedet ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero. vbi Bar. ff. d iu. iurã. p l. 11. tit. 1. lib. 3. ordin. q Bar. ĩ extrauã. ad reprimendũ ĩ ver. videbitur. Bar. ĩ l. 1. i petu. col. 1. ff. de pact. Barũ l. 1. co. 2. ff. de inſt. & iure. r l. acta. ff. de reiudi. l. is apud quẽ vbi alci. in ver. acta. C. de eden. s l. 3. §. itẽ Iulian⁹. tũ Ela. l. vlt. ff. de eo quod cer. lo. t l. diligenter. ff. mad. v l. ſi qs mihi bona. §. ſi torã & §. ſed qd ſi mãdauit. ff. de acq. har. x l. ſi per aliũ. ff. ne qs eũ q in iu. l. ita. §. geſſiſſe. ff. ĩ ad mi. ſuto. y l. poſt dotem. ff. ſolu. ma. vbi Iaſ. n. 60. Iaſ. in l. ſi qs mi. i bona. §. iuſſum. colũ. 1. ff. de ac. hae. z Bar. in 1. q. Iaſ. nu. 21. a l. quã tuberonis. §. a lia. ff. de pecu. Bal. in c. cõtingis ad ſ. de ſeã ſac. b l. Põponi⁹ ff. de procu. c l. ſi procurator ad venã. C. de pe. d c. ſi. de dilat. ubi can. Iaſ. hic n. 22 e Bar. ĩ l. q oĩa. §. plane. ff. de pcur. Iaſ. hic. n. 23 f Gl. ĩ c. ſi latũ. 21. q. 1. Bal. ĩ l. ſi procuratorẽ. co. 2. ff. de pcu. Martan. i co veniẽs. nu. 26. de accu.

Q Eſſe

a l. Si non fuerit. §. finali. ff. pro ſoc.
b Cap primo. §. penulti. de procurat. in ſexto.
c Iaſ. in l. Quod quis. C. de procuratoribus.
d l. Si procuratorem. §. ſi quis. ff. manda.
e l. In vſucapione. §. Item adijciendum. ff. de diuerſ. & tempo. præſcript.

Eſſe enim debet Procuratoris conſtitutio
17 (vt & ſocietas[a]) nõ leonina, ſed indiuidua,
atque ſimplex. Sed quid ſi Titio mandaue
rim, vt libros meos vẽdat: ille rurſus, Seio
an venditionem ratam habere cogar? Et
18 communiter ita diſtinguunt, vt Procura-
tor ad negotia ſubſtituere poſſit quando-
cunq;, Procurator ad iudicia, non niſi poſt
litem conteſtatam[b]: quas regulas multis
modis Iaſon[c] locum non habere notat. Il-
19 le in propoſito notandus, procuratorem,
cui libera adminiſtratio conceſſa eſt, ſub-
ſtituere poſſe[d]: non ſic ſpecialem[e], niſi ei
certa forma negotij gerẽdi præſcripta ſit[f]:
verbi gratia, vt domum non aliter quàm
20 mille vendat. Sed & nuncio non ſic, vt pro
curatori, ius ſubſtituẽdi cõpetit. Eſt enim
ille nudus quidam miniſter[g], & (vt Baldus
ait[h]) quaſi viua vox domini abſentis, cuiq;
addere vel minuere licitũ nihil eſt: Secun
dum quæ, in propoſita quæſtiõe dixi, pro-
curatorem ſpecialem, ſimplicem, aut nun
cium non potuiſſe venditionem alij com
mittere: generalem vero, aut etiam ſpecia
lem, cui certa forma data eſſet, iure potuiſ
21 ſe. Quid denique, ſi cui vel generaliter
vel ſpecialiter mandauero, vt res meas vẽ-
dat, & antea quàm vẽdat (eo tamẽ inſcio)
mandatum reuocem, ille hoc ignorans vẽ
diderit, an ratam venditionem habere de-
beam? Et quidem in procuratore in rem
22 ſuã difficilior reuocatio mãdati eſt, quàm
procuratoris ſimplicis. Hic enim quando-
cunque[i], ille non niſi cum diſtinctione re
uocatur[k]: hic morte mãdantis[l], ille non[m]:
hic mutatione ſui ſtatus[n], ille etiam ſi mu
tet, vt Baldus[o] & Iaſon[p] notant. neque eñ
proprie procurator eſt, ſed in rem ſuam: vt
pote in quem aut vtile dominium, aut vti
les actiones ex mandato per ceſsionẽ trãſ-
ferantur[q]. In procuratore ſimplici dubita-
tio maior, in quo tamen Bartolus confuſa
quædã, & non multũ ſibi conſtantia infar-
ſit. Quapropter regula ſi, neceſſe eſſe, vt
23 procuratori, quinetiã parti aduerſæ, & ali-
quando iudici reuocatio innoteſcat[r]: ea à
Doctoribus[s] vtriuſq; iuris approbata eſt.
Sed quibuſdã caſibus nõ ꝓcedit. Primuſq;

f l. ſi ego. ff. quod vi aut clam.
g l. qui Romæ. §. callimachus. vbi Bald. & Iaſo. nu. 24. ff. de verb. obligationi. l. Multum. C. ſi quis alte. vel ſi.
h Bald. in l. vnica. nu. 32. C. de confeſſ.
i l. ante litem, cum l. ſequenti. ff. de procuratoribus.
k l. 3. cum glo. C. de nouat.
l l. Mandatum. C. manda.
m l. Illam. C. de donat. Bald. in l. ex legato. colum. 1. C. de lega.
n l. cum qui l. ſi cum Cornelius. vbi Barto. ff. de ſolut.
o Bal. in l. Si non ſortem. §. Qui filio. ff. de cõdit. indebi.
p Iaſ. in l. Rogaſti. §. ſi fugitiu. colum. 1. ff. ſi certum pet.
q l. Quæ ſtipendia. C. de procuratoribus glo. approb. in l. 1 in prin. ff. eod. tit.
r l. ſi mandaſſem. ff. manda.

s Gloſ. in clemen prima. de renun. in cap. 2. de procurato. in 6. Docto. in l. Vnica. C. de ſatiſd. & in capi. ex parte decani. de reſcript. Iaſo. in l. cum qui §. Quas vero. colum. 2. ff. ſi certum petatur.
t Gloſ. in l. ſufficit. ff. de ſponſalib. c. fina. de procur. in 6.
v l. ſi quis mihi. §. finali. vbi Barto. ff. de acquirenda hæreditate.

eſt in mãdato matrimonij contrahendi[t]:
ſecundus in iis, quæ præciſe requirunt do-
mini animum verum, non fictum ſiue præ
ſumptum, qualis aditio hæreditatis eſt[v].
Tertius in mãdato nuncij[x]: quæ tamẽ non
tam vera (diuinat enim) quàm approbata
concluſio eſt[y]. Quartus in tranſlatione do
minij. Actus enim hic eſt, in quo dñi requi
ritur verus conſenſus[z], vt Petrus, Bartolus
& Baldus concludunt[a]. Sed an non huic ca
ſui Pauli reſponſum[b] repugnat, quo regu- 24
la nititur? Et mihi non repugnare viſa eſt:
quia non de transferendi tantum, ſed & de
acquirendi mãdato loquitur. Emptor eñ
vt transfert, ita vice quoq; mutua & acqui 25
rit: quomodo & Iuliani antinomiã[c] expli
cui, in qua Bartolus & alij hærent. Longẽ
enim alia ratio eſt mandati de emendo (id
eſt enim acquiſitionis, & tranſlationis) lõ-
ge alia libertatis ſeruo præſtandæ, quo ca-
ſu domini ius in ſeruũ ipſum transfertur[d].
Et quid ſi mandatum libertatis facilius il-
lic reuocari dicimus: quia cum manumiſ-
ſio per procuratorem regulariter fieri ne-
queat[e], iure ſingulari per filium[f] fit? Singu
laria vero iura facilius reuocari poſſunt[g]:
quæ noua & viua (vt arbitror) ratio eſt.
QVASI rem propriam.) Vel quia mala
fide tradat: quem ſenſum Bartolus, Alberi
cus & Iaſon magis ſequuutur[h]. Vel cum
non mala fide tradit, ſed cum incommo-
do Cæſaris. Quanquam enim procurator
cui libera adminiſtratio conceſſa eſt, ven-
dendi ius habeat[i]. Fallit tamen hoc in pro 26
curatore Cæſaris[k]. Eſt & tertius intelle-
ctus, vt fingas Procuratorem Cæſaris er-
raſſe, cum illius rem quaſi propriam trade
ret, quomodo maluit Accurſius accipere,
nec ſupra ſcripti ſic quoque accipi poſſe
negant. Vnde & illud omnes hic tractant,
quando error dominij tranſlationem im- 27
pediat? Et alij aliter: ego Bartoli veſtigia
(quod libenter facere ſoleo) in relectione
ſequor. Triplicem itaque errorem ille di-
ſtinguit, circa perſonam eius, cui traditio
fit, circa rem traditam, circa cauſam tradi-
tionis (nam de cauſa dominij in ſecundo 28
articulo interſeruit) In errore circa perſo-
nam

x l. ſi pater. ff. de manu. vindi.
y Bal. in l. ſi procuratorem. col. pe. & fin. ff. de procuratoribus. Crot. in l. ſi is qui pro emptore. n. 44. ff. de vſuca.
z l. ſed quod noſtrum. ff. de regu. iu. l. Papinianus ff. de publici.
a Bart. hic in 4. q. Bal. in d. l. ſi procuratorem.
b d. l. ſi mãdaſſem.
c d. l. ſi pater. & d. l. ſi mandaſſem.
d l. vltima C. de codicil.
e l. Nec mulierem. C. de manu. vin.
f l. 1. §. fin. C. commun. de manumiſ. Decius in l. mãdata. ff. de eo cui mãda. eſt iuriſdict.
g l. eius mi litis. §. ſi militia. ff. de mili. teſta.
h Barto. in repeti. colũ. 1. ad finem. Alb. col. 2. Iaſ. in 3. notabi.
i l. Mandato generali. ff. de procuratoribus.
k Bart. hic col. 4.

a l.ſi is qui.§.ſi titium.l.ſi quis vxori.§.cum Titio.ff.de furt.
b l.quod meo.§. ſi furioſo.ff.de acquirenda poſſeſſione.
c l.Falſus.§.ſi quis.ff.de fur. d l.cum quis.§.1.ff.de ſolut.
e l.in venditionibus.ff.de contrah.empt.l.ſi me in vacuam in princ. ff.de acquirenda poſſeſſione. f l.ſi quis in fundi vocabulo. de lega.primo.

s Bartol.in l.ſi cum te.ff.de pactis.
v Barto.in l.ſi per errorem.colum.prima. ff. de iur. omnium iudicum. & in l.Quoniam.ff.de con.furt.
x Bartol.in l.ſi aliquam.nume.8.ff.de acquirenda poſſeſſione.
y l.Si vendidero.§.ſi Titius.l.ſi iuſſu.§.ſi rem.ff.de furtu.

28 nam ſumma illa eſt, errorem aut eſſe circa
perſonæ ſubſtantiam, aut circa qualitatẽ:
ſi in ſubſtantia perſonæ ſit, non transferri
dominium: is vero qui bona fide accepit
(dum ſecum contrahi opinatur) reiuendi-
catione conueniri poteſt: quòd ſi malæ fi-
dei fuerit (ideſt erroris tradentis conſcius
nihilominus accipiat) furti tenebitur[a]. Si
in qualitate perſonæ erratur: aut eiuſmodi
qualitas eſt, quæ incapacem reddit, & do-
minij trãſlatio impeditur: vt ſi furioſo tra-
dam, quem ſanæ mentis crediderim, quòd
eſſet forte in conſpectu inumbratæ quie-
tis[b]. Quod ſi qualitas talis nõ ſit, quæ inha
bilem faceret (verbi gratia diuitiarum &
paupertatis) ſiquidẽ ſuo nomine accipiat,
dominium in eum transfertur tantum: ſi
me dolo circumuenit, doli reus eſt[c]: ſi ve-
ro nomine alicuius accipiat, & aut nun-
quam eius procurator fuit, aut fuit quidẽ,
ſed nunc non eſt, ſimulque mala fide acci-
pit, dominium nõ acquiret. Quòd ſi fuit
illius procurator, neque nunc eſt, ſed bona
fide rem accipit, dominiũ in eum trãſit[d].
29 In errore circa rẽ ſic oẽs diſtingũt: vt ſi ſit
circa rei ſubſtantiã, dominij tranſlationẽ
impediat[e]: ſi circa nomen propriũ, non im
pediat, dũmodo de corpore cõſtet[f]: ſi cir
ca appellatiuum, impediat: niſi eiuſmodi
nomina ſint, quæ in vſu alia pro alijs ponã
tur[g]: ſi circa pondus ſiue menſuram erratũ
ſit, in eo in quo error non fuit, dominium
transfertur[h]: ſi circa aliam qualitatem, do
minium non tranſit: vt ſi vini vulgaris ca
dos centum tradere me tibi credam, qui ta
30 men optimi tradam. Sed quid ſi erremus in
dominio rei? Et in hoc articulo pro regu-
la traditum eſt, errore dominij impediri
eius tranſlationem[i]; quinimmò & conditio-
nem vſucapiendi[k], quæ Accurſij[l], & com-
munis[m] opinio eſt, quanuis idem aliquan
do tenuerit contrà. Sed ſunt caſus nõnulli,
in quibus ea regula non procedit. Cum er-
ror in recipiente ſit, non in tradẽte[n]: cum
auctoritate iudicis traditio fit[o]: cum errãs
credit rem eius eſſe, à quo cauſam habet[p]:
cum dominij tranſlatio non tam ex diſpo
ſitione hominis, quàm legis poteſtate fit[q].

g l.librorũ §. Quod tñ Caſſius. de lega.3.
h l. ſi quis vxori. §. ſi maiora. ff.de furt. l.arbitrio.§.de ce. ff.de dolo.
i l.3.§.ſub tiliu. ff. de cõ.ob cau.
K l.nec petitem. C. de praſcrip.lõ. tempo.
l Glo.in l. non ſolũ. §. ſi mihi.ĩ gl. ſedetis.ff.de vſucap.
m Iaſ. ĩ d. §. ſubtilius contra. glo. ibi ĩ ver. nõ facio.
n l. Iulianus.§.curator.ff. de cu rat. furioſ. regula.§. q ignorauit. ff.de iu. & fact.igno.
o l.ſi per errorem.ff. de vſuca.l.Pomponius. §. ſi iuſſu. vbi glo. reſtituta.ff. de acq.poſſ. glo.in l.3.in gl.tradita. ff. de publi.
p l.Eius q. §.Quas verum glo. orbenatus. ff. ſi cert. peta.
q l.ſi is cui. ff. de leg. 2.
r l.ſeruum Titij.in ſecũdo reſpõſ. ff.manda.
s l. Cum in corpus.ff.de acqui.re. domi.

neque enim tunc error dominij tranſla-
tionem impediet. In errore circa cauſam 31
nos ſic diſtinguimus (etſi Bartolus cauſas
confundat) Aut error circa cauſam domi-
nij eſt, aut circa cauſam traditionis. prior
dominij tranſlationi non obſtat[r]: poſte-
rior etiam regulariter non obſtat[s]. Quo
iure indebita pecunia ſoluta, dominium
in accipientem transfertur, & re obliga-
tio[t] contrahitur, nedũ furtum non fit[v]. Fi-
ctus enim titulus cum vera traditione ad
dominij tranſlationem ſat eſt[x]. Sed ab hac
regula quidam etiam caſus excipiuntur.
Primus cum dans cauſam ſubeſſe opina-
tur: recipiens non eſſe ſcit: tantum enim
ab eſt, vt dominium acquirat, vt etiam rei
vendicatione, condictione indebiti[y], fur-
tiua, & ſine cauſa teneatur. Secundus eſt,
cum traditio non ad liberandum[z], ſed ad
obligandum[a] tendit, quæ cõis opinio eſt.
Tertius in errore cauſæ ꝓximæ[b]: hic enĩ
obeſt. error vero in cauſa remota traditio
nis impedimẽto nõ eſt. Quartus, cũ pactũ
nudũ oĩno eſt, id enĩ errore cauſæ viciat[c].
N O N enim alienare.) Sic nec tutori per- 32
miſſum id videtur, vt pupillum ſpoliet[d]:
nec is cui libera adminiſtratio cõceſſa eſt,
donare poteſt[e]: & quanlibet generalis con
ceſsio fuerit[f], dolus tamen excipi ſemper
videtur. Sed cùm libera Procuratori Cæ- 33
ſaris adminiſtratio cõceſſa ſit, cur non (qđ
in alijs pro regula traditum eſt[g]) vendere
ei quoque licet? Et Accurſius Bartolusque
nihil in eo ſpeciale ſentiunt. Vendere enĩ
tunc prohibetur, cum mala fide vendit. Id
quod ſequentia illa ſatis ſignificant. Si vẽ-
ditionis, tranſactionis, vel donationis cau
ſa quid agat. Caſus enim venditionis ſim-
pliciter poſitus, ex adiuncto donatiõis de-
clarandus eſt, & ad venditionem mala fi-
de factum referendus[h]. Sed & tenebitur
nonnunquam is procurator vendere, ne-
dum poſſit: vt in hærede videmus, qui (vt
Bartolus eleganter innuit) velut quidã fi-
deicõmiſſarij procurator eſt, cũ libera ad-
miniſtratiõe: & tñ cũ rationes fideicõmiſ-
ſario reddet, quas reddere obligatus eſt[i]
(niſi teſtator hoc onere eum liberet[k]) hoc

z l.cum in corpus.ff.de acqui.re.domi.
a l. Si ego. ff. ſi certum petatur. vbi Alexan. colum.2.
b l.Si is ad quem. vbi Barto.ff. de acquirenda hæreditate.
c l. ſi cum te. vbi Barto. colũ. prima.ff.de pactis.
d l.qui fundum.§.ſi tutor.ff. pro empto.
e l. Contra iuris. §. ſiliusfam.ff. de pactis.
f l. Creditor. §. Lucius.ff. manda.
g l. Procurator cui libera. ff. de procu. Bart. hic in tertia oppoſi.
h l. prima. ff. de rebus dub.
i l.mulier. §.ſed enim. ff.ad Trebellianum.
K Glo.in l. cum tale. §. Titius.ĩ gl. non interpr vẽda. ff. de conditio. & demonſtra. Bald. in l. ſi lium. colũ. fina.C.fami liæ herciſcũ dæ. Abbas. conſil. 12. in 6.dubio.

el imputari poteſt, ſiquæ res hæreditariæ
lata ipſius culpa diſtractæ non ſunt.
34 SERVVS Cæſaris.) Seruum Cæſaris iuſ-
ſu Procuratoris Cæſaris hæreditatem adi
re conſtat[a]. Idemq; de ſeruo fiſci alibi di-
ctum eſt[b]. Vnde notare Doctores[c] noſtri
ſolent, res fiſci Cæſatisque eſſe eaſdem: id
quod & aliunde colligunt[d]. Plures[e] tamẽ
hoc probant, vt ſit res Cæſaris patrimonij
priuati, res fiſci patrimonij publici. Cui ſi-
mile illud eſt, de quo immerito Iaſon[f] ad-
35 dubitat, reſpublica & fiſcus idemne ſint:
conſtat ſiquidem rempublicam eſſe rem
populi: Fiſcum principis ipſius pecuniã[g].
Quare & in multis differunt (è quibus exẽ
36 pli gratia, vnum retuliſſe ſufficiat) debito-
res enim fiſci legatione fungi poſſunt, de-
bitores Reip. minime poſſunt[h]. Aſſeruiq;
ipſe (quibuſdam male renitentibus) ex fa-
cto conſultus, procuratorem pro ſua ciui-
tate in conuentibus Regijs eum eſſe non
poſſe, qui ciuitatis debitor ſit.
37 PROCVRATOR.) Per procuratorẽ
adiri hæreditas non poteſt[i]: aditio enim
in animo potiſsimum conſiſtit, animi ve-
ro motus noſtri alijs cõmitti nõ poſſunt[k].
Siue autem generalis ſeu ſpecialis procu-
rator fuerit, idem eſt omnium cõſenſu[l]. In
38 procuratore Cæſaris ius ſingulare eſt, qa
Cæſaris occupationes maximæ iſtuc exi-
gunt, vt miniſterio procuratorum vtatur,
39 iure id optimo. nam & multæ Regum ma
nus ſunt, & vel apud Barbaros Perſarũ Re
ges (quod Apuleius ſcribit libro de Mun-
do) Aures Regię, & Imperatoris oculi, qui
dam homines vocabantur: quod ijs illi vte
rentur in ijs rebus dignoſcendis, aut perfi-
40 ciendis, quibus præſentes eſſe aut non poſ
ſent, aut nollent. Sed & in eccleſia, fiſco, &
41 domino quocunque, cuius mandatum in
ſuo territorio pro lege habeatur, idẽ Bal-
dus pari ratione reſpõdet[m], vt per procura
42 torem adeant. Et generaliter in omnibus
his, qui non ſimpliciter ipſi per ſe, ſed alte
rius miniſterio adeunt: qualis etiam filiuſ-
familias, cui hæreditatem delatam pater
ipſius, velut quidam filij procurator adit[n]:
43 quod Bartolus bene declarat[o]. Illudq; hic
prætermittendum non eſt, bonorum poſ-
ſeſionem per procuraturẽ agnoſci poſſe[p]:
3 tus à latere[k]. Sed quid ſi corā delegato lis cōteſtata fuerit? Et nō poſſe eum etiā tūc delegare Bernardus[l] tenet, cui maior pars cōſentit[m]. Accurſius[n] (ſi lis cōteſtata ſit) à delegato quouis cauſam ſubdelegari poſ
4 ſe: quæ opinio iure noſtro approbata eſt[o]. Reliqua in propoſito ſuis locis dicemus.
5 PRIVATO.) Iure ciuili priuato cuique cauſæ mandari poſſunt. An & iure canonico? Et eo iure, non niſi cōſtitutis perſonis in dignitate aliqua delegatio fieri poſſe videtur[p], etiam ſi partes conſentiant. Alexander[q] etiam propriam dignitatē exigit. Nō ergo (inquit) Primicerio delegari poteſt, hic enim non ſua, ſed Archidiaconi dignitate æſtimandus eſt[r]: hæc & Iaſon[s] ſequitur. Adijcitque caſus non paucos, quibus niſi Epiſcopo cauſæ nō delegantur[t]. Alij (quæ nō tam probabilior[v], quàm crebrior opinio eſt) iure quoque canonico priuatis delegari poſſe cōtendunt, temporalia quę ſunt: ſpiritualia ſiue eccleſiaſtica ijs demū, qui dignitate præfulgeant[x]. Sed & Regia
6 lex[y] in delegato hoc tantum exigit, vt ſit vir bonus atque fidelis, non vt dignitatē
7 habeat. Sanè clerici à iudicibus ſęcularibus delegari poſſunt[z], vt omnes[a] fatentur.

a l.à iudice.C. de iudi. b c.paſtoralis. c.ſane.de off.ordi. c l.1.§.ſi.ff. quis & à quo appella. d Gl.in c.cū cauſam. de appel. e l.cū prætor. §.1.ff.de iud. f Bart.in l.à iudice.C.de iudic. g l. Obſeruare.§.ſi.cū l.ſequ.ff.de offi.procon. h Deci.in c.ſi pro debilitate.col.2.de off.deleg. i Fel.in c.ſuper quæſtionū.§.ſi vero.colū.pen.de off.deleg. K c.2.de off.deleg.in 6. l Glo.in c.cū cauſam. de appel.in c.cū Bertholdus de re iud.gl.in c.1.de pen.in 6. m Iaſ.in d.l.à iudice.co.4. n Dec.in d.c.cū cauſam.n.8.Dec.in l.more.n.38. Zaſ.n.36.de iu.om.iudi. n Gl.in l.fi. C. vbi & ap.quæ.gl.in l.ergo ifrà de iur.om.iu. o l.19.ti.4.part.3. p c.ſtatutū in gl.commiſſionis.de reſcrip.in 6. q Alex.in 2.vol.conſi.77. r ca.de offi.primic. s Iaſ.in rub.ſuprà.nu.5. t Gl.2.in c.aqua.de cō-

8 Edictum enim hoc, ſicut & illud de Procuratoribus vel teſtibus, prohibitoriū eſt: lai
9 ci per contrariū à iudicibus eccleſiaſticis nō ſine diſtinctione. receptū[b] enim eſt, vt ſummus Pontifex, & ciuiles & criminales cauſas laicis deleget: Epiſcopus ciuiles tan
10 tum[c]. De fratribus mendicantibus opinio approbata eſt[d], vt delegati iudices eſſe iu
11 re poſsint. De commendatarijs Andreas, Paulus eſt legendus[e].
QVOD non eſt merum.) Alciatus[f] & Marius Salomonius (quæ opinio & antiquiorum quorundam ante eos fuit) huius legis
12 argumento enixe cōtendūt, mixti Imperij cauſas mādari poſſe. Nā quod aliud verè non merū Imperiū eſt, niſi mixtum? Et eſt ea opinio non probabilis ſolum, ſed & fortè verior. Sed Accurſius & plures contrà, vt merū, ſic neq; mixtū Imperiū regulariter mandari poſſe. Quo fit, vt nunc Imperium non merum, modicā coercionem interpretētur. Sed verbalis ne hæc, an corporalis ſit, Bartolus variat[g]. Nos ſuo loco[h] dicemus.

DE OFFICIO Adſeſſorū. Tit. XXI.

1 *Aſſeſſores an habeant iuriſdictionem.*
2 *Aſſeſſor quis & vnde dictus.*
3 *πάρεδρος.*
4 *Aſſeſſoris appellationes.*
5 *Aſſeſſorium & auditorium.*

DE officio Adſeſſorum.) Dictū eſt de ordinarijs, & delegatis iudicibus: nunc de aſſeſſoribus, qui vel his vel illis aſsiſtunt. Quæ Pauli & cōis cōtinuatio eſt[i]. Cui & illud cōſequēt (quod
1 & omnes[k] fatentur) Aſſeſſoribus iuriſdictionē non eſſe[l]. Quid ergo habēt? Et ipſe arbitror, generaliter notionē illis cōpetere[m], quæ verò ſpecialiter curēt, ſtatim tra
2 ctabimus. Eſt Aſſeſſor (vt Azo & Spe. diffiniūt) is q iudici aſsidet aſiſtitve, vt eū circa cognoſcēdū pnūciādūq; inſtruat. Dictus ab aſsidēdo: quare & aſsidēs aliqñ dicitur.
3 Gręcè ad verbum πάρεδρος eſt. Dicitur &
4 conſiliarius[n], & iudicis comes[o]: & locus
5 in quo iudici aſsidet, auditorium[p] aſſeſſoriumq; appellatur.

PAVLVS.

ſec.eccl. vel alia. v Arg.c.ſua nobis.de app. vbi Dec.in 4.nota. purp.in rub.ſuprà.num.40.lac.n.8. x d.c.ſtatutum. y l.20.tit.4.par.3. z Calderi.conſi.2. a Purpu.in rubr.ſuprà.col.pen. b Gloſſ.& Doct.in c.2.de iudi.Sap.in rubr.ſuprà.nu.37. c ca.menā.2.q.5.c.præter.§.verū.32.diſtinct. d c.cū olim de maio.& obe.purp.in rubr.ſuprà.col.fi. e Barb.conſil.2.col.2. f Alci.parad.lib.2.c.1.Salom.hic & in l.2.ſuprà. g Bar.in l.1.§.q mādat.ā nu.3.ſuprà. h Iul.magiſtratibus.infrà.de iu.omn.iudi. i Dec.col.1. k Soc.col.1. l Authen.adhac.C.de iudic. m l.ait prætor.in prin.ff.de re iud. n l.conſiliarijs.infrà.l.conſiliarios.C.de aſſeſſ. o l.deſunctio.infrà.l.1.§.ſed etſi comitee.ff.de var.& extraor.cog. p l.conſiliarijs.infrà.

PAVLVS Libro ſingulari, De offic. Adſeſſorum.

OMNE officium Adſeſſoris quo viri ſtudioſi partib⁹ ſuis funguntur in his ferè cauſis conſtat: in cognitionibus, poſtulationibus, libellis, edictis, decretis, epiſtulis.

1 *Aſſeſſor peritus eſſe debet.*
2 *Teſtis an poſsit interrogari num ſit infamis*
3 *Aduocatus propter verboſitatem repellitur à poſtulando.*
4 *Libellus quando à iudice lacerari poteſt.*
5 *Libelli inepti quando tolerantur.*
6 *L. 11. titu. 1. lib. 3. ordi.*
7 *Aſſeſſor an poſsit ſententiam dicere.*

VIRI ſtudioſi.) Alij legunt, iuris ſtudioſi: quę
lectiones in eundem ferè ſen-
1 ſum recidunt. Nec ſufficit aſſeſſorem ſtu-
dioſum eſſe, niſi & peritus ſit[a]. Vnde &
de imperitia tenetur, & propter imperi-
tiam reprobari poteſt[b].
PARTIBVS ſuis.) Aſſeſſorum.
COGNItionibus.) Semiplenis, plenis,
aut pleniſsimis, cauſarum ciuilium & cri-
minalium.
2 POSTVlationibus.) Vt inhabiles, putà
infames repellat à poſtulãdo[c]. Sed nũ aut
iudex aut aſſeſſor teſtẽ, vel aduocatũ in-
terrogare, poſſunt infames ne ſint? Et non
poſſe verius[d] receptiusq́;[e] eſt. neq; enim
poſitioni criminoſę reſpõdere tenetur qs,
neq; turpitudinẽ ſuã detegere[f]. Certe im
3 ponere poſſunt ſilentiũ aduocatis[g] verbo
ſis: præſertim[h] quibus etiam (licet hic Ia
ſon dubitet) aduocationis officio interdi-
cere poſſunt[i]. Sed & partium verboſitatẽ
cõpeſcẽt[k]. Sunt & qui poſtulationes acci-
piũt eas quæ verbo tenus fiũt, ſicut libel-
los de ſcripto.
4 LIBELLIS.) Aptè an minus cõcepti ſint.
Sed nunquid ineptũ libellũ ex officio ſuo
iudex lacerare poſsit? Et iudicem poſſe
dubiũ nõ eſt[l], ſed & poſſe idẽ aſſeſſorẽ, Ac
curſius hic ſentit: quẽ oẽs ſequũt[m]. Sic e-
tiam libellũ cõceptũ cõtra cõſuetudinem
iure lacerabũt[n], vel calũnioſum[o]. Nec mi-
rũ id: exceptio eñ ineptitudinis libelli e-
5 tiã poſt latã ſententiã opponi poteſt[p]. Sũt
tñ caſus non pauci in quibus inepti libelli
tolerantur: quos hic Iaſon, Socinus, & Ia-
cobus notant. Dubitatq́; idem Iaſon, num
ex probationibus aptis libellus ineptus ſu
ſtineatur: quæ res iure noſtro dubitationẽ
nõ habet, quo libelli ipſa rei veritate (dũ- 6
modo iudici ex actis conſtet) tolerantur[q].
EDICTIS.) Quæ ad Prætoris ſiue Præ-
ſidis iuriſdictionem pertineant.
DECRETIS.) Primo & ſecundo.
EPISTOLIS.) Quas ad iudicem alte-
rius prouinciæ aut mittunt, aut ab eo reci-
piunt: vel de executione rei iudicatæ, vel
de receptione teſtiũ, vel de reis remitten
dis. Sed nunquid aſſeſſori ius ſententiæ di 7
cendæ eſt? Et non eſſe Accurſius & oẽs[r]
aiunt. neq; enim iuriſdictionem habet, ni-
ſi forte ei iudex ipſe mãdet. Poteritq́; (vt
Bartolus & cæteri[s] declarant) in princi-
pio officij mãdare ei gñaliter oẽs cauſas.

a Gl. in auth. de iudic. in prin. ĩ gl. noſtrũ. b l. 2. ff. qd quiſq; iu. c l. quos p̃hibet. ff. de poſtu. d Gl. in c. 1. de except. e Iaſ. hic. col. 2. f l. Si duo patroni. §. idẽ iulian⁹. ff. d iur. iur. g l. Imperator. ff. de poſtul. h Gl. in l. ex ea. ff. de poſtul. i Roma ſingu. 739. Iaſo. in l. Gallus. §. quidã recte. col. 1. ff. de lib. & poſth. k Gl. in l. Obſidum. in gl. ſuum. de leg. 3. l Gl. i l. fi. C. vt ne. pri ua. gl. in l. 1. ff. ſi mẽ fal. mo. dix. gl. in c. ſacerdotibus. 11. q. 3. m Iacobus. nu. 6. n Glo. in l. de qbus. et in l. diutur na. ff. de legibus.

o Glo. in l. qui cum maior. §. ſi patris. ĩ gl. calũnioſã. ff. d bo. lib. Alex. ĩ l. 4. §. hoc autẽ. n. 24. ff. d dã. infe. Aret. in rub. inſt. de exceptio. nu. 33. p c. cum dilecti de emptio. & vẽ. q l. 11. tit. 1. lib. 3. ordin. r Socin⁹. in rubr. ſupra. s Purp. nume. 141.

II. MARTIANVS Libro primo, De iudicijs publicis.

LIBERTI adſidere poſſunt: infames autem licet non prohibeãtur legibus adſidere: attamen arbitror (vt aliquo quoq; decreto principali refertur conſtitutũ) non poſſe officio adſeſſoris fungi.

1 *Aſſeſſor an debeat eſſe doctor.*
2 *Doctor dignitatem habet.*
3 *Aſſeſſor dignitatem non habet.*

LIBERTI.) Hinc communiter[t] colligunt, 1
neceſſe non eſſe, vt aſſeſſor ſit
doctor. libertus enim dignitatem habere 2
iure nõ poteſt[v]. Doctoratus dignitas eſt[x].
Non ergo aſſeſſorem eſſe, dignitas, ſed ho 3
nor quidam paruus, quod alibi dixit Ac-
curſius[y].
DECRETO principali.) Imperatoris
alicuius.

t Sap. in rubri. ſupra. v l. vnica. C. ad l. Viſcel. x c. Quanto. d magiſ. y Glo. in l. diuus. ff. ad municipa.

III. MACER Libro primo, De officio Præſidis.

SI eadem prouincia poſtea diuiſa ſub duobus Præſidibus conſtituta eſt (velut Germania, Miſia) ex altera ortus in altera adſidebit, nec videtur in ſua prouincia adſediſſe.

1 *Diuiſio prouinciæ & ſimiliũ rerũ quõ fiat.*
2 *Prouinciarum diuiſio ex iure gentium an ex iure ciuili.*

3 *L. ex ea. ff. de poſtulando.*
4 *Aſſeſſor in ſua prouincia quis eſſe nõ poteſt.*
5 *Aſſeſſori ſubſtitutus non poteſt quis eſſe in ſua prouincia.*
6 *Locum tenens aſſeſſoris, an quis eſſe poſſit in ſua prouincia.*
7 *Officium an gerere quis poſſit in patria.*
8 *L. 11. titu. 18. part. 1.*

SI eadem.) Quæ antea vna erat.

1 DIVISA.) Diuiditur vna ꝓuincia in duas. ſic & Epiſcopatus[a], Parochia[b], præbenda[c], fundus[d], domus[e] diuiduntur. Nonnunq̃ tamẽ diuiſio gratia cõmodioris culturæ fit, ſed res vna manet[f]. Prouinciæ vero ita demum diuidi poſſunt, ſi Principis auctoritate diuiſio fiat: quæ Bartoli non vno in loco annotatio eſt[g], quam hic Paulus & recẽtiores ſequuntur.

SVB duobus præſidibus cõſtituta eſt.) A Principe. Sed cum diuiſio Prouinciarũ ex 2 iuregentium ſit[h], quomodo Principes diuidunt? Et Paulus Prouincias per idiomata iuregentium diuiſas ait: per præſidatus iure ciuili. Iacobus ex iuregẽtium eam diuiſionẽ ſine diſtinctione contendit: neq; nouũ eſſe, vt ex iuſta cauſa, quæ iuriſgentiũ ſunt à Principe tamen tollantur[i]. Nec memores aut Paulus aut Iacobus Bartoli ſunt, qui nodum aliter diſſoluit[k]. Quid igitur ipſe? Nempe originem ipſam diuiſionis prouinciarũ ex iuregentium eſſe: ſed vetare nihil quominus diuidere eas Principes poſsint. nam & contractus ex iuregẽtium ferè ſunt, & tamen contractus Princeps & facit, & interdũ reſcindit ſicut & priuati hominis: quæ Bartoli reſponſio à Iaſone, Claudio & pluribus approbata eſt.

NEC videbitur.) Nam & ſi eiuſdem nominis ſint, diuerſæ tamen prouinciæ cenſentur, cũ diuerſos limites & Præſides habeant. Sic etiam prohibitus poſtulare ex cauſa, quæ infamiam non irrogat, in ea tantum prouincia poſtulare prohibitus videtur, in qua Pręſes fuit qui ſentẽtiam dixit: in alia vero non prohibetur, licet eiuſdem 3 nõis ſit[l]. Quod ego (vt dubitationem habeat) legis noſtrę argumẽto tunc verũ intelligo, cũ ſentẽtia à iudice ante diuiſionẽ dicta eſt. Neq; Alciato prorſus accedo, q rationẽ dubitandi ex nomine ſolo perpendit[m]. Sed & explicui locũ illum ipſe alias aliter.

IN ſua ꝓuincia.) Neq; enim aſsidere poſſet in ſua prouincia, ſiue q̃a nemo propheta acceptus in patria, vt Luce. 4. Dominus ait: ſiue quia aut gratiæ aut odio multa aſſeſſores darent[n]. 4 Aſsidere vero in ſua prouincia iure quis non poteſt, ſiue ſuę ratione originis ſit, ſiue ratione domicilij[o]: vt Guilielmus notat, quẽ alij ſequuntur. quæ enim rationes in loco originis, eædẽ (imò & maiores[p]) in loco domicilij locũ habẽt: & ꝓuincialis non is tm̃ dicitur, qui ex prouincia oriundus eſt, ſed & qui in ea domicilium habet[q]. Adde ꝙ vt aſſeſſor, ſic neq; 5 aſſeſſoris ſubſtitutus quis in ſua ꝓuincia eſſe poteſt[r]. An nec Locumtenens, vt vocant? Et poſſe Guilielmus, Cynus, Albe- 6 ricus, Baldus, & Paris cenſent[s]. Poteſt em̃ quis delegatus eſſe in ſua patria, vt omnes fatentur[t], ad vnam cauſam, quanuis nequeat ad vniuerſitatẽ. Contrà Laudenſis, Socinus, Iacobus & Purpuratus: quam opinionẽ & Iaſon aliq̃n ſeqoitur[v]. Nã ſi aſſeſſor (cui videlicet iuriſdictio nulla eſt) eſſe non poteſt, neq; Locũtenens poterit: cùm præſertim & in Locũtenente, q̃ in aſſeſſore, rõnes ꝓcedãt. Adde ꝙ Locũtenẽs Pręſidis ſubſtitut⁹ eſt, ac ꝓinde quod ille nõ poſſet, nec iſte poterit[x]. Quid ꝙ gñaliter ſacrilegus eſſe dicit̃ is, qui in patria administra- 7 tionis officiũ petit[y]. Quinetiã & iure noſtro[z] ſiue iudicis officiũ q̃s petat: ſiue aliud 8 quodcũq;. Iaſon & Decius in Locũtenẽte diſtinguũt, ad modicũ tẽp⁹, an ad magnũ ſubſtituatur[a], eſſet ne extra patriã idone⁹ alius, an non. neceſsitas em̃ facit, vt multę tolerentur[b]. Quæ ſentẽtia rationẽ habet.

IIII. PAPINIANVS Libro. 4. Reſponſorum.

DIEM functo legato Cęſaris, ſalarium comitibus reſidui tẽporis, quod à legatis præſtitutũ eſt, debetur: modò ſi non poſtea comites cũ aliſs eodem tempore fuerunt. Diuerſum in eo ſeruatur, qui ſucceſſorem ante tempus accepit.

1 *Aſſeſſori ſalarium quomodo hæredes iudicis ſoluant.*
2 *Aſſeſſor mortuo Præſide, an poſſit ſtatim petere totum ſalarium.*
3 *Communes opiniones contrariæ.*

4 *Comites*

a c. præcipimus. 16. q. 1.
b c. ad audientiam. de eccleſ. ædif.
c c. vacante. de præb.
d l. plane. 1. §. fi. de lega. 2.
e l. ſi quis duas. §. ſi q̃s partem. ff. com. præd.
f l. cains. §. 1. ff. de leg. 2.
g Bar. in l. vnica de metrop. Bery. lib. 11. & in extrau. qui ſint reb. in glo. lombardia.
h l. ex hoc ff. de iuſt. et iu. §. ſed naturalia. inſtit. de iur. natu. gent. & ciu.
i Alex. in l. cũ mulier ff. ſolut. matri. Deci. in rub. e. de appel. num. 8. cum ſeq.
k Bar. in l. ex hoc iure. colũ. 2. ff. de iuſti. & iu.
l l. ex ea. ff. de poſtul.
m Alcia. parerg. 8. c. 20.
n Glo. in l. hi qui. ff. ex quib. cauſ. maior.
o l. 3. C. de diuer. offic. lib. 12.
p Glo. in c. ſtatũ. §. cũ vero. in g. vnã dictã. de reſcript. in. 6.
q l. prouinciales. ff. de verb. ſig.
r Bal. in l. parabolani. C. de epiſc. & cleri.
s Guil. Cy. Bald. Alb. bri, par. de ſynd. ver. aſſeſſor. colum. 3.
t l. cũ qui ... gl. ff. d in. om. iud. Iacob. hic. nu. 4.
v Iaſ. in §. fuerat. co. 2. inſti. d act.
x l. parabolani. vbi Bal. C. de epiſco. & cleri. Bar. in l. 1. C. de præpo. agen. in reb. lib. 12. Bar. in l. 1. d mancip. & colo. lib. 11.
y l. fi. C. de crime. ſacrileg. c. ſi quid ſuadẽte. §. qui autẽ. 18. q. 4.
z l. 11. titu. 18. par. 1.
a Argu. l. vinũ. ff. ſi cert. pet.
b l. 1. ff. de offic. conſu.

129

4 *Comites qui dicantur.*
5 *Iudicis hæredes cuius tẽporis ſalariũ petãt.*
6 *Communes opiniones contrariæ.*
7 *L.9.titu.8.par.5.*
8 *Iudici mortuo ante officij ingreſſum an debeatur ſalarium.*
9 *Bartoli repugnantia compoſita.*
10 *Medico an debeatur ſalarium pro his diebus, quibus in itinere eſt.*
11 *Aduocati hæredes quo iure ſalarium petant?*
12 *Communes opiniones contrariæ.*
13 *Famuli domino mortuo, cuius temporis ſalarium petere poßint.*
14 *Famulo ſalarium non debetur, ſi dominum abſque eius culpa deſerat.*
15 *L.8.titu.4.lib.4.fori.*
16 *Famulo infirmo an debeatur ſalarium.*
17 *Communes opiniones contrariæ.*
18 *Doctor infirmus per ſubſtitutum legere põt.*
19 *Præſtitum, an præſtitutũ hic legendum: & qui primus ſic legerit.*
20 *Fiſcus quæ pecunia.*
21 *Aſſeſſoribus ſalaria qui præſtiterint.*
22 *Intellectus communis probatur nouißimi nõ probantur.*
23 *Seruire duobus dominis neque vere neque per fictionem quis poteſt.*
24 *Fictio ſuper impoßibilib⁹ quomodo nõ cadat.*
25 *Aſſeßores mortuo Præſide, an durent vſque in ſucceſſoris aduentum.*
26 *Aſſeſſor qui ſecũdo iudici ſuas operas locat, quomodo recuperet ſalarium.*
27 *Aſſeſſor an teneatur alteri locare ſuas operas.*
28 *Aſſeſſori an debeatur ſalarium Præſide remoto.*

LEgato Cęſaris) Præſide: ſed exempli gratia dictũ hoc eſt. idẽ enim dicẽdũ in iudice quouis aut ordinario, aut delegato, cui aſſeſſor eſſet.

1 SALARIVM.) Mortuo Pręſide (q vn⁹ eſt hui⁹ legis cõis ſẽſus[a]) aſſeſſori ſalariũ (idq; adeo integrũ) ab hæredibus Præſidis debetur. neq; eñ per aſſeſſorẽ ſtetit, quo minus

2 aſsideret[b]. Sed nũquid ſtatim totũ petere põt? Et poſſe Barto. Pau. & Iaſ.[c] cẽſent. Nã & dilationẽ expectari minime oportet, cuius effectus aliquis nõ ſit[d], inquilini exemplo habitationẽ añ quĩquẽniũ deſerẽtis[e]. Alexã. & Claud.[f] cõtra, dilationẽ expectãdã[g], eſſe eñ aliquid, qđ debitoris medio tẽpore intereſſe poſsit[h]. His Purpuratus 3 accedit[i], vt indiligẽti⁹ tñ priorẽ cõem faſſus ſit. Igit̃ eſt hæc poſterior dubio ꝓcul & verior[k] & magis cõis: vt pote quã, præter ſupra ſcriptos, Curtius, Deci. Cacialupus, Iacob. Sapia. ſequãtur[l]. Neq; inqlini argm̃ obſtat. ille eñ in culpa fuit, habitationẽ deſerendo. In Præſide mortuo non culpa ſed caſus eſt, præterq̃ ꝙ in hæredib⁹ qualitas obligationis mutari non ſolet[m].

COMItibus.) Comites hîc aut gñaliter, 4 aut ſpecialiter de aſſeſſoribus Accurſi⁹ & oẽs accipiũt. Sed quid de hæredibus Præſidis dicemus, an ſalariũ petẽt? Et Accur- 5 ſius[n] anni integri quo Præſes moritur, ſalariũ deberi illis ait. Bertrãd⁹ & illius ætatis doctores frequẽtius[o] cõtrà, pro rata tm̃ tẽporis, quo Præſes officiũ exercuit[p]. Cum ſint autẽ opinionis vtriuſq; varia argumẽ- 6 ta, Accurſij prior illa & verior[q], & hodie magis recepta[r] tũ etiã iure nr̃o approbata 7 eſt[s]. Verũ quid ſi añ officij ingreſſum Præ 8 ſes moriatur? Et ꝓ regula cõiter[t] tradunt, neq; huic neq; hæredibus ipſius deberi ſalariũ[v]: niſi gerere cœpiſſet: quã opinionẽ lex quoq; Regia[x] cõfirmat. Tres tñ caſus ad ſummũ excepti ſunt. Primus eſt, ſi neceſsitate aliqua cogẽte ſubſtitutũ mittat, q ipſius loco ſeruiat[y]. Secũd⁹, ſi ad officiũ cõſulis, aut Patricij, aut his ſimile vocetur. Sola eñ creatiõe magiſtratus hi cõſtituũtur: cęteri demũ codicillis porrectis[z]: quo caſu Bartoli alio in loco[a] opinio defendi 9 poteſt, qui repugnare ſibi quibuſdã videt̃. Tertius eſt in Præſide, q ſe iam ad iter accinxerat, præparauerat, & ſumptus facere cœperat[b]. Nã & medico ſalariũ debet̃ ꝓ 10 his diebus, quibus in itinere fuit: qđ Bart. Roma. & alij notãt[c]. Sed quid de hæredibus aduocati dicendũ eſt? Et ſi annuũ erat 11 ſalariũ, idẽ quod in hæredibus iudicis concludũt[d]. Sed & ſi certæ litis ſit, idem Accurſius & freqnẽtiores oẽs hodie tenent. Antiquiores[e] aduerſus Accurſiũ, pro rata 12 temporis ſalarium tunc deberi dicebant, quorũ opinio à lege Regia[f] approbatur. Dubitari & hic illud ſolet, quid de comitibus ſiue famulis priuati cuiuſq; patriſf. di- 13 cẽdũ ſit? Et mortuo eo, in cuius ſeruitio ſũt, deberi illis ſalariũ, niſi operas ſuas alteri locent, rectè hic Decius[g] reſpondet. Faciet igitur (vt arbitror) pro animæ ſuæ bono teſtator, ſi ſub ea conditione integrum

a Soci. & Sap. co.1. Cacial. q.14.
b l. ſed & addes. §. fi. ff. loca.
c Iaſ. nume.23.
d l. aliqñ. ff. ad vellei.
e l. ſi in lege. §. ſi domus. ff. loc.
f Alexã. col. fi. Clau. col.2.
g l. in illa ſtipulatione ſi calendis. ff. de verb. oblig.
h l.4. ff. de pact. dota.
i Purp. nu. 223.
k Argu. l. cũ hæres. §. ſeruire.1. ff. de ſtatu lib.
l Deci. col. fi. Cacialu. q.17. Iacob. nu.5. Sapia. col.1.
m l.2. §. ex his. ff. de verbo. oblig.

n Glo. hic & in d. l.1. §. diuus. ff. de var. & extraor. cogn.
o Bart. hic nu.1.
p l. Stic. in princ. ff. de ann. leg.
q Argu. l. poſt duos. C de aduoc. diuer. iudicior. l. matriculã C. de ag. in reb. lib.12. l.1. C. de primip. lib.12.
r Iaſ. n.36. Deci. nu.15. Purp. n.202 Iacob. col.9. Cacia. q.10.
s l.9. tit.8. part.5.
t Purp. nu. 217. Sapia. 32. Iacob. colum.15.
v d. l. poſt duos. l. obſeruare. §. ſ. ff. de offi. procon.
x d. l.9.
y l. vlti. ff. de excuſat. tuto. auth. de collator. §. prohibemus.
z l. vlti. C. de cõſu. lib.12.
a Bar. in d. §. diuus. nu. 13.
b l. ſi pecuniam. ff. de con. ob cau. l. quod niſi vbi Bar. ff. de ope. liber. Purpur. & Sap. hic.
c Roman. ſing. 385.
d d. l. poſt duos. Sap. num.27.
e Bar. n.5.
f d. l.9.
g Dec. n.13.

anni illius, quo moritur, ſalarium cuique
14 relinquat. Sed qd ſi dominũ abſq; eius culpa derelinquant? & Baldus[a] atq; pleriq;[b] æquum hoc cenſent, vt pro rata ſeruitij ſalarium ferant. Ipſe Iacobo[c] magis accedo, nullum ijs deberi ſalariũ. Ea enim opinio & verior[d] & æquior eſt, & foro iuris noſtri
15 approbata[e]. Cur enim in hoc nõ plectantur? Sed & ſtili durior in iſtos lex eſt, qua
16 (vt video) nõ vtimur. Quid ſi famulus infirmus ſit, an pro tẽpore quo infirmus eſt, ſalarium illi debeatur? Et quæſtio anceps eſt. Sed ego opiuionem Accurſij[f] probo, vt ſalarium debeatur. Me vel maxime mouet generalis ratio iuriſconſulti[g]: Seruire enim nobis intelliguntur etiã ij, quos cura mus ęgros, q cupiẽtes nobis ſeruire, ꝓpter aduerſam valetudinẽ impediũtur. Sed &
17 eã opinionẽ Imola cõem eſſe ait[h]. Bartolus[i] tñ & nõ pauci contrà, quaſi caſus in famuli perſona cõtingens dominũ liberet: quã opinionẽ Abbas[k] cõem affirmat. Ego priori aſſentior. Nã & didici, ex cauſa infirmitatis licitum eſſe, vt per ſubſtitutum quis ſeruiens ſalarium percipiat[l], ac cæteris priuilegijs gaudeat: quod etiam in Doctore Baldus[m] & plures[n] affirmant.
18 L E G Atis.) Accurſius modò ſic legit, modò à Legatis: quã lectionẽ codices oẽs (Iaſone teſte) frequentius agnoſcũt. hodie illе ex codicibus his non probaret, quibus vtimur, Florentino excepto.
19 P R AEſtitum.) Accurſius exponit, id eſt, præſtãdum[o]. quæ expoſitio cõmunis eſt[p], & durior licet aliquanto, toleranda. Fulgoſius præſtitutũ legebat. i. præfinitũ[q]. Id quod vel Iaſon, Decius & Iacob[r] teſtant̃[s]. Idẽ Budæus & Alcia.[t] (vt ſibi tñ loci hui[9] reſtitutionẽ tribui voluerint) idẽ Salomonius, Haloander, Coraſius ſecuti ſunt: vt tñ, dum vno modo oẽs legũt, nõ eodẽ intelligãt. Alij enim ad ſalariũ, alij ad tẽpus referũt. Si ad ſalarium referas, intellectus hic in cõem ferè recidit, vt videlicet quia Præſidis hæredes ſalariũ præſidi præſtitutũ petere poſſunt: & illi inuicem aſſeſſoribus teneãtur. Quid igit̃ affert noui? Nẽpe ne (qd Accurſ. & alij faciũt) aut à Legatis legas, aut dictionẽ, à, ſuppleas, aut ꝓſtitũ ꝓ pręſtando dure exponas. Verùm hoc ſolo hic ſenſus ſcrupuloſior eſt, ꝙ ſecundum enm, ad remotiora relatio fit. Vnumq; illud in ꝓpoſito admonuiſſe, non ab re erit, immerito Alciatum à Coraſio bis hîc reprehendi, ꝙ dixerit ille, Principes præſtituere ſolitos ſalarium non præſidi tantum ſed aſſeſſoribus. Legat[9] (inquit) Cęſaris in prouinciam miſſus ab imperatore aſſeſſoribus ſuis ſalarium præſtituebat ex fiſco, hoc eſt, ex pecunia publica eius prouinciæ ſoluẽdũ[t], nõ itẽ princeps. Sed an non 20
fiſcus pecunia principis eſt? Et vt fiſcũ in Nouella illa cõſtitutione de pecunia prouinciæ accipiamus, qd repugnat ſalarium ex ea pecunia à legato ſolui, qđ à principe ꝓſtitutũ erat? Quid qđ Spartianus ĩ Peſcẽnio ſic ait, Addidit ꝑterea cõſiliarijs ſalaria ne eos grauarẽt, qbus aſſidebãt, dicẽs, iudicẽ nec dare debere nec accipere. Quid ergo vetat, quominus imperatoris optimi exẽplũ poſteriores deinde Principes imitati ſint. Sed hæc in tranſcurſu: nã & in lege vltima huius tituli de hoc aliquid dicẽdũ eſt. Qui dictionẽ, præſtitutũ, ad tẽpus referũt, lõge aliter itellexiſſe videnť: quo- 21
rũ ſententiã nõ deſunt q enixe eleuare pergãt: ſed eo vel maxime, ꝙ (vt opinanť) præſidibus, proconſulibus, legatis præſtitui tẽpus nequaq̃ ſoleret. Verũ id leuibus admodũ argumẽtis ſibi perſuadent. Ego in vniuerſum nõ probo. nã (quod ſupra quoque ſatis oſtẽdi[v] ex Sueto. in Auguſt. & Apul. Floridorũ lib. 2.) ꝓcõſulũ magiſtratus annuus fuit: præſidũ certus finis nõ erat, ſed in officio perſeuerabãt, donec ſucceſſor à Cæſare mitteba̅, Quò fit, vt q̃ a lex nr̃a de præſide agit, hãc ipſe nõ ſequar intelligentiã, quę refert ad tẽpus. Quinimo neq; receutiorũ interpretationi cõſentio. Primũ quia nihil eſt, cur Comites hic de his tm̃ (qđ illi faciũt) accipiã, q à pręſide eligerẽtur. Nã cur nõ etiã & de ijs q à Principe darenť, modo ipſis ſalarium præſes deberet? Deinde, q̃a cũ de ſalario intelligũt qđ ꝓſtitũ ipſi legato fuit in pricipio anni, & comitib[9] debeť ꝓ toto illo anno cœpto, id ab in tellectu tertio cõi ꝓrſus nihil differt. Poſtremò, q̃a cũ ſecũdã legis nr̃ę partẽ ſic enarrãt, vt pſes q añ tẽpus ſucceſſorẽ accepit, aſſeſſoribus nõ teneať: q̃a non aliàs videtur eis ſalariũ ꝓmittere, quàm ſi ipſe à Principe vel ſenatu acceperit, ſibi ipſi repugnant. dixerant, in principio anni ſolutum: nũc coguntur, ne ſolutum dicant. Nam & cur negent, intelligi poſſe finẽ de Præſide ob culpam remoto? an non hæc frequen-

a Bal. in l. eadẽ. col. 3. C. loca.
b Iaſ. hic. col. ſi. ſep. col. pen.
c Iacob. nu me. 29.
d l. quieras. ff. loca. l. ſi. C. de cõ. ob cauſ.
e l. 8. tit. 4. lib. 4. fo.
f Glo. in l. arboribus. §. de illo. ff. de vſuf.
g l. cũ hæres. §. ſtich[9] ff. de ſtatu lib.
h Imo. ñ. e. ꝓpter ſterilitatem. nu. 13. de loca.
i Bar. in l. ſi vno. §. itẽ cũ quidã. eo lũ ff. loc. Iaſ. hic. col. ſina.
k Abb. in c. 1. nu. 9. de clerici egro. miniſt.
l l. 1. C. de princ. agẽt. in reb. lib. 12.
m Bar. in no. et Aret. in l. cõtinuus. §. ſi ab eo. ff. de verb. obl.
m Bal. in l. vnica. §. ne autẽ. C. de ca du. toll. Bal. in l. ſi. ff. de excuſ. tuto.
n Plat. in l. nullus. C. de decur. li. 10. Igna. in l. 3. ſi princ. nu. 2. ff. ad ſyll.
o l. deſſan ſto. ſ. loca.
p Iaſ. col. 2. Iacob. n. 12.
q l. 1. ff. de ver. delict. ff. de ſuſ. teſ. edict.

r Iaſ. col. 2. Dec. nu. 14. Ia. nu. 21.
s Bud. hic. Alci. li. 4. diſp. c. 20.
t in l. cre ditori. C. de pact. ſ. ver. patrocinio.
t Auth. & mãda. prin. §. feſtina bis.

v In rub. de offic. pro con. in rub. de offic. præ ſi. Alci. de mag. & ci uilib. offi.

frequentior ſpecies eſſe poteſt, vt ante tē-
pus, ob culpam magis quàm honoris cau-
22 ſa Præſides remoueantur? vt itaque abſol
uā paucis cōes potiores intellectus ſunt.
POSTEA.) Mortuo legato.
CVM alijs.) Aliove à quo ſalarium perci-
23 piat. neque enim duobus dominis ſeruire
poteſt[a], neque fingi debet: fictio enim ſu-
24 per ijs non cadit, quæ vel naturaliter[b], vel
etiam ciuiliter impoſſibilia ſunt[c]. Et argu
25 mentū hic eſt, mortuo Præſide aſſeſſores
nō durare vſq; in ſucceſſoris aduentū (vt
Bartolus notat[d]) cui cæteri nō repugnant.
EODEM tempore.) Quid ſi partim va-
cauerint? Et receptius eſt, vt pro ea parte
26 ſalarium ab hæredibus defuncti Præſidis
conſequantur. Quid ſi ſecundo Præſidi
mercede ſe minori locent? Et poſſe etiam
eos exigere ab hæredibus primi id quod
excurrit[e], omnes fatentur[f]. Quid ſi à ſecū
do maius ferat ſalarium, an hæredibus pri-
mi id reſtituet, quod amplius eſt? Et nō re
ſtituturum, crebrior etiā opinio affirmat[g];
27 FVERINT.) Quid ſi non fuerint, cum
potuerint? Accurſius[h], & frequentiores[i]
idem eſſe aiunt quaſi per eos ſtet[k] Roma-
nus negat, ne vel mutare debitorem coga-
tur[l], vel in odium aſſeſſoris torqueamus,
quod fauore eius introductū eſt[m]. Fulgo-
ſij igitur, cui recentiores ſubſcribunt, ſen-
tentiam ſequamur, vt cum incommodo
locare ſe alijs aſſeſſores non teneantur[n].
Quid em̄, ſi loci aër peſtilens ſit[o]? Quid ſi
Præſes rixoſus[p]? Nō tñ incōmodū quodcū
que, ſed vel intolerabile cauſari poterūt[q],
vel eiuſmodi, qđ ſatis eſſe iudex arbitrei[r].
28 DIVERSVM.) Si quidē Preſes cū tota
familia remoueatur, aſſeſſori ſalariū non
debetur[s] omniū cōſenſu[t]. Si Præſes ſolus
remot⁹ ſit, ſi ob aſſeſſoris culpā, quæ in du
bio præſumitur, nō deberi illi ſalariū oēs
etia affirmāt[v]. Si ob culpā propriā Præſes
remoueatur, aſſeſſori ſalariū dandū eſt. vn
de & cautū admonēt, vt proteſtetur, ſi qñ
Præſidē errare intellexerit. Sed nūqd hoc
poſtremo caſu (ideſt cū preſes ſua culpa re
motus eſt) aſſeſſori ius ſalariū peredi eſt, li
cet alij ſe locet? Et poſſe etiā in hac ſpecie
ab eo peti (Socino teſte[x]) Paulus & recētio
res affirmāt, cui cōſequēs, vt ſi remoto in-
quilino dñs alij domū locauerit, ab vtroq;
penſionē exigat[y]: verū receptior[z] vtroq;
caſu ſuia eſt, nec ſalariū[a], nec penſionem[b]

a l. vlti. C. de aſſeſſ. b Glo. in l. gallus. §. ſi eius. de libe. & poſthu. c Gl. in l. talis ſcriptura. delega. 2. Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore. n. 210. ff. de vſuc. d Bart. col. fi. Iaſ. nu. 11. e l. prædia. ff. de actio. empt. f Sap. n. 8. g l. 3. ff. ad l. Falci. h Gloſ. hic & in l. diē functo. ff. lo ca. i Alexād. nu. 27. Soci. nu. 5. Deci. nu. 22. Cacctial. q̄. 17. purp. n. 226. k l. Labeo ſcribit ſi mihi ff. de contrah. empt. l l. ſi mandato meo. ff. manda. m l. quod fauore. C. de legibus. n l. Nepos proculo. ff. d verb. ſigni. o C. cum dilecti. de do. & contu. p Bar. in l. ſi conuenerit. ff. p ſoc. q Gl. in l. 3. §. 1. in glo. in cōmodo. ff. de annu. leg. r Purp. nu. 225. Cacctial. q. 17. s l. pen. ff. ſol. mat. t Sap. nu. 42. v Iaſ. n. 6. Sap. n. 44.

deberi. Sed Præſide remoto ob culpā, qđ
de ipſo, aut hęredibus ipſius dicemus? qua
tenus ſalariū petēt? Et cōis[c] opinio eſt, pœ
nā culpæ cōmenſurandā[d]. Dabitur igitur
his ſalariū pro tēpore, quo Præſes in culpa
non fuit: pro futuro nō dabitur[e], niſi fortè
deiu toleretur[f]. Tantiſper em̄ ſalariū fe-
ret: cōirà præteritū nō percipiet, ſi in exa
ctiōibus publicis faciēdis indiligēter ver-
ſatus ſit[g]. Id quod Sapia non male (vt mihi
quidē videtur[h]) gñralius intellexit: ideſt,
ſi culpa à Præſide aliqua admiſſa ſit (& ob
eam ipſe remotus) quæ vniformiter totū
officij tempus reſpiciat.
IN EO.) Præſide.

V. PAVLVS. Lib. I. Sententiarum.

CONSILIARI eo tempore,
quo adſidet, negotia tractare
in ſuum quidem auditorium
nullo modo conceſſum eſt: in alienum
autem non prohibetur.

1 *Conſiliarij pro aſſeſſoribus & quæ præterea hæc vox ſignificet.*
2 *Aſſeſſor an poßit aduocati officio fungi.*
3 *Aſſeſſor in ſua cauſa an poßit cōſiliū pbere.*
4 *Aſſeſſor coram ſuo iudice facit ea quæ volūtariæ iuriſdictionis ſunt.*
5 *Aſſeſſor an quis poßit eſſe in cauſa, in qua aduocatus aliquando fuit.*

COnſiliari.) Alijcodi
ces, Con 1
ſiliarijs. conſiliarij verò hic
aſſeſſores ſunt, vt & alibi ſæ
pe[i], & apud Suetoniū ī Clau
dio, Spartianū in peſcēnio, Lāpridiū ī Ale
xādro. Significat & ea vox interdū eos, q à
principū cōſilio ſint[k]: interdū vel iudicis
delegatos[l]: q̄ ipſe oīa alibi tradidi pleni⁹.
NEGOTIA tractare.) Duplex hui⁹ le-
gis eſt ſenſus. Primus, aſſeſſorē in ſuo audi 2
torio aduocāti officio fungi nō poſſe, ī alie
no poſſe. Verum hodie[m] (quæ cōis opinio
eſt[n]) neq; in alieno poterit, ne dū adv rūq;
feſtinat, neutrū bene peragat. Secūdus, aſ- 3
ſeſſorē in ſua cauſa iudici cōſiliū præbere
nō poſſe. Vt em̄ iudex[o], ſic nec aſſeſſor qs
in ſua cauſa erit, niſi fortè actus volūtariæ 4
iuriſdictionis ſint[p]. Manumittet igitur,
& emancipabit coram ſuo Præſide, & de
manumiſſione emancipationeque facien
dà iure illum inſtruet. Adde & tertiū, Tu-
ſci codicis argumento, in quo, Conſiliari,

x Soci. nume. 22. y l. ſi in lege. §. ſi domus. ff. loca. z Iaſ. n. 30. Sap. col. fin. a Arg. hoc in. l. & l. diē. ff. loca. b l. domini horreorum. ff. loca. c Deci. nu. 22. purp. nu. 238. Sap. nu. 38. d l. Reſcriptū. ff. d his quib. vt indig. d. l. 2. ff. d iu: ne. actio priua. e d. l. Scio. f Paul. & Sap. hic. g l. iudices C. de anno. lib. 10. Bar. ī l. menia. ff. d annu. leg. Iaſ. hic. col. fina. h l. iudices C. de dign. lib. 12. i l. 1. l. conſiliarios. l. in conſiliarijs. l. nemo. 3. C. de aſſeſſ. k l. verū. §. ex facto. ff. & minori. l. de qui non ſunt. ff. d tutoribus. l Auth. à iudice. C. de iudi. ſecundum vnum intel. m l. vlti. C. de aſſeſſ. n Soci. & Dec. hic poſt Anto. in c. irrefragabili. §. cæterū. colū. pen. de off. ord. o l. 1. C. ne q̄s ī ſua cau. p l. ſi cōſul ff de adopt.

& Adſidet, & prohibetur, ſcriptum eſt: vt ſit ſenſus, iudici in ſuo auditorio non licere aſſeſſoris (dum ei adſidet) tractare negotia: in alieno prohibitũ hoc nõ eſſe. Sed nũ qd poterit qs eſſe aſſeſſor in cauſa, in qua aduocatus aliqñ fuit? Et nõ poſſe Guilielmus Durãdus[a] notat: cui Decius alijq; adſtipulantur.

ADSIDET.) Alij codices, Adſident.

PROhibetur.) In alijs codicibus, ꝓhibent̃.

VI. PAPINIANVS. Lib. I. Reſponſorũ.

IN conſilium curatoris reipublicæ vir eiuſdem ciuitatis adſidere nõ prohibetur: quia publico ſalario non fruitur.

1 *Curator pro procuratore & per contrarium.*
2 *Reſpublica & fiſcus differunt.*
3 *Curatores Reipublicæ qui fuerint.*
4 *Intellectus huius legis duplex.*
5 *Ratio legis declarata.*
6 *Aſſeſſoribus vnde ſalarium ſoluendum ſit.*
7 *Aſſeſſori iudicis delegati litigatores ſalariũ ſoluunt.*
8 *L.3.titu.21.part.3.*
9 *Conſuetudo, vt partes aſſeſſoribus ſalarium ſoluant, in foro conſcientiæ vix tuta eſt.*
10 *L.7.titu.11.lib.2.ordin.*
11 *Aſſeſſori an ſint ſoluendæ expenſæ à iudice ducendi reducendiq; illum in patriam.*
12 *Salarium publicum quibus dari poßit.*
13 *Cõſuetudine inductũ, vt ſalaria à municipijs ſine principis licentia inſtituantur, & an probanda ſit.*
14 *Salaria quemadmodum conſtitui debeant.*

CVratoris Reipublicæ.) Curatorẽ Reipublicæ Accurſius & plures hic,
1 de Procuratore fiſci vel Cæſaris accipiũt. Et quãquã tolerari ſatis hoc poſsit, vt curator ꝑ ꝓcuratore ponatur[b], ſicut & ꝑ cõtrariũ[c]: defendi tñ vix põt, cum
2 Rẽpublicã ꝓ fiſco intelligunt. Sunt em̃ ea ꝓrſus diuerſa[d]. Paulus itaq; primus Cura-
3 tores Reip. Priores, ſiue Ancianos Reip. interpretatᷣ: quẽ ſenſum Iaſon & Decius probaſſe vidẽtur. Cęterũ ꝓpriè (qđ Alciatus[e] notat ante Coraſiũ) curatores Reip. ſeniores erãt è numero Decurionũ ſelecti, vt rẽ publicã curarẽt: quorũ nõ pauca ĩ iure nr̃o
4 mẽtio[f]. Igitur duplex ad ſummũ huius legis intelligentia eſt. Nã ſi cõmunia ſequimur, ꝓbat Procuratori fiſci aſsidere poſſe virũ eiuſdẽ ciuitatis, in qua procurator ſit. ſi Paulo accedimꝰ, ſenſus eſt, curatori Reipub. ideſt, ei q ex numero Decurionũ electus ſit, vt Rẽpu. curet, aſsidere poſſe virũ eiuſdẽ ciuitatis: qđ ego vltimũ magis amplector. Neq; em̃ eſt, cur improprie de fiſci ꝓcuratore accipiã, cũ ſit curatoris Reipu. peculiare officium.

QVIA publico ſalario.) Obſcura valde 5
ratio eſt, & quæ Accurſiũ, Bartolũ, & reliquos nimiũ torqueat. Cõiter ergo ad aſſeſſorẽ eã referũt. Mihi (ſiue cõem intellectũ ſiue alterũ illũ Pauli ſequaciũq; tueamur) ad curaturẽ referẽda videᷣ: vt ſit hic legis ſenſus, curatori aſsidere poſſe virũ eiuſdẽ ciuitatis, qa Curator Reip. ſalario publico ſuæ ciuitatis nõ fruitur, ideſt, iuſtus (vt ita dicã) magiſtratus nõ eſt, & q cauſas oẽs ciuiũ audiat, vt periculũ minus ſit, huic aſsidere eũ, q ex eadẽ ciuitate ſit. Sanè ſi ad aſſeſſorẽ referas, ſignificaret lex ꝑ locũ à cõtrario ſenſu, aſſeſſurem in ſua aut ꝓuincia aut ciuitate quẽ eſſe nõ poſſe, qa publico ſalario fruitur. Atquin hac ratione vel alienigenæ aſſeſſores eſſe non poſſent.

NON fruitur.) Probatur hic, aſſeſſoribus 6
ſalariũ de publico ſolui debere: alibi[g] de fiſco, ideſt, pecunia Principis. Id em̃ eſt fiſc[o]. Supra verò dixit lex[h], à Præſide aut Præſidis hæredibus ſoluẽdũ. In iure Põtificio[i] legimus, partes ſalariũ hoc aſſeſſori ſoluere. Qua in re omiſsis Alberici[k], Decij, Alciati Coraſij, aliorũq; traditiõibus (imperfectæ em̃ in hoc ſunt) Nos cõia (quorũ illi nõ meminere) ſequamur. Cõis[l] itaq; ſic ſe habet opinio, vt iudex đ ſuo aſſeſſori ſoluat[m], qđ iudici ipſi ex fiſco aut ex publico datũ eſt. Habetque rationẽ magnã, vt qui ab aſſeſſore (cũ ipſe peritus eſſe debuiſſet) inſtruitur, aſſeſſori laboris & conſilij mercedem præſtet[n]. Sed hoc in aſſeſſore iudicis ordinarij procedit: nã aſſeſſori delegati litiga- 7
tores ipſi ſoluent[o]. Sed & Aſſeſſori iudicis ordinarij, ſi iudici non in omnes generaliter, ſed in vnam cauſam, aſſideat, quod hic Decius notat[p]: fientq; tunc eo modo expenſæ, vt ſi vna pars aſſeſſorẽ petat, illa ſalarium præſtet[q]: ſi vtraq; (iure id optimo[r]) communes expenſæ ſint. Idemq; fiat, cum proprio motu iudex (quoniam ſic cauſa requirat) aſſeſſorem in conſilium aduocet[s]: id quod nos Bartolus[t], Balduſq̃ue[v], poſt an-

a Specu. de aſſeſſ. §. fin. adſi.

b l. fi. ſupra de offi. proc. Caſa. l. decurat. bo. dan.
c l. Procuratores. C. de decurio. lib. 10.
d l. ſciẽdũ. ff. de legat. Mar. in l. 1. col. 3. de iuſti. & iur.
e Alciat. lib. 2. parer. c. 24. & in l. præſes. C. de tranſac.
f l. Lucius. §. ſempronij ff. de admi. tute. l. Impe ratores. ff. de pac. l. procuratores. C. de decurio. lib. 10. l. 3. C. de mo. mulct.
g Auth. de mãd. pri. §. feſtinabis.
h l. diẽ ſuncto.
i c. ſtatutũ. §. aſſeſſorẽ. de reſcrip. in ſexto.
K Alb. in l. Miles. ff. ex qb. cauſ. maio. Deci. hic, Alcia. libr. 4. diſp. c. 20. Coraſ. in l. diẽ functo. ſupra.
l Abb. in c. cũ ab omni. col. fi. de vita & honeſta. cleric. purpur. in l. diẽ functo. nu. 163. ſap. ibi. nu. 9.
m d. l. diẽ functo.
n l. 1. C. de aſſeſſ.
o d. §. aſſeſſorẽ. purpu. in d. l. diem functo.
p Deci. nu. 5. arg. §. aſſeſſorem.
q l. cũ ſepe. C. de eroga. milit. anno. lib. 12.
r l. eos. §. 1. ad fin. C. de appel. l. fin. C. de ſtatu. & imag.
s l. 4. §. 1. ff. fin. regũ.
t Bart. in l. ſi poſtulauerit. ad finẽ princ. ff. de adulterijs.
v Bal. in l. 3. C. ad legẽ Iul. de adult. Bal. in l. 4. §. 1. ff. finiũ regũ.

poſt antiquiores docuerunt: & vſu etiam fieri quotidie videmus in his aſſeſſoribus, quibus iudices (tūc præſertim, cū ipſi recuſantur) ſnīæ cōponendæ arbitrium cōmittunt.
8 Quibus caſibus Regia quædā lex[a] intelligenda eſt, quæ de aſſeſſorū ſalarijs loquitur. Neq; em̃ eorū probari pōt opinio, qui cōſiliarios illic, ideſt, aduocatos, ac nō potius (id qđ res eſt[b]) ideſt, aſſeſſores accipiūt. Soluent pręterea partes aſſeſſoribus, ſi de hoc aut lex municipalis fuerit, aut cōſuetudo[c]: vt admoneamur tñ, eiuſmodi cōſuetudinē (qđ cōiter traditū Purpuratus affirmat[d]) in foro cōſcientiæ vix eſſe tutā[e].
9 Ego ſubſiſto, ꝙ ſciā conſuetudini legē[f] in hoc aſsiſtere, cuius ipſi nō meminerunt. Sed quid ſi gñraliter aſſeſſor aſſumitur, id eſt, ꝑ tēpore magiſtratus? Et Decius huic de publico ſolui debere air, legis noſtræ argumento. Ideõq; Albericus exiſtimat in aſſeſſoribus, qui à principibus dentur: quod
10 vtrunq; iure quoq; nr̃o procedit[g], quo ſalaria Correctoribus, alijſq; officijs perpetuis de publico ſoluēda ſunt: aut ſi bona cōmunia populus nō habuerit, collatiōe eorū qui in tributa cōferre ſolēt, res expedietur: quæ collecta (ne & hoc omittā) per ſingulorū capita fier[h].
11 Sed nunquid expenſæ aſſeſſoris ducēdi, reducēdiq; in patriā à iudice fient? Et has quoq; ab eo pręſtādas ex Bartolo[i] Socinus[k] & Caccialupus ſimpliciter colligūt. Verùm Bartolus poſita cōſuetudine loquitur. Atq; ita eius verba, Angelus[l], Paulus[m], Alexander[n], & Purpuratus[o] interpretantur. Non ergo iure onus hoc ſpectabit ad iudicē. tantū illud, vt aſſeſſori ſalariū præſtet. Porrò publicū ſalarium, vt cōſtitutū iā in, denegandū non eſt[p]: ſic dandū nemini erit[q], niſi vel princeps expreſ-
12 ſim iubeat, vel ex cauſa publicæ neceſsitatis: vt cū ei propoſitū eſt, qui graſſatorem, aut ferā beſtiā cōprehendat[r]. Quid igitur municipia faciunt, dū ſalaria Principe incōſulto præſtituunt? Reſpōdeo, niſi cōſuetudine excuſentur, iure id nō faciūt[s]. Conſuetudine verò inductū hoc eſſe, Alberic⁹ teſtis eſt[t]. Quod ego ita demū ſequar, dū
13 ne ea repugnent, quę de cōſuetudine teſtimonio doctoris probāda tradūtur: de quibus ſuo loco diximus[v]. Oportebit igitur apud nos conſuetudinē (ſi fiſci fortè patronus, aut alius cōtendat) à municipio probari. Neq; enim de totius orbis cōſuetudine Alberic⁹ aut intellexit, aut intelligere potuit. Scitumq; vetus illud eſt, Mores hominum regioni rñdēt. In ſumma meminiſſe ſemper neceſſe erit, vt ij, quib⁹ ſalaria præſtituere curæ eſt, nō laboris tantū, verùm & dignitatis rationē habeant[x]. Qua rōne
14 receptius hoc eſt, vt pro præteritis quoq; laboribus, nedū pro futuris, ſicut aduocatis, honoraria accipere licet[y], ſic iudicib⁹ præſtitui de publico ſalaria & poſsint, & debeāt[z]. Hoc enim eſſe, quod Papinianus cum tam labor (inquit[a]) quam pecunia diuiſionem recipiant.

a l.3.tit.22. part.3. b l. Cōſiliarios. l. in conſiliarijs. C. & aſſeſſo. l. conſiliarijs. ſuprà. c Gl. in auth. offeratur ī gl. prabitū. de lit. conteſt. Angel. ī l. ſi nō ſortem. §. libertus. n. 8. de cōdi. ide. gloſ. in d. §. Aſſeſſoré. ī gl. moderando. d Purp. ī l. diē functo. nu. 172. e Glo. in clemēt. ſtatutū in gl. ex iuriſdictione. de elect. f l. Vnica. C. de anno. & capitat. g l. 7. titu. 16. lib. 2. or. h Bar. in l. vnica. C. de mulie. & ī q. loco. li. 11. Alex. in 2. volu. conſil. 68. col. 1. i Bar. in l. pen. C. de in. fiſc. lib. 10. k Socin. in l. diem functo. col. 2. Caccialup. q. 31. l Ang. in l. ſi non ſortem. §. libertus. nu. 8. ff. de cond. indeb. m Paul. in l. ſi prius. §. placuit. ff. de aqua plu. arcen. n Alexā. ī l. ſtipulationes. 1. ff. de verb. oblig. o Purp. ī d. l. diem functo. nu. 166. p Authét. de depoſi. §. primo. q l. vnica. C. de prab. ſalar. li. 10. r Deci. & Iaſ. in l. 2. colum. 4. ff. de iuſt. & iur. s l. ſæpe. ff. de off. præſi. t Alberi. ī l. Ambitioſa. ad fin. ff. de decret. ab ordi. faci. v In l. de quibus. nu. 100. ff. de legib. x l. 1. C. de aduo. diuer. iudi. y Iaſ. in l. ne quicquā. colū. 1. ff. de offi. procon. Al. lib. de verb. ſigni. pag. 19. nu. 60. contra. glo. in c. non licet. 11. quæſtio. 3. z Curt. Iunior. in l. diem functo. ſuprà. nume. 26. a l. Seio. in principio. ff. de annu. lega.

Finis Commentariorum Ioannis Oroſcij in primum librum Pandectarum.

Excudebatur Salmanticæ in officina literaria Andreæ à Portonarijs. S. C. C. M. Typographi. Anno Domini Milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſeptimo, Pridie Calendas Februarias.



LIBER SECVNDVS.

De Iuriſdictione.

1 *Generalia poſt ſpecialia poni nouũ non eſt.*
2 *Rubrica de regu.iur.cur toti iuris compilationi ſubijcitur.*
3 *Rubrica de actionibus, cur proprio titulo poſita eſt.*
4 *Communia de legatis, & ſimiles rubricæ, qua ratione ſic inſcribantur.*
5 *Iuriſdictionis appellatione an cõprehendatur non ſolùm Ordinaria, verùm & delegata iuriſdictio.*

HActenus, de officijs & iuriſdictione ſpecialiter, nunc titulus communis annectitur.
1 Nouum enim non eſt, vt ſpecialiter quibuſdam enumeratis, generale ſubijciat verbũ, quo ſpecialia quo-
2 que complectatur[a]. Sic rubrica de regulis iuris, toti iuris cõpilatiõi ſubiecta eſt [b].
3 Sic altera illa de actionibus communiter tractat, cùm tamen, actiones ſingulæ ſparſim, per totum ferè iuris corpus tradãtur.
4 [c] Sic communia vtriuſq; iudicij, communia de legatis, communia de ſucceſsionibus, communia de manumiſsionibus, communia de vſucapionibus, communia prædiorum, quæ pari ratione ponuntur. Tractatus igitur hic generalis eſt, de ordina-
5 ria, & delegata iuriſdictiõe, vnde & illud colligit Alexander, iuriſdictionis appellatione, non ordinariam tantùm (quod Antonius[d] exiſtimat) ſed & delegatam comprehendi: ſed Antonij verior videtur opinio, quam & hîc Iaſon ſequutus eſt, vt verba in potiori ſignificato accipiãtur[e], idque vel maximè ſi vel de propria iuriſdictione fiat mentio (delegata enim propria nõ eſt[f]) vel iuriſdictionis, caſus enim hîc, proprietatem ſignificat[g]. Pro ſubiecta tamen materia, vox iuriſdictio, etiam delegatam comprehendet[h], idemq; erit, ſi eiuſmodi ſit, in qua verba in larga ſignificatione accipimus. Quo ſenſu Accurſij Alexandriq; ſententia procedit.

a l.ſi ſeruus ſeruum.§.inquit lex. ff. ad.l.aquil.
b Glo.in rub. ff.de reg.iur. Din.in proœ. de reg.iur.in 6.col.1.
c Iaſ.in rub. inſt.de actio. col.penult.
d Anto.in c. ſua nobis.de offic.vic.
e l.quæritur. ff.de ſta.ho.
f l.1.§.q man datam.ff. de offi.ei.cui mã. eſt iuriſ.l.fin. C.vbi & ap. quem.
g l.2.§.ĩ locũ ff.de relig.Bar. ĩ rub.ff.de no. op.nun.
h l.ſi vno.in princ.ff.loca.
i c.quærenti. de offici.de leg.Alex.in l.ait prætor.ĩ princ.col.fi.ff. de re iudi.

VLPIANVS Lib.I.regularum.

IVS DICENTIS OFFICIVM Latiſsimum eſt: nã & bonorum poſſeſsionẽ dare poteſt, & in poſſeſsionẽ mittere, pupillis non habentibus tutores conſtituere, iudices litigantibus dare.

1 *Ius dicens & iudex an differant nouè declaratum.*
2 *Iuriſdictio, & officium iudicis, an idem ſint.*
3 *Officij iudicis conſiderationes.*
4 *Bartolus ſibijpſi repugnat.*
5 *Officium iudicis & actio an idem ſint.*
6 *Officium iudicis ius, an factum, Bartoli verba expenduntur.*
7 *Officij iudicis & actionis ſimilitudines, & differentiæ.*
8 *Officium iudicis filius aduerſus patrem quomodo imploret.*
9 *Officium iudicis quanto tempore tollatur.*
10 *Officio iudicis conuentus recõuenire poteſt.*
11 *Actio quando obligationem ſupponat.*
12 *Officium iudicis quaſi obligationem ſupponit.*
13 *Officio iudicis fideiuſſor accedit.*
14 *Interpellatio, an conſtituat in mora, quando iudicis officio cogendus quis eſt.*
15 *Libellus in officio iudicis, an ſit offerendus.*
16 *Iudex actionem, aut officium non impartiẽs, quando faciat iniuriam.*
17 *Officium iudicis extraordinariũ auxilium.*
18 *Monachi Franciſcani iudicis officium implorant.*
19 *Iuramenti in litem delatio ceſſat, in his, quæ officio iudicis expediuntur.*
20 *Legis verba quando officium iudicis, & quãdo actionem producant.*
21 *Fructus quomodo actione, aut officio iudicis petantur.*
22 *Officium iudicis quotuplex.*
23 *Communes opiniones contrariæ.*
24 *Officij nobilis, & mercenarij differentia.*
25 *Libellus, in officio iudicis quãdo requiratur.*
26 *Iuriſdictio territorio, an perſonæ cohæreat.*

27 *Iuriſdictio dominio comparatur, & quomodo id argumentum procedat.*
28 *Iudicis officium quare latiſſimum dicatur.*
29 *Dictionis implicatiuæ natura.*
30 *Meri imperij exempla ciuilia, & criminalia ſunt.*
31 *Publica vtilitas ad officium iudicis magis quàm priuata ſpectat.*
32 *Meri imperij cauſæ ad publicam vtilitatem, mixti & iuriſdictionis ad priuatã pertinent.*
33 *Officium iudicis quomodo genus generaliſſimum.*
34 *Officium iudicis cur non longiſſimũ dicitur.*
35 *Longitudinis, & latitudinis dimenſiones in rebus corporalibus, & incorporalibus.*
36 *Iudicem habere fauorabilem expedit.*
37 *Iuriſdictionis definitio.*
38 *Statuta facere, iuriſdictionis, an permiſſionis ſit.*
39 *Communes opiniones contrariæ.*
40 *L. 5. titu. 2. part. 1.*
41 *Poteſtas iuriſdictionis qualis.*
42 *Bonorum poſſeſſionem dare, imperij mixti, an iuriſdictionis ſit.*
43 *Bonorum poſſeſſio decretalis, an locum hodie habeat.*
44 *Poteſt pro debet.*
45 *Miſſio in poſſeſſionem imperij, an iuriſdictionis ſit.*
46 *Miſſio re ipſa maioris iuriſdictionis, quàm pronunciatio de mittendo.*
47 *Sententia pronũciationis de mittendo in poſſeſſionem diffinitiua, an interlocutoria ſit.*
48 *Sententiæ diffinitiuæ appellatione, an contineri poſſit interlocutoria.*
49 *Miſſio in poſſeſſionẽ ex ſecundo decreto diffinitiuæ vim habet.*
50 *Miſſio realis, an poſſit delegari.*
51 *Miſſio in poſſeſſionem nuncio committi poteſt.*
52 *Delegabilia quæ non ſunt, per nuncium expediri poſſunt.*
53 *Nuncij iuriſdictio nulla eſt.*
54 *Iuriſdictio quatenus nũcio committi poſsit.*
55 *Tutoris datio mixti imperij eſt.*
56 *Mixti imperij cauſæ officio iudicis nobili ad priuatam vtilitatem expediuntur.*
57 *Tutoris, aut curatoris datio, quando delegari poſsint.*
58 *Mixti imperij cauſæ iuriſdictionem habenti an delegari poſsint.*
59 *Pupillorum fauore mixti imperij cauſæ, an delegentur.*
60 *Tutores conſtitui poſſunt à iudice, etiam nemine petente.*
61 *Iudices cauſarum criminalium tutores dare poſſunt.*
62 *Curatores an dentur non petentibus.*

IVS dicentis.) Anxiè ſe Accurſius, & omnes torquent, ſit'ne aliquid cauſæ, cur ius dicentis, ac non potiùs iudicis dicat? Et Accurſij opinio communiter[a] reprehenditur, exiſtimantis, iudices eos appellari, qui minores, ius dicentes qui ma- 1
iores magiſtratus ſint. Quid igitur? Synonyma (inquiunt) hæc ſunt[b]. Sed an non alibi[c] manifeſtè, vt diuerſa ponuntur? Et alij aliter in hoc, Mihi, latiùs patere vox ius dicentis videtur, & quæ ad diffinitiones, interloqnutiones, decreta, cognitionẽ pro tribunali, aut de plano referri poſsit. Qua propter & ea tanquã latiori Vlpianus hîc vſus eſt.

OFFICIVM.) Sed quid hoc ad titulũ[d] qui de iuriſdictione eſt? An quia officium 2
iudicis, & iuriſdictio idem ſunt? Et Bartol[o], cui cæteri aſſentiũt[e], Primũ, ſimpliciter & abſolutè, id eſt (vt logici vocant) in ab- 3
ſtracto cõſyderat, prout perſonæ huic, aut illi, officiũ in ſpecie nõ cohęret, quodque vnũ & idẽ ſemper eſt, quãlibet perſonæ mutentur[f]. Qua ſignificatione, quaſi idẽ cũ iuriſdictione eſt, niſi ꝙ officij iudicis appellatione, principaliter perſona (in genere ſcilicet[g]) denotatur, iuriſdictio ipſa veluti per cõſequentiã: contrà iuriſdictionis verbo, principaliter iuriſdictio, at per conſequẽtiam, officium ipſum, cui iuriſdictio ineſt[h]. Deinde, conſyderat, prout perſonæ cohæret, & pro tota adminiſtratione accipitur, differreq; in hoc à iuriſdictione credit, ꝙ hæc ius & poteſtas eſt, officiũ verò, eſt exercitiũ iuriſdictionis,[i] quomodo ſumptũ, pro iudicũ diuerſitate variat, aliudq; eſt in perſona vnius, aliud in perſona alterius[k], quæ conſideratio, ab oĩbus æquè probata eſt[l]. Poſtremò, conſyderari poſſe ait, prout particulatim exhibetur in quibuſlibet cauſis, eſſeq; tunc genus generaliſsimũ, oẽs officij nobilis mercenarij, aduerſarij ſpecies cõprehendens. Iaſon[m], conſiderationem ſanè cum ſecunda recidere contẽdit, Decius[n] cum Bartolo (le-

a Ang. Alexãd. Iaſ. Dec. Claud. Sap. purp.
b c. forus. de verb. ſigni.
c l. noluit. §. fi. ff. de inter. act. rub. C. ne q. in ſua cau.
d l. imperator ff. de in diem addict.
e Soci. in ſub. ſ et. hic. col. 5.
f l. propone-batur. ff. de iudi. c. ſi gratioſe. de reſcr. lib. 6.
g Dec. nu. 22. Sap. nu. 42.
h l. honor. ff. de muner. & honor. l. fi. C. vbi & ap. quẽ.
i l. 4. §. in cũ. ff. de admi. ae. ad ciui. perti.
k l. cũ apud. ff. iudi. ſol.
l Purp. et Oria. in rub. ſuprà de eff. cui mã. eſt in. Sap. hic. nu. 43. & 45.
m Iaſ. n. 7.
n Dec. n. 24.

4 uiter tamen) quaſi diuerſas ſuſtentat. Mi-
hi etiam repugnare ſibi quodãmodo ſub-
tilis hæc Bartoli traditio videtur. Nã quid
eſt, quòd & genus generaliſsimum ais, &
particulariter exhiberi? an non alterũ ad
genus ſpectat, alterum ad ſpecies, ſeu indi
uidua? Cæterùm, & differre tertiam hanc
ſpeciem à iuriſdictione eo ſubiungit, quo
ab obligatione actio[a], quo vox ipſa à po-
tentia loquendi[b]: quod, quid aliud quæſo
eſt, quàm quod in ſecũda conſideratione
dixerat, nempe eſſe, officium exercitium
iuriſdictionis? Quocirca duæ (vt arbitror)
conſiderationes, ſatis ſuperque ſunt. Alte
ra, qua ſimpliciter & abſolutè conſydera-
uit, altera qua ſic, prout perſonæ cohæret.
5 Sed num officiũ iudicis & actio idẽ ſunt?
Et duplex (inquit ille) quęſtio eſſe poteſt.
aut em̃ de officio quærim' prout ad iudi-
cem, aut prout ad implorantem refertur.
6 In priori, nec dubitatio eſſe poteſt, actio
enim ius eſt, quod actori[c], officium iudi-
cis ius, quod iudici competit ea faciendi,
quæ ſibi vt iudici incumbunt. Sed an non
ſupra facti eſſe ſenſit, cùm exercitiũ eſſe
definijt, quid eſt, quòd nunc ius appellat?
Et fatendum eſt exercitium eum pro iu-
re exercendi poſuiſſe. Nam & præ cæteris
ſcitè Decius[d], officium iudicis poteſtatem
ſiue ius eſſe credit, cui immediatè (vt ait)
exercitium ineſt, iuriſdictionem verò ius
ſiue poteſtatem, ab exercitio magis remo
tam, denique eſſe officium iudicis ius, ſiue
ad iudicem, ſiue ad partem referatur, cre-
brior[e] aduerſus Accurſium[f] opinio eſt. In
poſteriori quæſtione, benè prænotat Bar
tolus impropriè valde, iudicis officium
tunc dici, cùm ad partem referatur, ſed
vel ſpeciali nomine, vt reſtitutio[g] in in-
tegrũ, excuſatio[h], vel generali perſecu-
tionis[i] dicendum. Quid igitur tunc ab a-
7 ctione differt? Et ſtrictè diuerſa eſſe, lar-
gè tamen actionis appellatione, officium
iudicis comprehendi[k], omnes conſen-
tiunt[l]. Similitudoque inter hæc, & diffe
rentiæ ſunt. Vt enim filiusfa. (niſi venia
8 priùs impetrata) aduerſus patrem non a-
git[m], ſic nec iudicis officium aduerſus eũ
implorat[n], vt actiones annis triginta tol-
9 luntur, ſic & officium iudicis[o], vt agens
recõueniri poteſt[p], ſic & is, qui iudicis of-
10 ficium implorat[q]. Differũt autem in mul-
11 tis, & primò, quòd actio ab obligatione

a l. licet. §. ea obligatio. ff. de procur.
b l. labeo. ff. de ſup. leg.
c In princip. inſti. de actio.
d Deci. n. 25.
e Sap. n. 45.
f Gl. in prin. inſti. de actio. in ver. ius.
g l. 4. ſi minor. §. fi. ff. de minor.
h l. ſcire. §. oportet. ff. de excuſ. tuto.
i l. pecunia. §. perſecutionis. ff. de verbo. ſigni.
k l. actionis. ff. de actio. & oblig.
l Alex. nu. 22. Soci. n. 20. Purp. nu. 47.
m l. 2. l. fi. C. de in ius voc.
n Glo. in l. cogi. §. ſi pater. i gl. obſequiũ. ff. ad treb. Iaſ. in. § pœnales. nu. 87. inſt. de actio.
o l. ſicut. cum glo. perſecutione. C. de præſ. xxx.
p Auth. & conſequentes. C. de ſent. & inter. om. iud.
q l. 1. verſi. fi. ff. de var. & extraor. cogn.
r l. licet. §. ea obligatio. ff. de procur.
s §. 1. inſt. de actio.
t l. ſi & me et Titium. ff. ſi cer. peta.

regulariter naſcitur[r] (nam neque rei ven-
dicatio[s], neque actiones datiuæ[t]) offi-
cium verò iudicis omnium cõſenſu[v] nul- 12
lam veram, aut propriam[x], ſed quandam
quaſi obligationem[y], ſupponit, eique ac-
cedere fideiuſſor poteſt, ſiue officium no 13
bile ſit[z], ſiue mercenarium.[a] Cui diffe-
rentiæ & illa conſequens eſt, vt qui agit,
concludat aduerſarium teneri ad dandum
ſiue faciendum, quę cõmunis opinio eſt[b].
Conſequens & illa (quam omnes admit- 14
tunt[c]) vt interpellatio extra iudicium nõ
conſtituat in mora, quando iudicis offi-
cio[d], & non actione[e] cogendus quis eſt.
Quarta præterea non abſimilis ſupra di- 15
ctis, vt in actione libellus ſit offerendus[f];
in officio iudicis non æquè[g], tãtùm enim
(vt Accurſius inquit) miſericorditer im-
plorandum eſt. Eſt & quinta differentia, 16
quòd ſi iudex actionem deneget, iniuriã
ferè ſemper facit, officium cùm non im-
partitur, quandoque facit, id eſt (vt fre-
quentiores[h] interpretãtur) cùm officium
merum non eſt. Quocirca & appellatio il
li dabitur[i]. Sextò differunt, quòd officium 17
iudicis extraordinarium auxilium[k] eſt, ac
proinde ceſſat vbi ordinaria ſunt[l]. Septi-
mò, quòd quidam ſunt (vt monachi Fran- 18
ciſcani) qui actionem quidem intendere
nequeunt[m], at iudicis officiũ implorant[n].
Octauò, quòd delatio iuramenti in litem 19
ceſſabit in his, quæ iudicis officio expe-
diuntur[o]. Nono, quòd ſi legis verba ad iu 20
dicem referantur, officium iudicis, ſi ad
partem actio competet[p]. Decimò, quòd 21
ſi fructus actione petantur, ſeorſum à re, ſi
officio iudicis, ſimul cum re ipſa petendi
ſunt[r]. Sed quotuplex iudicis officiũ eſt? 22
Et Accurſius[q] triplex eſſe ait, nobile, mer
cenarium, ex natura actionis, quæ opinio
Imola authore[s] communis eſt, Bartolus
in nobile, mercenarium, & aduerſarium
partitur, alij aliter. Sed receptior[t] illa diui 23
ſio eſt, vt ſit duplex tantùm, nobile, & mer
cenariũ, etenim aduerſarij ſpecies ſuper-
flua eſt, cùm in nobile, vel mercenarium
recidat. Sanè nobile (quæ Bartoli & com
munis ſententia eſt[v]) à mercenario hoc 24
præcipuè differt, quòd illud per ſeipſum
ſtat, ſiue motu proprio, ſiue ad poſtulatio
nem partis iudex exerceat, hoc per ſe non
ſtat, ſed actioni, aut exceptioni variè de-
ſeruit. Cui cõſequentes & illæ differentię

v Sap. nu. 53.
x l. 4. per colluſionem. ff. de actio. empt.
y Glo. in. l. ſi ſeruũ. §. fi. in glo. poſſit. ff. de verb. obli.
z l. cùm quis §. ſi quis pro eo. ff. de ſolut.
a l. quaro. in prin. ff. loca.
b Alex. nu. 25. Soc. n. 22.
c Iaſ. num. 8. Sap. nu. 57.
d l. cũ poſtulaſſem. i prin. ff. de dam. inf.
e l. mora. ff. de vſu.
f Auth. offeratur. C. d lit. conteſt.
g Glo. in cub. ff. d inter. act. Bart. l. nec qcq̃. §. vbi decretũ col. 2. ff. de offi. procon.
h Sap. n. 58.
i l. 1. C. ſi ſep. inte. reſ. poſt.
k l. cũ filiusf. ff. ſi cer. pet.
l l. in cauſæ. 2. in princ. ff. de minor.
m Cle. exiui. de verb. ſign.
n Bar. i. l. nec quicq̃. §. fi.
o Gl. in l. harum. ff. ſi ſer. von. Iaſ. in rubric. ff. de in litam.
p Gl. i. l. ſi ſo ror. C. d collat.
q Bart. in l. et ex diuerſo. ff. d rei võ. Abb. i. c. grauis. col. penu. de reſti. ſpol.
r Glo. in l. 4. C. depo.
s Imo. in. c. fi. nu. 19. de offi. iudi.
t Clau. hic. col. penu. Zaſ. nu. 8.
v Sap. n. 62.

ſunt, quòd nobile circa ea quæ meri, aut
mixti imperij ſunt verſatur, hoc circa ea
quæ iuriſdictionis [a]. Illud principaliter
propter ſe imploratur, hoc, in alterius rei
conſequentiam [b]: illud lata ſententia non
conquieſcit, hoc conquieſcit [c]: vnde e-
tiam eſt, vt executio ſententiæ ſecundùm
veram opinionem, officio iudicis nobili
25 fiat [d]. An tamen in officio iudicis libellus
ſit dandus, & lis conteſtanda, ſic commu-
niter aiunt, vt in nobili hæc requirantur,
in mercenario minimè [e]. Sed & in nobili
non requiri tunc verum eſt, cùm ſuper eo
imploratur, quod liquidum iam eſt [f], aut
cùm articulus eiuſmodi ſit, in quo ſumma
riè procedi debeat [g], & generaliter, licèt
libellus non exigatur, tamen qualis qualis
petitio neceſſaria erit [h]. His de officio iu-
dicis, dictis, Bartolus non ſatis ſuo loco
26 hîc illud quoque quæſijt, iuriſdictio terri-
torio, an perſonæ cohæreat? In quo articu
lo plures ſic aiunt [i], iuriſdictionem cohæ-
rere paſsiuè territorio (territorio enim il-
la terminatur [k]) perſonæ verò actiuè [l], ſed
27 in re eſſe: eſt em̃ veluti dominij ius, quod
perſonæ in re competit. Quinetiam cohę
rere perſonæ, fortiſsimum argumentum
eſt, quòd furioſus eam retinet [m], quodque
& iuriſdictio ſine territorio eſſe poteſt,
qualis iudicum chartulariorum eſt, & cõ-
trà territorium ſine iuriſdictione, quale
vici pagique habent, aut quale Brixia, in
quam ex Henrici imperatoris ſententia,
parum abfuit, quin aratrum induceretur [n].
Sed cuius perſonæ cohæret? Et Bartolus
variat, nuncque ad principem, nunc ad
magiſtratum, nunc ad populos ſpectare
ſentit. Communiter [o] autem ita definiũt,
vt effectu apud magiſtratum ſit, origine
& cauſa, penes principem, aut popu-
lum, qui ſuperiorem non recognoſcit.
Mihi Baldi [p] ſemper placuit ſententia, qui
in ius dicente ſub prædicamento agere, in
ſubditis ſub prædicamento pati, in terri-
torio ſub prædicamento ſitus iuriſdictio-
nem cõſtituit. logicis autem & nos (cùm
opus eſt) quod ille non ſemel facit, vti-
mur non illibenter. Quod verò dictum
eſt dominio iuriſdictionem comparari, ar
gumentum præbet, vt conceſſo territo-
rio in vniuerſum, vniuerſa iuriſdictio, id
eſt ſimplex iuriſdictio, merum & mixtum
imperium tranſeat [q], nõ ſic ſi territorij lo

a Barto. in. l. iubere. col. fin. infrà.
b Bal. in. l. in certi. col. fi. C. de interdic.
c l. 4. C. depo.
d Bar. in. l. iubere. col. fi. infra Iaſ. hic. nu me. 11.
e c. fi. de offi. iudic.
f Bar in. l. iubere. col. fi.
g Pan. in. l. 1. §. q ſi ſit. ff. de præto. ſtipu.
h l. f. ſubmerſis. C. de naufra. lib. 11. Iaſ. in. l. necquę. §. vbi decretũ n. 74. de offi. procon. Hypo. in pract. iux. opportuna. nu me. 70.
i Deci. num. 37. Purp. n. 73.
k l. vl. infrà.
l l. more. infra. l. pupillus §. territorium de verb. ſig.
m l. qui furere ff. de ſta. hom.
n Bart. in. l. q facta. § non nunq̃. ff. d pæ.
o Deci. col. fi. Sap. nu. 74.
p Bal. in. l. 1. §. in initio. ff. de offic. præf. vrb.
q l. ſi ita. ad ſi. ff. de contra hen. emp.
r l. in modicis. ff. de contrah. empt.

cus aliquis conceſſus [r] ſit: quę Bartoli & o-
mnium opinio eſt [s], vt tamen admonea-
mur, de dominio ad iuriſdictionem argu-
mentum hoc perpetuum adeò non eſſe [t].
LATISSIMVM.) Latiſsimum (inquit 28
Bartolus) officium iudicis ideo dicitur,
quia velut genꝰ generaliſsimũ eſt, id quod
omnia in ſe cõtinet, ſuprà ſe nihil habet [v].
Sed quomodo latiſsimum, cùm hîc tantũ
mixti imperij, & iuriſdictionis exẽpla po-
nantur? Et reſpondet ſequentibus illis.
NAM ET BONORVM POS-
SESSIONEM &c. meri imperij caſus
eſſe implicitos. Quod Fulgoſius, & Iaſon
reprehendunt, eam enim eſſe naturam 29
dictiõis implicatiuæ, vt dubitabiliora ex-
plicet, minus dubitabilia implicet [x], quod
hoc intellectu non eſſet. Quid ergo Ful-
goſius? fuiſſe iuriſconſultis propoſitum
hoc, vt ciuilia, non vt criminalia tractarẽt,
ac proinde ſatis videri, ſi ciuilium exem-
pla ponant, quæ meritò Iaſon reprehen-
dit. Sunt enim & ciuilia meri imperij exẽ 30
pla, vt ſtatuta condere, creare tabelliones,
legitimare ſpurios, quæ omitti minimè
debuerunt. Verùm cùm aliena rectè con-
futet Iaſon, de ſuo nihil eſt quod attule-
rit, vt nodum diſſoluat. Ego Riminaldo
aſſentior, qui caſum minus dubitabilem
(ſi attente expendimus) implicitum, hîc
eſſe notat: ſpectat enim ad officium iudi-
cis, & curam, publica vtilitas, magis quàm 31
priuata. Nec dubium eſt, quin imperij me
ri cauſæ, ad publicam vtilitatem, mixti &
iuriſdictionis ad priuatã pertineant: & ca- 32
ſus igitur mixti imperij expreſsim, & ca-
ſus meri imperij implicitè hîc continen-
tur, quæ communis opinio eſt [y]. Sed quo-
modo officium iudicis genus generaliſsi- 33
mum, cùm tamen nec res ſit, nec ſubſtan
tia? Et Purpuratus pinguiùs id accipi de-
bere ait, non ad liquidum, vt dialectici fa-
ciunt. Alij [z], quos magis ſequor rectiùs, ſi-
militudinem eſſe, pro ſubiecta materia iu
riſdictionum: vt enim alioqui genus illud
latiſsimum, ſic in iuriſdictionum tracta-
tu, officium iudicis, omnia in ſe continet,
ſupra ſe nihil habet. Denique quid eſt cur
non longiſsimum dixit? Et placet Barto- 34
li ratio, cui Socinus, Iaſon, & Zaſius [a] acce
dunt. Nimirum, eſſe rerum incorporaliũ,
ſicut & corporalium dimenſiones duas, 35
longitudinem, & latitudinem [b], officij iu-
dicis

s Sap. n. 74. Pal in. l. imperium. nu. 28. cum ſeq.
t Deci. hic. nu. 40.
v l. legato generaliter. cum glo. ff. de leg. 1. l. vbi autem nõ apparet. in princip. ff. de verb. oblig.
x l. etiam. C. ſi tutor. vel cura. inter. g. in l. illud. ff. ad. l. aqui. Iaſ. in. l. qui ſe patris, C. vnde lib.
y Deci. col. 2.
z Sap. col. 2.
a Socin. col. 1. Iaſ. & Zaſ. col. 2.
b l. via latitudo. ff. de ſeru. ruſt. præd.

dicis (quod incorporale eſt) longitudi-
nem in tempore conſiſtere, quanto ſcili-
cet duret, de quo hîc non agimus, latitu-
dinem in comprehenſione, id eſt, quid
& quantum contineat, quæ ad præſentem
tractatum ſpectat. Sed & latiſsimum gra-
tificationes reddunt. Propter quas expe-
dit, vt iudicem fauorabilem habeas[a]. Be-
36 ne enim Rainerius, Caue ne (inquit) iudi-
cem prouoces ad iram, eſt enim eius offi-
cium latiſsimum, vt Rauennæ lacus. At vti-
nam, non & vt Auerni.
37 E S T.) Huic officij iudicis deſcriptioni,
Accurſius, Bartolus, & cæteri iuriſdictio-
nis definitionem adijciunt. IVRISDI-
CTIO EST POTESTAS[b], DE
IVRE PVBLICO[c] INTRODV
CTA, CVM NECESSITATE[d]
IVRIS DICENDI, ET AEQVI-
TATIS STATVENDAE[e]. Quæ
poſtrema, occaſionem Bartolo aliquan-
do præbuerunt affirmandi, ſtatuta facere,
38 iuriſdictionis eſſe, id eſt, ab eo populo fie-
ri ad deciſionem cauſarum non poſſe, qui
iuriſdictionem non habeat. Sed commu-
niter alij[f], permiſsionis eſſe contendunt,
permiſſum enim generaliter id eſt omni-
bus populis[g], quæ opinio dubio procul
vera eſt, cùm ſtatuta circa rerum admi-
niſtrationem fiant. Quid ergo ſi circa
deciſionem cauſarum? Et Crottus[h], e-
tiam tunc receptiorem opinionem ait, eſ-
39 ſe permiſsionis, Socinus[i] plures tenere,
vt in hac ſpecie iuriſdictionis dicantur. Et
quidem articulus controuerſus eſt. Sed
ego priorem ſententiam magis ſequor,
dum ne ſtatuta populi huius inferioris,
eius populi domini ve, cui ſubditus eſt, iu-
riſdictioni præiudicent. Vt tamen tutiſsi-
40 mè ſtatuatur, cautum erit, ſi ſuperioris id
fiat licentia, quæ dubio procul neceſſaria
erit, principe tunc præſente[k]. Eorum ve-
rò prærupta aſſertio, qui ſine diſtinctione,
iuriſdictionis hoc eſſe affirmant. Nã neq;
lex regia[l] eos adiuuerit, quæ in inducen-
da conſuetudine, ſiue potiùs præſcriben-
da, ſuperioris domini ſcientiam exigit, &
patientiam. Illud enim diſsimile eſt, &
nos de ſcientia, & patientia illîc intelligi-
mus, quæ in iurium incorporalium præ-
ſcriptione requiritur[m]. Cæterùm obijcit
huic definitioni Bartolus, quòd patris in
filium, domini in ſeruum, tutoris in pu-

a c. conſuluit vbi Abb. de offi. delega.
b l. poteſtates ff. de ver. ſig.
c l. 1. §. huius ff. de iuſti. & iur.
d l. de quare ff. de iudi.
e l. 9. ſi ephe-ſi. ff. de eo quod cer. lo.
f Abb. & doct. in c. qđ clericis. de fo. comp. Crot. in l. oẽs. nu. 57. de iuſti. & iur. Purp. hic. nume. 23.
g d. l. omnes populi.
h Crot. in l. omnes populi. nu. 17.
i Soci. hic. co-lum. 2.
k Bald. in l. humanũ. in 4. not. C. de legi. Crot. ĩ d. l. oẽs nu. 20.
l l. 5. tum. 2. part. 1.
m l. 2. C. de ſer uit. & aq.

pillum poteſtatem comprehendat. Cui
Angelus Fulgoſius, & recentiores[n] bene 41
reſpondent, eiuſmodi poteſtates ſatis ex-
cluſas verbo, iuris dicendi, neque enim
ſupraſcriptæ perſonæ ius dicunt[o]. Obijcit
& Iaſon leuiora quædam, quibus Sapia,
Purpuratusque ſatisfaciunt. Nec deſunt[p]
qui nouè definiant. Verùm, vt omnis de-
finitio in iure periculoſa eſt[q], ſic Accurſij
hæc approbata[r], tolerari ſat poteſt.
BONORVM poſſeſsionem.) Hoc o-
lim mixti imperij fuit, in quo omnes con-
ſentiunt. Sed num & hodie mixti imperij
eſt? Et Accurſius (cuius ſenſum ſic plures[s] 42
exponunt) ſine diſtinctione negat, iure e-
nim magiſtratus, id eſt, iuriſdictionis hæc
expediri[t]. Verùm eſt Bartoli diſtinctio
communis[v], vt agnitio bonorum poſſeſ-
ſionis ad juriſdictionem pertineat, decre-
talis bonorum poſſeſsio ad mixtum impe
rium. Num igitur decretali bonorũ poſ- 43
ſeſsioni hodie locus eſſe poteſt? Et com-
muniter id fatentur, dum hoc hæres pe-
tat, neque enim ne petatur lex iubet[x], ſed
neceſsitas petẽdi, quę olim erat, hodie ſu-
blata eſt[y], quo modo Decij, Purpuratique
aduerſus communem opinionem obie-
ctiones tolluntur.
POTEST.) id eſt debet[z]. Quæ expoſi- 44
tio, & frequens in iure noſtro[a], & ad hanc
legem approbata eſt[b], non ſunt tamẽ pau-
ca, quæ poteſtati iudicum permiſſa, iuris
neceſsitati non ſubijciuntur.
IN poſſeſsionem mittere.) Miſsio in poſ-
ſeſsionem, quę verbo fit, iuriſdictionis eſt, 45
quæ re ipſa mixti imperij, omnium con-
ſenſu[c]: cui conſequens, vt maioris iuriſdi-
ctionis ſit mittere re ipſa, quàm pronun-
ciare mittendum[d]. Exiſtimaſſe verò hîc 46
videtur Accurſius ſententiam pronuncia-
tionis de in poſſeſsionem mittendo, dif-
finitiuam eſſe. Idem alibi[e] interlocutoriã,
quæ opinio receptior eſt[f]: niſi quòd de- 47
fendi in præſentia poteſt Accurſius, vel
largè verbis eius acceptis. Largè enim in- 48
terlocutoria diffinitiuæ appellatione con
tinetur[g]. Vel intelligendo, in miſsione in
poſſeſsionem ex ſecundo decreto, quæ
vim diffinitiuæ habet, cùm negotiũ prin- 49
cipale diffiniat[h]. Sed nunquid delegari po
teſt miſsio realis? Et conſtat delegari non
poſſe, vt potè quæ mixti imperij eſt[i]. Sed
an non poteſt miſsio committi nuncio?

n Soci. col. 2. Iaſ. col. 3. Sap. num. 14.
o l. q iuriſdi-ctionis. inf. ĩ.
p Coraſ. lib. 3. miſcell. c. 17.
q l. omnis. ff. de reg. iur.
r Ange. hic col. 2. Val. ĩ. l. imperiũ. col. 1.
s Iaſ. col. 3.
t l. fin. C. quĩ admi.
v Soci. col. 3. Deci. nume. 11. Claud. colũ. 2. Sap. num. 28. Purp. nu. 53.
x l. quotiens, ff de actio. & oblig.
y l. ſi. §. finan tem. C. de cu-ra. furi.
z l. numerũ. §. iudicãdi. ff. de numer.
a l. ſæpe. ff. de offi. præſi. l. ob ſeruare. §. fin. ff. de offi. pro-con.
b Iaſ. col. 3.
c Sap. nu. 35.
d l. a diuo pio in prin. ff. de re iudi. l. ſi qs filio. §. eius qui ff. de ĩiuſ. rup.
e Glo. in l. p-ſenti. in gl. ad modũ. C. d his qui ad eccleſ. confu.
f Soci. hic nu. 16. Sap. n. 32.
g Glo. in l. ge neraliter. in prin. C. d reb. credi.
h Glo. in cle. ſi. in glo. repul ſiõe. de appell.
i l. pen. §. 1. ſu prà de offic. eius man.

51 Et dubiũ id, minimè eſt[a]. Vndè etiam ge-
neraliter omnes notant[b], indelegabilia
52 quę ſunt, per nuncium tamē expediri poſ-
ſe, nudus enim miniſter eſt, neque aliqua
53 in eum iuriſdictio tranſit[c]. Sed iuriſdictio
(ſi neceſsitas ſuadeat) quoad certum ar-
54 ticulum viatori ſiue nuncio committi[d] po
teſt, quo iure vtimur.
TVTORES.) Dationē tutoris mixti ſemp
55 imperij eſſe, aliàs maioris, aliàs minoris (vt
Bartolus ait) crebrior opinio eſt[e]. Idque
vel maximè hoc ſuadet, ꝙ officio iudicis
36 nobili ad priuatam vtilitatem expeditur,
quod cauſarum mixti imperij proprium
eſt[f]. Sed cùm quæritur, num delegari poſ-
57 ſit, cōmuniter[g] cum Accurſio concludũt,
delegari non poſſe, niſi vel pupilli faculta
tes vltra ſolidos quingentos non ſint, vel
ei delegatio fiat, qui alioqui iuriſdictionē
habeat. Quę diſtinctio, & in curatore quo
que tenenda eſt[h], vt hîc Angelus, Soci-
nuſque notant[i]. Sed nunquid aliæ quoq;
58 cauſæ, quæ mixti imperij ſunt, iuriſdictio-
nem habenti delegari poſſunt? Et Accur
ſius negat, quod & omnes[k] ſequuntur. fa-
uore enim pupillorum ius ſingulare eſt.
Neque tamen alias cauſas mixti imperij,
59 fauore pupillorum æquè delegari poſſe,
Accurſij eiuſdem, & crebrior opinio eſt[l]:
ſiue quia non ita frequentes, ſiue quia in
alijs periculum nō adeò immineat. Quod
tamen Bartolus, cui alij aſſentiũt[m], reſtrin
git, ſi fortè (niſi delegatio admitteretur)
pupillus, vt extra prouinciam litiget, com
pellendus eſt[n].
CONSTITVERE.) Etiam nemine
60 petente[o]. Quę Bartoli[p], Alexandri, & plu
rium opinio eſt, & mihi placet. Neq; em̄
Decij me allegationes mouent[q], tranſlati
uè ſiquidem intelligi poſſunt, cùm de peti
tione, & monitione mentionem faciunt.
Sed & latrunculatores, quibus alioqui de
criminalibus tantùm cauſis, non de ciuili-
61 bus notio eſt[r], tutores pupillis dare poſ-
ſunt[s]. Verùm quid in curatore dicemus?
62 Et Bartolus, & cæteri, curatorem non niſi
petenti dandum affirmāt[t]. Quod & in pu
pilli curatore ad litem procedit[v], in cura-
tore furioſi & prodigi, ſecus eſt[x]: his em̄
datur etiam non petentibus[y], ſicut & hæ-
reditati iacēti, & Principi minori inuito[z].

II. IAVOLENVS, Libr. VI. ex Caſſio.

a l. is qui. §. miſſus. ff. vt in poſſeſ. leg.
b Sap. nu. 37.
c l. qui autem §. fi. cũ. l. ſeq. ff. de conſti. pec.
d l. fi. ff. de iudic. vbi Pau. Sap. hic. n. 38.
e Purp. in. l. 1. nu. 664. ſuprà. de offi. ei cui man. eſt iur.
f l. 2. C. de pe da. iudi.
g Soci. hic. n. 16. Purp. in. l. 1. n. 667. et. n. 669. ſuprà de offi. ei. cui mā. eſt iur.
h §. pen. inſt. de attil. tuto.
i Soci. col. 4.
k Claud. col. penult.
l Purp. n. 77.
m Sap. n. 41.
n l. 1. C. ſi im-per. inter pupi. & vid.
o l. illud. §. fi. cum. l. ſeq. ff. de tuto. & cura. da. ab his.
p Bar. i. l. hac autē. in princ. ff. ex qb. cauſ. in poſſ. ea. Alexā. & Iaſ. hic.
q l. 2. C. de eſſi. cc. qui vic. alte. ge. l. 1. §. magiſtratib'. ff. de mag. conue.
r l. ſolem'. §. latrunculator ff. de iudic.
s Glo. in. §. ſed hoc. in gl. præfect'. inſt. de attil. tuto. Deci. hic.
t §. item inuiti. inſt. de curato.
v l. qui habet §. ſi pupillus. ff. de tute.
x l. Fulcinius.

CVI iuriſdictio data eſt: ei quo
que conceſſa eſſe videntur, ſi-
ne quibus iuriſdictio explica
ri non potuit.

1 *Delegatus iudex quæ facere poßit.*
2 *Coerctio modica, an tranſeat in delegatum.*
3 *Citare re & verbo, an poßit iudex delegatus.*
4 *Arbiter citare poteſt.*
5 *Principis delegatus habet ſpecialia multa.*
6 *Delegatus torquere teſtes non poteſt.*
7 *Iuriſdictio delegata non confirmatur litis cō-teſtatione.*
8 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum ordinario iudici ſimilis.*
9 *Debitorem ſuſpectum iudex delegatus capit.*
10 *Mittere in poſſeßionem, an poßit iudex delegatus.*
11 *Delegatum iudicem, an ſequantur maiora delegatis.*
12 *Ordinario iudici, an conceſſa videantur maiora, ſine quibus explicari iuriſdictio nō pōt.*
13 *Communes opiniones contrariæ.*
14 *Arbiter de maioribus cognoſcere poteſt incidenter.*
15 *Mittere in poſſeßionem magiſtratus municipalis non poteſt.*
16 *Mittere in poſſeßionem mixti imperij eſt.*
17 *Spiritualia iudex ſecularis quando tractare poßit incidenter.*
18 *Iudex eccleſiaſticus laico, & contrà, cauſas mandare poteſt.*
19 *Antecedentibus commißis, an conſequentia mandentur.*
20 *Vſufructuarius cur ædificium inchoatũ perficere non poßit.*
21 *Vſusfructus, an habeat maiorem duratione͂, quàm emptio, aduerſus cæterorum traditionem animaduerſum.*
22 *Contractuũ & teſtamẽtorum differentia in propoſito, an vera ſit.*
23 *Prohibito aliquo, an videãtur prohibita antecedentia, & conſequencia.*
24 *Matrimonio prohibito, an cenſeantur prohibita ſponſalia.*
25 *Pœna nubentis infrà annum luctus.*

CVI iuriſdictio data.) Id eſt, permiſſa, ſeu delegata, qui primus Accurſij & omniũ eſt intellectus. Trãſcũt igitur in iudicem delegatum omnia, ſine

§. adeò. ff. qb. ex cauſ. in poſſeſ. ea.
y Gloſ. in. l. 1. ff. de cura. bo. dan.
z Domini. in c. grandi. de ſupple. negli. prælat. in. 6. Purp. hic. colum. 2.

ſine quibus iuriſdictio explicari nequit[a].
2 verbi gratia, modica coërctio verbalis,
quod omnes fatentur[b]. An & perſonalis?
Bartolus variaſſe notatus eſt. Ego, & dixi
3 iam ſuprà[c], & ſuo loco dicam[d]. Sed nun-
quid verbo (id eſt, per nuncium[e], præco-
nem, epiſtolam, edictum) & re (id eſt, per-
ſonam capiendo) iudex delegatus citare
poterit? Et verbo, eum citare poſſe, com-
munis[f], & non dubia concluſio eſt (citatio
ne excepta, quę per edictum fit[g].) Arbiter
4 enim hoc poteſt[h], cuius eſt minor pote-
ſtas[i]. Re verò, citare ita demum poteſt, ſi
delegatus à principe ſit. Quæ opinio rece
ptiſsima etiam eſt[k], vel ex eo, quòd huic
5 iure etiam ſingulari (vt alia multa) & hoc
quoq; datũ eſt, vt citare per edicta poſsit[l],
vel quia in cauſa ſibi mandata maior ordi-
nario eſt[m], qui per edicta citat[n], vel quia
exequi poteſt rem à ſe iudicatam, quod
Accurſius[o], & frequentiores probant[p],
quæ argumenta, vt efficacia prorſus non
ſint, at pro communi opinione vrgent.
Delegatus verò inferioris à principe, ante
litem conteſtatam dubio procul re citare
non poteſt[q]. Sed & neque poſt litem con
teſtatam, reprobata ab omnibus[r] Accur-
6 ſij gloſſa, quę contrà ſentit. Nam neque iu
dex delegatus torquere teſtes poteſt[s], quę
etiam recepta ſententia eſt[t], neque ſolet
7 iuriſdictio delegata, corroborari conteſta
tione[v]. Sanè duo caſus excipiuntur. Pri-
mus, ſi delegatus ad vniuerſitatem cauſa-
8 rum ſit, ille enim ad ordinarium iudicem
propiùs accedit. Secundus, ſi debitorē ſu-
9 ſpectũ delegatus capiat, quæ (Iaſone quã-
libet addubitante) crebrior opinio eſt[x].
10 Quid ſi mittere in poſſeſsionē delegatus
velit? Et receptius hoc eſt ne poſsit[y], niſi
delegatus principis fuerit. Quinetiam de-
legatus inferioris, & cognoſcere, & pronũ
ciare poterit de mittendo, ſecundùm opi-
nionem communem[z]. Non itaq; coërce-
re re, non citare re, non mittere in poſſeſ-
11 ſionem delegatus poteſt. Quibus conſe-
quens & illud (quod Bartolus & alij com-
muniter[a] fatentur) vt in delegatum ea nõ
tranſeant, quæ maiora ſũt. q̃ quæ demãdã
tur. Eſt & legis ſecũdus ſenſus cõis[b], quo
12 in iudice ordinario accipiunt, & propriè
tũc iuriſdictio data eſſe dicitur[c], habet em̃
eam ordinarius ſuo iure[d], delegat⁹ alieno
beneficio[e]. Tũcq; & illud quoq; crebrius
affirmant, ordinario ea oĩa videri cõceſſa,
quæ ad iuriſdictionem explicandũ neceſ-
ſaria ſunt, quãuis maiora ſint[f], vt ſit in eo
inter ordinariam, delegatamq; iuriſdictio
nē differentia, ꝙ in delegatum maiora nõ 13
tranſeunt, vt ſuprà quoq; dictum eſt. Atq;
ita ſe habet opinio cõis[g]. Cõtrà Salicetus,
Romanus, Alexãder[h], & nõ pauci tentãt,
quæ mihi ſententia & ꝓbabilior, & appro 14
bata magis viſa eſt, eo potiſsimũ (vt reli-
qua omittã) argumẽto, ꝙ in arbitro cõiter
proditũ eſt[i], poſſe eũ incidẽter cognoſce
re de his quæ maiora ſunt. At quin arbitri
poteſtas q̃ delegati minor multo eſt[k]. Pro
bo itaq; Alexandri ſequaciumq; traditio-
nē, vt in delegatũ æquè atq; in ordinariũ
cõſequẽtia maiora tranſeãt, niſi ꝙ in dele-
gatũ coërctio, ſiue citatio realis nõ trãſit. 15
Sed & neq; in ordinariũ maiora trãſeũt, ſi
diuerſæ ſpeciei ſint, quo fit, vt magiſtratus
municipalis, cui ſimplex iuriſdictio cõpe- 16
tit, mittere in poſſeſsionē nõ poſsit[l], hoc
em̃ mixti imperij eſt, quod oẽs affirmãt[m]. 17
Eademq; ratione de ſpiritualibus iudex ſe
cularis (etiã incidẽter) nõ cognoſcit[n], ſi de
iure quæſtio incidat, nã ſi de facto, cogno-
ſcet. Quæ Bartoli diſtinctio hîc, & alibi[o],
& cõſuetudine approbata eſt[p], & quã iuris
vtriusq; interpretes ſequuntur[q], & ſi non 18
paucis caſib⁹ Alexãder, & Iaſon coarctẽt.
Quibus & ille addendus, cùm laico eccle-
ſiaſticus iudex cauſam mãdauit. Cogno-
ſcet em̃ laicus hic ſine diſtinctione de ſpi-
ritualibus[r], q̃m eccleſiaſtica iuriſdictio
cenſetur[s], ſicut contrà ſecularis dicenda,
quam perſonæ eccleſiaſticæ, laicus iudex 19
mandauerit[t].
SINE quibus.) Cui itaq; antecedẽtia &
conſequentia quoq; mandantur[v], ſiue id
ſignificatio verborum exigat[x], ſiue natu-
ra rei[y], ſiue conſequẽtia ad eiuſmodi rem
ſint, quę cauſſam ſucceſsiuã habeãt, qualis
vſusfructus[z], hauſtus & ſeruitutes ſunt. 20
Quæ opinio cõis eſt[a]: cui tamẽ, non leui-
ter obſtat, ꝙ vſusfructuarius ædificiũ in-
choatum perficere minimè poteſt[b]. Verũ
frequẽtiores cũ Accurſio reſpondẽt[c], non

a l.1.ad fi.ff.de offi.ei.cui mã. eſt iuriſdi. b Soci.nu.14. Purpu.col.1. c In.l.nec quã.§.vbi decretũ ſuprà in l.1.§.qui mandatũ, de offi.ei. d In.l.imperiũ.& i.l.magiſtratibus. e Iaſ.col.1. f Deci.nu.13. g l.ſancimus.C.de iudi. h l.ſed interpellat.§.arbiter.ff.de arbi. l.diẽ proferre.in princi. i l.a iſ pr̃tor.in princ.ff.de re iudi. k Alex.n.9.Iaſ.n.22.Deci.n.21 Clau.co.2 l aut.de litig.§.oẽm auth.q ſemel.C.quo.et quan.iudi. m c.paſtoralis.e.ſanè.de offic.deleg. n l.conſentaneũ.C.quo.et quã.iud. o gl.in.l.ſi quis miſſum.in gl.ſua.ff.ne vis fiat ei. p Alex.hîc.n.10.Soc.n.19. q Gl.in.l.conſentaneũ.i.g.cogendum.C.quo.quã.iud.in authent.de exhi.re.§.ſi verò etiã.in glo.omnimodo. r Alex.n.6.Iaſ.n.13.Deci.num.14. s Anthẽ.de teſti.§.ſi verò ignoti. t Alex.n.16.Iaſ.nu.13. v l.iudicium ſoluitur.ff.de iudic. x Claud.col.2. y l.iubere.ſ. z Pan.Iaſ.Deci.in.l.pen.§.ne poſſeſſio.ſupra de offi.ei.cui mã.eſt iuriſ. a Soci.nu.10.Iaſ.n.11. b Alex.nu.11. c l.vbi aut.§.ſi.ff.de ver.oblig. d l.more.infrà e l.1.§.q mãdatã.ff.de offic.ei. f l.quo vis.C.de iudi. g Soci.nu.12.Iaſ.nu.11. h Alexã.col.ſi.Iaſ.n.23.Deci.n.26.Clau.col.2.Sap.n.11. i Gl.l.cũ propones.C.de reb.credi.g.& n.l.ſi quis in tũ ſcribẽdo.in.g.ſuã C.de pac.Ang.Aret.Alex.i.d.l.quotiẽs. k l.a iſ prætor in princ.ff.de re iudi. l l.ea quæ.§.magiſtratibus.ff.ad municip.m Sap.nu.11. m c.later.qui fil.ſint legi.c.tuam.de ordi.cog. n Bar.in.l.oĩ.C.de ſacroſ.eccle.i.l.quotiẽs.C.de iudic. p Bal.in.l.ſi filiũ.ff.de his q ſui vel alie.iu.ſunt. q Alex.in.d.l.quotiens.col.1.Iaſ.co.2.Sap.hîc.nu.15.Alex.in.l.titia.ff.ſolu.matr. r Abb.in.c.ſignificaſti.ad ſi.de fo.comp. s l.1.§.q mandatam.ff.de offi.ei. t Bal.i auth.itẽ ſi quis litigantiũ.C.de epiſ.aud. v l.illud.ff.de acq.ha.l.ad rem.ff.de procura. x l.legatis.ff.de alim.lega.Deci.hîc.nu.33. y l.fundum.l.fundi.ff.de actio.empti. z l.1.ff.ſi vſuſf.pet.l.3.§.qui habet.ff.de ſer.ruſti.præ. a Sap.colum.fina. b l.vſusfructuarius.§.ædificium.ff.de vſufruct. c Claud.& Sap.colum.final.

cõcedi hoc vſufructuario, quia rei mutata forma per ædificiũ, vſusfructus extingueretur[a]: fatendũ tñ vnũ hoc eſt, vt cuſtodię, aut fructuũ colligendorũ cauſa ædificium ponere vſusfructuarius poſsit[b]. Sed quid ſi ſint conſequentia ad rem, quæ tractum nõ habeat, qualis emptio eſt? Et in cõtractibus nõ videri hæc conceſſa[c] Bartol. ait, in teſtamentis aliud eſſe,[d] & ab eo nemo
21 diſſentit.[e] Ego nõ video, quem maiorem tractũ cõſtitutio vſusfructꝰ, quàm emptio habeat, nã vt ex illa ius vſusfructus, ſic ex hac ius dñij reſultat, quod vtrumq; dura-
22 tionem habet. Quinimò (ſi verũ amamꝰ) proprietatis duratio maior eſt[f], nã & qđ de contractibus dicunt, perpetuum non eſt[g]: & fortè, verior illa diſtinctio fuerit, cõ ſequens ex naturáne rei ſit, an accidens aliquod. His illud Accurſius, Bartolus, & cæteri adijciũt, num prohibito aliquo, & ea prohibita videantur, quæ ex eo ſunt? Et cõſequentia prohiberi conſtas[h]. Sed et an
23 tecedentia[i], vnde prohibito matrimonio, ſponſalia prohibita vidẽtur, præterquàm
24 ſi matrimonij prohibitio tẽporalis ſit[k], & præterquàm reſpectu pœnæ[l]. Quo ſit, vt pœna mulieri impoſita, quæ nubit infra annum luctus, eam non comprehendat,
25 quæ ſponſalia contraxerit[m]. Et ſunt plus minus viginti caſus, in quibus antecedentia, aut conſequentia prohibita non cenſentur, quos Iaſon, Purpuratus, Sapia præ cæteris exequuntur.

a l. repeti. §. fi. ff. quib. mo. vſusfr. fini.
b l. aquiſſimũ §. ſi tamen. l. penult. ff. de vſuf.
c l. in vendẽdo. ff. de contrah. empt.
d l. i. ff. de ſer ui. leg.
e Pao. in. l. binas. i. ff. de ſer. vrb. præd. Sap. hic. col. fi.
f §. Finitur. inſti. de vſuf.
g l. adiles. §. vẽdẽdi. ff. de adili. edict. l. ſi aphram. ff. de euict.
h l. nõ dubiũ. C. de legib. l. fi. ff. de conſti. pec.
i l. oratio. ff. de ſponſa.
k l. ſi quis officium. ff. de ritu nupt. Deci. in c. nam concupiſcentiam. in 2. lect. col. 2. de conſtit.
l Gloſ. in cle. i. de conſ. & affi. in ver. cõtrahere. Clau. in l. vt vim. col. 18. ff. de iuſti. & iu.
m l. ſolet. ff. de his qui not. inf. Iaſ. in l. cũ quidã. col. 2. ff. de lib. et poſthum.

III. VLPIANVS, Libro ſecundo. De officio quæſtoris.

IMPERIVM aut merũ eſt,* aut mixtum eſt. Merum eſt* imperium, habere gladij poteſtatẽ ad animaduertendũ facineroſos hoĩes, quod etiam Poteſtas appellatur. Mixtum eſt imperium Qũi etiã iuriſdictio ineſt. quod in danda bonorũ poſſeſſione conſiſtit, iuriſdictio eſt etiam iudicis dandi licentia.

1 *Definitiones an exempla hîc ponantur.*
2 *Merum imperium vnde dictum.*
3 *L. 18. tit. 4. par. 3. & infrà. nu. 14. & n. 84.*
4 *Neceſſitas præciſa, cauſatiua honeſtatis.*
5 *Merum imperiũ quã neceſſitatẽ in ſe habeat.*
6 *Meri imperij definitio.*
7 *Communes opiniones contrariæ.*
8 *Accuſationes quo officio expediantur.*
9 *Officium mercenariũ officio nobili aliquando deſeruit.*
10 *Officium, quod in inquiſitionibus verſatur, purius eſt.*
11 *Merum imperium & mixtum in quo præcipuè differant.*
12 *Merum imperium qui habeant.*
13 *Præſcriptione merum imperium acquiri põt.*
14 *Merum imperium, an præſcribi poſſit ſine territorio.*
15 *L. vlt. tit. 13. li. 3. ordina. & l. 18. tit. 4. par. 3. & l. 41. Tauri. et quo tempore iuriſdictio criminalis præſcribatur, & an differat ab immemoriali centennaria præſcriptio.*
16 *Sciẽtia & patiẽtia principis in præſcriptione centum annorum neceſſaria non eſt.*
17 *Scientia, & patientia pars quaſi poſſeſſionis incorporalium.*
18 *Defenſores ciuitatum, in quo differant à magiſtratibus municipalibus.*
19 *Vniuerſitates ſcholaſticorum, an habeant merum imperium.*
20 *Doctor in diſcipulos quod imperiũ habeat.*
2 *Meri imperij gradus quot.*
22 *Imperij maximi exempla.*
23 *Imperij maioris exempla.*
24 *Mẽbri abſciſsio ad maius imperiũ pertinet.*
25 *Digiti, aut auriculæ abſciſsio, ad quod imperium pertineat.*
26 *Digitus, an ſit membrum.*
27 *L. 25. tit. 6. part. 1.*
28 *Clericorum degradationes, ad quod imperiũ ſpectent.*
29 *Carceris perpetui pœna cuius imperij ſit, & eam pœnam laicis ſubditis à iudice eccleſiaſtico imponi poſſe.*
30 *Carcer cuſtodiæ, imperij, an iuriſdictionis ſit.*
31 *Carcer quadruplex.*
32 *Imperij magni exempla.*
33 *Deportatio, & relegatio cuius imperij ſint.*
34 *Quæſtiones, & tormenta imperij, an iuriſdictionis.*
35 *Imperij minoris exempla.*
36 *Correctio modica meri imperij eſt.*
37 *Imperij minimi exempla.*
38 *Mulcta leuis imperij minimi eſt.*
39 *Delegari ea quæ meri imperij ſunt, quandò poſſint.*
40 *Coërctio modica, an poſſit delegari, Bartoli notata repugnantia.*

41 *Mul-*

41 *Mulcta leuis an poßit delegari, & Bartoli repugnantia notata.*
42 *Gladius naturalis, ciuilis, ſpiritualis.*
43 *Communes opiniones contrariæ.*
44 *Gladij poteſtas qoid. Et cur hoc potißimum exemplum de mero imperio ponatur.*
45 *Gladij & ſceptri inſignia.*
46 *Homero cur Reges dicti σκηπτοῦχοι.*
47 *Mixtum imperium vnde ſic dictum.*
48 *Mixtum imperium quid cum mero, & iuriſdictione commune habeat.*
49 *Mixtum imperium quid ſit.*
50 *Mixtum imperium quibus competat.*
51 *Mixti imperij gradus & exempla.*
52 *Infans emancipari, legitimari, & nobilis fieri quomodo poßit.*
53 *Legitimatio cuius imper[.] ſit.*
54 *Mixti imperij maioris exempla.*
55 *Supplicationis cognitio ad quod imperium ſpectet.*
56 *Appellatio mixti imperij eſt.*
57 *Appellatio an delegari poßit.*
58 *Nullitatis cauſa an ſit mixti imperij.*
59 *Appellationi nullitas ineſt, & per contrariũ.*
60 *Mixti imperij magni exempla.*
61 *Reſtitutio in integrum an poßit delegari.*
62 *Mixti imperij parui exempla.*
63 *Mixti imperij minoris exempla.*
64 *Mixti imperij minimi exempla.*
65 *Emancipatio an poßit delegari.*
66 *l.15.titu.18.part.3.*
67 *Iuriſdictio quomodo inſit mixto imperio.*
68 *Iuriſdictio in genere, & in ſpecie.*
69 *Iuriſdictio quid.*
70 *Iuriſdictio vnde dicta.*
71 *Communes opiniones contrariæ.*
72 *Iuriſdictio merum & mixtum imperium cõprehendit.*
73 *Iuriſdictio quomodo ineſt imperio.*
74 *Iuriſdictionis ſpecies quæ.*
75 *Coerctio modica ad imperium, an ad iuriſdictionem ſpectet.*
76 *Communes opiniones contrariæ.*
77 *Imperij ſine adiuncto conſyderati nulla videtur vtilitas.*
78 *Iuriſdictione conceſſa à Principe, iuriſdictio ſimplex an & merum & mixtum imperium concedi videatur.*
79 *Iuriſdictio ſimplex quid ſit.*
80 *Iuriſdictionis ſimplicis gradus quot.*
81 *Iuriſdictionis maximæ exempla.*
82 *Ingenuitatis libertatis libertinitatisq́; cauſæ an delegari poßint.*
83 *Iuriſdictionis maioris exempla.*
84 *Iuriſdictionis magnæ exempla.*
85 *Iuriſdictio parua circa quæ verſetur.*
86 *Cauſæ infra tercentum aureos delegari poſſunt.*
87 *l.124.ſtili. & l.18.tit.4.par.3. & l.1.tit.9.lib.8.ordin.*
88 *Aurei nummi qui vulgo Marauedini vocãtur.*
89 *l.7.tit.18 par.1. & l.9.titu.4.par.5. & l.2.titu.9.lib.8.ordin.*
90 *Donationis inſinuatio in qua ſumma requiratur.*
91 *Iuriſdictio minor in quibus cauſis conſiſtat.*
92 *Iuriſdictio minima circa quæ verſetur.*
93 *Iuriſdictionis diuiſiones variæ.*
94 *Iuriſdictio an definiatur hîc.*
95 *Delegare iuriſdictionis ſimplicis exemplum eſt, tam quoad actum, quàm quoad potentiã.*
96 *Delegationis reuocatio mixti imperij eſt.*
97 *Reſolutio actus, eiuſdem naturæ eſt, cuius & ipſe actus.*
98 *Mißio in poſſeßionem, & reuocatio mißionis mixti imperij ſunt.*
99 *Delegatus cur non ſubdelegat.*
100 *Argumentum à procuratore ad iudicem delegatum an ſemper valeat.*
101 *Delegatus quo intellectu iuriſdictionem ſpecialem & non generalem habere dici poßit.*
102 *Delegatus cur non ſubdeleget, expedita ratio redditur.*
103 *Iuriſdictionis exemplum hic non definitio ponitur.*

MErum eſt imperium.) Neq; meri, neq; mixti imperij, neq; iuriſdictiõis hic poni definitiões, ſed exẽ 1
pla, & verior[a], & crebrior[b] opinio eſt, Iacobo, Alberico, Angelo, Paulo quamlibet reclamantibus. Dictũ verò merũ imperiũ 2
quaſi purũ, non mixtũ, prorſus enim circa publicam vtilitatẽ verſatur. Quæ etymo- 3
logia & cõmunis eſt[c], & iure noſtro approbata[d], id in Principe neceſsitatem præciſam, aut cauſatiuã (vt vocamus[e]) habet, 4
ſed honeſtatis[f], vnde in eo merũ quaſi liberum & nulli neceſsitati ſubditũ dici quidã non malè, opinantur. In inferiorib[us] ma 5
giſtratib[us] neceſsitatis præciſæ eſt[g]. Eſt autem merum imperium (Iacobi definitio- 6
ne exploſa[h]) iuriſdictio, quæ officio iudicis nobili expedit, vel per accuſationẽ, publi

a l.1.§.dolũ. ff.de dolo. l.ſi quid erit. l.ſolent. ff.de offi. procon. l.1. ff.de conſti. princi.
b Alex. nu.3. Iaſ. & Claudius. col.1. Soc. col.2. Deci. nu.13. Purp. n.17.
c Sap. nu.18. Purp. nu.103.
d l.18. tit.4. part.3.
e Bart. in l.1. C. quo. et quã. iud.
f l. digna. C. de legib.
g l. munerũ. §. iudicãdi. ff. de mune. & hono.
h Iaſo. nu.16. Purp. nu.104.

eam vtilitatem reſpiciens principaliter. Quæ definitio receptiſsima [a] eſt, in qua iuriſdictionis verbum ideo poſitum eſt, vt genere definitio cōſtet. Quod verò ſequitur, quæ officio iudicis nobili expeditur, denotat imperiū eſſe ad iuriſdictionis ſimplicis differentiam. Deinde illa, per accuſationē, dubitationis tollendæ gratia adijciuntur, ſed (vt bene Bartolus notat) omitti potuerunt, & verior enim [b] & crebrior [c]
7 opinio eſt, quālibet Alciatus [d] frequentiorem eſſe in contrarium affirmet accuſatio-
8 nes non officio iudicis mercenario, ſed officio iudicis nobili expediri, niſi ꝙ ſi opus
9 fuerit officio huic nobili iudicis officium mercenariū deſeruiet [e]: vt in citationibus, & dilationibus dandis [f]. Sed & ſi de crimine agatur ciuiliter [g], officiū mercenarium accuſationi deſeruiet, vt Angelus, Socin [*],
10 Claudins, Purpuratusq; notant [h]. Deniq; purius officiū illud eſt, quod in inquiſitionibus verſatur, quàm hoc quod in accuſationibus, ſiquidē illud à ꝓprio iudicis motu proficiſcitur [i]. Poſtrema illa, publicam vtilitatē reſpiciēs, ad finem addita, ex omnium interpretatione [k] idcirco ſunt, vt ſi-
11 gnificetur mixti imperij differētia, quod potiſsimū in his verſatur, quæ priuatā vtilitatem reſpiciunt. Et hæc de definitiōe ſa-
12 tis. Sed quæſitum eſt, quibus merū imperium cōpetat? Et cōmodiſsima, eademq; etiam approbata [l] Bartoli diſtinctio eſt, vt ſi vniuerſitati, quæ prouinciam facit, quis præſit, merū imperiū is habeat [m]. Quæ opinio cōis eſt [n]. Si verò præſit vniuerſitati, quæ non prouinciā facit, ſed ciuitatē, is neque merū, neq; mixtum imperiū habeat [o], quod oēs etiā fatentur [p], niſi vel præfectus ſit vrbis Romæ [q], vel cui princeps id conceſſerit [r], vel qui cōſuetudine, aut præſcri-
13 ptione quæſierit [s]. Quæri certè merū imperium præſcriptione poteſt, tam aduerſus inferiores (de quo dubitatio minor eſt) quàm aduerſus principem, atq; ita frequentiores [t] concludunt. Sic communiter declarantes, vt aduerſus Principē præſentem annis decem ea pręſcriptio procedat, aduerſus abſentem ſpacio temporis, cuius initij memoria non extet, aduerſus cæteros, decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes cum titulo, ſine titulo an nis triginta. Sed & ea, quæ Principibus cōpetunt in ſignum ſupremæ poteſtatis, nō præſcribuntur [v]. Neque merum imperiū 14
quis præſcribet, qui territorium non habet, niſi ſimul & territorium præſcripſerit, & imperium [x]. Iure noſtro non modica varietas eſt: aliquando [y] enim merum imperium nullo temporis ſpacio acquiri
dicitur. Alibi [z] merum vel mixtum imperium, & iuriſdictionem criminalē (quam iuſtitiam vocat lex) annis centum, iuriſdictionem ciuilem annis quadraginta vſucapi, quo iure vtimur. Et cùm & facto quęſtio incidiſſet, num in præſcribenda iuriſdictiōe criminali, tempus, cuius initij memoria non extet, ſat eſſet, Ego, à verbis legis illius non recedendum contendi, ſed centennariam probandam, quod & Lupus probat [a], ſic enim & in probanda aduerſus Romanam eccleſiam præſcriptione, Bernardus [b], & frequentiores aiunt, & aliâs etiam à Guidone [c] relatum eſt. Neque temerè etiam videri debeat, ꝙ lex Regia, in principio, id eſt, cùm loci domini præſcribunt, tempus exegit, cuius memoria non extet, ad finem verò, id eſt, cùm alij præſcribant, annos centum. Nam quòd præſcriptio centum annorum, & immemorialis idem ſint, & ſi maximè quidam [d] crebriorem, Doctorum ſententiam affirment, vix eſt vt admittam, qui tanquàm differentes inter ſe totiens in iure deprehendam. Quòd autem alij opinantur, immemoriali probata vi ipſa & cētenariam probari, quaſi hæc minor ſit, ego non magis probo, iure noſtro [e] præſertim, quo im memoriali probandæ formula quædam (qua ferè vtimur) præſcripta eſt, quæ (ſi eā exactè perpendas) interdum maior, interdum minor centum annis eſſe poteſt, pro differentia ſcilicet ætatis maioris minoris ve teſtium, qui de ea deponunt. Sed nū 16
quid erit principiş ſcientia patientiaque opus, cùm centum annis præſcribitur? Et eſſe Abbas [f], & Lupus credidēre, qui tamen (eorum bona pace) falluntur. Nam etſi maximè in præſcriptione iurium incorporaliū, aduerſarij ſciētia & patiētia regulariter opus ſit [g] (ea eſt enim pars quaſi 17
poſſeſsiōis incorporaliū) at non, ꝓcedit id in præſcriptiōe, cuius initij memoria non extat. Quæ Accurſij ſnīa eſt [h], quā receptiſ ſimā Alexāder [i], Iaſon, Felinus [k], Decius, & Balbus [l], affirmāt. Quòd ſi ciuitati præſit, quæ neque prouinciā, neq; ciuitatē faciat, ſed

a Soci. nu. 12. Iaſ. numer. 16. Claud. colū. 5. Purp. nu. 104.
b In prin. inſti. de pub. iudic. l. Placet. verſi. quod nō ita. C. de peda. indi.
c Clau. col. 5. Sap. n. 23. Val. nu. 40. Purp. nu. 104.
d Alciat. pa rad. lib. 2. c. 2.
e Bar. in l. iudex poſteaquā ff. de re iudi.
f Alexā. nu. 14. Purp. nu. 117.
g l. prætor edixit. §. ſi dicat. ff. de iniur. l. vnica. C. quā. ciui. act. crim. præ.
h Soci. nu. 13. Purp. nu. 117. i Caccial. q. 7. Aretin. de malef. in ver. mero officio.
K Sap. nu. 30. l Alex. n. 6. Iaſ. nu. 28. m l. Illicitas. §. qui vniuerſas. de off. præſi. n Purp. nu. 112. col. 114. o Authēt. de defen. ciui. §. ius iurādū. ad fi. p Sap. nu. 32. q l. 3. §. cū vrbem. ff. de off. praef. vrb. r Titu. de pace Conſtan. s l. viros. C. de diuer. of. l. quicūq; C. de ſun. limitrophi. lib. vndecimo. t Iaſo. nu. 20. Purp. nu. 191. Sap. n. 27. Caccial. q. 15. Val. n. 74. Alex. in. 5. vol. cōſil.

16. n. 23. Balb. 2. par. 5. par. verſ. circa primam.
y l. comperit. C. de pſcri. 30.
x Abb. in c. cū contingat. de fo. cōp. Iaſ. hic. n. 20. Caccial. q. 16.
y l. 8. titu. 4. par. 3.
z l. vlt. tit. 13. libr. 3. ordi.
a Ioan. Lup. ī c. p veſtras. in 2. not. §. ſed eſt pulchra. n. 43.
b Gl. ī. c. cum nobis. de præſcrip. ibi Abbas. & Imo.
c Guido. cōſ. 1. & cōſil. 150.
d Carol. Molin. in cōſuetu. §. 41. n. 70. fo. 331. col. 3.
e l. 41. Tauri.
f Abb. in d. c. cū nobis. nu. 4. Lup. in d. §. ſed eſt pulchra nu. 43.
g l. 2. C. de ſer. & aq.
h Gl. in l. hoc iure. §. ductus. in gl. memoriam. ff. de aq. quot. & æſti.
i Alex. in 2. vol. cōſ. 6. col. pen. Iaſo. hic. col. 8.
k Feli. in d. c. cū nobis. col. 2. & c. de quorta. col. pen. de præſcri. Deci. cōſ. 85. col. 1.
l Frāc. Balb. de præſcrip. in 2. part. 3. part. verſi. 6. quaeritur. 23.

ciat, ſed caſtrum, aut municipiũ, ſiquidem
id ciuitati ſub ſit, nullã iuriſdictionem ha-
bet[a], omniũ conſenſu[b]: ſinautẽ nulli ciui-
tati ſubeſt, eã habebit iuriſdictionẽ, quam
18 ciuitatis defenſor, quod à titulorum ordi-
ne Bartolus conijcit, quia videlicet titulũ;
de defenſ. ciui. ſequatr alter ille, de Magiſt.
municip. Quæ collectio infirmior aliquã-
do deprændit̃, ſequi magiſtratus munici-
pales, q defenſores ciuitatũ verè ſint, rectè
expẽdimus[c]. Poſtremò ſi vniuerſitas eiuſ-
modi ſit, quæ neq; prouinciã, neq; ciuitatẽ
19 neq; municipiũ cõſtituat (qualis ſcholaſti
corũ vniuerſitates ſunt, aut qualia merca-
torũ collegia) merũ imperiũ nõ habet, iu-
riſdictionẽ habet[d], quanuis hæc Bartolus
20 aliquo modo confundat. Sanè habet Do-
ctor in diſcipulos iure merũ imperiũ, niſi
ꝙ moribus receptũ, id vſq; adeò nõ eſt, vt
vel maximè diſcipuli ipſi, merũ & mixtũ
21 in magiſtros exerceant[e]. Gradus meri im-
perij (etſi aliter alij diſtribuãt) Bartolo au-
22 thore, ſex ad ſummũ ſunt. Maximũ, cuius
exẽpla, legis gñralis condendæ poteſtas[f],
quod oẽs exẽplũ probãt[g]. Tabelliones ge
nerales creare, publicare bona delinquen
tis, cõgregare cõciliũ gñale, tũ alia multa,
23 quæ Iaſon, & Iacobinus cõgerunt[h]: Maio
ris imperij exẽpla, animaduertere in faci-
24 noroſos hoĩes, ſiue cùm vita adimitur, ſi-
ue cùm mẽbrũ abſcinditur[i]. Quæ opinio
25 cõis eſt[k]. Vnde & illud dubitatũ, digiti am-
putatio an ad mixtum imperiũ pertineat.
26 Quod Albericus negat. eſſe enĩ digitũ nõ
mẽbrũ, ſed mẽbri officiũ[l], præterquàm in
larga ſignificatiõe[m], quod etiã in auriculæ
abſciſsiõe ait[n]. Ego Decio[o], ijsq; magis ac-
cedo, qui cõtrariũ opinant̃. excedit enĩ di
giti, ſeu auriculæ abſciſsio modicæ coer-
ctiõis, notiſsimos terminos. Adde ꝙ ex le
27 ge Regia[p] nõ tantùm digitus, & auricula,
ſed & dentes mẽbra minora appellant̃. In
hoc gradu animaduerſio ponit̃, quæ in ca
dauera punitorũ[q] fit, tũ illa quoque, quæ
28 in animalia bruta[r], & quę clericorũ degra
datiões dicũtur[s]. Sed & amiſsio vitæ ciui-
lis, qualis dãnatio in metallũ eſt[t]. De miſ-
29 ſione in carcerem dubitatũ eſt. Verùm in
hoc frequẽtiores cõueniunt[v], vt ſi carcer
perpetuus[x] ſit, ad hũc meri imperij gradũ

a l. qui ex vico. ff. ad munic. l. 3. C. de municip. lib. 10.
b Sap. nu. 41.
c Alci. lib. 3. diſp. c. 5. l. 1. ti. 21. part. 2.
d l. ſi. C. de iuriſd. om. iudi. Deci. hic. numer. 38.
e Soci. nu. 16. Deci. nu. 39.
f l. 1. ff. de cõſti. princi. l. nõ ambigitur. ff. de legib. l. formã. C. de offic. præf. præto.
g Alex. n. 4. Purp. nu. 208. Val. nu. 84.
h Iaſ. nu. 24. Iacob. de ſanc. Geor. in tract. feud. in ver. princeps.
i Gloſ. in l. 2. C. de off. ei. qui vicem alte. ge.
k Soci. nu. 25. Purpu. nu. 221. Val. nu. 87.
l l. idem offi. lum. ff. de adil. edic. l. itẽ quæritur. §. ſi qs digitos.
m t. 1. de corp. vici.
n l. ob quæ. §. fin. ff. de adil. edict.
o Deci. nu. 51. Val. nu. 88. & 91.
p l. 25. titu. 6. par. 1.
q Glo. in §. ſi cõtrariũ. inſti. de hæred. quæ ab inteſt. defe.
r ca. Mulier. 15. q. 1.
s Abb. in ca. at ſi clerici. in princ. de iudi. Riminald. & Purp. hic. nu. 237.
t l. illicitas. §. qui vniuerſas. de off. præſi.
v Sap. nu. 49.
x l. incredibile. C. de pœn. c. pen. de falſ. c. quã-uis. de pœ. in 6.
y c. contra idolorum. 26. q. 5. Deci. in ca. vt fama. de ſenten.

pertineat. Quæ pœna vt hoc in tranſcurſu
notẽ, à iudicibus eccleſiaſticis nõ clericis
tantùm, ſed & laicis ſubditis imponi põt[y],
quicqd Romanus[z] & Sapia ſentiãt. Quòd
ſi carcerẽ cuſtodiæ proponas, variatũ eſt.
Nã Bartolus ſine diſtinctiõe, nõ eſſe eum 30
meri imperij affirmat[a], qa minoribus ma-
giſtratibus cõpetat. Alij, quorũ crebrior[b]
opinio eſt, modò meri, modò mixti, mo-
dò iuriſdictionis aiunt, prout cauſa fuerit,
ob quã cuſtodia fiat. Quin & Baldi[c] notã
da in propoſito traditio eſt, q quadrupli- 31
cem carcerẽ diſtinguit, Domeſticũ[d], q ſub
nullo iuriſdictiõis gradu cõprehendit, ne-
miniq; licet niſi in caſibus à iure exp̃ſsis.
Modicæ coerctiõis, quo apparitores ĩ exe
quendo negligẽtes, iudex coercet[e], q im-
perij minimi eſt. Perpetuus[f], quo ex iure
ciuili ſerui, Pontificio, etiã liberi puniunt̃,
quiq; meri imperij eſſe dicitur, ꝙ morti
æquiparet̃[g]. Cuſtodiæ, quo ſcilicet rei cu-
ſtodiũtur, qui pro ratione cauſæ ſubiectæ,
aut imperij, aut iuriſdictiõis cẽſebitur. Im
perij magni exẽpla deportatio eſt[h], quod 32
oẽs fatẽtur[i]. Imperij parui relegatio dici-
tur[k], quæ & verior, & receptior opinio[l]
eſt. Ponitur præterea eius exemplũ in om 33
ni pœna, per quã corpus acriter afficitur[m]
in quo frequentiores conueniũt[n]. Quare 34
& quæſtiones, tormentaque, ſiquidem ad
pœnã fiant, crebriore[o] calculo, in eodem
gradu collocantur. Si verò ad veritatẽ in-
ueſtigandam, modò iuriſdictiõis[p], modò
imperij, aut meri, aut mixti dicentur, put
cauſa ſit, ob quam queſtio fiat. Imperij mi
noris exemplũ eſt, modica corporis coer 35
ctio, quæ licèt omnibus magiſtratibus
competat[q], meri tamen imperij eam cõi- 36
ter aiunt[r], quia iudicis officio nobili expe
ditur, & publicam vtilitatem cõcernit. Im 37
perij minimi exẽplũ eſt, leuis mulcta[s]. In
quo nõ eſt q diſſentiat[t]. His imperij gradi 38
bus poſitis, priora quatuor (quæ Bartoli,
& plurium traditio eſt) delegari non poſ- 39
ſunt, poſteriora duo poſſunt. Num ergo
modica coerctio delegabilis eſt? quod hîc 40
Bartolus & alibi ſentit[v]. At alibi[x] non ſe-
mel ſibi repugnat, de quo dixi ſuprà[y], &
infrà quoq; dicturus ſum[z]. Num etiam le-
uis mulcta delegari poterit? Et Bartolus 41

y c. excõmu. Val. hic. nu. 96.
z Rom. ſing. 703. Sap. nume. 51.
a Arg. auth. de defen. ciui. §. Et iudicare. l. diui. ff. de ſer. fugi.
b Iaſ. nu. 24. Val. nu. 92.
c Soci. hic. nume. 21.
d l. diuus. ff. de offi. præſi.
e l. 2. C. de ſport.
f l. aut damnum. §. 1. ff. de pœn.
g Innoc. in c. qualiter, & quando. de accuſa.
h l. edicto. §. rei capitalis. ff. de bon. poſſ.
i Sap. nu. 52. Val. nu. 99.
k Gl. in l. nul li. C. de ſent. gl. in §. relegati. inſt. qb. mo. ius patr. pot. ſol.
l Claud. col. 6. Purpur. nu. 243. Val. nume. 101.
m l. ſi qd erit. ff. de off. procon.
n Purpur. nu. 250. Val. num. 104.
o Soci. n. 24. Claud. col. 6.
p Auth. de teſtib. §. ſi vero ignoti.
q l. magiſtratibus infra authen. de defen. ciui. §. audiẽt.
r Iaſ. nume. 24.
s l. vlt. C. de mo. mulct. l. 2. C. de ſport.
t Iaſ. col. 2. et nu. 24. Purpu. n. 269. Val. nume. 112.
v Bar. in d. l. magiſtratibus.
x Bar. in l. 2. ſuprà. & in l. nec quĩquam. §. vbi decretum. ff. de offic. procon.
y In §. vbi decretum. in l. 2. §. qui mandatam. in l. 2.
z In l. magiſtratibus.

delega-

delegabilem eſſe ſentit, qui cùm in mini-
mo imperio poſuerit, ea quæ minimi im-
perij ſunt, delegabilia eſſe affirmet. Sed
verior[a], & approbata[b] magis eiuſdẽ alio
in loco ſententia eſt, delegatum mulctare
non poſſe, paucis quibuſdam caſibus exce
ptis, quos Socinus[c] primùm, dein Valla
notant.
41 GLADII poteſtatem). Accurſius de gla
dio naturali accepit, quo ſcilicet vita adi-
mitur, aut abſcinditur membrum. Ange-
lus, de ciuili, ideſt, legis punitione, ſiue iu
re puniendi[d], ἀλληγορικῶς. Nam & Lucæ
cap. 22. illud, Ecce duo gladij hic, ad Pon-
tificiam, Imperatoriamq́; poteſtatem re-
fertur, & de gladio ſpirituali nõ vno in lo-
co mentio eſt[e], quam Angeli expoſitio-
43 nem cõmunem Socinus affirmat[f]. Atq;
receptior[g] Accurſiana eſt, eademq́; & ve-
rior dubio procul. Nam & gladij vox ſic
44 perſæpe poſita eſt[h]. Et gladij poteſtas ab
alia coërtione diſiũgitur[i], & animaduer-
ſio id etiam ſignificat[k], propiuſque eſt, vt
ad vitæ ademptionem referatur[l]. Sed cur
hoc potiſſimum exemplum poſitum? Et
Claudius, quia ſic Iuriſcõſulto placuerit,
Purpuratus[m], quia ſit hoc frequẽtius, Cac-
cialupus, quia nobilius, & veluti meri im-
perij poteſtatiſq́; inſigne quoddam, quo
45 fit, vt & iuſtitiæ Imago, virginis ſit, quæ
in manu enſem habeat, & vt magiſtratib[o].
quibus merum imperium eſt, enſem lictõ
res præferãt[n], ſicut olim faſces, quibus vir-
gæ ſecureſque alligarentur, & hodie[o], o-
limq́; etiam Principibus ſceptra, vnde &
46 ab Homero, σκηπτοῦχοι βασιλῆες dicuntur.
Sed & accipit à Chriſti vicario gladiũ Im
perator ſolenni ritu. Annotauitq́; in Mat-
thæi capit. 26. Eraſmus ad viuum exigi id
non debere, quod à Domino dictum eſt,
Omnes enim qui gladium acceperint, gla
dio peribunt.
FACINOroſos.) Illicitè delinquentes.
POTESTAS.) Poteſtatis verbo quę cõ
tineantur, dixi alio in loco ipſe plenius.
47 MIXTVM eſt imperium.) Mixti impe-
rij appellatio communi omnium aſſenſu,
inde eſt, ꝙ imperium hoc, partim ab im-
perio mero capit, partim à iuriſdictione,
imperijque nomen magis, quàm iuriſdi-
48 ctionis à digniori ſumpſit[p]. Sed quid eſt,
quod cum illis cõmune habet? Et Accur-
ſius cum mero commune hoc eſſe illi ait,
ꝙ vtrunque indelegabile eſt, cum iuriſdi-
ctione, ꝙ vtrunq; in cõmodo pecuniario
conſiſtit. Quæ opinio ſuſtineri ſat poteſt,
ſi frequẽtiora reſpicias[q]. Verùm inualuit[r]
Bartoli altera ſic explicantis, vt à mero im
perio mixtum hoc habeat, ꝙ ambo, iudi-
cis officio nobili, expediuntur, à iuriſdi-
ctione, ꝙ ambo, publicam vtilitatẽ reſpi-
ciunt. Et hæc de ratione nominis, in defi- 49
nitione variant. Sed ex Petri definitione
ab alijs magis admiſſa[s]. Mixtum imperiũ
eſt iuriſdictio, quæ officio iudicis nobili
expeditur, priuatam vtilitatem reſpiciẽs.
Qua in definitione, iuriſdictio genus eſt,
illa verò, quę officio iudicis &c. ad iuriſdi
ctionis ſimplicis differentiam ponuntur,
poſtrema verò, priuatam vtilitatem reſpi
ciens, ad meri imperij differentiam noran
dam. Competit autem mixtum imperiũ 50
iiſdem, quibus & merum[t], quæ cõmunis
opinio eſt[v]. Sed qui gradus huius imperij 51
ſunt? Et licet alij aliter, etiã in hoc Bartoli
tenenda diſtinctio eſt, ſex gradus cõſyde-
rantis. Eſt enim quoddam maximum, id
quod niſi à principe expediri non poteſt,
cuius exempla, dare veniam impetranti[x],
interponere authoritatem arrogationi[y],
& in emancipatione infantis[z]. emancipa- 52
ri enim infans, legitimari[a] nobilis fieri po
teſt[b], dummodo infantiam egreſſus, aut
expreſsim hæc rata habeat[c], aut ſaltim nõ
contradicat[d]. Eſt & primi huius gradus 53
exemplũ in legitimatione, quæ per princi
pis reſcriptum[e] fit. nam cùm ſupra ſcripta
omnia iudicis officio nobili expediantur,
& priuatam vtilitatem reſpiciant, dubio
procul (quod oẽs conſentiunt[f]) mixti im
perij ſunt. Maius imperiũ mixtũ inter cæ- 54
tera verſatur in cognitione ſupplicatiõis,
quod ius principi ſoli, aut præfecto Præto 55
rio conceſſum eſt[g]. Cæterùm cùm diffe-
rãt in multis ſupplicatio atq; appellatio[h],
Quæſitũ meritò hoc eſt, An & appellatio 56
mixti imperij cẽſeat? Et receptior[i] opinio
Bartoli eſt, vt mixti imperij appellatio ſit:
nã & ipſa officio nobili expedit[k], & ad pri
uatorũ vtilitatẽ ſpectat. Sed nõ pauci, aut
leues authores ſunt, qui nõ malè[l], cauſam
appellationis imperij, aut iuriſdictiõis, ad
inſtar prioris inſtãtiæ cõtẽdũt. Illud certè 57
cõſtat (quicqd Accurſius[m], Bernardnsq́;[n]
aliquãdo ſenſerint) cauſam appellationis
delegari poſſe, quæ opinio & Accurſij[o],
eiuſdem

a l.2.§.fin.ff. de iudic.
b Bar.in.l.1.§ prim.n 6.ff.ſi qs ius dic.non obtẽp. vbi Alex.co.pe. Val. hic.nu.144.
c Soci.in reg. 118. delegat⁹.
d Alcia. lib. 4.ð verb. ſig.
e c.dilecto.ne ſen.ext.c.ſi Petrus.24.q.1.
f Soci.nu.30
g Caccial.col. 3 Purp. nu.18.
h l.quiſq.C. ad.l.Iul. maieſta.l.cum vir. C.ad.l.Iul.de adul.§.itẽ lex Iulia.inſtit.de pub.indi.
i l.illicitas.§. qui vniuerſas. ff.de off.præſ. l.ſolet.ff.de off.procon.l.nemo poteſt.ff.ð reg.iur.
k l.cy ſicer-tm.l. Senatus C.ff.ad Syll.
l l.ant dãnũ. §.1.ff.de pœn.
m Purp.n.21. Caccial. col.1.
n c. non ſolũ. c. ſunt quidã. 23.q.5.c. quaſi tum.23.q.4.
o Barb.lib.4. cenſi.34.
p l.quaritur. ff.ð ſta.ho.Deci.hic.nu.5.
q l. nõ ad ea. ff.de legib.
r Val. n.145.
s Alexã.nu. 29. Soci. n.57. Caccial. n.24.
t Authẽt.de defen. ciui.§. iuſiurandum.
v Val.n.148.
x l.2.C.de his qui veni. ata. impet.

y l.2.ff. de adopt.
z l.pen. C. de emãcip.liber.
a Bar.in d.l. pe.Iaſ.ĩ.l.poſthumo. colũ.1. C.de bon. poſſ. cont.tab.
b Bart. in.l.1. col.9.C. de dignit.lib.12.
c Angel. in diſſ.nobilis.in 1.dub.col.3.
d Deci.cenſ. 167.Tiraq.de nobil.c.6.n.30
e Authẽ.qb. mod. nat.effi. ſui.§.illud. §. pen.
f Socin.in.l.1. num.11.ſuprà. Caccial. hic.n. 26.
g Auth.qua ſupplicatio. C. de pcib. impe. effe.c.1.C.ð off. præf.præt.
h Cle.1.in gl. eneramus. de in. pat. Iaſ.ĩ.l. ſi qs aduerſus. C.ð pcib.imp. effe.Purp.hic. nu.303.
i Soci.nu.43. Val.nu.16.poſt Bar.in.l.1.§.ſolent.ff.quã.appel.ſit.
k Bal.in.c.in præſentia. col. 2.de renũciat.
l Authẽt.vt cũ de appell. cog.in princ.l. 1.ff.an per alis.cau.app.l.cum apud.ff.iudi. ſol.l.inius⁹.C. de procura.
m Glo.in.l.2. C.de ped. iud.
n Gl.in.c.ſuper quæſtionũ §.intentionis. de offi. deleg.
o Gl.in.l.cos. in princi.C.de appell.

eiuſdem ſibi ipſi repugnãtis eſt, & quam
58 frequentiores[a] ſequuntur. Sed quid in cau
ſa nullitatis dicẽdum eſt? Et communiter
mixti eam imperij eſſe aiunt[b]. Appellatio
59 ni enim nullitas ineſt[c], nullitatisq; dictio
ipſa quodammodo quaſi appellatio eſt[d].
60 Tertium eſt magnum imperium, quod in
his ferè conſiſtit, quæ & plenam cauſæ co
gnitionem deſyderãt, & coërctionem rea
lem, vel perſonalem requirunt, qualis eſt
miſsio in poſſeſsionem, & de poſſeſsione
re ipſa expulſio, quę demandari nequeũt.
His & reſtitutio in integrum acceditquæ
61 tamen delegari poteſt[e], non ſolùm cùm à
minore petitur (de quo nemo ambigit[f])
ſed etiã ſi à maiori, vt omnes conſentiũt[g].
62 Quartum eſt imperium mixtum paruũ,
quod ſecundùm opinionem[h] communẽ,
circa ea verſatur, quæ cum plena cauſæ co
gnitione fiunt, quamuis coërctionem rea-
lem, aut perſonalem non habeant. Cuiuſ-
modi eſt pronũciatio de mittendo in poſ-
ſeſsionem ex ſecundo decreto, interpoſi-
tio authoritatis in alienatione rerũ mino-
ris[i], tranſactiones ſuper futuris alimẽtis[k],
quæ etiam non delegãtur[l]. Huius gradus
& datio tutoris eſt, quæ tamẽ mandari ali
quando poteſt, vt ſuprà diximus[m]. Quin-
63 tum eſt, mixtum imperium minus, quod
in ijs conſiſtit, quæ officio iudicis nobili
expediũtur, & ſummariam cognitionem
requirunt, hæc autem mandari poſſunt[n],
64 quæ receptior aſſertio eſt[o]. Sextũ eſt mix-
tum imperium minimum, in his locũ ha-
bens, quæ ad officium iudicis nobile ſpe-
ctant, & abſque cauſę cognitione determi
nantur, qualia ſunt, interponere authorita
65 tem manumiſsioni, aut emancipationi, cõ
petunt enim cuilibet magiſtratui[p], ac pro
inde mandari poſſunt[q]: quæ Bartoli in prę
ſentia Accurſijq;[r] ante eum, atq; adeò ap-
probatiſsima ſententia eſt[s]. Verùm idem
Accurſius alibi[t] contrà, emancipationi au
thoritatem ab ordinario iudice, non à de-
66 legato poſſe præſtari ſentit, quod propè
eſt, vt ius noſtrum probarit[v].
ETIAM.) Implicat ſecundùm commu-
nem intelligentiam, participat enim mix-
tum imperiũ, & de mero imperio, & etiã
de iuriſdictione.
67 IVRISDIctio ineſt.) Si iuriſdictionem
hîc in genere ſumimus, ineſt mixto impe-
rio velut genus ſuæ ſpeciei: ſi ſumimus in

a Pan. in l. 1. C. de ped. iud. Sap. hic. n. 72.
b Purpura. n. 310. Val. num. 102.
c l. quidã mulier. ff. famil. herciſc. l. Carmelia. ff. de in. patro.
d Abb. in c. dilecto. de appella.
e l. fin. C. vbi & ap. quem.
f Soci. n. 48.
g Val. n. 150. Sap. nu. 71.
h Purp. num. 316.
i l. magis puto. §. ne paſſim ff. de reb. eo.
k l. cum hi. ff. de tranſac.
l l. omnia. ff. de reg. iur.
m l. nec quicquã. §. vbi decretum. ff. de off. procon. l. 1. ff. de off. ei. cui mã. eſt iuriſd.
n l. Cognitio. §. Vt bonorũ. ff. de offi. ei.
o Soci. nu. 50.
p Authẽt. de defen. ciui. §. nulla.
q l. 1. ſuprà. de offi. ei.
r Gl. i. l. emãcipari. ff. de adopt.
s Soci. nu. 53. Caccial. n. 26. Purp. in l. 1. n. 675. ſuprà. de off. ei. cui mã. eſt iuris.
t Glo. in l. ab ea parte. ff. de probat.
v l. 15. tit. 18. par. 3.

ſpecie, dupliciter intelligi hæc verba poſ-
ſunt. Primò ineſſe mixto imperio iuriſdi-
ctionem, quia vtrunq; in commodo pecu
niario conſiſtit. Secundò, quia vtrunq; ad
priuatam vtilitatem ſpectet.
BONOrum poſſeſsiõe.) Quę tribuit ius.
IVRISDIctio eſt.) Exemplum iuriſdi-
ctionis ſimplicis hîc ponitur, non defini-
tio (vt ſuprà quoq; dictũ eſt). Cæterùm cõ
ſyderant Doctores noſtri iuriſdictionẽ du 68
pliciter in genere & in ſpecie vt adoptio-
nem Iuriſconſulti[x], de vtraq; verò viden-
dum hîc eſt. Et prioris definitio tradita iã 69
ab Accurſio eſt, quã alij[y] probant. Adijcit
idem appellatam à ditione, ideſt, poteſta- 70
te, vt ſit iuriſdictio, iuris, ſeu legitima quæ
dam poteſtas, quã Etymologiã Bartol[*] &
frequẽtiores[z] admittũt. Baldo & nõ pau- 71
cioribus plerisq;[a] nõ placet, idq; iure opti
mo. Quis enĩ inficias eat, iuridicũ, & iuriſ
dictionẽ à iure dicẽdo dici? niſi ꝙ interdũ
iuris vtriuſq; interpretes, dum plus nimio
ſubtiles videri volũt, vel literatoribus an
ſam ridendi præbent. Illa difficilior quæ-
ſtio eſt, iuriſdictio (vt genus eſt) merúmne
& mixtum imperium comprehendat? Et
cõiter omnes fatentur[b], idque eſſe, ꝙ me- 72
ro, atq; etiam mixto imperio iuriſdictio
ineſſe dicitur, ideſt, velut genus ſpecieb[9c]: 73
vt enim homini & equo animal ineſt (qa
videlicet vtrunq; velut genus comprehẽ-
dit) ſic in mero & mixto imperio iuriſdi-
ctio eſt. Sed nũquid & aliæ ſpecies iuriſdi
ctionis ſunt? Et Accurſius quatuor opina- 74
tus eſt, merũ & mixtũ imperiũ, coërctio-
nẽ modicã, iuriſdictionẽ ſimplicẽ, quę ſen
tentia (quod ad coërctionem pertinet) ab
omnibus reprehenditur[d]. Etenim recidit 75
illa (ſiue perſonalis, ſiue realis, ſiue verba-
lis ſit) aliâs in merum, aliâs in mixtum im-
perium, aliâs in iuriſdictionẽ ſimplicem.
Alij igitur, tres ſpecies ponũt meri, & mix
ti imperij, & iuriſdictionis, quorũ opinio,
Claudio authore[e], communis eſt. Barto- 76
lus, cui (vt Valla[f] ait) cæteri aſſentiunt,
duas tantùm eſſe contendit, imperium, &
iuriſdictionem, imperij rurſus alias duas
merum & mixtum. Quæ opinionum re-
pugnantia componi ſic poteſt, vt imme-
diatæ (ſic enim in ſcholis appellamus) ſpe
cies duæ mediatæ tres ſint[g]. Mihi tamen
& verius & probabilius ſit, vt tres imme-
diatæ dicantur, quod ſignificare hîc ſatis

videtur

x l. 2. ff. de adopt.
y Glo. in l. 1. ſuprà. Ang. ibi. col. 2. Val. hic. col. 1.
z Purp. n. 53.
a Deci. n. 29. Caccial. nu. 6. Purpu. nu. 43. Val. col. 1. Alcia. lib. 2. diſp. c. 24.
b Iaſo. nu. 10. Deci. num. 26. Purp. n. 54. Caccial. nu. 7.
c l. Iuriſgentium. § ſed ſi fraudandi. infrà. de pactis.
d Alex. nu. 16. Iaſ. nu. 7. Claud. colũ. 3. Purp. nu. 56.
e Claud. colũ. quarta.
f Val. nu. 32.
g Iaſ. nu. 10.

77 videtur Vlpianus, qui in tres diſtinxit. Ne
que video quæ imperij, ſine adiuncto con
ſyderati vtilitas, aut qui effect[o] notari poſ
ſint, qui non ad merum & mixtum impe-
rium reducentur. Cæterùm ſuperiori con
ſequens ex facto quæſtio quotidiana pro-
78 ponitur, Si princeps iuriſdictionē loci ali
cui conceſſerit, ſimplicēm ne ſolùm, an &
merum & mixtum imperium conceſsiſſe
videatur? Et ſanè crebrior[a] opinio eſt, vt
hæc omnia contineātur, quæ tamen ex ſe
quentibus declaranda eſt. Et primò, vt de
eius iuris tranſlatione intelligatur, quod
territorio circumſcribitur, nō de eo, quod
deceſſori in priuilegium fortè concedere
tur[b], deinde, vt ne cum vaſallorum præiu-
dicio, beneficium interpretemur[c]. Poſtre
mò procedit, ſi Principis conceſsio gratio
ſa ſit[d]. Alioqui enim de iuriſdictione ſim-
plici intelligemus, vnde ſi Princeps magi-
ſtratum creet, illiq; ſe iuriſdictionem con
cedere dicat, ſimplicem tantùm conceſ-
ſam omnes[e] fatentur, niſi vel magiſtratus
conditio aliud ſuadeat[f], vel Princeps cùm
creabat, trāsferre hæc omnia ſoleret[g], vel
conceſsionis verba prægnantia ſuapte na-
tura ſint, & quæ merum & mixtum impe-
rium comprehendāt, vt cùm pleniſsima[h],
omnimoda[i] integro ſtatu, iuriſdictio cō-
cedi dicitur. Idemque erit ſi omnis, vt cō-
muniter aduerſus Baldum traditum eſt[k].
Et hæc de iuriſdictione generis ſatis. Iu-
79 riſdictio verò in ſpecie ſiue iuriſdictio ſim
plex, eſt iuriſdictio, quæ officio iudicis
mercenario expeditur, priuatam vtilitatē
reſpiciēs. Et hæc definitio approbata eſt[l].
In ea iuriſdictionis verbū (vt & in illis me
ri mixtique imperij) generis eſt. Sequen-
tia illa iudicis officio mercenario expedi-
tur, ad meri & mixti imperij, poſtrema, ad
meri imperij differentiam ponuntur, & vt
oſtendat, iuriſdictionis cauſas, eiuſmodi
80 eſſe, quæ actionis iure ventilantur[m]. Iuriſ-
dictionis gradus ſex item ſunt, vt & meri
81 mixtiq; imperij. Maxima quæ circa ea ver
titur, quæ maximi præiudicij ſunt, quales
cauſæ liberales & ſtatus, cùm de iure filij,
matrimonij, ſtatus monaſterij quęſtio eſt:
hæc enim & ſimilia, iure actionis tractan-
82 tur[n], & delegari nō poſſunt[o]. Quibus Bar-
tolus connumerat ingenuitatis & liberta-
tis cauſam, quæ opinio[p] communis eſt, ve
rùm ita declaranda, vt cauſa ingenuitatis,

a Iaſ. nu. 10. Deci. nu. 27. Sap. n. 14. Val. n. 24. Purpur. nu. 61.
b Dyn. in l. er go. ff. de acq. re. do.
c c. 1. in princ. de capit. qui curi. ven.
d l. ſi. ff. de cū ſti. princ.
e Riminal. colum. 10. Purp. nu. 63.
f l. 1. §. cū vrbem. ff. de off. præf. vrb.
g c. quod trāſlationē. de off. leg. Rom. cōſ. 59.
h l. 1. §. cū pleniſsimā. ff. de off. procon.
i Gl. in cle. 1. ī ver. omnimodā. de ſo. cōpe.
K Bald. in c. quāto. col. pen. de iudi. Deci. hic. nu. 27.
l Iaſ. n. 31. Caccial. n. 29. Purpur. nu. 324.
m In princ. inſtit. de actio.
n §. præiudiciales. inſti. de actio.
o l. placet. C. de peda. iudic.
p Purpur. nu. 328.

libertinitatiſq; ſimul, aut ſeruitutis liber-
tinitatiſque ſimul mandari poſsit[q]. Cau-
ſa verò libertatis ſiue ingenuitatis & ſerui
tutis mandari nequeat[r]. Maior iuriſdictio 83
in ijs conſiſtit, in quibus ex vi ſententiæ ſu
per actione aliqua prolatæ, qui in bonis
non habet, in corpore luat oportet[s], qui
gradus (vt & ſuperior) crebriore[t] opinio-
ne delegabilis minimè eſt. Magna iuriſdi 84
ctio earum cauſarum eſt, quæ ſummā tre-
centorum aureorum aſcēdunt, hæ niſi ma
ioribus magiſtratibus non competunt[v], &
indelegabiles ſunt, niſi vel propter abſen
tiā, vel propter nimias occupationes. Par-
ua iuriſdictio, circa eas cauſas verſat̄, quæ 85
infrà tercentum aureos conſiſtūt. Sed hæ
delegari poſſunt. Atque hæc de tertio, & 86
quarto gradu dicta, ab omnibus recipiun-
tur[x]. Et quāquam Alciatus, & Marius ſcru
pulum non immeritò iniecerint, iure ta-
men Hiſpaniæ[y] approbata ſunt. Sed ita, vt 87
pro aureis Lex Regia nummos acceperit,
quos vulgo Marauedis de oro vocāt. Quę
ſumma (ſi rectè calculum ineas) decem &
octo mille marauedis cōficiet, quibus ho- 88
die vtimur. Aureus em̄ marauedinus anti
quior, ſex eorū valuit, qui tempore Regis
Alfonſi decimi legum ſtili compilatoris
in vſu erant[z], horum ſinguli (qui & ipſi au
rei fuere[a]) decem valuerunt, horum quos
nunc æreos expendimus[b]. Atque ita fit, vt
vnus quilibet, ex antiquioribus illis mara
uedinis aureis, ſexaginta cōficiat eorū, qui
hodie vulgo expendūtur. Ac proinde ter-
centum illi, quorum lex meminit, hodier
nos decem & octo mille æreos conficiāt.
Veriſimile verò hoc eſt, legiſlatores Hi-
ſpanos, de ſui tēporis moneta, eiuſq; valo-
re ſtatuiſſe, & cōem tunc tēporis vſum lo-
quēdi ſecutos[c], præſertim in nō magna ve
terū vbertate[d]. Quibus adducor, vt eā nō
probē ſnīam, quæ marauedinos aureos in
propoſito, nūmos Caſtellanos interpre-
tatur, ꝙ hi in Iuſtiniani Nouella[e] aurei vel
ſolidi (aut quod Græcè eſt) numiſmata ap
pellent̄. Nam vt maximè conſtaret ꝗ ſoli-
di aurei vè valor ſemper fuerit, idē nè an
potiùs diuerſa fuerint (res em̄ in ambiguo
eſt) non tamen continuò ſequitur, Iuſti-
niani & Alfonſi noni temporibus, eiuſdē
valoris ſummā ſtatui, etenim variare hæc
quæ de pœnis pecuniarijs ſtatuuntur pro
temporum, regionum, hominum diuer-
ſitate

q d. l. placet. l. iam dudū. in princip. C. vbi cau. ſta.
r d. l. iam dudum. verſi. ſi.
s l. Quicunq; C. de ſer. fugi. l. ſi quis iniuriam. ff. de iniur. l. vlt. ff. de in ius vocan.
t Deci. col. pe. Caccial. n. 30.
v Authē. de def. ciui. §. & iudicare.
x Caccial. nu. 30. Val. nu. 169. vſque ad n. 174. Alcia. lib. 2. parad. c. 2. Salom. in l. necquicquā. §. vbi decretum pag. 2. de offi. procon.
y l. 18. tit. 4. parti. 3.
z l. 114. Stili.
a dict. l. 114.
b l. 1. tit. 9. li. 8. ordin.
c Pau. in l. ſi. in prin. C. commu. deleg.
d §. pœna. inſti. de iniur.
e Authēt. de defen. ciui. §. & indicare.

89 fitate ſolent[a], vt alia alijs nunc bene nunc
malè prorſus quadrare poſsint, quod &
ſignificaſſe Rex idem quodam in loco[b]
mihi videtur. Neque enim dixit, eſſe ma
rauedinos eiuſdē valoris, cui⁹ & ſolidi fue
rūt, ſed ſolidos marauedinos intelligi, id
eſt (vt ipſe interpretor) in ſolidorum locū
quantùm ad pœnam, nummorumq́; etiā
ipſorum numerum (non quantùm ad va-
lorem) ſubſtitui. Quocirca nihil certè eſt,
cur illic non aureos, ſed argenteos Franci
cos intelligam[e], ac non potiùs Hiſpanos,
qui tunc temporis in vſu erant. Cur enim
tam variè hæc? cur interpretari, aliorum
decreta noſtros & nō (id quod res ipſa eſt)
leges nobis tuliſſe dicamus? cur nō Regio
nis, monetæ, diuitiarum aut paupertatis,
(vt alios legiſlatores) rationem habuiſſe?
cur ſi nunc aureos, nunc argenteos, nunc
æreos intelligebāt, non alicubi exp̄ſſere?
cur ſemper aut Marauedis de oro, aut ſim
pliciter marauedis appellant? Igitur in du
bio de his ipſe intelligo, qui tunc aurei ex
pendebantur: niſi ſi quid eſt, quod inter-
90 pretatio vulgaris[c], quibuſdam caſibus ma
gis admiſerit, quale illud eſt, de donatio-
nū inſinuatione, in qua Marauedinos au-
reos, quos Iuſtinian⁹[d] ſolidos dixerat, vul
go nūmos caſtellanos interp̄tamur[e]. Cui
non abſimile eſt, ꝙ cū ſolidos vbiq́;, ideſt,
Caſtellanos accipiam[e], in iniuriarū tn̄ tra-
ctatu[f] tercētū ſolidos æreos intelligi obti
nuit, quorū ſinguli, binis aut quaternis ma
rauedinis æreis hodiernis æſtimantur, vt
nō vilius multo. L. Neratius (cuius Gelli⁹
meminit lib. 20. cap. 1.) ex lege. xij. Tab. de
91 palmare ſolit⁹ ſit. Minor iuriſdictio à Bar-
tolo vacua relicta eſt, ſed placet Socini[g],
Purpuratiq́; declaratio, vt in ijs cauſis cōſi
ſtat, quæ infra centū aureos ſunt, in quib⁹
tn̄ plus emolumēti, quàm dāni futurū ſit,
92 ſi nō ſummatim examinentur. Minima iu
riſdictio circa ea verſabitur, quæ ſi iudicia
rius ordo ſeruet̄, detrimēti pluſquàm com
modi allatura ſint. Quæ etiā delegari poſ-
ſunt[h]. Et hæc iuriſdictiōis cuiuſq́; graduū
93 diſtinctio in propoſito tenenda eſt. Diſtin
guit̄ aliâs in contētioſam & voluntariam,
aliâs in ordinariā & delegatam[i]. Verùm
illæ diuiſiones, ad præſentem tractatum
non faciunt.
IVDICIS dandi.) Ita ſe codicum om-
niū habet lectio, quam Doctores paſsim
agnoſcūt, ſolus[k] Viglius Iuriſdicendi, le-
gi poſſe tentat, facilè enim potuiſſe pro-
pter ſimilitudinem iuriſdicēdi, in iudicis
dandi deprauari. Quo ſenſu, definitio, nō 94
exemplum hîc ponitur. Sed vt curioſa a-
curaque annotatio videri poteſt, ita tanti
non eſſe debeat, vt temerè à veteri rece-
ptaque lectione diſcedam, ſecundùm quā
delegare, iuriſdictionis ſimplicis exem-
plum eſt, ideſt (ſic enim communiter in- 95
terpretantur) iudici cuilibet ordinario, de
legare cauſam alteri licet, de qua ipſe ſuo
iure cognoſcere poſſet[l]. Spectat aūt (oīm
cōſenſu[m]) delegatiōis actus & potētia ad
iuriſdictionē, nā & poſſe delegare iuriſdi-
ctionis eſt, & ipſum delegare. Sed & reuo 96
catio delegationis[n], & meritò, vt oēs fatē
tur, de re em̄ cuius naturæ actus eſt, eiuſdē 97
& reſolutio[o] actus, ſicq́; vt miſsio in poſ-
ſeſsionē mixti imperij eſt[p], ita, reuocatio 98
miſsiōis[q]. Sed ſi delegare iuriſdictiōis eſt,
q̄d eſt ꝙ delegat[r], qui & ipſe iuriſdictionē
habet[r], non delegat[s]? Et Petrus nō ex cau 99
ſæ, ſed ex perſonæ defectu, id eſſe credidit
ad procuratoris exēplū[t]. Quæ reſpōſio ſu
ſtineri licèt aliquatenus poſsit, à cæteris ta
men reprehenditur[v], quibus procuratoris 100
& iudicis delegati ſimilitudo non placet,
quia perpetua non eſt[x]. Igitur reſpondet
Accurſius, delegato non eſſe iuriſdictio-
nem generalem, ſed iuriſdictionis ſpeciē,
cui ſolutioni æquè alij non acquieſcunt[y].
Suſtineri tamē eo intellectu pōt, quaſi vo 101
luerit Accurſius, delegato non cauſas in
vniuerſum, ſed ſpeciē huius vel illius cau-
ſæ cōmitti. Deniq́; receptius eſt, vt hîc de
ordinaria iuriſdictiōe accipiamus. Cur au
tem delegatus non ſubdeleget, expedita 102
ſanè ratio eſt, quia eā ſuo iure nō habet[z].
LICENTIA.) Pro, in licentia, per ſub
auditionē em̄ loc⁹ hic eſt intelligēdus, vt 103
ſit dubio procul, exemplū, nō definitio[a].

IIII. IDEM. Libr. I. Ad edictum.

IVBERE caueri prætoria ſti
pulatiōe & in poſſeſsionem
mittere: imperij magis eſt,
quàm iuriſdictionis.

1 *Intellectus huius legis duplex.*
2 *Prætoris ſtipulationes quæ hic intelligantur.*
3 *Stipula-*

a l. 1. ff. de cō-trah. emp. l. re ſpiciendū. ff. de pœn.
b l. 7. titu. 18. part. 1.
c l. ſi de interpretatione. ff. de legib.
d l. ſancimus. C. de donat.
e l. 9. titu. 4. part. 5.
f l. 2. ti. 9. lib. 8. ordin.
g Socin⁹, & Purpur. col. fi.
h Cæcius l. nu. 30.
i l. 2. ff. de offi. procon.
k Vigl. in §. præterea. in ver. iudiciū. inſtit. qb. non eſt per miſſ. fac. teſt.
l l. More. infrà.
m Purpu. nu. 12. cum ſeq.
n Gl. in ca. ſi delegatus. ī g. reuocādus. de offi. deleg. ī. 6. Soci. hic. col. 2. Iaſ. col. 3. Rimunul. col. 4.
o l. Et elegan ter. in prin. ff. de dolo. gl. ī. l. de tutela. C. & reſti. in integ.
p l. Liubere. infrà.
q l. 4. §. ſi for te. ff. de dā. īf.
r l. 1. §. q man datam. ff. de offi. ei.
s l. à iudice. C. de iudic.
t l. neq. C. de procur.
v Sap. nu. 18.
x d. l. neque. iunc. l. iudicium ſoluitur. ff. de iudic.
y Purp. n. 34.
z l. More.
a Alciat. in rub. ff. de verbo. ſig. fol. 2.

3 *Stipulationes iudiciales iuriſdictionis, an imperij ſint.*
4 *Stipulationes iudiciales officio iudicis mercenario expediuntur.*
5 *Miſsio in poſſeſsionem ex primo, vel ſecundo decreto, mixti imperij eſt.*
6 *Miſsionis reuocatio mixti imperij eſt.*
7 *Cognitio, & pronuntiatio de mittendo, cuius imperij ſit, & an delegabilis.*
8 *Communes opiniones contrariæ.*
9 *Principis delegato miſsio actualis permiſſa videtur.*
10 *Miſsio in poſſeſsionem ex cauſa damni infecti, ad mixtum imperium pertinet.*
11 *Secundum decretum an poſsit interponi ex alijs cauſis, quàm damni infecti.*
12 *Adiudicatio ex ſecundo decreto quomodo fiat.*
13 *Bartoli mens declarata, ne ſibi repugnet.*
14 *Miſsio in poſſeſsionem ex primo decreto quo officio expediatur.*
15 *Libellus non eſt neceſſarius in petenda miſsione in poſſeſsionem ex ſecundo decreto.*
16 *Libellus neceſſarius non eſt cùm petitur executio ſententiæ.*
17 *Magis dictio electiuè & comparatiuè poni poteſt.*
18 *Bartoli conſideratio, notata, tanquàm parui momenti.*

1 IVbere cauere.) Dupliciter intelligi poſſe legem hanc Bartolus præfatur, vt videlicet vel vnicum exemplum ponat Vlpianus, vel duo, qui ſenſus & dubitabilior eſt, & receptior[a]. Subdiuiditur autem ſic, vt miſsiõis in poſſeſsionem ſecundùm exemplum, aut de miſsione ex primo, aut de miſsione ex ſecundo decreto accipias. Negari tamen nemo poterit eſſe etiam priorem illum, in ſe verum, ſed qui poſteriori hoc admiſſo, dubitationem non habeat.

2 PRAETORIA ſtipulatione.) Puta dãni infecti, & generaliter, qualibet quæ officio iudicis nobili expediatur & priuatã vtilitatem reſpiciat, qualis illa eſt, vt legatorum ſeu fideicommiſſorum nomine caueatur, Si mulier ventris nomine, & quæ mulieri dotis ſeruandæ cauſa præſtari ſolet[b]. Quę Bartoli & communis declaratio eſt[c]. Communiter tamen ad eas prętorias ſtipulationes reſtringitur, quæ officio iudicis nobili interponuntur, qui in hoc ipſum principaliter aditus ſit, ſecus ſi incidẽter petantur, vt ſunt cautiões iudicio ſiſti & iudicatum ſolui, illæ enim iudicis officio mercenario expediri videntur, ac proinde mãdari poſſunt, quod Accurſius[d] ſentit, & frequentiores probant[e]. Sed quid de 3
iudicialibus dicemus? Et Crebrior opinio eſt[f], vt iuriſdictionis dicantur, non tam ꝙ in his non ea quæ in prætorijs neceſsitas ſubſit, quæ ratio Fabro & Iaſoni[g] placuit, quàm ꝙ prætoriæ officio iudicis nobili re 4
gulariter, hæ regulariter officio iudicis mercenario expediuntur, vt Paulus, Alexander, & Claudius notant. Igitur ſi iudicialis aliqua ſit (quales nõnullæ ſunt) quæ officio nobili expediatur, ea erit imperij mixti, Cõtrà ſi Prætoriam proponas, quæ officio mercenario expediatur, ea ſpectabit ad iuriſdictionem. Quæ verò Prætoriæ quæ iudiciales ſint, alibi opportuniùs Doctores[h] tradunt, latiùs fortaſſe tamen quàm veriùs[i].

ET). Coniuncta pro diſiuncta, vt ſic duo exempla ponantur[k].

IN poſſeſsionem mittere.) Ex primo, vel 5
ex ſecundo decreto, ex quacunque cauſa miſsio fiat, quæ declaratio cõmunis eſt[l], ſi de miſsione quę actu fit intelligimus, vtraque enim & mixti imperij eſt, & mandari regulariter nequit, ſicq; & reuocatio quoque miſsiõis[m]. Sed quid de cognitione & 6
pronunciatione de mittendo dicemus? Et 7
ſi ex ſecundo gradu ſit, mandari æquè nõ poteſt, vt pote quæ ad quartum mixti imperij gradum ſpectat[n]. Quod omnes[o] fatentur, quòd ſi ex primo gradu fuerit, delegabilis eſt[p], omniũ conſenſu[q], non quia iuriſdictionis ſit, vt Accurſius opinatur, ſed quia mixti imperij minoris, cuius caſus mandantur. Sanè Albericus communem opinionem aſſerit, vt cognitio ſiue ex primo, ſiue ex ſecundo decreto mandari nequeat, ſed fallitur, receptiora eñ ea ſunt, quæ diximus, Claudio[r] repugnantiã 8
hanc communium opinionum notante.
Sed & miſsionẽ actualem delegato prin- 9
cipis ꝑmiſſam, & verior[s], & crebrior[t] opinio eſt. Ille verò caſus indifficilis eſt, num miſsio in poſſeſsionem ex cauſa damni in 10
fecti ad mixtum imperium pertineat? Et eſſe vera[v], & receptior[x] ſententia eſt, niſi ꝙ in cauſa dãni infecti, ſingulare ius hoc eſſe di-

a Iaſo.nu.13. Zaſ.col.1. Purpu.nu.9.
b l.ea quæ.§. magiſtratib⁹. ff. ad munici.
c Soci.colũ.1. Claud. colũ.2. Purp.nu.7.
d Gl.ſ.l.5.in prin.ĩ gl.prætoria.ff.de verbo.oblig.
e Pau.hic.co.2.Soci. colũ.1. Iaſ.col.2.
f l.1.in princ. ff. vt leg. ſeu fideicõ. nomi. cau.l.in omnibus. ff.de iud.
g Fab.in.§.fi. inſtit.de diui. ſtipu.Iaſ. hic. col.2.
h Iaſ.in.l.5. in prin.col.2. ff. de verborũ oblig.
i Alci.parado.lib.1.c.1.
k l. ſi heredi plures ff.de cõdi.inſt.l.ſæpe. ff.de verb.ſig.
l Alex.n.6. Soci.col.1. Iaſ. nu.22. Claud. col.2.
m l.4.§.ſi forte. ff. de dam. infec. Iaſ.hic. col.2.
n Iaſ.in.l.imperiũ.nu.20.
o Alex.n.15. Iaſ. & Purp. col.fi. Cattal. nu.9.
p l. cognitio. §. vt bonorũ. ff.de off.ei.
q Iaſ.hic.nu.6.Iaſ. & Deci.in.d.§. vt bonorum.
r Claud.co.3.
s Authẽ. de exhibẽ.re.§.ſi verò.
t Soci.nu.17.
v Arg. huius.l.
x Soci.nu.5. Deci. nu.14. Sap.nu.11.

eſſe dicunt, ꝙ à Prætore magiſtratibus mu
nicipalibus, miſsio in poſſeſsionē ex cau-
ſa damni infecti mandata eſt[a], quia celeri
11 tatem deſyderat[b]. Sed nunquid ſecundū
decretum in alijs cauſis interponi poteſt,
quàm damni infecti? Et non poſſe ſentit
Accurſius. Alij[c] cōtrà. interponi enim vbi-
cunque actione perſonali agitur. Verùm
in eo differentiam conſtituunt, quòd in
12 cauſa damni infecti & noxali, fit adiudica-
tio totius rei, in alijs pro menſura debiti,
videtur enim dominus dare ſeruum pro
noxa, cùm eum non defendit, & pro dere-
licto habere rem, cuius nomine cautionē
non præſtat. Sed & in alio differentia eſt,
quòd in cauſa damni infecti, & noxali, ſta
tim rei adiudicatio fit, in alijs, priùs res ve
nalis exponitur, ſi emptor non reperia-
13 tur, tunc adiudicatio fiet, quomodo Bar-
toli mentem, in præſentia accipi oportet,
14 ne ſibi repugnet[d]. Sanè miſsio in poſſeſsio
nem, ex primo decreto (quod veluti ſe-
cundi præambulum eſt) officio iudicis no
bili expeditur, vtpote quæ edicto Præto-
ris inducta[e] eſt, grauare verò contuma-
cem captis pignoribus, mulctare eum[f],
capere perſonam[g], vt his veluti tædijs ve
xatus reſpondeat[h], officio mercenario ex
pediuntur, ac proinde iuriſdictionis ma-
gis eſſe quàm mixti imperij, omnes[i] con
15 ſentiunt. Ad hæc in petenda miſsione in
poſſeſsionem ex ſecundo decreto libello
opus non eſt, imploratur enim tunc offi-
cium iudicis nobile, ſuper eo quod (pro-
pter contumaciam ſcilicet non reſpōden-
16 tis) notum, ac liquidum eſt. Nam & ſimi-
liter neceſſarius non erit, cùm rei iudica-
tæ executio petitur, quod oēs fatentur[k].
IMPERII.) Meri, ſi ſequentia compa-
ratiuè accipimus, mixti, ſi electiuè.
17 MAGIS.) Comparatiuè accipi poteſt, vt
ſit ſenſus, exempla hîc poſita, & ad iuriſdi
ctionem & ad merum imperiū ſpectare,
ſed magis ad imperium: cùm enim in com
modo pecuniario conſiſtant, & priuatam
vtilitatem reſpiciant, quod iuriſdictionis
eſt, at officio nobili expediuntur; & man-
dari nequeunt, quod eſt imperij propriū.
Qui intellectus Accurſij, approbatusque
eſt. Poteſt etiā accipi electiuè (quod Bar-
tolus inquit) vt velit tunc lex, exēpla hęc,
ad mixtum imperiū pertinere, non ad iu-
riſdictionē. Et ſanè, videri debeat hoc ve-
rius, ſiquidem & illud verum eſt, dictionē
magis, poſitam inter contraria, aut diuer-
ſa, aut quæ ſe non compatiuntur, electiōis
18 vim[l] habere, non comparatiōis. Re tamē
vera, in paruulis in hoc eſſe videtur, quan
doquidem ſiue illo, ſiue hoc modo acci-
pias, exempla hæc, ad mixtum imperium
ſpectant.

V. IVLIANVS. Lib. I. Digeſtorum.

MORE maiorum ita compara
tum eſt: vt is demum iuriſdi-
ctionem mandare poſsit, qui
eam ſuo iure, non alieno beneficio ha-
beret.

1 *More maiorum, quid fieri dicatur.*
2 *Mos antiquorum ſeruandus.*
3 *Delegandi ius cui competat.*
4 *Ordinarius iudex radicem iuriſdictionis habet.*
5 *Delegatus vſum tantùm iuriſdictionis habet.*
6 *Delegatus vſuario ſimilis.*
7 *Delegatus cur non ſubdeleget, noua ratio affertur.*
8 *Duplicationes legibus inimicæ.*
9 *Delegatus cōmodatario, ceſsionario, ſimilis.*
10 *Delegatus procuratori ſimilis, à lege dicitur, quod cæteri non animaduertunt.*

MOre maiorum.)
Veterum ſiue antiquorum, id 1
enim ea vox inter cętera ſigni
ficat[m]. Sed cùm conceptionē hanc, alij ali-
ter interpretātur[n], ego (quod & Budæus[o]
præſentit) more maiorū fieri opinor, quic
quid vel poſt leges. xij. Tabul. vel antea[p],
aut prudentū, aut populi ipſius conſenſu
fieret, idq; obſeruatiōe magis quàm lege.
Verùm dixi & de hoc alio in loco multis. 2
Colligunt autē hinc oēs antiquorū morē
ſeruandū. Et viue (inqt Fauorinus adole-
ſcenti) moribus præteritis loquere verbis
pręſentibus. Hiſtoria apud Gellium eſt li
bro. 1. ca. 10. Articulus latè patet.
SVO iure.) Qualis ordinari[9] quilibet eſt.
ALIENO beneficio.) Qualis eſt delega
tus. Senſus enim horū verborū hic eſt, de- 3
legandi ius ei cōpetere, in cuius perſona
principaliter radix iuriſdictionis ſit, non
eum, cuius iuriſdictio in perſona alterius
radices egit. Quę interpretatio & Bartoli
tēporibus & poſtea cōis eſt[q]. Adijcit, An-

T gelus,

a l. 4. §. duas. ff. de dā. infec. b Bart. in l. ſi finita. §. Iulianus. n. 14. ff. de dam. inf. Alexan. hic. n. 23. Iaſ. colū. pen. c l. Fulcinius. §. 1. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſ. ea. Sap. col. pe.

d l. Fulcinius. §. primo. e l. vlt. ſuprà tit. 2. l. 1. ifrà. titu. 2. f Authēt. de exhib. re. §. ſi verò. g l. ſi cui. in princ. ff. vt in poſſ. leg. h Iaſo. nu. 11. Claud. col. pe. Purp. nu. 13.

i Sap. col. fin. k Deci. n. 6. Purp. col. 3.

l l. in commodato. §. ſicut. ff. cōmod. l. & magis. ff. de ſolut.

m l. Non omnium. ff. de legib. l. ſemper. ff. de iu. immu. n Glo. in l. moribus. in prin. ff. de vulg. Alcia. in parer. lib. 4. c. 22. o Bud. i. l. ius autē. ff. de inſt. & iure. p l. 2. §. exactis. ibi cōſuetudine. ff. de orig. iu.

q Bart. nu. 4. Zaſ. nu. 7.

a Iaſ. & De cius.col.2.
b l.pen.ff.de off.praſi.
c l.1.§.q man datã.ff.de off. ei.cui man.eſt iuriſdi.
d l.2.§.1.ff.de vſu & habit.
e l.1.ff.de vſu & vſufr. leg.l.ſi mulier §.ex aſſe.ff.de iu. doti.l. fin. vbi Pau.ff.q̃ quiſq.iu. l.fi. vbi Bal. C. de ſer. & aq.

4 gelus, quem recentiores[a] ſequuntur, eſſe in ordinario radicẽ, proprietatemq; iuriſdictionis, quam abdicare à ſe nequit[b], in
5 delegato vſum tantùm & exercitium, proprium enim ille nil habet[c], ac proinde vt
6 neque vſuarium ab vſuario[d], ſic ſubdelegatum à delegato conſtitui non poſſe. Di
7 xi & ipſe nouam olim rationem, quæ nec nunc diſplicet, quia legibus amica ſimpli-
8 citas eſt, & duplicatiões has auerſentur[e].
9 Verùm & vt Angelus vſuario, ſic alij commodatario, aut ceſsionario delegatum cõ
10 parari volunt. Sed quorſum hæc, an non Paulus in lege ſequenti, ad finem, procuratori ſimilem eſſe, aptiſsimè ait?

VI. PAVLVS. Libr. II. Ad edictum.

ET quia nec principaliter ei iuriſdictio data eſt, nec ipſa lex defert, ſed confirmat mandatam iuriſdictionem: ideoque ſi is, qui mandauit iuriſdictionem, deceſſerit antequàm res ab eo, Qũi mandata eſt iuriſdictio, geri cœperit: ſolui mandatum Labeo ait, ſicut in reliquis cauſis.

1 *Confirmans quando det.*
2 *Confirmatio duplex.*
3 *Delegati principis iuriſdictio quomodo finiatur.*
4 *Iuriſdictio ordinaria non finitur morte deferentis.*
5 *Iuriſdictionis ordinariæ conceſſio gratia eſt.*
6 *Iuriſdictio alterius acceſſoria quando expiret.*
7 *Iuriſdictio ordinaria an delegata cõceſſa ſit, quomodo cognoſcatur.*
8 *Clauſula authoritate noſtra cognoſcas.*
9 *Delegatio & ex citatio iuriſdictionis differunt.*
10 *Iuriſdictionem ordinariam qui dent.*
11 *Delegatam iuriſdictionem qui dare poſſint.*
12 *Delegatus à Principe an ſubdeleget.*
13 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum ſubdelegat.*
14 *Delegari an poſſit vnus articulus cauſæ.*
15 *Bartoli notata repugnantia.*
18 *Delegatus an ſubdeleget poſt litem conteſtatam.*
17 *l.19.titul.4.part.3.*
18 *Delegatio quomodo reuocari poſſit.*
19 *Delegata cauſa, an poſſit alij committi poſt reuocationem.*
20 *l.21.titu.4.part.3.& infrà numero.25.& numero.28.*
21 *Delegatus ſubdelegat, ſi id ei conceſſum fuerit.*
22 *Delegato mortuo, an tranſeat cognitio in ſucceſſorem.*
23 *Delegatio facta vicario Epiſcopi, ad eius ſucceſſorem non tranſit.*
24 *Nomen proprium, an appellatiuum præcedat in delegatione multùm intereſt.*
25 *Litis conteſtatio, an citatio faciat rem deſinere ſe integram.*
26 *c.gratum, & c.relatum. de officio delegati.*
27 *Citandi commiſſio ſola an perpetuet iuriſdictionem.*
28 *Res per quæ deſinat eſſe integra.*
29 *Communes quatuor opiniones contrariæ.*
30 *Citatio nulla an perpetuet iuriſdictionem delegati.*
31 *Iuriſdictio an perpetuetur, ſi is, cui plures cauſæ commiſſæ ſunt, de vna cognoſcere incipiat.*
32 *Communes opiniones contrariæ.*
33 *Conſeruatorum cognitio ſingularia multa habet.*
34 *Delegatio aduerſus hæreticos morte delegantis cur non finiatur, noua ratio affertur.*
35 *Mandatum ad pias cauſas, & quædam alia, mandantis morte non finiuntur.*
36 *Mandatum vniuerſale ad negotia non expirat morte mandantis.*
37 *Delegatio vniuerſitatis cauſarum expirat morte delegantis.*
38 *Delegante non mortuo, ſed aliter remoto, an expiret iuriſdictio delegata.*
39 *Excommunicatione delegantis, an expiret iuriſdictio delegati.*
40 *Excommunicatio officium non tollit, ſed adminiſtrationem ſuſpendit.*
41 *Recuſatione iudicis non eius officium, ſed adminiſtratio ceſſat.*
42 *Recuſatione delegantis non finitur iuriſdictio delegati.*
43 *Excommunicatio, & mors, quando æquiparentur.*
44 *Excommunicato iudice, non ſolùm ipſius, verum etiam officialium adminiſtratio ſuſpenditur.*
45 *Delegatus an ſit officialis delegantis. Purpurati argumentum reprehenditur.*
46 *Delegante excommunicato, ſi ordinarius ſit, an ſuſpendatur adminiſtratio ipſius.*

47 Rota

47 *Rotæ deciſio. 24. in antiquis.*
48 *l. Stilli. 177.*
49 *Delegatio morte delegantis ceſſét ne, an reuocetur.*
50 *Reuocatio, & ceſſatio differunt.*
51 *Delegatus ſi ignorat mortem delegantis, an acta valeant.*
52 *Delegati iuriſdictio mortuo delegante, ipſo iure expirat.*
53 *Delegatus mortuo delegante, an poßit procedere, litigatoribus conſentientibus.*
54 *Delegatus, & litigatores, ſi mortem delegantis ignorant, an acta valeant.*
55 *Error communis an tribuat iuriſdictionem delegato.*
56 *Delegato mortuo, cui princeps commiſit, an ordinarius procedere poßit.*
57 *Cauſa, quæ ſemel in curia eſt, nunquam à curia exit.*
58 *Mandatum, re integra, quando non finiatur morte mandantis.*
59 *Mandatum vniuerſale ad negotia & iuriſdictionis differunt.*
60 *Inſtitoris mandatum quomodo finiatur.*
61 *Mutatio ſtatus inducit reuocationem mandati.*
62 *Præceptum an finiatur morte præcipientis, aut eius, cui præcipitur.*
63 *Delegatio, & excitatio iuriſdictionis differunt, & infra numero. 65.*
64 *Mandatum nuntio de mittendo in poſſeßionem, non finitur morte.*
65 *Mandatum neceſſarium morte non finitur.*
66 *Communes opiniones ſibi repugnantes, noua conſyderatio.*
67 *Mandatum neceſſarium hæredes reuocare poſſunt.*
68 *Tutoris iuſſus morte ipſius an expiret.*

SED cõfirmat.)
1 Non igitur dat, qui confirmat[a], niſi vel actus ipſo iure nullus[b] ſit, vel perfectus quidem, ſed eiuſmodi, quẽ cõfirmans tollere cùm poſſet, inducere nouiter vult[c]. Imperfecti verò confirmatio, datio non eſt, ſed conſtitutio, aut perfectio[d]. Vt cùm quis electionem, aut nominationẽ ab alio factam ipſe confirmat. Quæ Bartoli, & cõ
2 munes concluſiões ſunt[e]. Nec prætereundum hîc eſt, confirmationem (omniũ conſenſu[f]) duplicem eſſe, alterã in forma cõmuni (vt vocant) quæ ſub conditione[g] ſit, alterãm, quæ dicitur ex certa ſcientia[h], cuius vtriusque exempla, formulæque à Decio, & alijs ponuntur.
SI IS.) Quid ſi princeps is ſit, qui man- 3
dat? Et conſtat[i] æquam in hoc eſſe conditionem delegati principis, & aliorũ. Sicq; & antiqui omnes, & recẽtiores affirmãt[k]. Niſi ſub nomine principalis dignitatis delegatio fiat, putà, ſedis apoſtolicæ, aut maieſtatis Imperialis[l].
MANDAVIT.) Vt mãdata iuriſdictio 4
finitur morte mandatis, ſic ordinaria non expirat morte deferentis[m], ſecundùm cõmunem[n] ſententiam. Cuius illa commo-
diſsima ratio affertur, quia ordinariæ iuriſ 5
dictionis cõceſsio, gratia eſt[o], gratiæ mor-
re conferentis minimè finiantur[p]. Quod 6
tamen in ea iuriſdictiõe reſtringitur, quæ alterius acceſſoria eſt, qualis iuriſdictio illa eſſe dicitur, quam habet vicarius epiſco-
pi[q]. Sed quonam modo ordinaria an de- 7
legata conceſſa ſit intelligimus? Etſi appoſita clauſula illa fuerit, AVTHORI-
TATE NOSTRA COGNO- 8
SCAS, delegatã magis dicem[r], & quãquã ei, qui ordinarius alioqui eſt, ſic ſcri- 9
batur, delegatio ea, non excitatio iuriſdictionis dicenda eſt[s]. Sed etſi detracta ſupraſcripta clauſula, aut vnum negotium, aut plura (dummodo non in vniuerſum) commiſſa ſint, delegata magis, quàm ordinaria iuriſdictio concedi dicitur[t]. Quòd ſi vniuerſitas negotiorum cõmittitur, ordinariæ iuriſdictionis cõceſsio eſt[v]. Quæ Bartoli traditiones ſunt, quas alij ſequun-
tur[x]. Sanè ordinariam iuriſdictionem dat 10
lex, princeps, populus, vniuerſitas, conſuetudo (vt inquit Accurſius) quod tamen de conſuetudine dictum, Bartolus[y], & cæteri ita verum intelligunt, ſi ab eo populo inducta ſit, qui ſtatuendo iuriſdictionem dare poſſet. An & præſcriptione quæri iuriſ-
dictio poſsit, ſuprà à me dictum eſt[z]. Dele 11
gatam verò iuriſdictionẽ vt dare poſſunt, qui & ordinariã, eò ampliùs & ordinarius quicũq;[a], ſed ita, vt tota (niſi cõſulto Prin-
cipe) abdicare à ſe nequeat[b]. Subdelegar 12
etiã delegatus à Principe[c]. Subdelegatus tamen ab eo rurſus ſubdelegare non põt, vt ſit delegationibus finis[d]. Quæ opinio cõis eſt[e], quicquid Fulgoſius, & Iaſon[f] ſen-
tiant. Subdelegat præterea delegatus ad 13
vniuerſitatẽ cauſarũ[g]. In quo vtriuſq; iuris

a l. vnũ ex familia. §. ſi de falcidia. ff. de leg. 2. c. ante p. & fi. de cõfir. vti. vel inuti.
b l. adoptio. 2. ff. de adop.
c l. poſthum⁹. verſi. ſi. ff. de iniuſt. rup.
d Authẽ. de deſ. ciui. §. iusiurandum.
e Iaſo. nu. 30. Deci. n. 21. Purpu. n. 66. et. 81.
f Deci. ĩ rub. de cõf. vti. vel inuti.
g c. Quia diuerſitatẽ. de cõceſſ. preb.
h ca. Paſtoralis. §. prætereà de off. deleg.

i c. Gratũ. de offi. delega. & §. officium. de off. deleg. li. 6.
k Bar. nu. 7. Soci. nu. 59.
l c. ſi gratioſe. de reſcript. in 6. c. ad abolendam. ad fi. de hære.
m c. 2. de offi. leg. in. 6.
n Soci. nu. 56.
o Gl. in cle. 2. de reſcrip.
p ca. ſi cui. de preb. lib. 6.
q Doct. in c. quoniã. Abb. de off. deleg.
r c. 1. de cleri. ægrot. lib. 6. c. cũ aliquibus. & reſcrip. libr. 6.
s Matth. nota. 90. Iaſ. ĩ. l. Imperium. n. 7. de iuſt. & iu.
t Arg. l. certarũ. ff. d teſtam. c. ne aliq. de hære. in. 6.
v l. 1. §. cũ vrbem. ff. de off. præf. vrb.
x Soci. nu. 18.
y Soci. nu. 12.
z In. l. Imperium.
a Vt hic. & d. l. Imperiũ. in fine.
b l. legat⁹. ff. de offi. præſ.
c l. à iudice. C. de iudic.
d l. vbi. C. de ſacroſ. eccle. l. vnic. C. qui ſen. qui pro eo q̃ inter.
e Gl. in c. ſuper quæſtionũ §. porrò. de off. deleg. Zaſ. hic. n. 30. Clau. col. 7. Caccial. n. 13
f Iaſ. in. d. l. à iudice.
g l. 1. §. fin. ff. quis & a quo. gl. in. c. i. q. in gl. ſi. de gener. lib. 6.

interpretes conueniunt[a], ſic videlicet declarantes, vt vnam, aut aliquas, non vt totas cauſas ſubdelegare poſſit[b], idque iure optimo, ſiquidem (vt modò diximus) vel ordinarius delegare totas non poteſt. Sub
14 delegat, & delegatus ad vnam cauſam, vnum aut alterum cauſæ illius articulum[c],
15 Bartolo hîc authore. At alibi[d] tenuit contrà, quæ eius ſententia, & verior[e], & magis approbata eſt[f], in his articulis, qui iuriſdictionales dicuntur, in non iuriſdictionalibus ſuſtineri hoc poteſt, quod modò tenet. Subdelegabit igitur examinationem teſtium, receptionē non æquè. Sub-
16 delegat etiam delegatus ſecundùm Accurſium[g], poſt litem cōteſtatam. Et eùm Bernardus[h] contrarium teneat, id iuris vtriuſque Doctores magis[i] approbant. Accurſij tamen opinio iure noſtro approba-
18 ta eſt[k]. Illud præterea cōſtat, reuocari poſſe delegationem quandocunque[l], dum tamen ad ſe reuocet, qui delegauit, alteri ve-
19 rò cōmittere minimè poterit, niſi ex cauſa[m], quæ communis omnium declaratio
20 eſt[n], ſecundùm quam & legem Regiam[o]
21 intelligi oportet. Subdelegabit inſuper & is, cui à delegante facultas ſubdelegandi conceſſa eſt[p]. Vt enim cognitio cauſæ iuriſdictionis eſt, ac proinde delegabilis, ſic & iudicis dandi licentia[q], quam ſententiam omnes[r] etiam veram fatentur, eademque à Pontificijs quoque approbata eſt[s].
22 DECESSERIT.) Quid ſi is decedat, cui mandata eſt, an transferatur in ſucceſſorem cognitio? Et Bartolus longiùs aliquanto diſtinguit, negotiúm ne aliud, an iuriſdictio mandetur: negotium etiā non tranſire credit, ſiue ſub nomine proprio, ſiue ſub nomine dignitatis mandetur[t]. Verùm Abbas[v], aliįque[x] generaliter dictum hoc ſi accipiatur, reprehendunt, Innocentijque mentem eam fuiſſe aiunt, vt tunc negotia in ſucceſſorem nō tranſeant, cùm eiuſmodi ſunt, quæ communiter per quēlibet ſucceſſorem æquè vix explicentur. Quale eſt officium crucis prædicandæ, & ſimilia. In mandato iuriſdictionis diſtinguitur, proprio nomine delegatio fiat, an dignitatis. Primo caſu, iuriſdictio non trāſit[y], quaſi perſonæ ſit tunc habitus reſpectus. Secundò rurſus diſtinguēdum eſt, ſit

a Soci.nu.36. Iaſ.nu.2. Zaſ. nu.17.& 27.
b Gl.in.c.ſup queſtionū.§.ſi verò.de off.de lega.
c Cle.vnica.d offi.deleg.
d Bar.in.l.legatus.ff.d off. procon.
e d.c.ſup queſtionū.i princ. verſ.nos auté. de offi.deleg.
f Alex.n.26 Socin.nu.44. Claud.colū.7. Zaſ.n.34. Caccial.n.18. Purpu.n.99. Iaſ.ī l.à iudice.n.10
g Gl.hic. & in.l.fin.C.vbi & ap.quem.
h Glo.in.c.cū cauſam.de appel.i.c.cū Bertoldus.d re iudi.gl.in.c.1.de procur.lib.6.
i Zaſ.nu.16. Deci.n.38. Decius.in.c.cū cauſam.n.8.Iaſ.ī l.à iudice.n.5.
k l.19.tit.4. part.3.
l l.iudiciū ſolui.ff.de iudi.
m l.Placuit. C.de ped.iud. l.Prætor.§.Si poſt cauſam.d vacat.mu.
n Soci.nu.90. Caccial.n.37.
o l.22.tit.4. part.3.
p l.nō diſtinguemus.§.quæſitū.ff.d arbit.
q l.Imperiū. ad finem.
r Alexā.nu.27.Soci.n.45. Zaſ.n.30.Iaſ. ī.l.à iudice.n.8. Alex.in.2. vol.conſi.157. nu.11.
s Glo.in.c.a.is cui.de offic.de leg.lib.6.& in.c.ude pen.li.6.

ne dignitas, quam quis habet, beneficio alterius, an iure proprio. In priori ſpecie, ad ſucceſſorē non tranſit[z]. Qua ratione (etſi gloſſa iuris Canonici[a] aliter ſentiat) recep-
23 tum eſt[b], vt delegatio facta vicario Epiſcopi, ad eius ſucceſſorem non tranſeat. In poſteriori, cauſæ cognitionem in ſucceſſorem tranſmitti conſtat[c], niſi vel affectio, ſeu coniunctio delegati aliud ſuadeat[d], vel cauſa grauis, & extra ordinem commiſſa
24 ſit[e]. Quod ſi & proprium, & appellatiuū nomen expreſſum fuerit, vtrum præcedat, attendemus. Quæ opinio & vera[f], & communis eſt[g]. Niſi fortè deleganti delegatus de nomine eſſet incognitus, tunc enim accidens dignitatis magis inſpicimus[h].
RESCRIPTI.) Iuriſdictio delegati, re integra extinguitur morte mandantis. Sed quando rem non integram dicemus? Et
25 Azo, Accurſius, Guilielm[9], & ex antiquis non pauci, per litis conteſtationem rem deſinere eſſe integram arbitrati ſunt, à quibus ſtat Lutij. iij. Decretalis epiſtola[i]. Bar-
26 tolus, & frequentiores[k] per ſolam citationem, cuius opinionis argumenta vrgentiora hæc lex[l], & Decretales Vrbani. iij[m]. & Gregorij. ix[n]. Mirumque videri ſolitum eſt, quòd incontinenti ſibi in hoc Pontificij repugnent. Sed cōiter in eam eunt ſententiam, vt Lutij. iij. deciſio, ab Vrbano correcta ſit. Mihi ꝓbabilius hoc ſit, vt Lutij deciſionem taxet, ſiue moderetur Vrbanus, hoc ſenſu, vt litis conteſtatio regulariter neceſſaria[o] ſit, niſi fortè delegatus ignoret mortem delegantis, eò nanque ea ſit, ſolam citationem ſufficere[p]. Sicque illa, ET MAXIME SI DELEGATVS, &c. non implicant, vt ſolent[q], & in propoſito quoque traditum eſt, ſed taxant, vt & aliàs non ſemel[r], certè & Lutij ſententia iure noſtro approbata eſt[s].
27 Cæterùm communia tenendo, quæſtionis & illud eſt, num ſola citandi commiſſio iuriſdictionem perpetuet? Et perpetuare Bartolus in præſentia ſentit[t], eiuſq́ opinionis ſæpiſsime fuit Ioannes[v] Andr.
28 qui ſimiliter ſubdelegatiōe deſinere rem eſſe integram opinatur, ſicut & Hoſtienſis[x], electione notarij, Imola[y] electione loci, in quo delegatus ius reddat, Baldus[z], receptione libelli, hoc addito, quòd opinio

quoniā abbas.
x Deci.hic.n.51.Cacci.n.28.
y Argu.l.ſi cōſeruus.ff.de ſtip.ſer.
z l.qd principi.l.ſi auguſta.ff.deleg.2.
a Gloſ.in cle.etſi principalis.in gl.2.de reſcrip.
b Iaſo.nu.65. Caccial.n.27.
c c.quoniam Abbas.
d Gl.in.c.relegioſus ī gl.pe.de teſta.lib.6.
e Bal.ī.l.1.§.ne aūt.ī.2.not. C.d cad.tollē.
f Arg.d.l.ſi communes.
g Deci.n.55.
h l.q habebat ff.de reb.dub.
i c.relatū.de offi.deleg.
k Alex.nu.30.Soci.n.75. Iaſo.nu.57. Caccial.nu.3.
l Innē.§.ſi. inſti.de pæ.te me.litig.rub. de in ius voc.
m c.gratum.de off.delega.
n c.ſi.d off.le.
o c.Relatum.
p c.Gratum.
q Gl.ī.l.1.ff.ad.l.Aql.
r Gl.in.c.ad abolēdam.de filis.presbyt.
s l.21.titu.4. part.3.
t Bart.nu.33.
v Gl.i.c.niſi ī gl.īcepta.d hære.li.6.ī.c. quāuis.in glo. quāquā.in gl. ī plures.ī gl. inchoāte.ī.c.ſi à ſubdelegato ī.gl.pceſſu.de off.deleg.li.6.

t Innō.ī.c.vlt.de offic.deleg. v Abb.in.c.

y Imo.ī.l.2.§.ſed & ſi gs.col.2.ff.de donat. z Bal.in rub.C.de ī ius vocā.

hæc

143

hæc à Pōtificijs approbata eſt. Antonius[a]
à Doctoribus vtriuſqoe ioris receptam af
firmat. Pro qua denique & Andreas[b] Sieu
lus, non leue ſe argumentum afferre cre-
dit, quòd rei appellatio generalis eſt[c], Pau
lus, RES GERI COEPIT, inquit.
Quod me tamē parum profectò moneat,
accipio enim cum Baldo, & alijs, rem pro
facto ſiue actu per delegarionem commiſ
ſo. Contrariam ergo opinionem, ideſt,
commiſsionem citandi ſatis non eſſe, Ber
nardus[d] contendit, eamque Alexander[e],
Iaſon, Socinus, Felinus magis receptam
aiunt, cuins præcipuum illud eſt argumē-
tum, quod Gregorius[f]. ix. per abnegatio-
nem, morte delegantis expirare iuriſdi-
ctionem delegati dixit, ſi non citatio præ-
ceſsit. Cui tamen (vt aliorum reſponſio-
nes omittam) reſponderi ſat poteſt, non
continuò negaſſe Gregorium commiſsio
ne perpetuationem induci poſſe, quia de
citatione expreſsit. Sunt & qui in difficili
hoc articulo, alteram communem opinio
nem Doctorum iuris Canonici, alteram
Doctorum Iuris ciuilis crediderinr[g]. Ne-
29 que deſunt[h], qui ſimpliciter affirment (ſi
ſcripta, authoritatesque omnium exami-
nentur, atque pēdantur) Ioannis And. Bar
tolique, & ſequacium, pondere, numero,
& menſura (vt ipſi dicunt) opinionem ma
gis communē eſſe. Quocirca, cùm Clau-
dio incidiſſet hæc quæſtio, vt in re ambi-
gua valde, & quæ non liqueret, à iudican-
di munere abſtinuit[i]. Et meritò, aut enim
ſic facto opus videri debeat, aut quæſtio
(vt vocant) pro amico eſt, præterquàm a-
pud eos, qui iuri Regio parenr[k], eo enim
(vt diximus) litis conteſtatione, non cita-
tione iuriſdictio delegati perpetuabitur,
tantum abeſt, vt commiſsio, aut actus ali-
30 quis citerior ſufficiat. Sed nunquid vbi cō
munia vigēt, citatio nulla iuriſdictionem
delegati perpetuabit? Et Hoſtiēſis hoc ad
mittit, Ioannes[l] Andr. & crebrior[m] cæte-
rorum opinio negat, oportere enim vt le-
gitima citatio[n] ſit. Neque obſtat, quod
pro Hoſtienſi afferri ſolet vrgentiſsimū[o],
non enim de citatione illic agitur. Quæ re
ſpōſio (qualis qualis eſt) dum melior non
31 ſuccurrit, erit certè toleranda. Sed quid ſi
plures cauſæ commiſſæ ſint, & de vna co-
gnoſcere inceperit? Etſi nominatim ſingu
læ cōmittantur, ſeparata earum ratio eſt,

a Deci. in ca. relatū. nu. 8.
4 ſium[k]. Sed ſi mutuis petitionibus, hoc tẽpore locus eſſe potuit, quid eſt quod Iuſtinianus induxit? Et Bartolus benè diſtinguit. Mutuę enim petitiones ſuper eadem re (vt in duplicibus iudicijs) hoc iure cognitæ erant[l]. Sed & ſuper diuerſis, ſi modò iudex competens vtriusq; litigatoris eſſet, & ſi nõ in tota quãtitate petita. Cùm
5 autem iudex actoris non eſt, fit competes in recõuentione, ex Iuſtiniani cõſtitutionibus[m], quæ vnum hoc induxerunt.

a l.1.§.fi.ff. de var. & extra or. cog. rub. de mutu. peti.
b l. cum papinianus. C. de ſenten.
c Bal. ĩ d. l. nubi. C. de iudic. arg. l. quotiés. C. de iudic.
d Glo. in l. papinianus. §. ſi filius. ff. de inoffi. teſt. l. vlt. C. de ordi. cog.
e Hic. & d. l. cùm papinianus. cap. 1. vbi Abb. de mutu. peti.
f Bald. in c. 1. §. ſi. colũ. 2. de pbi. feu. alie. & in c. 1. in princ. col. 1. de cõtra. ap. par. termi.
g c. 1. & c. 2. de mutu. peti. c. diſpendia. §. reus. de reſcr. in 6.
h l. 1. §. fin. ff. de var. et extraor. cognit. vbi Bart.
i Iaſ. in l. 1. n. 8. ff. de in. om. iudi.
k Gl. in l. ſed & ſi reſtituatur. in princi. ff. de iudi.
l l. 1. ff. de qb. reb. ad eun. iudi. ea.
m l. cùm papinian⁹. auth. & conſequenter. C. de ſent. interloc. om. iudi.

SI vna actio cõmunis ſit plurium perſonarum: veluti familiæ herciſcũdæ, communi diuidundo, finium regũdorũ, vtrũ ſingulæ partes ſpectandæ ſunt circa iuriſdictionẽ eius, qui cognoſcit? quod Ofilio & Proculo placet, quia vnuſquiſq; de parte ſua litigat. an potius tota res: quia et tota res in iudiciũ venit, & vel vni adiudicari põt? quod et Caſſio & Pegaſo placet, et ſanè eorũ ſententia probabilis eſt.

1 *Iudicia mixta & duplicia cur ſic dicantur.*
2 *Euenire quod poteſt quando inſpiciatur.*
3 *Relatio quando fiat ad proximiora.*

COmmunis.) Hæc iudicia alibi[n] mixta, alibi[o] duplicia di- 1
cũtur, ſiue quia ex duobus cõſtant, id eſt ex rebus, atq; præſtationibus[p], ſiue quia ex alterutrius rebus alteri, in his iudicijs adiudicari poteſt[q], ſiue quia par cauſa vtriuſque litigatoris videtur, isque actor intelligitur, qui ad iudicium prouocauerit[r].

ET VEL vni adiudicari poteſt.) Inſpici 2
tur ergo id quod euenire poteſt, niſi cùm diſpoſitio eiuſmodi eſt, quæ præſens tantùm tempus reſpiciat, neq; in futurum ſuſpenditur[s], aut niſi præſens ſtatus rei non indicat futuram cõtingentiam[t], quæ Bartoli, & cõmunes[v] declarationes ſunt, aut niſi non iure communi, ſed ſpeciali euenire poſsit[x].

EORVM.) Ad proximiora relatio hîc fit, aliâs[y] ad præcedentia, aliâs[z] ad omnia, 3
aliâs ad vnũ capitulum[a], qui tractatus, vt generalis nimiũ, ſic & latiſsimus eſt[b], neq; hoc loco inculcandus.

n §. quadam inſti. de actio.
o l. in tribus. ff. de iudic.
p l. cũ labeo. §. familiæ. ff. famili. herciſ.
q l. 2. §. fi. ff. fi. reg. §. pen. inſti. de offic. iudi.
r l. in tribus. ff. de iudic. l. iudicium. 2. ff. fi. reg.
s l. ſciẽdũ. §. pen. ff. qui ſat. cog.
t l. cùm hi. §. fi. ff. de trãſac. l. 1. ff. de in lit. iu. l. pen. infrà l. eo tempore. ff. de pecul.
v Alex. cõſum. 1.
x l. 4. §. 1. ff. de fideicom. liber. Bart. in l. 1. ff. de iniuſ. rup. Bars. in l. 1. num. 29. ff. de vulg. et pupi.
y l. qui i adoptionem. l. ſi. ff. de adopt.
z l. 1. C. de lib. prat.
a l. 3. §. filius autẽ. ff. de lib. & poſthum.
b Iaſ. in l. 1. C. de lib. prat. Feli. in c. cauſam quæ. de reſcrip. Deci. in c. ſecundo requiris. de appellat.

XII. VLPIANVS Lib XVIII. Ad edictum.

MAGISTRATIBVS municipalibus ſuppliciũ à ſeruo ſumere nõ licet: modica autẽ caſtigatio eis nõ eſt deneganda.

1 *Defenſores ciuitatum à magiſtratibus in quo differant.*
2 *Supplicij appellatio quid contineat.*
3 *Modica coërctio, & modica caſtigatio, an idem ſint.*
4 *Coërctio verbalis, aut perſonalis.*
5 *Coërctio verbalis delegari poteſt.*
6 *Coërctio perſonalis, an delegari poßit.*
7 *Bartolus ſibi ipſi repugnat.*
8 *Coërctio perſonalis triplex, et præter cæteros, declaratum quando ea delegari poßit.*
9 *Magiſtratus municipales detinere, & in carcerem mittere delinquentes poſſunt.*
10 *Delinquẽtẽ priuat⁹ quilibet põt cõprehẽdere.*
11 *Confeßio facta coram magiſtratu municipali quid operetur.*
12 *Confeßio extra iudicium operatur, vt reus ſubijci poßit tormentis.*
13 *Iudex ſecularis, an adhuc ĩquirere poßit, ſi ei inquiſitor relapſum puniendum tradiderit.*

54 *Hæreſeos cauſæ à iudicibus ſecularibus nullo modo tractari poſſunt.*

MAgiſtratibꝰ mu-
1 nicipalibus.) Magiſtratus municipales, à defenſoribꝰ ciuitatum, Azo, & frequentiores ita diſtinguunt, vt ſint illi municipiorum, hi ciuitatum iudices, Alciatus [a] in alio differentiam conſtituit, quē ſequor.
2 SVPPLICIVM.) Vltimum [b], quæ Accurſij, Bartoli, & antiquorum interpretatio eſt. Sed Fulgoſius & recētiores in quolibet ſupplicio perſonali (etiam citra mortem) accipiunt [c].
3 MODICA autē caſtigatio.) Accurſius modicam coërctionem, & modicam caſtigationem idem eſſe credit, id quod cæteri [d] communiter reprehendunt. Ego probabilius arbitror, vt in genere pro eodē ponantur, diſtingui tamen debet duplex
4 caſtigatio, ſiue coërctio. Altera enim verbalis eſt, quæ dubio procul ſecundùm re-
5 ceptam opinionem [e], mandari poteſt. Altera perſonalis, quam delegari non poſſe,
6 hîc & alibi [f] Bartolus ſentit, alibi cōtrà de-
7 legabilem nō ſemel ait [g]. Nec deſunt, qui hanc opinionem receptam affirmēt [h], nec qui concordare conentur [i]. Ego pleniùs
8 definiendam ſic arbitratus ſum. Coërctio ſiquide perſonalis, aut magna, aut mediocris, aut modica eſt. Prima delegari non poteſt, niſi vel à proconſule [k], vel ex cauſa neceſſariæ abſentiæ, idq; quātū ad cognitionem, [l] præterquàm ſi periculum in mora ſit [m], vt quia ſeditionē cōponi [n] neceſſe ſit. Secūda ex cauſa in totum delegabilis eſt [o]. Tertia in oībus ijs caſibꝰ, quibus priores poſſunt, multo fortiꝰ delegabitur. Extra eos diſtinguendū ſic eſt, vt ſi cauſa ciuilis mandata ſit, non continuò in conſequentiā veniat coërctio hæc modica [p], niſi eam nō ad petitionem partis ad priuatam vtilitatem iudex exerceat, ſed officio ſuo nobili, ad publicam vtilitatē, ꝙ ſi expreſſim delegetur, delegatio valebit [q]. Nec obſtat, ꝙ nemo poſsit gladij poteſtatem, vel alterius cuiuſlibet coërctionis in alium transferre, illud enim de magna & mediocri intelligimus, quæ regulariter non mādantur, ſed & de modica hac, quę (niſi expreſſim) in dubio (vt diximus) mandata videri non debet.

NON eſt eis deneganda.) An & detine- 9
re, & in carcerē mittere delinqnētes poſſint, vt ad maiorem iudicem mittant? Et poſſe, vera [r] & communis opinio eſt [s]. Nā
& priuatus in hoc comprehēdere poteſt [t], 10
dum ne vltra .xx. horas detineat [v]. Sed nū
confeſsio coram magiſtratu municipali fa- 55
cta ſat erit, vt maior punire poſsit? Et non eſſe [x] omnes [y] conſentiunt, operari tamen hoc aiunt, vt ſubijci poſsit reus tormentis,
nam & extra iudicium facta idem poteſt [z]. 52
Quid præterea ſi hæreticæ prauitatis in- 53
quiſitor, relapſum condemnet, puniendumq́ue iudici ſeculari tradat, exequetur nè ille ſolùm ſententiam, an adhuc inquiret? Et poſſe eum cognoſcere, Guil. Bartolusq́ue opinati ſunt [a], cæteri frequētiùs [b] contrà, de crimine enim hæreſeos ſecula-
res nullo modo cognoſcunt [c]. Nec Guil. 54
& Bartoli argumentum obſtat, tum quòd lex imperatoria eſt [d], tum etiam quia his caſibus intelligi poteſt, qui mixti fori dicuntur [e].

XIII. IDEM Libr. LI. Ad Sabinum.

EVM, qui iudicare iubet, magiſtratum eſſe oportet. Magiſtratus autē, vel is qui in poteſtate aliqua ſit, vt puta proconſul, vel prætor, vel alij, qui prouincias regunt: iudicare iubere eo die, quo priuati futuri eſſent, non poſſunt.

1 *Iudex ordinarius etiam pedaneus delegare poteſt.*
2 *Delegatio vt teneat, quæ neceſſaria ſint.*
3 *Delegare qui magiſtratus poſſint.*
4 *Imperium pro iuriſdictione.*
5 *Delegatio in ſucceſſoris tempus, an poſſit conferri.*
6 *Delegato ordinarius iudex iubere non poteſt, vt vltima die officij ſui iudicet.*

MAGIſtratum.)
Ordinarium quemlibet, 1
dummodo enim ordinarij ſint (etiam pedanei) delegare poſſunt [f], quæ receptiſsima aduerſus Fulgoſium opinio eſt [g].

OPOR-

a Alci. lib. 3. diſp. c. 5.
b l. vltimum ff. de pæn.
c Iaſ. col. 1.
d Alex. col. 1. Purp. nu. 61.
e Purp. in l. 2. col. 1. ſuprà. Soci. ibi. n. 14.
f Bart. in l. 2. ſuprà.
g Bar. ī l. imperium. nu. 12. ſuprà. Bar. in l. nequitq̄ §. vbi decretū. col. antepe. ff. de offi. pcon.
h Iaco. ā nig. ī l. 1. §. qui mādatā. num. 6. de offi. ci.
i Alex. in l. imperium. n. 23. Purp. in l. 2. col. 1. de offic. ci.
k l. ſolet. ff. & offi. procon.
l l. 1. §. huius. ff. de offi. ci.
m l. de pupillo. §. ſi quis vinos. ff. de no. op. nun.
n l. ſi quis ſi. lio. §. hi tamē. ff. d inius. rup.
Iaſ. in l. 1. nu. 70. ſuprà.
o Authen. de collato. §. ad hoc ꝓhibemꝰ. Bart. in §. vbi decretum. col. penul.
p Alex. in d. l. imperiū De ci. in l. nemo poteſt. ff. de reg. iur.
q Iaſ. in l. imperium. n. 24. Iaco. in §. qui mādatam. numer. 6.
r Authēt. de defen. ciui. §. audeant.
s Iaſ. col. 3.
t Bart. in l. ſi quis in ſeruitute. ff. de furt.
v Gloſ. in l. capite quinto. ff. ad l. iul. de adult.
x l. diuꝰ. 2. ff. de cuſto. reo.
y Pur. nu. 15. Soci. nu. 8.
z Glo. in l. capite quinto.
a Argu. §. ſi verò crimen. auth. de ſanctiſ. epiſ.
b Purp. n. 24. arg. l. non eſt nouū. & d. l. diuus.
c c. vt inquiſitionis. §. ꝓhibemꝰ. de hæret. lib. 6.
d c. eccleſia ſancta Maria de conſtit.
e Bald. in l. placet. C. de ſacroſ. eccle.
f l. more. l. imperiū. verſ. ſi. ſuprà. l. placet C. d peda. iud.
g Alex. Deci. Zaſ. hic

2 OPORTET.)Vt delegato teneat, cau-
ſaq; delegari poſsit, multa neceſſaria ſunt.
Vt delegãs ſit iudex ordinarius[a], vt illius
cauſæ quã delegat[b], vt delegatus ipſi ſub-
ditus ſit[c], quæ tria notat Accurſius. Addũt
cæteri vt ſit cauſa delegabilis[d], vt delega
tus capax[e], & habilis[f].
3 POTESTATE aliqua.)Adiectio hæc
argumento eſt, vt non ſolùm maioribus,
ſed& minoribus magiſtratibus ius delegã
di ſit[g], nam quod alibi[h] dicitur propter
vim imperij hoc concedi, imperium illic
generaliter accipimus, vt iuriſdictionem
4 comprehendat, aut ita, vt ſaltim eã mini-
mè excludat.
IVDICARE iubere eo die.) Duplex eſt
huius verſiculi ſenſus. Prim°, vt delegatio
5 in ſucceſſoris tempus conferri expreſsim
non poſsit[i], qui communis eſt[k]. Sed com-
muniter etiam ita moderantur, ſi expreſ-
ſim vltra ſuæ iuriſdictionis tempus ordi-
narius deleget: nam ſi ſimpliciter delega
uerit, etiam in ſucceſſoris tẽpus cognitio
6 illi prorogabitur[l]. Secundus intellectus
eſt, non poſſe iudici delegato ordinarium
iubere, vt vltima die ſui officij iudicet, q̃
poſitio recepta non eſt[m].

a l. more. §. b l. & ſi præ tor. ſuprà. ti. 2. c l. ſi. infrà. d l. 1. ff. de of fi. ei. cui man. eſt iuriſdic. e c. tuam. de ordi. cog. f l. cũ prætor. §. ſi. de iudic. g l. poteſtatis ff. de verb. ſig. l. nec magi ſtratibus. de iu. iur. g. in cl. 2. in ver. aut earum. de for. comp. h l. cum præ tor. verſ. item y. ff. de iudic. i l. quod ſpon ſæ. C. de dona. ante nupt. k Parp. col. ſi. l l. venditor. §. ſi. ff. de iud. m Soc. col. 2.

XIIII. IDEM Libr. XXXIX. Ad edictum.

EST receptum eoque iure vtimur, vt ſi quis maior, vel æqualis ſubijciat ſe iuriſdictioni alterius: poſsit ei, & aduerſus eũ ius dici.

1 *Iudices etiam ſupremi iuriſdictioni inferiorũ etiam ſe ſubmittere poſſunt.*
2 *Submiſsio aut expreſſa, aut tacita.*
3 *Papa, an poſsit ſe ſubmittere iuriſdictioni alterius.*
4 *Communes opiniones cõtrariæ Canoniſtarũ, & Theologorum.*
5 *Papa de hæreſi accuſari poteſt.*
6 *Papa ſua ſponte ſe concilio ſubijcere poteſt.*
7 *Papa ſacerdoti in ſacramẽto pœnitentiæ ſubiectus eſt.*
8 *Schiſmatis tempore Papa iudicem habet*
9 *Papa in notorio crimine incorrigibilis, in hæreſeos ſuſpicionem incidet.*
10 *Communes opiniones contrariæ Canoniſtarum, & Theologorum.*
11 *Morum & integritatis vitæ articuli, ad iuriſprudentes magis, quàm ad Theologos ſpectant.*
12 *Clericos iuriſdictioni ſecularium, an poſsit Papa ſubmittere.*
13 *Iuriſdictionis voluntariæ, & contentioſæ differentia.*
14 *Mutuæ petitiones locum habent cùm quis ſe iuriſdictioni alterius ſubmittit.*
15 *Mutuæ petitiones coram arbitro non procedunt.*
16 *L. 1. ff. de conſtit. princip.*

MAIOR.) Etiã Imperator, 1
aut Hiſpaniæ Rex, quamuis
enim iudices in propria cau
ſa eſt poſsint[n], iuriſdictioni
tamen inferioris(ſi volunt) ſe ipſos ſubmit 2
tũt, fieriq; ſubmiſsio poteſt(vt communi-
ter traditum eſt[o]) aut expreſsim[p], aut taci-
tè[q]. Sed quid in ſummo Pontifice dicen- 3
dum eſt? Et Bartolus idem eſſe in præſen-
tia ſentit, quæ opinio & alios authores ha
bet[r], & non leuia argumenta[s]. Verùm Põ
tificij frequentiores in contrariam tran-
ſeunt[t], aliorum enim hominum cauſas,
Deus voluit per homines terminare, ſed
ſedis iſtius præſulem, ſuo reſeruauit iudi-
cio[v], & quæ iudicio Dei reſeruantur, ab
humano iudicio iudicari nõ debẽt[x]. Theo
logi cõmuniter[y] media via, ſic cõponunt, 4
vt ſubmittere ſe poſsit Papa, ſiquando de
iuribus eccleſię Romanæ, aut inferioris a-
gatur, nõ poſsit ſi de criminibus cauſa agẽ
da eſt, quæ ipſius perſonam tangunt. Cæ-
terùm ea traditio ſequentes cõmunes de-
clarationes admittit. Prima, vt ſi hæreti- 5
cus ſit, accuſari poſsit[z], neque enim hęre-
ſi, grauius quicquam admitti poteſt[a], nec
ferendum eſt, veram fidem in chriſtiano
populo eſſe, quæ tamen in populi capite
deficiat[c]. Quare & in eo quod hæreticus
eſt, minor quolibet catholico erit cenſen-
dus[d]. Secunda, ſi fortè Papa, ſua ſponte ſe 6
concilio ſubijciat. Id quod Petrus[e], Dama
ſus[f], Gregorius[g], Sextus[h], Leo[i], fecerunt.
Et rectè, nihil enim in Pontifice ſplendi-
dius, quàm, vt qui ſummus ipſe eſt, humili
tatem oſtendat. Tertia, in ſacramento pœ 7
nitentiæ, in quo illi ſacerdoti ſubijcitur,
cui peccata cõfitetur[h]. Quarta, cùm ſchiſ- 8
ma eſt, & duo de ſummo Pontificatu con-
ten-

n L. et hoc Tyberius. ff. de hæ re. inſti. l. proxime. ff. de his quæ in teſt. de len. o Soc. col. 2. p L. 1. ad ſi. ff. ſi quis in ius voc. non ie. q l. ſin. C. de excep. l. hæres abſens. §. 1. ff. de iudic. r Glo. in c. in ſynodo. 63. diſ. in glo. apoſtoli c. in. g. in pa. ſex. in. verb. ſeruus. s Ang. huius l. & c. nos ſi i competenter. 2. q. 7. t Ioan. And. & doct. in c. eccleſia ſancta Maria. de conſtit. Alex. Iaſ. & Deci. hic. v c. aliorum. 9. q. 3. x c. quorundam. 25. diſt. y Card. in d. c. nos ſi incompetenter. Dec. hic. num. 5. z c. ſi Papa. 40. diſt. a c. primum. 22. q. 2. b c. miramur 61. diſtin. c c. Achatius 24. q. 1. in glo. hæreſim. d c. Petrus. 2. quæſt. 7. e d. c. nos ſi i competenter. f c. ſi quis ſup. g c. mandaſtis. 2. q. 5. h c. auditum. i Glo. in c. nemo. in glo. 1. 9. q. 3. in c. ſanè quia. in glo. 2. de off. del. g.

9 tendunt[a]. Quinta, ſiquando Papa in noto-
rio crimine ſit, incorrigibilis, & à quo ec-
cleſiæ ſcandalum oriatur, incidit enim in
hæreſeos ſuſpicionem is, qui cùm in noto
rio crimine ſit, corrigi nō vult[b]. Atq; hæc
Gloſſatoris opinio eſt[c], quam Pontificij
iuris doctores magno cōſenſu ſecuti ſunt[d]
10 Theologis cōmuniter[e] reprobātibus, qui-
bus tamen non æquè in hoc fides adhibē-
da erit. Siquidem (vt noſtri notāt[f]) de mo
11 ribus, & integritate vitæ articulus eſt, qui
cùm ad moralem philoſophiā pertineat,
ad nos magis ſpectat[g]. Sed nū clericos iu-
12 riſdictioni ſecularium Papa ſubijciet? Et
non poſſe eū hoc aiunt[h], Clerici enim pri-
uilegium hoc à Deo habent, conturbare-
turque ſic eccleſiæ vniuerſalis ſtatus. Iure
quoque Hiſpaniæ[i] ſeculares iudicio eccle
ſiaſtico (niſi exceptis quibuſdam caſibus)
ſubmittere ſe nō poſſunt: quo fit, vt regula
riter (rei dum ſunt) ad iudicem ſuum ſecu-
larem remittantur.
13 IVRISDICTIONI.) Contentioſæ. In vo
lūtaria enim ſecus eſt[k], quia in culpa eſſe
is videtur, qui tunc ſe ſubmittit, cùm ea,
quæ voluntariæ iuriſdictionis ſunt, apud
ſe ipſum expediri poſsint[l]: emancipando
igitur, adoptando, legitimando, manumit
tendo ſe non ſubmittet, quæ receptæ opi-
niones ſunt[m].
14 EI ET aduerſus eum.) Habent igitur &
hîc locum mutuæ petitiones ſicut & corā
ordinario[n] & delegato, quę cōmunis eſt[o]
declaratio, coram arbitro locū nō habēt[p],
15 An quia nō aliud illi licet, quàm quod cau
tum eſt[q]? An potiùs, quia ad arbitros ſpon
te imus, iudicia in inuitos redduntur[r]?
Et hanc ipſe rationem magis probo, & ſi
prior Pontificia ſit[s], ac proinde tenenda.
16 Sanè, & admonēt me verba hæc, vt obſcu
riora illa legis Regiæ[t], Ei & in eum, &c.
ſic accipi, exponiq; poſsint, omne impe-
riū, poteſtatemq; à populo in principem
tranſlata ſic fuiſſe, vt principi, & aduerſus
principem ius dici poſſet, quomodo popu
lo, & aduerſus populum potuit.

XV. IDEM, Lib. II. de Omnibus tribunalibus.

SI per errorem alius pro alio prætor fuerit aditus, nihil valebit, quod actum eſt: nec enim ferendus eſt, qui dicat conſenſiſſe eos in præſidem. cùm (vt Iulianus ſcribit) non conſentiunt, qui errent. quid enim tam cōtrariū conſenſui eſt, quàm error, qui imperitiam detegit?

1 *Error quando prorogationem iuriſdictionis impediat.*
2 *Prorogationem impedit pœnitentia.*
3 *Prorogationem quando non impediat error.*
4 *Scholaſticus, an poßit conueniri coram poteſtate.*
5 *Errans, an aliquando conſentiat.*
6 *Indebiti condictio qua ratione procedat.*
7 *Iniuriam per errorem faciens, an teneatur?*
8 *Hæres ſoluens per errorem, an habeat falcidiam.*
9 *Conſenſui error, an metus magis contrarius.*
10 *Hyperbole frequens in iure.*
11 *Coacta voluntas, voluntas eſt.*
12 *Metus quando eſt conſenſui contrarius.*

ERRORÉM.)
Iuris, vel facti, ante litem con-
teſtatam vel poſt, actoris vel 1
rei[v], & hæ communes[x] declaratiōes ſunt,
idemq; aiunt, ſi dubitatio ſit[y], vel metu li-
tigatores compellantur[z]. Sed & impediet 2
pœnitentia prorogationem, quod ſuo lo-
co dicam[a]. Non pauci tamen caſus notan
tur, in qbus prorogationi error non obeſt.
Primus, ſi populi totius, nō vnius, aut alte-
rius priuati error ſit[b], ſic enim in Barbario 3
Philippo obtinuit. Quæ Baldi[c] ſententia
& receptior eſt, quāuis Iaſon aliud tenet.
Secundus eſt, in ijs, quibus errore apud iu-
dicem incompetentem litigantibus, ſciē
tia deinde ſuperueniat[d], ea enim vitiū er-
roris purgat. Tertius, cùm ſe competētem
iudex pronunciat, neq; ab eius ſententia
appellatum eſt[e]. Quartus, ſi competens
iudex eſt, cuius tamen forum priuilegio
declinari potuit, ponitque Accurſius[f] in 4
ſcholaſtico exemplum, qui ſe coram pote
ſtate cōueniri patiatur, cùm ſit coram ma-
giſtro conueniendus, quam opinionē ma-
gno cæteri conſenſu approbant[g]. Sunt &
alij caſus, quos recentiores exequuntur.
NON conſentiant, qui errent.) Nonnū 5
quàm tamen, & qui errant, cōſentiunt: vt
cùm indebitam pecuniam quis ſoluit, con
ſentit enim in ſolutione, & dominiū trāſ- 6
fert, quia transferre vult, ſed in cauſa ſolu-
tionis diſſentit, ac proinde condictionem

V habet

a c. ſi duo fortè. 79. diſtin. Abb. in c. qa diligētia. col. 1. de elect.
b c. vlt. 38. diſtin. c. ſi qui ſunt. 81. diſt.
c Glo. in c. ſi Papa.
d Deci. conſi. 155. col. 3. cum ſeq. Alcia. de verb. ſig. lib. 1. fo. 28.
e Deci. conſi. 151. col. 2.
f Alex. in 2. vol. conſ. 1. nu. 34. Dec. d. cōſ. 151. col. 2.
g l. 1. in princ. Inſtit. 14. §. iuris pcepta. ſuprà. de inſtit. & iur.
h Glo. in c. ſi imperator. in gl. diſcuti. 96. diſt. glo. in c. quanq̄. in gl. diuino. de cenſib. lib. 6. Iaſ. hic. col. 2.
i l. 5. tit. 1. lib. 3. ordi. pragm. fol 163. et. 198.
k l. Apud eū ff. de manumiſ.
l l. ſi conſul. ff. de adopt.
m Bald. Soci. num. 7. Iaſ. nume. 8.
n l. pen. et authēt. & cōſequenter. C. de ſent. & interloc. om. iudi.
o Deci. col. fi. Zaſ.
p c. cùm dilectus. de arbit.
q l. non diſtinguemus. §. de officio. ff. de arbit.
r Bart. in authent. & cōſequēter. q. fin.
s d. c. cum dilectus.
t l. 1. ff. de conſtit. princip.

v l. 2. in prin. ff. de iudic.
x Socin. col. 2. Iaſ. col. fin.
y Bar. in. l. 2. in princ. col. 3. ff. ſi quis ī ius voc. non ie.
z l. 2. in prin. ff. de iudi. l. ſi qui ex conſenſu. C. de epiſ. audi.
a In l. ſi cōuenerit.
b l. quod non ratione, ſecundū primū intel. ſuprà de legib. l. 3. §. fi. ff. de ſup. leg
c l. barbarius Philippus. de offi. præſ. Bal. in. l. 2. col. 3. C. qua ſit lon. cōſue.
d Glo. in l. 1. in glo. inchoata. C. vbi d criminagi. opor.
e l. ab eo. C. quomo. et quā. iud. Innoc. in c. ſuper literis de reſcrip.
f Glo. in. l. 2. in glo. conſenſu. ff. de iudi.
g Iaſ. hic. col. 2. Ang. in rubri. inſti. de except. nu. 19.

habet. Sic & cùm iniuriam vni per errorē
7 facis, cùm alteri volueris[a], quãuis enim voluntas & propoſitū maleficia diſtinguāt[b], præualet tamē quod principale eſt, id eſt te in hoc conſenſiſſe, vt alicui iniuriam faceres.
8 Deniq; errat ſimul hæres, atque cōſentit, qui in patrimonij quantitate errat, ſed in ſoluendo legato conſentit, quo fit, vt cùm auocari legatario res nequeat, qui voluntate hæredis licèt errantis, eam habet, falcidiæ tamē ius hæredi ſit[c], in his igitur (& ſi qui ſimiles caſus ſunt) conſenſui in genere, error in ſpecie nō obſtat, quod omnes fatentur[d].

a l. eum qui. §. ſi iniuri. ff. de iniur.
b l. verū. ff. de fur.
c l.1. §. ſi legatarius. ff. ad l. falci.
d Iaſ. nu. 17.

9 TAM cōtrarium.) Sed an non metus magis contrarius[e]? Et Accurſius fatetur, hy-
10 perbolemq; in præſentia ſubeſſe ait, ſicut & alibi ſæpe[f], Bartolus negat, & errorem magis contrarium contendit, ſiquidē metui ineſt conſenſus[g], hocque eſt, quod di-
15 citur, coactam volūtatem, voluntatē eſſe, implicitus enim eſt violētiæ compulſiuæ,
12 caſus voluntatis[h]. Ego Accurſij alio in loco[i] probo ſententiā, ſecundùm quam, conſenſui ſpontaneo, metus contrarius eſt, cō ſenſui coacto contrarius non eſt.

e l. nihil conſenſui. ff. de reg. iur. l. 2. ff. quod met. cau.
f l. deprecatio. ff. ad leg. Rhod. de iact. l. 2. C. de fabricen. lib. 11.
g l. ſi mulier. §. pen. ff. quod met. cau.
h Salic. in l. ſi partem. C. de vſuc. pro emp.
i Glo. in dict. l. nihil.

XVI. IDEM, Lib. III. De omnibus tribunalibus.

SOLET prætor iuriſdictionem mandare. & aut omnē mādat, aut ſpeciem vnam. & is cui mandata iuriſdictio eſt, fungetur vice eius, qui mandauit, non ſua.

1 *Delegatus vniuerſaliter, aut generaliter ſubdelegare poteſt, vt tamen ſibi aliquid reſeruet.*
2 *Delegatus ad vnam ſpeciem, an poſsit ſubdelegare.*
3 *Delegatus, an poſsit vnum articulum cauſæ ſubdelegare.*
4 *Bartolus ſibi repugnat.*
5 *Communes opiniones contrariæ.*
6 *Vicem alterius gerens quatenus ſit honorandus.*

1 OMnem.) Vniuerſaliter aut generaliter, poteritque tunc delegatus ſubdelegare, quæ traditio cōmunis eſt[k], quicquid hîc Decius tentet. Ita tamen veram intelligunt, dum non omnia omnino ſubdeleget, ſed aliqua ſibi reſeruet[l].

k Deci. nu. 13. Soc. in l. more. nu. 36. Iaſ. nu. 2. Zaſ. nu. 17. & 18.

SPECIEM.) Delegatus ad vnam ſpeciē ſubdelegare non poteſt[m], niſi hoc à delegante ſibi permiſſum eſt[n], quod omnes fatentur[o]. Sed an vnum articulum illius cauſæ ſubdelegabit? Et hoc Bartolus & hîc, & ſuprà quoque admittit[p], alibi negat[q], quam ipſius repugnantiam frequētiores[r] ita componunt, vt articulus iuriſdictionalis delegari non poſsit, non iuriſdictionalis poſsit. Non igitur omnino diligenter Decius[s], qui Bartoli opinionem, quam nunc tenet, communiter reprehendi teſtatus eſt. 2 3 4 5

VICE eius.) Sic & delegatus Papæ, vicē eius gerit[t], honorandusque eſt, quia delegantis perſonam repreſentat[v], non tamen æquè honorabitur, quod hîc Decius latiùs tractat. 6

l c. ſup quæſtionum. §. ſi vero, de offi. deleg.
m l. à iudice. C. de iudic.
n l. nō diſtinguemus. §. quæſitum. ff. de arbit.
o Soci. in l. more. nu. 45. Alex. num.
p Bar. in d. l. more.
q Bar. in l. legatus. ff. de offi. procons.
r Alex. in l. more. nu. 26. Socin. nu. 44. Caniel. nu. 18. Purp. nu. 99. Claud. col. 7.
s Deci. col. 5.
t c. ſanè. 2. de offi. dele.
v c. ſi. 93. diſt.

XVII. IDEM, Lib. I. Opinionum.

PRAETOR, ſicut vniuerſam iuriſdictionem mandare alij poteſt, ita & in perſonas certas, vel de vna ſpecie poteſt: maximè cū iuſtam cauſam ſuſceptæ ante magiſtratum aduocationis alterius partis habuerat.

1 *Suſpicionis cauſa, quæ deleganti oberat, an obſit iudici delegato.*
2 *Meri & mixti imperij cauſæ in propoſito huius legis, an delegentur.*
3 *Suſpicionis cauſæ iuſtæ quæ ſint.*
4 *Iudex in priori inſtantia ſuſpectus eſt, ſi iudici appellationis ſuccedat.*
5 *Aduocatum fuiſſe in cauſa, quando non ſit iuſta cauſa ſuſpicionis.*

IVſtam.) Suſpectus in cognoſcēdo non eſt ſuſpectus in delegādo, nec quæ deleganti poterat, eadem iudici delegato, cauſa ſuſpicionis obſtat. An tamen teneat delegatio, diſtinguēdū eſt[x]. Sed num cauſæ meri & mixti imperij in propoſito delegabuntur? Et receptius eſt[y], vt ſi iudex recuſatus nō ſit, ipſe poſsit cognoſcere, ſi non ſit, delegatio locum habeat, quaſi ex cauſa neceſſariæ abſentiæ. 1 2

x c. iudex ab apoſtolica. de offi. deleg. lib. 6.
y Deci. col. 1.

ADVO-

3 ADVOCATIONIS.) Iuſta ergo ſu-
ſpicionis ratio eſt, in eadẽ cauſa fuiſſe ad-
uocatum[a], ſic & fuiſſe teſtem[b], ſic & fuiſ-
4 ſe iudicem in priori inſtãtia, eum qui iudi
ci appellatiõis succeſſerit[c], quæ opinio cõ
munis eſt, etſi Accurſius aliquando con-
5 trariam teneat[d]. Cęterùm tres à regula ca
ſus excepti ſunt. Si is iudicem reijci petat,
qui ipſe aduocatũ habuit[e]. Si is ſuſpectus
dicatur, qui clientuli ſecreta ſolùm audie-
rat, nec officio aduocati vltrà functus eſt[f].
Si non in eadem cauſa, ſed in alijs aduoca-
tus fuit[g].

a l. vlt. C. de aſſeſ. c. poſtremo. de appel.
b l. ſi. ff. de teſtib. c. romana de teſt. lib. 6.
c Glo. in. l. eos. in glo. prouocauit. C. de appellat.
d Glo. in. l. ſi. lius. ff. de inoſ. teſtam.
e Glo. in c. dilecto. in g. recuſaſti. de teſtib.
f c. irrefragabili. §. exceſſus de offi. ordin. §. 6. vbi Inno. & aly poſt. g. in verſ. capitulum.
g c. poſtremo Deci. hic col. 2.

XVIII. AFRICANVS, Lib. VII.
Quæſtionum.

SI conuenerit, vt alius Prætor, quàm cuius iuriſdictio eſſet, ius diceret, & priuſquàm adiretur, mutata voluntas fuerit: proculdubio nemo cõpelletur eiuſmodi conuẽtioni ſtare.

1 *Conuentio hîc pacto nudo facta eſt.*
2 *Iuriſdictioni alterius iudicis, quàm ſui, an poſſit quis ſe per ſtipulationem ſubmittere.*
3 *L. 3. titu. 8. lib. 3. ordinamenti.*
4 *Pacto an adſtringi poßint litigatores, vt litigent coram iudice competenti, cuius iuriſdictio declinari poſſet.*
5 *Iuriſdictio per quos actus prorogetur.*
6 *Pactum, vt poßit debitor vbique conueniri, quid operetur.*
7 *Promittens ſe ſoluturum quocũque loco, quatenus obligetur.*
8 *Iuratæ cõuentioni, vel quæ fiat iudice præſenti, in propoſito huius legis ſtandum eſſe.*
9 *Renunciatio huius legis, an valeat.*

1 SI conuenerit.)
Pacto nudo[h], ſecũdùm cõ-
2 munẽ intelligentiã. Quid
ergo ſi per ſtipulationem?
Et omnes aiunt[i], nõ teneri etiam tunc cõ-
uentioni ſtare, teneri tamen vt ſoluat, id
quod alteri⁹ partis interſit[k]. Idemque eſſe
& cùm pactum nudũ, cohærentia contra-
ctus veſtitum eſt[l], & iure põtificio[m], quo
3 ex pacto nudo actio oritur[n], igitur & iure
noſtro[o], idem erit.
ALIVS Prætor.) Prorſus iudex incom-
4 petens. Quid ergo ſi competens alioqui
ſit, ſed cuius iuriſdictio declinari priuile-
gio poſſit? Et receptũ eſt[p], pacto tunc liti-
gatores adſtringi, qui fori præſcriptioni
renunciauerint[q].
ADIRETVR.) Aditus verò (oĩm con- 5
ſenſu[r]) dicitur per litis conteſtationẽ, ſed
et exceptionem aliquã dilatoriam appo-
nendo[s], quæ cõmunis opinio eſt[t]. Quid ſi
cautionẽ iudicio ſiſti, aut iudicatum ſolui
præſtiterint? Et frequentiores[v] in eo con
ueniunt, non videri prorogatã iuriſdictio-
nem, ſicuti neque per ſimplicem aditio-
nem[x], libelli oblationem[y], ſiue petitionẽ
æditionis actorum.
MVTATA voluntas.) Pacto ergo obli
gantur, niſi ꝙ mutare voluntatẽ poſſunt,
quæ communis interpretatio eſt[z].
NEMO compellitur.) Quid ergo pacta 6
operantur, quæ quotidie in inſtrumentis
apponuntur, vt poſſit debitor vbiq; cõue-
niri? Et ſi pactũ nudũ ſit, nil operari, oẽs cõ
ſentiũt[a]. Si ſtipulatio fuerit, hoc efficiet,
vt qui coram iudice non ſuo, reſpondere
recuſat, ad pœnam (ſi promiſſa eſt) aut in
id, quod aduerſarij interſit, teneatur[b], quę
etiam opinio cõis eſt[c]. Quid ſi promiſit ſe 7
ſoluturũ quocunq; loco? Et aiunt referre
multùm, promittat quolibet loco ſe ſolu-
turum, in quo actori placuerit, an quocũq;
loco, quo fuerit inuentus. In priori enim
ſpecie, ferè nihil ea verba faciunt, neq; enĩ
creditor debitorẽ extra ſuum domicilium
compellet[d]. In poſteriori verò, cõueniri
poterit, vbicunq; fuerit inuentus[e]. Quod
tamẽ rurſus ciuiliter accipi oportet. Quid
enĩ ſi iter agẽti, Quid ſi nauigãti debitori
moleſtus ſit, Quid ſi ei qui παρέπλει? Quid
ſi belli aut peſtis lues immineat[f]? Duriſſi-
mũ certè erit, vt hiſce locis reſpõdeat. Sed
& ſi cùm Metimnæ ſit, Pinciæ, aut Salmã
ticæ, aut vbicũque fuerit inuentus ſe ſolu-
turum promittat, in alijs locis non coge-
tur, qui à Metimna longiùs diſtant[g]. Po-
ſtremò ita demũ conueniri poteſt, ſi perſo
naliter inibi fuerit inuẽtus, quod & Barto-
lus hîc innuit, & alij ſequuntur. Rurſus ta-
men reſtringunt, ſi bona ibi habeat, vbi cõ
ueniatur[h], ſi fori priuilegio renũciaſſet[i],
ſi, ꝙ ſoluet vbicunq; fuerit inuentus, & ſe
ad creditoris petitionẽ ſiſtet[k], neq; enim
ei fauendum eſt, qui ſe in neceſſitate po-
ſuit[l]; Si cum determinatione loci tempo-
riſq; ꝓmiſit, vt in eo reſponſum eſt, qui ſe

h l. lecta. ff. ſi cer. pet.
i Iaſ. nu. 28. Zaſ. nu. 9.
k l. diem. §. ſtati. ff. de arbit.
l l. in bona. C. de pact.
m a. 2. d iudic. Soci. hic col. 2.
n c. 1. de pact.
o l. 3. tit. 8. li. 3. ordin.
p Deci. nu. 28.
q l. pen. C. de pact.
r Iaſ. nu. 70.
s l. ſed & ſi ſuſceperit. in princip. ff. de iudi. l. ſi. C. de except. c. inter monaſterium. de re iudic.
t Soci. n. 28.
v Iaſ. nu. 34. Soci. num. 29.
x l. 2. §. 1. ff. d iudi. l. non videtur. 2. ff. de iudic.
y Auth. offeratur. C. d lit. conteſt.
z Soci. nu. 27.
a Soci. nu. 23.
b l. diẽ. §. fin. ff. de arbit.
c Alexã. nu. 3. Soci. nu. 20. Iaſ. nu. 29.
d l. menia. in fi. ff. de annu. leg. l. ꝙ miſi. §. 1. ff. de oper. lib.
e l. contraxiſſe. ff. de act. et oblig. l. hæres abſens. §. ſi. ff. de iudi.
f l. de ætate. ff. ad trebel.
g c. ſedes. de reſcript. clem. non poteſt. de procur.
h l. Titium. §. 1. ff. de admi. tuto.
i Gloſſ. in. l. 1. in g. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ie. Roman. in ſing. 279.
k Bal. in. l. cũ archimedorã. col. 2. C. vt in poſſ. leg.
l l. ſi fideiuſſor. §. penũ. ff. qui ſatiſ. cog.

Venetijs, certis nũdinis ſoluturũ ꝓmiſit[a].
8 HVIVSMODI connentioni ſtare.) Niſi
iurata fuerit, huic etenim ſtandum eſt, o-
mniũ conſenſu[b]. Idemq; erit, ſi vel iudice
præſente, & acceptãte, vel pręſente tantũ
nec contradicente conuentio fiat, vtroq;
enim hoc caſu, mutari voluntaté non poſ-
9 ſe, receptiùs eſt[c]. Eò ampliùs, & cõuentio
ni præciſè ſtabitur, ſi huic legi partes ex-
preſsim renuncient, quæ Alberici, & com
munis traditio eſt[d], quam vulgo tabellio-
nes optimè, & ferè ſemper obſeruant.

a Imm. in. c. ſi aduerſarius. de eo q mitti. in poſ. can. rei ſer. Iaſ. hic. co. antepe. & in d. l. 3. §. ſi quis iusiur. ha. ff. de eo qđ cer. loc.
b Soci. & Deci. nu. 10. Zaſ. num. 9.
c Soci. num. 17. Zaſ. nu. 9.
d Alber. hic arg. l. ſi qs iuſiurandum. C. de reb. credi.

XIX. VLPIANVS, Lib. VI. Fideicommiſſorum.

CVM quadã puella apud cõpetẽtem iudicem litem ſuſceperat, deinde cõdemnata erat, poſteaq́ ad viri matrimonium, alij iuriſdictioni ſubiecti peruenerat: quærebatur, an prioris iudicis ſententia exſequi poſſit? dixi poſſe, quia ante fuerat ſentẽtia dicta. ſed & ſi poſt ſuſceptã cognitionem, ante ſententiã hoc eueniet, idẽ putarem: ſententiaq́ à priore iudice rectè fertur. Quod generaliter et in omnibus huiuſcemodi caſibus obſeruandum eſt.

1 *Domicilium originis, an mutari poßit.*
2 *Forum, an mutetur ratione contractus.*
3 *Domicilij appellatio de quo intelligenda.*
4 *Subditus propriè quis dicatur.*
5 *Habitationis domicilio, quando cõueniri quis poßit.*
6 *Citationes ad domum frequentiores, quàm in foro originis, aut contractus.*
7 *Vxor viri conditionem ſequitur. Et cur?*
8 *Priuilegia ſibi & deſcendentibus quæſita, an filiæ nuptæ debeantur.*
9 *Sponſa de præſenti, ſponſi domicilium & forum ſequitur.*
10 *Vidua quando mariti priuilegijs gaudeat.*
11 *Concubina amici domicilium, an ſequatur.*
12 *Sponſa de futuro ſponſi forum non ſequitur.*
13 *Vxor quatenus mariti forum ſequatur.*
14 *Cognitio ſuſcepta dicitur per litis conteſtationem.*
15 *Iuriſdictio iudicis priùs cognoſcentis, an impediatur, ſi reus efficiatur clericus, aut monachus.*
16 *Delegatio clerici quando debeat præcedere.*
17 *Executio quãdo fiat per literas requiſitorias.*
18 *Requiſitus iudex maior licèt ſit, habetur tanquam minor.*
19 *Iudice requiſito negligente, quid requirẽs facere debeat.*
20 *Executio quãdo petitur ex vi legis municipalis, requiſitus iudex exequi non tenetur.*

PEruenerat.) Domici-
lium ori- 1
ginis regulariter mutari nõ po-
teſt[e], mutatur tñ per matrimo-
niũ, quæ Accurſij[f], Baldi[g], & cõis interpre
tatio eſt[h]. Sic neque mutatur forũ ratione 2
cõtractus[i]. Cumq; domicilij appellatione
in dubio de domicilio habitationis intelli 3
gamus[k], & ſubditus propriè is ſit, qui ratio-
ne habitationis, non qui ratione originis, 4
aut contractus ſubditus eſt[l], conueniri ta-
men in foro habitationis quis poteſt, etiã 5
ſi ibi non inueniatur[m], vnde citationes ad
domũ frequentes ſunt. In foro originis, cõ 6
tractúsve non aliter conuenietur, quàm ſi
ibi repertus ſit[n], in quo omnes cõſentiũt[o].
QVAEREBATVR.) Dubitãdi ratio, 7
quia vxor viri forum, domiciliũq; ſequi-
tur[p], ſicut & nobilitatem[q], & ius ſepultu-
ræ[r], ſiue quia maritorũ radijs vxores co-
ruſcant[s], ſiue quia in ijs, quę vnione iungũ
tur (quale matrimonium eſt[t]) ea quæ di-
gniora ſunt, minus digna ad ſe trahunt[v],
quæ à Socino[x] hîc, & alibi à Baldo[y] reddi-
ta rõ eſt. Quare & Bartoli[z] approbata aſ- 8
ſertio eſt[a], dicentis filiæ nuptæ, priuilegia
nequaquã deberi, quæ pater ſibi & deſcen
dẽtibus ſuis maſculis, fœminiſq; acquiſie-
rit, virginibus enim viduiſq; debentur.
Sed ſponſa de pręſenti, ſponſi domicilium 9
forumq; ſequitur[b]. Et vidua quoq;, quod
omnes probant[c], mariti quondam, eiuſq; 10
priuilegijs gaudet[d], præterquàm ſi inho-
neſtè viuat[e], alioqui nihil eſt cur plus ha-
beat luxuria, quàm caſtitas. Sed qđ de cõ-
cubina dicẽdũ eſt? Et Accurſio cæteriſq;[f] 11
viſum eſt, amici domicilium eam non ſe-
qui, nam neq; ea ſequitur, quæ non legitimum matrimonium contraxit[g]. Quod ve
rò alibi dictum eſt[h], inter vxorem & cõcu
binam nihil intereſſe, quo ad affectionem
accipimus. Sanè & forum amaſij ea ſequi-
tur, quæ fortunas ſuas ad illius locum tran
ſtulit, animo inibi domiciliũ conſtituẽdi[i]
id quod

e l. pen. ff. de ſenator. l. aſſumptio. ff. ad municip.
f Glo. in l. origine. C. de munici. & origi. lib. 10.
g Bal. in rub. ff. ſolu. matri. col. 1.
h Alex. & Deci. n. 5. Iaſ. nu. 6. Soci. numer. 3.
i l. 2. C. de iur. om. iud.
k Gl. in d. ſtatutum. §. item anté. in gl. dic. cã. de reſcrip. in 6.
l Gl. in clem. 1. in glo. ſubditos. de for. cõp.
m l. 4. §. 1. ff. de dam. inf.
n Glo. in l. 1. in glo. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ie.
o Alex. col. 1.
p l. vlt. C. de incol. lib. 10. l. vlt. §. item re ſcripſerunt ff. ad municip.
q l. 1. l. fœmina. l. fin. ff. de ſenat.
r c. vnaquæq; 13. q. 2. c. ex q. §. ſi. de ſepul. in 6.
s Auth. de cõſu. §. hac itaq.
t c. debitũ. de bigu. l. aduerſus. C. de crimi. expi. hære.
v l. quæritur ff. de ſta. hom.
x Soci. col. 1.
y Bal. in rub. ſol. mat. col. 1.
z Bar. in l. quoties. C. de pri ui. ſchol. lib. 12.
a Zaſ. hic. col. 2. Deci. in l. fœmina. nu. 92. ff. de reg. iu.
b l. ea quæ. ff. ad municip.
c Clau. col. 2.
d l. filij. §. vidua. ff. ad municip.
e l. his ſolũ. C. de reuoc. do nat.
f Iaſ. num. 15. Soci. & Zaſ. num. 4.
g l. de iure. §. fi. ff. ad mun.
h l. item lega to. §. parum. de lega. 3.
i l. domiciliũ. l. ſubd. ad municip. Bar. in d. l. fi. §. ité reſcri. pſerunt.

id quod nõ tam viri domiciliũ facit, quàm mulieris voluntas. Concubina verò clerici, forum eius ſequi dicitur, hoc ſaltem intellectu, vt à iudice eccleſiaſtico puniri
12 poſsit[a]. In ſponſa de futuro, veriùs[b], receptiusque eſt[c], vt ſponſi forum non ſequa-
13 tur. Sed & vxor, in hoc tãtùm ſequitur, ne à mariti ſeruitio abſtrahatur, ſi fortè vocaretur, ad mun' aliquod, aut in iudicio conueniretur, cętera quod attinet, originis domicilium non mutat[d]. Non ergo per municipij ſui legem excluditur, quæ vetat, ne alienigenæ immobilia acquirant. Vicana quoq; vxor, ciui nupta, aut ciuis vicano, nihil eſt quod mutent, vnum enim vtriusq; domicilium eſt[e].

14 SVSCEPTAM cognitionem.) Litem conteſtatam, quæ communis interpretatio eſt.

15 IDEM putarem.) Argumentũ Bartolus & alij[f] hîc ſumũt, vt ſi quis poſt delictum, aut clericus efficiatur, aut monachus, non impediatĩ iuriſdictio iudicis priùs cognoſcentis, quod tamen cõmuniter ita intelli-
16 gunt, vt exauctorationem[g], ſiue ſacerdotij ſpoliationem[h] clerici præcedere oporteat, quam degradationem Pontificij vocant[i]. Sed & ſi à ſuperiore adductus in hoc ſit, vt ſacros ordines ſuſcipiat, non ipſe ſua ſponte ſuſceperit, iuriſdictio iudicis impediatur[k]. Deniq; impedietur, ſi religionis, aut ſacerdotij votũ priùs emiſerat, quàm delinqueret[l], implicitus enim ſtatus[m] hic eſt. Quod ego veriſsimum certè arbitror, cùm ſe vouiſſe probat per teſtes, nõ æquè ſi iuramento ſuo deferendũ cõtendat. In quo Claudio potiùs quàm Iaſoni accèdo, alioqui facilè eſſet, ordinib' ſuſceptis, periurio delicti cuiusq; fraudẽ redimere[n].

RECTE ferretur.) Sed quid ſi bona ibi mulier non habeat, ſed in domicilio mariti? Et reſpondent omnes, executioni mã-
17 dandam, à iudice domicilij ad literas iudicis originis[o], generaleq; hoc eſt, vt ſi in foro eius, qui ſententiam dixit, bona condẽnati non ſint, iudex loci, in quo bona ſita ſunt, per literas (quas requiſitorias vocãt)
18 executioni mandet. Quid ergo, ſi requiſitus maior eſt iudex? Et aiunt, nihil hoc obſtare, haberi ẽm eũ in propoſito tanq̃ mi-
19 norẽ. Quid præterea ſi negligat exequi? Et priori ius eſſe tunc debitorẽ citandi per nuncium, aut edicta, Bartoli[p] & crebrior[q]

a Glo. in c. tos 32. diſtin.
b l. eu qua. 2. ff. ad munici.
c Soci. nu. 8.
d l. aſſumptio ff. ad munici. Bar. in d. §. itẽ reſcripſerunt. Soci. hic. nu. 6.
e l. qui ex vico. ff. ad munici.
f Inf. nu. 10.
g l. qui cũ vno. §. exauctoratus. ff. de re mili.
h Auth. clericus. C. de epiſ. & cleri.
i c. degradatio. de pœ. li. 6.
k l. item vlpianus. l. amiciſsimos. ĩ principi. ff. de excu ſa. tuto. Bar. in l. 1. ff. de pœn.
l Bald. in l. 1. ad fi. C. an ſer. ex ſuo fac.
m l. ſi. ff. ſi ex nox. cau. ag.
n l. ſi à reo §. quod vulgo. ff. de fideiuſſo.
o Glo. in l. 2. in glo. ex cauſa. ff. ſi quis in ius voc. nõ ie.
p Bart. in extrau. ad reprimendũ. in gl. per edictum.
q Aret. conſ. 58. Inf. hic. colum. ſi.

ſententia eſt. Quid demum ſi non iure cõmuni, ſed ex vi legis municipalis executio petatur? Et non teneri iudicem requiſitũ exequi, Baldus[r] ait, quem recentiores ſequuntur.

QVoties de quantitate ad iuriſdictionem pertinente quæratur: ſemper quantum petatur quærendum eſt, nõ quantum debeatur.

1 *Petitionis formula magis inſpicitur, quàm debiti quantitas, parte non opponente.*
2 *Petitionis ſumma quando inſpicienda eſt.*
3 *Gabella vt ſoluatur, quomodo ſumma ineunda eſt.*
4 *Lex Regia. 2. de gabellis.*

PErtinente.) Pone in defenſore ciuitatis[s]. 1

PETATVR.) Petitionis formula inſpicitur, nõ debiti quãtitas. Idq; ſine dubio verum eſt, debitore non opponente. Sed & ſi opponat, idẽ eſt. ſecundùm communem ſententiam. Intelligunt tamen omnes, ſi de iudicis iuriſdictione opponatur, ſecus ſi hoc, ne debitor pluribus iudicijs vexetur[t].

DEBEATVR.) Sic ſi lege municipij cau- 2
tum ſit, vt actor de ſumma litis certum q̃d ſoluat, ſummam petitionis inſpiciendam, non quantũ exegerit, omnes conſentiũt[v], quòd ſi nõ de ſumma litis gabella ſoluẽda 3
eſt, ſed ex legato[x], ſeu venditione[y], quantum ad eũ peruenerit, à quo exigenda eſt, attendimus. Sed in vẽditione recepta Bartoli diſtinctio eſt, quib' verbis lex ſcripta ſit: ſi enim de pretio pro quo vendiderit ſoluẽdum dicat, hoc inſpici oportet, ſi de pretio quod recipit, aut ſimpliciter de pretio rei venditæ, id conſyderandũ eſt, quod expenſis haſtæ, & ſimilibus deductis recepit. Qua ratione vix eſt, vt redemptores gabellarum hodie integrum pretij venditionis gabellam exigant, niſi quòd excuſari aliquo intellectu poſſunt, quia legis Regiæ ſecundæ de gabellis verba ad venditores & res venditas, non ad id quod recipiunt, referuntur.

r Bald. in l. vnica. ad fi. C. de confeſ. arg. l. miſſi. C. de exactio. tribu. lib. 10.
s l. 1. C. de defen. ciuit.
t Bar. in l. nõ eſt nouum. ad fi. ff. de actio. emp. Bald. & alij hic.
v Inf. nu. 5.
x Bald. in l. non amplius. in princip. de legat. 1.
y Bald. in l. ſed ſi hoc. §. quidam. ff. de condit. & demonſt.

XX. PAVLVS, Lib. I. Ad Edictum.

EXTRA territorium ius dicenti impune non paretur. Idem eſt & ſi ſuprà iuriſdictioné ſuã velit ius dicere.

1 *Iudex extra territorium velut priuatus eſt.*
2 *Iuriſdictionis voluntariæ & contentioſæ differentia.*
3 *Iuriſdictionis voluntariæ quæ ſunt, extra territorium explicantur.*
4 *Clericus parochus, an extra territorium ſubditos poſſit abſoluere.*
5 *Princeps extra prouincias ſibi ſubiectas milites, rectores, & tabelliones creat.*
6 *Imperator, an poſſit exercere voluntariam iuriſdictionem in terris eccleſiæ.*
7 *Communes opiniones contrariæ.*
8 *Iuriſdictio contentioſa, quibus caſibus extra territorium explicari poſſit.*
9 *Iudex inter ſubditos de re alterius territorij, an cognoſcat.*
10 *Executio iudici loci committenda eſt.*
11 *Citare an poſſit iudex ſubditos extra territorium.*
12 *Iudex, an poſſit excedere ſummam ſuæ iuriſdictionis.*

IVs dicenti.) Extra terri-
1 toriũ enim velut priuatus eſt[a],
quod in iuriſdictione conten-
2 tioſa ſine dubio verum eſt, in voluntaria
ſecus eſſe[b], Accurſius & omnes aiunt[c]. Et
3 manumiſsiones igitur, emãcipatiões, ado
ptiones extra territorium fient. Sed & hac
4 ratione, confiteri parochus, & abſoluere
ſubditos ſuos poterit vbicunq; [d]. Et prin-
5 ceps extra ꝓuīcias iuriſdictioni ſuæ ſub-
iectas, milites, doctores, tabelliones crea-
bit[e]. Cumq; hæc receptiſsima ſint, pugnat
6 Ancharranus[f], & voluntariam iuriſdictio
nem neq; ab Imperatore, neq; ab eius Co-
mite Palatino in terris eccleſiæ exerceri
poſſe contendit[g], nam neq; poſſe eos ini-
bi legitimare, quod Baldus[h] & frequentio
7 res tenent[i]. Et ſunt[k] qui repugnantiã hãc
ita componi velint, vt actus voluntariæ iu
riſdictionis, extra territorium fiant, ſi non
& cauſæ cognitionem requirant. Quæ mi
hi concordia ſuſpecta viſa eſt. Quis enim
neget adoptionem, & manumiſsioné vo-
luntariæ iuriſdictionis eſſe, & tamen cùm
cauſæ cognitionem requirant[l], nihilomi-
nus extra territorium explicantur[m]? Exi-

a l.3.ff.de offic.præſ.
b l.2.ff.de offi.procõſ.l.emancipari.ff.de adop.
c Socin. col.2. Deci.col.2.
d Hoſt.ĩ ſumma de pœn. et remiſ.§.cui cõfitẽdum. verſ. & quid ſi extra territoriũ. Iaſ.hic.nu.6.
e Bar.in.l.1.nu.80.C.de dignit.lib.12.
f Anch.conſi.320.
g Argu.l.1.verſ.penu. de iur.inr.
h Bal.in.l.1.C. de in. an. ann.
i Alex.in.l. vo. conſ. 67. col.fi. Dec.cõſ. 55.num.3. Deci. hic cõñ.2. Hippo.col.2.
k Deci. hic. poſt Abb. in c.nonit. de offi.leg.
l l.ſi pater.§.fi.cũ.l.ſeq.ſuprà.de adopt. §.eadem.inſt. quib. ex cau. manu.
m d.l.2.et.d.l.emancipari.
n l.vl.ſuprà de offic.præf. vrb.
o Clemẽt.1.de for.comp.
p c. nonit. de offi.leg.

ſtimo igitur, Comites quidem Palatinos
non poſſe. Sed & neq; Imperatorem, ſi nõ
ſubditum aliquem legitimare velit, poſſe
tamen ſubditos ſuos etiam in terris eccle-
ſiæ legitimare: cur enim nõ poſsit, qui (vt
ſuprà dixim[o]) creare milites, & ſimilia po-
teſt? Sunt tñ & contentioſæ iuriſdictionis 8
caſus non pauci, in quibus extra territoriũ
ius dicitur, delegare enim iudex poteſt ex
tra territorium[n], aduerſus eos, à quibus ex
pulſus eſt, procedet[o], & ſi duarum prouin
ciarum ſit, in altera alterius negotia expe
diet[p]. Excommunicare præterea poterit
extra territorium[q], conſuetudineq; indu-
ci hoc poſſet, vt extra territorium ius dica
tur[r], ſicut & illud cõſtat inter conſentien-
tes ius dici poſſe[s], uel tutorum exemplo[t],
ſufficietq; in hac ſpecie, partium[v], & iudi-
cis territorij tacitus conſenſus[x]. Sed ſecun
dùm ſtatuta cõſuetudineſq; ſui territorij,
ius dicet[y]. Sunt & alij caſus, quos Iaſon &
cæteri notant.
NON paretur.) Siue ius dicat in hoiem
alterius territorij, ſiue in ſubditos & de re
territorij, tñ extra territoriũ, impunè illi
nõ parebitur. Quid ergo, ſi inter ſubditos, 9
ſed de re alterius territorij? Et cognoſcere
eũ poſſe, & ſententiã proferre, nõ tñ exe-
qui, vera & concors oĩm opinio eſt. Quis 10
ergo exequetur? Reſpondeo, iudex loci,
in quo bona ſita ſunt[z], de quo dixi etiam 11
iñ lege præcedenti. Sed nunquid extra ter
ritorium ſuum iudex ſubditos ſuos citare
poteſt? Et Angelus deciſione Cæſarea o-
pus eſſe credit. Communiter[a] tamen tres
caſus diſtinguunt: aut enim iudicem terri
torij requirit, vt citet, & hoc fieri poteſt[b]:
aut capere perſonam vult (quam citationẽ
realẽ vocant) idq; ei non licet[c]: aut citare
verbo vult, apparitorẽ mittendo, qui citet
extra territoriũ. Et cùm hoc fieri non poſ-
ſe canõ voluerit[d], quẽ Cynus[e], Balduſq;[f]
ex errore Canoniſtarũ ꝓceſsiſſe affirmãt,
tandem Bartoli[g] ſentẽtia obtinuit, diſtin-
guẽtis, vt citatio tũc teneat, cùm vterq; lo
cus, eidẽ domino paret, alioqui contra.
SVPRA iuriſdictioné.) Excedere ſum- 12
mã iuriſdictionis ſuæ iudex nõ poteſt Sed
an in eo ſententia tenebit, quod non exce
dit? Accurſius variat, frequẽtiores[h] ſic re-
ſpõdent, ſi vnũ capitulũ ſit, nõ valere pror
ſus[i], ſi plura capitula ſint, ꝓ parte ſuſtine-
ri ſententiã[k]. Quin etiã valebit ſententia
ſuprà

p Glo.in.c.epiſcopũ.9.q.2.
r l.3.§.fi.ff.de teſtib.
s c.ſtatutũ.§.in nullo.de reſcrip.lib.6.
t l. quæro. ff. d ſolut.l.inter tutores. ff. de admi.tuto.
v l.ſed & ſi ſuſceperit. in prin.ff.d iudi.
x c.vt litigãtes.cũ gloſ.de offi.ordi.li.6.
y Gl. in clem. 1.in glo.õimodã.de fo.cõpe.
z l. cũ vnus. §.pen.ff.d bo. auctor. iudi. poſſi.
a Iaſ.col.pen. Zaſ.col.2.
b l.1.§.1.ff.de req.re.
c l. quis ſit fugitiuus.§. itẽ celſus.in.g.ab duci.ff.d ædil. edict.
d Clem.paſtoralis.d re iud.
e Cyn.in.l.oẽs §.executorib[9]. arg.illi[9].§.C. d epiſ. et.cler.
f Bal. in.l.liberti.num.18. C.de lib. et eo. lib.& in.l cũ fratrẽ.C. d his qb. vt indig.
g Bar. in.l.1. §.1.ff. de req. re.& in extrau.ad reprimẽdũ. in verb. per edictum.
h Alex.n.11. Soci. & Deci. col.fi.Zaſ. col. penult.
i l.fi.C.quando prouo. non eſt nece.l.in hoc iudicio. ff. fa mil.herciſ.
k l.carmelia. ff.de in.pat. l. quadam.ff.fa mil.herciſ.

ſuprà iuriſdictionem,ſi dubium ſit,an quã titas intra cognitionem ſit iudicantis[a], ſimiliterq́; ſi inter litigatores conuenerit, vt iudicet[b].Quinetiam & ſi ſe iudicem cõpetentem protulerit, nec appellatum eſt, valebit ſupra iuriſdictionē lata ſentētia[c].

a l ſi quis ex aliena.ff.de iudic.
b l.de qua re §.1.ff. de iudi. l.inter cõuenič tes.ff.ad municip.
c Innoc. in c. ſuper literis. & reſcript. Bart. in l.2.col.3. ff. ſi quis in ius voca.

QVOD QVISque iuris in alterum ſtatuit vt ipſe eodē iure vtatur. Tit.II.

VLPIANVS, Lib.III. Ad edictum

HOC edictum ſummã habet æquitatem, & ſine cuiuſquã indignatione iuſta. quis enim aſpernabitur idem ius ſibi dici,quod ipſe alijs dixit,vel dici effecit? QVI MAGISTRATVM POTESTATEMVE HABEBIT, SI QVID IN ALIQVEM NOVI IVRIS STATVERIT: IPSE QVANDOQVE ADVERSARIO POSTVLANTE, EODEM IVRE VTI DEBET. SI QVIS APVD EVM QVI MAGISTRATVM POTESTATEMQVE HABEBIT, ALIQVID NOVI IVRIS OBTINVERIT: QVANDOQVE POSTEA ADVERSARIO EIVS POSTVLANTE, EODEM IVRE ADVERSVS EVM DECERNETVR: SCILICET VT QVOD IPSE QVIS IN ALTERIVS PERSONA AEQVVM ESSE CREDIDISSET, ID IN IPSIVS QVOQVE PERSONA VALERE PATIATVR.

1 *Æquitas huius edicti quare ſumma dicitur.*
2 *Dolus ſtatuentis requiritur, vt hoc edictū locum habeat, dolus impetrãtis nō requiritur.*
3 *Noua iura,iniquitatis ſuſpicionē in ſe habēt.*
4 *Magiſtratus qui ſtatuere poſſunt.*
5 *Correctores ciuitatum quomodo ſtatuant.*
6 *Statuta quando ſtatuentem ligent.*
7 *Bartoli opinio cõiter reprobata,defenditur.*
8 *Statutum iniquū,an poßit retorqueri aduerſus ciues ſingulos.*
9 *Pœna pecuniaria pro homicidio imponi põt.*
10 *Sententia iniuſta,an poßit retorqueri aduerſus proferentem*
11 *Appellationem omittens,an nihilominus retorqueri poſſet ſententiam.*
12 *Par ius.*
13 *Talionis pœna.*
14 *Verbū hoc, ſi quis,quos in edicto cõprehēdat.*

SVmmam habet æquitatem.)Naturalem,ciuilem,canonicam[d],atq; adeò diuinã[e]. 1 Aelius Lampridius in Alexãdro Seuero. Si quis(inquit)de via in alicuius poſſeſsionē deflexiſſet pro qualitate loci, aut fuſtibus ſubijciebat in conſpectu eius, aut virgis,aut condēnationi,aut ſi hæc omnia tranſiret, dignitas hominis,grauiſsimis cõtumelijs,cùm diceret, Víſne hoc in agro tuo fieri,quod alteri facis? clamabatq́; ſæpiùs,qđ à quibuſdã ſiue Iudæis,ſiue Chriſtianis audierat,& tenebat,idq́; per præconē,cū aliquē emēdaret,dici iubebat,Qđ tibi non vis,alteri ne feceris. Quam ſententiã vſq; adeò dilexit, vt & in palatio, & in publicis operibus perſcribi iuberet.

d c.1.2. diſt.c. cum oēs.de cõſtitut.
e Matth.c.7. Luca cap.6.

SI quid.) Quod tamen aut facto, ſiue vſu obtinuerit[f], aut iuris effectū habeat[g].
NOVI.)Et iniqui. Adde & dolo,requiritur enī in propoſito dolus ſtatuentis, non 2 ſic in capitulo ſequenti dolus impetrãtis, quæ cõis oīm interpretatio eſt[h]. Sanè noua 3 iura, iniquitatis ſuſpicionē quandã habēt,ſed tunc vel maximè,cùm ab eo receditur,quod iam diu ęquū viſum eſt[i]. Vnde & Cicero in Verrē Act.3. Veniunt ad chelidonē: domus erat plena,noua iura,noua decreta,noua iudicia poſtulabantur.

f l.3.in princ. infrà.
g l. arriani. C.de hæret.
h Sap.nu.10. & col. penul.
i l.in rebus. ff.de conſtitu. princ.

STATVERIT.) Magiſtratus igit̄ ſtatuūt, 4 & ſiquidē è numero maiorū ſunt (quales olim Senatores[k], Præfectus Prætoria[l], hodie Reges, legati ſedis Apoſtolicæ[m], Cardinaliū collegiū)[n]legē ꝑpetuã faciūt: ſi de numero minorū ſi iuriſdictionē perpetuã habeant, vt Archiepiſcopi, Epiſcopi, Duces, Marchiones, Comites ſtatuere poſſunt[o], vtq́; in regno regū leges generaliter,ſic horū in ſuis territorijs cõſtitutiões obſeruabunt. Quòd ſi iuriſdictio ꝑpetua his nō ſit(quales Correctores ciuitatū ſūt) 5

occaſione præbendæ contra patrẽ egerit, venia ei nõ eſſe opus, frequentiores aiũt[n].

XIIII. PAPINIANVS. Lib. I. Reſpõſorũ.

a l. amplius. ff. rem ra. ha.
b Soci. nu. 12. Zaſ. col. pen.
c l. ampli᷒ nõ peti. ff. rẽ rat. hab. l. plurib᷒. vbi gloſ. ff. de procur.
d Bar. in l. nã & poſtea. in princ. ff. de iniuriis.
e Alexã. & Soci. nu. 4. Iaſ. col. 2.
f l. ſi. C. de exc.
g l. filiusf. ff. de ac. & obl.
h l. filiusf. 2. ff. de actio. & oblig.
i Iaſ. in l. cũ filiusfa. col. fi. ff. ſi cer. pet.
k Glo. in d. filiusf. §. 1. de iudic.
l §. vlt. inſt. de pœn. teme. litig.
m §. item is. verſ. cui ſimilis. et verſ. ob hominẽ. inſt. de oblig. quæ ex quaſi maleſ. l. ſi verò. §. Prætor ait. ff. de his qui deie. vel effud. l. 1. in prin. eo. ti tu. auth. de defen. ciui. §. & iudicare.
n Abb. & Zaſ. col. 2.
o Iaſ. in §. pœnales. n. 57. inſti. de actio.
p Quis dubitet. 96. diſtin.
q Non debet ff. de dolo.
r Zaſ. in §. pœnales. colũ. 6. Iaſ. hic. nu. 8.
s Glo. in l. liberto. ff. de obſeq.
t Soc. num. 8.
v l. medicos. C. de profeſ. et medi. lib. 10.
x Matheſ. nota. 59.
y d. l. non debet. Zaſ. hic. col. 2.
z l. aquilius. ff. de dona.
a l. dicere. ff. de arbit.
b l. quaſitũ. §. 1. vbi Oldr. ff. de fun. inſtr. Abb. in c. 1. n. 25. de poſtul. prala. Iaſ. & Zaſ. hic. col. fi.
c c. ita diligere. 30. q. 3.
d Soci. col. fi. Zaſ. col. 1. & in §. pœnales. col. 6. vbi Iaſ. num. 94.
e Zaſ. hic. col. 1. poſt Bal. & Salic. in l. parentes. C. de teſtib.
f Glo. in c. 1. de mili. vaſ. ĩ gl. reuerẽtia.
g Zaſ. hic. co. 2. & in §. pœnales. col. 6.
h Soc. nu. 9.
i Soc. hic. nu. 2. Iaſ. in §. pœnales. n. 70.
k Glo. in l. bene. in §. in ſio ne. C. de quad. praſ.
l Roma. ſing. 9.
m Socin. hic. nu. 5.
n Zaſ. in. l. quaſitum. col. pen. infra.

LIbertus à patrono reus cõſtitutus, qui ſe defendere paratus, pro tribunali pręſidem prouinciæ frequẽter interpellat: patronũ accuſatorẽ in ius vocare non videtur.

1 *Excipere poteſt, qui non poteſt agere.*
2 *Exceptio peremptoria à dilatoria differt.*
3 *Defenſio neceſſaria ſublata, difficilius videtur, quàm voluntaria.*
4 *Citatio, ſua intereſſe putantium.*
5 *L. Diffamari. C. de ingen. & manumiſ. remedium, an competat excommunicatis.*
6 *Recõuenire an poſſit, qui agere prohibitus eſt.*
7 *Peto vt de cã cognoſcas, et debito fine termĩes.*
8 *Libert⁹ petere põt, vt de calũnia prõn⁹ puniaĩ.*

1 DEfendere.) Nõ ergo ab excipiendo
is excludiĩ, q agere minimè põt,
arq; ita cõiter oẽs hinc notãt[a], &
in excõicato, bãnitoq; exẽpla ponũt. Id tñ
tunc verũ nõ eſſe intelligũt[b], cũ exceptio
vim actionis habet, & dilatoria eſt, ſecus ſi
perẽptoria ſit, vt cõpenſatiõit, hæc eñ mi
2 nimè tolliĩ[c]. Sed & ſi deſẽſio volũtaria, nõ
neceſſaria fuerit, ſublata ei videĩ, cui age-
3 re prohibitũ eſt, vt cũ ſic citatur, ſi ſua in-
tereſſe putauerit. Qua ratione & illud re-
4 ceptius eſt[d], vt excommunicatus, & ſimi-
les, qui ab agendo repelluntur, ſtatui alte-
5 ri terminũ petere minimè poſſint, intra
quem agat[e], quod quotidianum eſt. De-
nique qui agere prohibetur, ſe non defen-
6 det, in cauſa reconuentionis, niſi ex eadẽ
cauſa reconueniat, ex qua ſit conuentus[f].
FREQVENTER interpellat.) Recepta
7 igitur intentionis formula hæc, peto vt de
cauſa cognoſcas, & debito fine termines.
Qua nonunq̃ aduocati vtuntur.
8 ACCVSATOREM.) Cui cõſequẽs eſſe
oẽs dicũt[g], petere etiã hoc libertũ poſſe,
vt de calũnia patron⁹ accuſator puniatur.

a Soci. nu. 2.
b Soci. n. 12.
c Clem. paſtoralis. de re iudic. c. cum inter. de excep.
d Zaſ. hic poſt Pan. & Soci.
e l. diffamari C. de inge. & manu.
f Iaſ. hic poſt Ang.
g Zaſ. n. 6.

XV. PAVLVS, Lib. 1. Quæſtionum.

LIBERTVS aduerſus patronum dedit libellum, nõ diſſimulato ſe libertũ eſſe eius: an ſi ad deſideriũ eius reſcribatur, etiã remiſſa edicti pœna eſſe videatur? Reſpondi, non puto ad hunc caſum edictum prętoris pertinere, neq; enim qui libellum principi vel præſidi dat, in ius vocare patronum videtur.

1 *Libellus quando vim citationis habeat.*

LIbellum.) Qui quo ad pœnam hu- 1
ius edicti, vim citationis nõ habet, cæterùm haber quo ad effectum præſcriptionis interrumpendũ[h].
DESIDERIVM.) Preces.

h l. 1. C. quan. lib. princi. da.

XVI. IDEM, Lib. II. Reſponſorum.

QVæſitum eſt, an tutor pupilli nomine patronã ſuã ſine permiſſu prætoris vocare poſſit? Reſpondi eũ, de quo quæritur, pupilli nomine etiam in ius vocari patronam ſuam potuiſſe ſine permiſſu prætoris.

1 *Libertus, an alieno noĩe patronũ vocet in ius.*
2 *Procuratoris & tutoris differentia.*

PVPIlli nomine.)
Bartolus, cui alij aſſentiũt[i], gene 1
rali⁹ hìc notat, liberto licitũ eſ-
ſe, vt alieno nomine patronũ vocet in ius.
Vnde quæſitũ eſt, num procuratorio noĩe
idẽ libert⁹ poſſit? Et crebrior opinio eſt[k],
ne poſſit. Differentiæ ratio illa affertur, q 2
procuratoris officiũ voluntariũ eſt[l], tuto
ris verò neceſſariũ[m]. Igiĩ & ſi poſt ſuſceptũ
mãdatũ, litis occaſio orta eſt, ꝓcuratoris,
tutoriſq; par cõditio futura eſt.

i Zaſ. col. 2.
k Alexã. & Soci. col. 1.
l l. Filiusf. §. inuitus. ff. de procur.
m l. 1. ff. de tute.

XVII. IDEM Lib. I. Sententiarum.

EVM, pro quo quis apud officium cauit, exhibere cogitur. Itẽ eũ qui apud acta exhibiturum ſe eſſe quẽ promiſit, et ſi officio nõ caueat, ad exhibẽdum tñ cogitur.

1 *Exhibitio apud acta quo iudicis officio in præſentia fiat.*
2 *Certi cõdictio et officiũ iudicis concurrunt.*

OFficium.) Ipſi promittendo.
APVD acta.) Simpliciter, quę 1
promiſsio, & officio, & aduerſario facta videtur.
COGITVR.) Certi condictione, aut offi- 2
cio iudicis.

XVIII. CAIVS, Lib. 1. Ad l. duodecim tabularũ.

PLeriq; putauerũt, nullũ de doma ſua in i⁹ vocari licere, quia domus tutiſsimũ Quiq; refugium atq; receptaculum ſit: cumq; qui

inde

inde in ius vocaret, vim inferri videri.

1 *Citari in domo aliena quis poteſt.*
2 *Citatio an poſsit fieri in porticu vel oſtio domus.*
3 *Citari an poſsit quis in domo conducta.*
4 *Domus ſua cuiq; vnde tutiſsimum refugium.*

1 DE domo ſua.) De aliena vt poſsit, frequẽtiores admittũt,[a] p̃terq̃ dño dom⁹ inuito[b]. Quid in porticu dom⁹? Et nũ eſſe ibidẽ priuilegiũ[c],
2 magna cõfeſsio eſt[d]. Quid ĩ oſtio? Et cõmuniter[e] diſtingunt, extra clauſuram, an intra
3 eſſet. Quid ſi domus cõducta ſit? Et nec in ea vocationẽ fieri poſſe omnes fatentur[f] ſicut nec,[g] ĩ ea quoq;, in q̃ gratis qs habitat.[h]
4 TVTISSIMVM cuiq; refugium.) Prouerbij vicẽ habere hæc ex notiſsima teſtudinis fabula οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος, Aleiatus[i] non incurioſè notat.

XIX. PAVLVS. Lib. I. ad Edictum.

SATIS q; pœnę ſubire cum, ſi non defendatur & latitet, certũ eſt: quod mittitur aduerſari⁹ in poſſeſsionẽ bonorũ ei⁹. Sed ſi aditũ ad ſe pręſtet, aut ex publico cõſpiciatur: rectè in ius vocari eum Iulianus ait.

1 *Latitatio ad quod decretum neceſſaria ſit.*
2 *Miſsio in poſſeſsionem quatenus fiat.*
3 *Citatio realis & verbalis in quo differant.*
4 *Mulier recitari quando poſsit.*
5 *l. 62. Tauri.*

1 SAtiſque pœnæ.) Imò non ſatis, ſiquando per iudicis contemptum nõ veniat[k].
LATITET.) Latitatio ad ſecũdum decretum neceſſaria eſt, ad primũ nõ æquẽ.[l]
2 BONORVM.) Hodie non omnium, ſed pro menſura debiti.[m]
3 SED ſi aditum.) De verbali citatione hæc debere intelligi[n] omnes fatentur, non de reali, verbalis aut voce, aut edicto fit, voce quilibet citat, edicto, Princeps, principis delegatus, iudex ordinarius, alius pręterea
4 nemo[o]. Realis ordinario permiſſa eſt, delegato nõ item[p]. Sanè mulier recitari nõ poteſt,[q] niſi vel tutelam filiorum ſuſceperit, & omni legum auxilio renũciet,[r] vel luxurioſè viuat,[s] niſi fortè nupta[t] ſit, in quo tñ Iaſõ, Socinuſq;[v] latè patẽt. Illudq; dubio p̃cul verũ eſt, meretricẽ, quæ lenoni nupta ſit, citari re, & in carcerẽ d̃trahi poſſe. Quo
5 modo & lex quoq; Regia declaranda eſt.

XX. GAIVS. Lib. I. ad L. XII. Tabul.

a Soc. num. 33.
b l. per agrũ. C. de ſeru. & aq.
c l. cætera. §. hoc. §. C. d le. 1.
d Alex. n. 4. Iaſ n. 19. Soci. num. 47.
e Alex. nu. 5.
f Inſ. num. 5.
g Soci. nu. 33.
h Ale. lib. 4. de verb. ſign.
i l. 1. ſupra ſi quis in ius dict. non obtemp.
k l. 2. ff. quib. ex cau. in poſſ. ea. l. ſi minor. de bon. auct. iudi. poſsi.
l Authẽ. ei qui. C. de bon. auct. iudi. poſ.
m Socin. n. 23.
n Auth. qui ſemel. C. quo. & quan. iud.
o Authẽ. de exhib. re. §. ſi vero etiam.
p l. 1. C. de off. diuer. iudi.
q Bar. in Authẽ. matri. C. quan. mulie. off. tut. fun. po.
r l. Quæ adulterium. C. ad l. Iul. de adul.
s Bal. in l. cõſentaneum. num. 41. C. quo. & quan. iud. Alcia. de verbo. ſignifi. libr. 1.
s l. ſi vxor. §. 1. ff. ad. l. iul. d adult.
t Soci. num. 42. Hippo. in ſing. 279. & de rapt. virg. num. 30.
v Soci. nu. 11. Inſ. num. 44.

SED etiam à binea, & balneo, & theatro nemo dubitat in ius vocari licere.

1 *Citatio an poſsit fieri in domus propria hortis.*
2 *Citatio realis aut verbalis an poſsit fieri in eccleſia.*

VInea.) Quid ab horto? Et nõ poſſe ab eo vocationẽ fieri, receptum[x] eſt, modò per domum ad hortum aditus pateat.[y] 1
THEATRO.) Quid ab eccleſia? Et ab ea vocari quem re non poſſe, inter omnes cõuenit.[z] Sed & neq; ab eccleſię porticu.[a] Verbo verò citationes in eccleſia fieri,[b] cõmunis[c] opinio eſt, dum ne officia diuina turbẽtur, id enim (quod & ſuprà retuli) aduerſus Bartolum frequentiores affirmant. 2

XXI. PAVLVS. Lib. I. ad Edictum.

SED & ſi is, qui domi eſt, interdũ vocari in i⁹ põt: tñ de domo ſua nemo extrahi debet.

1 *Edictum de in ius vocando prohibitorium eſt.*
2 *Citatio in dubio permiſſa eſt.*
3 *Criminalis cauſa ſi ſit extrahi quis de domo poterit.*

INterdum.) Quin potius per multi caſus ſunt, quos Iaſon, & cæteri notant. Adde q̃ edictũ de in ius vocando prohibitoriũ eſſe, cõmuniter[d] traditũ eſt. Citatio igitur ſiue realis, ſiue verbalis in dubio permiſſa erit. 1 2
EXTRAHI.) Niſi cauſa criminalis ſit, tũc enim poteſt, ſecũdũ receptã ſentẽtiã.[e] 3

XXII. GAIVS. Lib. I. ad L. XII. Tabul.

NEq; impuberes puellas, quę alieno iuri ſubiectæ eſſent, in ius vocare permiſſum eſt. Qui in ius vocatus eſt, duob⁹ caſibus dimittẽd⁹ eſt: ſi qs eius perſonã defendet: & ſi dum in ius venitur, de re trãſactũ fuerit.

1 *Impuberes quomodo in ius vocari poſsint.*
2 *Carceratus quando dimitti poſsit.*

IMpuberes.) De infantibus nulli venit in dubiũ, de pupillis ita traditũ, eſt vt aut ipſi, tutoreſq;, aut tutores tantùm vocentur, pupillos verò ſolos vocari plures negant.[f] 1
DIMITTENDVS.) Quod verum eſt, ſi in hoc vocatus ductus eſſet, vt ſe defẽdat ſecus ſi vt ſoluat, neq; enim niſi ſolutione facta is dimittitur,[g] quam diſtinctionẽ Bartolus aliiq; probãt.[h] Fit autem dimiſsio hęc à carcere, iudicis potiſsimũ arbitrio, neq; 2

x l. ſi. ff. d ſeru. vrb. præd.
y Iaſ. num. 16
z Soci. nu. 61.
a l. præſenti. C. d his qui ad eccleſ. confug.
b Alex. in d. 2. nu. 4. ſuprà.
c Zaſ. in l. 2. col. 2. ſuprà.
d Socin. in l. plerq. n. 31. 5.
e Soci. nu. 25.
f Alex. n. 5.
g l. ſi pecunia ff. vt i poſ. le.
h Iaſ. num. 5.

in poteſtate partis aduerſæ eſt.

XXIII. MARTIANVS. lib. III. inſtitutionũ.

COMMVNIS libert⁹ (licet plurium ſit) debet à prætore petere: vt ei liceat vel quẽdam ex patronis in ius vocare, ne in pœnam incidat ex edicto prætoris.

1 *Ius patronatus indiuiduum eſt.*
2 *Vaſſallus, qui contra vnum ex dñis deliquit, pro parte illius feudum amittit.*

1 LIcet plurium.) Atq; adeò indiuiduũ ius patronat⁹[a] ſicut eccleſiæ[b] eſt.

QVENDAM.) Sic vaſſallus pluriũ do-
2 minorum, qui contra vnum deliquit, pro parte tantùm illius feudum amittet[c], quæ opinio communiter approbata[d] eſt.

XXIIII. VLPIANVS. Lib. V. ad Edictũ.

IN eum, qui aduerſus ea fecerit, quinquaginta aureorum iudicium datur: quod nec hæredi, nec in hęredẽ, nec vltra annũ datur.

1 *Solidi valor qui ſit.*
2 *Donatio hodie etiam vſq; ad octingentos aureos inſinuatione non indiget.*
3 *l. 9. titul. 4. part. 5.*

1 AVreorum.) Solidorũ.[e] Solid⁹ eñ in aurei locum ſucceſsit, cuius ęſtimationẽ variã fuiſſe nemo eſt qui neſciat,[f] vel Alexandro, Iaſonéque hîc notãtibus, Budęo, Agricola, Alciato, & alijs diligentiùs,[g] olim ſeptuaginta duo ſolidi, hodie nonaginta ſex libras faciunt, vnde rectè reſponſum eſt, hodie donationẽ etiam vſq; ad octingentos aureos, inſinuatione non indigere.[h] Verũ id Hiſpaniæ iure & praxi vix eſt vt obtineat, expreſsit eñ
2 lex [i] pro quingentis ſolidis, Marauedinos aureos quingentos, quia ſummã æſtimare Caſtellanis quingentis, quotidie ſolemus. Vt verear tamen ne non tam certa veriorque ratio iſta ſit, quàm communis. Sed de hoc & ſuprà & aliâs. Nam & Italiæ[k] & periti & imperiti, aliâs aliter hæc taxant, ampliant, atq; reſtringunt. Quod autem ſolidũ in aurei locũ ſucceſsiſſe diximus (ita ſcilicet vt eiuſdem ponderis valoriſq; fuerint) id ex interpretatione magis Iuſtiniani[l] & cõmunis eſt,[m] quàm vt eam opinionẽ (ſi ad viuũ referes) veriorem depræhẽdas.

a l. carmelia. ff. de in. pat.
b c. 1. d in. pa.
c c. 1. de vaſſ. qui con. conſti. loth.
d Alexã. n. 1.
e §. vlt. Inſti. de pœna teme. litig.
f l. quotiens. C. de ſuſc ep. & arcar. lib. 11.
g Bud. libr. 5. de aſſe. Georg. Agric. de põde. l. 2. Alcia. in. l. etiam aureos. in. l. hæc ennuntiatio. ff. de verb. ſign. & libr. 3. diſp. cap. 9.
h Pau. in. l. ſi. in princip. C. cõmun. de leg. Pau. in. l. quicũque. num. 8. C. de ſeru. fugit. Iaſ. in. l. 2. §. ex his. nu. 16. ff. de verb. obli.
i l. 9. titul. 4. part. 5.
k Ioan. And. in additio. ad ſpe. §. porrò. in addit. mag. ad fin. Paul. in. l. quicunq. nu. 8 C. de ſer. fugi.
l d. §. vltim.
m Bar. & doc. in. l. quotiens. C. de ſuſcep. & Arca. libr. 11. Pau. in. l. ſi. in princ. C. cõmn. delegat.

SI ſine venia edicti impetrata, libertus patronum in ius vocauerit: ex querella patroni vel ſupradictam pœnam, id eſt quinquaginta aureos dat à pręfecto vrbi, vel quaſi inofficioſus caſtigatur, ſi inopia dinoſcitur laborare.

1 *Pœna edicti de in ius vocando qui puniantur.*

PŒnam.) Quæ nõ in omnibus qui citãtur locum habet, ſed in his tãtùm, qui edicto prohibentur, alij iudicis officio puniuntur, quæ opinio communis eſt.[n] Nam & (vt diximus) prohibitoriũ eſt edictum de in ius vocando. 1

n Iaſ. nume.

SIQVIS IN ius vocatus nõ ierit, ſiue quis eum vocauerit, quem ex edicto non debuerit. Tit. V.

VLPIANVS. Lib. I. ad Edictum.

SI quis in ius vocatus, fideiuſſorem dederit in iudicio ſiſtendi cauſa, non ſuppoſitum iuriſdictioni illius, ad quem vocatus eſt, pro dato fideiuſſor habetur, niſi ſuo priuilegio ſpecialiter renunciauerit.

1 *Fideiuſſor iudicio ſiſti duplex eſt, & quæ inter eos differentia?*
2 *Scholaſtic⁹ priuilegio fori quomodo renũciet.*
3 *Scholaſticus an poſsit eſſe fideiuſſor?*
4 *Forum ratione contractus qui ſortitur, non tamen priuilegium amittit.*
5 *Clericus an poſsit eſſe fideiuſſor?*
6 *Remiſsioni locus non eſt niſi priuilegio fori renuncietur.*
7 *Communes opiniones contrariæ.*
8 *Remiſsio in contractibus quando locũ habeat.*
9 *Fideiuſſor quando non habeatur pro dato.*
10 *Renũciatio ſpecialis, ã ſingularis neceſſaria ſit?*
11 *Generalis renunciatio fori an ſufficiat?*
12 *Communes opiniones contrariæ.*
13 *Renunciatio fori qua ratione valeat?*

IVdicio ſiſtendi.) Bartolus & doctores duos hîc fideiuſſores iudicio ſiſti diſtinguũt. Primus eſt de ſtando iuri vſq; ad ſententiam.[o] Secũdus, de eundo ad iudicium: ille iudici datur, hic iudicis nuncio, aut miniſtris: 1

o Auth. offeratur. C. de lit. conteſt. l. 1. ff. ſi ſat. cogant.

niſtris:illius obligatio expirat lata ſenten-
tia[a],huius ſtatim atq; exhibitio[b] fit:ille ne-
ceſſariò datur,ſi qs immobilia poſsideat:[c]
hic,etiã ab eo qui immobilia habet[d]:ď quo
Vlpianum loqui omnes conſentiunt[e].Da-
tur fideiuſſor hîc (vt cõmuniter traditum[f]
eſt) ſiue re,ſiue verbo miniſtri citent,acci-
piq; debet obligatio hæc fideiuſſoria,rela-
xariq; captus, alioqui officiales actione in
iuriarum teneri[g] receptum[h] eſt.
2 DEDERIT.)Dupliciter,ideſt vel,pprię,
vel pro dare voluerit[i].Pone igitur captum
ab apparitore, fideiuſſorem pro ſe dediſſe
ſcholaſticum,qui priuilegio[k] fori ſpeciali
ter (quod ſecũdũ opinionem cõmunem[l]
poteſt) minimè renũciauit,certè mulctam
3 iudex iure imponet,quaſi non obtemperã
ti,cùm talem dederit:pone rurſus captum
velle dare fideiuſſorem ſcholaſticum,offi
cialis rectiſsimè non admittet.
4 NON ſuppoſitum.)Sed an nõ ratione cõ
tractus,[m] ſiue fideiuſsionis, [n]foro iudicis il
lius ſupponitur?Et duplex nodi ſolutio eſt.
Prima,eademq́, approbata,[o] ratione cõtra
ctus cõtrahentẽ ſortiri forũ,non tamẽ pri-
uilegiũ amittere,qď habet in iudice eligẽ-
5 do.Finge (inquit Bartolus) clericum fide
iubere pro ſeculari,obligabitur quidẽ,con
ueniri tamen, niſi coram ſuo iudice nõ po
terit.Sanè (ne hoc in trãſcurſu ommittam)
abſtinere debent clerici fideiuſsionibus,[p]
ſed ſi faciant receptius[q] eſt,vt fideiuſsiones
valeant[r].Secunda ſolutio eſt,ratione con-
6 tractus ſortiri quem forum,ſcilicet ſi ibi in
ueniatur,remiſsioni locũ nõ eſſe,[s] niſi pri
uilegio fori renunciet,qui legis noſtræ ſen
ſus,& quotidian[9] valde eſt,in iudicijs,ſcho
7 liſq; receptiſsimus[t] quãuis Imola cõtrariũ
cõmuniter ſeruari affirmet.[v] Sed & ſunt ca
8 ſus permulti, in quibus remiſsio in contra
ctibus locũ habet,quos alij congerunt.[x]
9 PRO nõ dato.)At q̃,p dato haberi debuit,
licèt eſſet non idoneus.[y] Sed eſt ſolutio cô-
munis[z],legem contrariã loqui de fideiuſſo
re non idoneo, quo ad facultates, hanc de
non idoneo, quo ad cõueniendi facilitatẽ.
10 SPECIALITER.)Specialis renuncia-
tio ſufficit,ſingularis neceſſaria nõ eſt,Sed
an generalis ſufficiat? Et Accurſius negat,
cui alij frequentiores aſſentiunt,[a] quâlibet
11 Rainerio,Petro,Cynnoq́; authoribus, to-
12 tus hanc opinionem improbet mundus[b].
13 RENVNCIAVERIT.)Valet autem
renunciatio, nõ ſui ipſius vi[c] ſola,ſed ratio
ne contractus adiuncti, quibus foro alieni
iudicis fideiuſſor ſupponitur, quæ cõmu-
nis interpretatio[d] eſt.

II. PAVLVS. Lib. I. ad Edictum.

EX quacunq; cauſa ad prætorem,vel alios,qui iuriſdictioni pręſunt, in ius vocatus,venire debet:vt hoc ipſum ſciatur, an iuriſdictio eius ſit. Si quis in ius vocatus non ierit,ex cauſa à competente iudice multa pro iuriſdictione iudicis damnabitur. ruſticitati enim hominis parcendum erit. Item ſi nihil interſit actoris eo tempore in ius aduerſarium veniſſe,remittit prætor pœnã:puta quia feriatus dies fuit.

1 *Citatus in dubio comparere debet.*
2 *Iudex recuſatus de cauſis ſuſpicionis non cognoſcit.*
3 *Citationi iudicis delegati ſicut & ordinarij in dubio parendum eſt.*
4 *Reſcriptum delegatorium libello citatorio iudicis delegati inſerendum eſt.*
5 *Cardinalis ſi citet,reſcripti delegatorij inſertio neceſſaria non eſt.*
6 *Præfectus prætorio cùm citat, reſcriptũ delegatoriũ libello citationis inſeri debet.*
7 *Delegat⁹ iudex cognoſcit ã ſua iuriſdictio ſit.*
8 *Iudicis temporalis vt perpetui citationi in dubio parere oportet.*
9 *Citatus non veniens,quomodo puniatur.*
10 *Citat⁹ an venire debeat,quis iudex cognoſcat*
11 *Iudicem à iuriſdictione qualibet affectio excludit.*
12 *Iuriſdictio an ſua ſit,quãdo iudex cognoſcat.*
13 *Bartolus ſibi repugnat.*
14 *Eccleſiaſticus an ſecularis iudex cõpetens ſit cũ iter eos eſt cõtẽtio,eccleſiaſticus cognoſcet.*
15 *Iudici nihil opponẽtes, prorogaſſe eius iuriſdictionem videntur.*
16 *Error quando proroget iuriſdictionem.*
17 *Sententia pronunciantis ſe iudicem, vel non iudicem,quando ab eo reuocari poſsit.*
18 *Iudex loci an cognoſcat,cùm exterus negat ſe in loco contraxiſſe,vel deliquiſſe.*
19 *Bartolus ſibi contrarius, & eius hîc opinio communiter reprobata.*
20 *Exẽptus à iuriſdictione alicuius citatus ab eo in dubio venire debet.*
21 *Clericum citatio iudicis ſecularis non arctat.*

22 Sche-

a l. grate. §. & poſt litem. ff. de fideiuſſo. b g. in l. duobus. §. 1. in gl. exhibuerit. ff. iureiuran. c l. ſciẽdum. in princ. ff. qui ſat. cogan. d Fulgo. in rub. j. in ius vo. e Socin. nu. 13. f Alex. n. 5. g l. ſi verò. §. qui pro rei. ff. qui ſat. cogan. h Alex. n. 5. i l. ſi. ff. d rer. diuiſio. K Auth. habita. C. ne fil. pro patr. l Iaſ. colũ. 1. m l. omnẽ. ff. de iudic. n l. cum furioſus. §. 1. ff. de iudic. o Alexã. nu. 5. Iaſ. nu. 8. Socin. num. 14. p ca. ſe quidẽ. 11. q. 1. c. 1. de fideiuſſ. q Iaſ. num. 10 r c. quod quibuſdam. de fideiuſſ. ſ c. Romana. § contrahentes. de fo. com. in. 6 t Alb. & Ful hîc. Alex. col. 2. Iaſ. num. 9. Socin. num. 16. v Imo. ĩ. c. ſi. eo. 2. de fo. cõp. x So. reg. 410 incip. remiſsio Bern. in reg. 397. incip. remiſsio. y l. 3. verſ. fi. ff. de fideiuſſ. z Alex. n. 8. Iaſ. & Socin. num. 10. a Iaſ. num. 11. b Socin. nu. 9.

c l. ſi. conuenerit. ff. d iu. om. iudic. d Iaſ. col. fin.

22 *Scholaſticum citatio iudicis ſecularis in dubio coarctat.*
23 *Reſcripti falſitas cùm obycitur, quando proceſſus teneat.*
24 *Iudex procedendo, an videatur pronuntiare ſe competentem.*
25 *Mulcta vt imponi poßit, quæ requirantur.*
26 *Error non declinantis iuriſdictionem an obſtet proceſſui.*
27 *Ruſticitas, non ruſtici excuſantur.*
28 *Citatio ad diem feriatam non arctat.*
29 *Libellus an poßit offerri diebus feriatis.*
30 *Citatio facta tempore iuridico an in feriatum tempus conferri poßit, vel per contrarium.*
31 *Communes opiniones contrariæ.*
32 *Principes ſupremi dieb⁹ feriatis citare poſſũt.*
33 *Citatum nõ venientem an excuſet iudicis abſentia.*
34 *Syndicus quando excuſetur, ſi maleficium nõ denunciet.*
35 *Bãnitus intra diem præſtitutum non veniẽs, quando excuſetur.*

1 EX quacũque cau
ſa.) Ciuili, vel criminali, ſiue ad
petitionẽ partis, ſiue ex officio
iudex procedat, hæc em̃ opinio receptior[a]
eſt. Sed nunquid de cauſa ſuſpicionis, ſi vi-
2 delicet recuſetur, cognoſcet? Et non cogni
turum, Accurſius, & frequẽtiores fatẽtur.[b]
3 PRAESVNT.) De iudicib⁹ ordinarijs
ꝓpriè hęc accipiũtur.[c] Sed & in d̃legatis lè
gem procedere, crebrior opinio[d] eſt: niſi ꝙ
libello citatorio inſerẽdum reſcriptum de
4 legatoriũ Doctores[e] addunt, prætérquã ſi
Cardinalis citet,[f] cuius hoc nobilitati, &
honori Pontificij dant[g], cũ tamẽ Præfecto
5 prętorio Imperatoris nõ idem tribuãt:[h] po
6 teſt itaq; delegatus cognoſcere, an ſua iuriſ
7 dictio[i] ſit, quæ (gloſſa licèt reclamãti[k]) cõ-
munis opinio[l] eſt, quam Felin⁹[m] tribus mo
dis ampliat, & duodecim limitat diligen-
ter. Habet præterea locum hæc lex in iudi
8 ce ordinario, non tantùm perpetuo, ſed &
temporali.[n]
9 HOC ipſum ſciatur.) Accurſius & Docto
res tres caſus diſtinguũt. Primus cũ cõſtat
in ius vocantẽ eſſe iudicẽ, quo eĩ, qui non
obtemperat, mulcta imponitur.[o] Secũdus,
cũ conſtat non eſſe iudicẽ, quo impune illi
non paretur[p]. Idq; multis modis cõtingit,
quos vel ratione cauſæ, vel perſonæ, vel lo
ci, vel tẽporis, Doctores[q] ponũt: ſufficitq;
in his, vt regulã pro ſequis habeat, quãuis a
liqui caſus excipiãtur.[r] Terti⁹ in dubio eſt,
quo caſu venire debet. Sed quis de eo co-
gnoſcet? Et ſi ad eũ, qui in ius vocauit, nul-
lum emolumentũ ſpectet, dubium nõ eſt, 10
eũ eſſe cõpetentẽ[s]. Quid ſi emolumẽtum
ad eũ pertinere poſſit, verbi grãtia ſportu-
larũ? Et Accurſius, quẽ Bartolus,[t] & non 11
pauci ſequũtur, nõ futurũ iudicẽ, aiunt, ne
in propria cauſa iudicet,[v] nã & quęlibet af-
fectio iudicẽ à iuriſdictiõe excludit.[x] Quid 12
igitur? Certè ſecũdũ horũ opinionẽ, vel ar
biter eligẽ, vel ſuperior cognoſcet[y]. Ro- 13
fredus & plures,[z] futurũ iudicẽ contendũt:
neq; enim de cõmodo ſportularũ principa
liter agitur, ſed per conſequentiã. Quam
ſententiã Bartolus ſibi cõtrarius magis am
plectitur[a]. Non cognoſcit tñ iudex, an ſua
iuriſdictio ſit, ſi fortè aliquid ei opponatur
quod eius famã ſuggillet, vt ꝙ infamis, aut
excõmunicatus eſt, in quo omnes conue-
niunt.[b] Idemq; eſt, ſi defectus naturalis iu-
dici obijciatur, putà, ꝙ furioſus, aut minor
ſit, quę etiã opinio cõmunis eſt[c]. Sicut & il
lud obſtat, ꝙ ſecularis d̃ ſpirituali cauſa co
gnoſcat.[d] Nam ſi inter ſecularem & eccle- 14
ſiaſticum contentio de iuriſdictione ſit, ec
cleſiaſtici vt pote maioris notio eſt, an ſit
cõpetens, ex Innocentij[e] ſententia, cui om
nes[f] aſſentiũt. Sed qd ſi iudici nihil oppona 15
tur? Et valitura quæ fecit receptũ eſt, ſi liti
gatores ſciãt, prorogaſſe enim eius iuriſdi
ctionẽ dicuntur[g]. Secus ſi dubitẽt, ignorẽt,
aut errẽt[h]. Sed & error, dubitatio, aut igno
rãtia actis nihil officiet, ſi ſæpius pronũtia
uit iudicẽ cõpetẽtẽ, a qua tñ ſentẽtia, licere 16
appellare, Accurſij,[i] Bartoli, & oĩum[k] cõſen
ſio eſt. Sed an reuocari poſſit? Et verior tra 17
ditio eſt, vt ordinari⁹ reuocet, ſiue ſe iudi-
cẽ, ſiue nõ iudicẽ pronũciet, delegat⁹ reuo
cet, ſi affirmatiuè, nõ, ſi negatiuè, ꝓnũciet[l],
poterit autẽ fieri reuocatio, etiã ſi ſe lite cõ
teſtata iudicẽ ꝓnũciet, & actis vſq; ad litis
conteſtationẽ ſaluis manẽtibus.[m] Quid ſi
Mẽtinẽſis Salmãticę cõueniatur, ꝙ hic cõ 18
traxerit, aut d̃liquerit, ipſe neget, an iudex
Salmanticẽſis de hoc cognoſcet? Et Barto
lus[n] in præſentia negat, quaſi inſpici id tan
tũ debeat quod petitur,[o] Innocentius ſum
mariè iudicem ante litem cõteſtatã de hoc
cogniturũ ait, quã opinionem alibi Barto
lus ſecut⁹[p] eſt, & frequẽtiores[q] ꝓbãt. Quid 19
ſi exẽptus in ius vocetur? Et in dubio veni
re de

a Bar. n. 11. Iaſ. n. 24. Soc. n. 21.
b Iaſ. n. 21. Socin. nu. 26.
c l. 3. ff. de off. præſ.
d Alex. n. 2. Socin. num. 3.
e Bar. in lect. n. 6. in rep. nu. 26. Soci. nu. 4. arg. auth. qui ſemel. C. quo. & quã. iud. l. auth. litigioſa C. de litig.
f Pau. in l. vnica. C. de mã. princip.
g c. nobiliſſimus. 97. diſt.
h l. 1. C. de ſuperindict. lib. 10. vbi Bart.
i c. paſtoralis. c. ſuper literis de reſcrip.
k g. in c. accuſatus. §. ſanè. in ver. manifeſtè. de hære. i. 6
l Iaſ. n. 6. & num. 17.
m Felin. in c. ſup literis. col. 12. de reſcript.
n Bar. nu. 23.
o l. 1. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp.
p l. vl. ff. d iu. omn. iudi.
q Bar. colũ. 1. Iaſ. n. 31. & 33.
r Inno. in ca. præterea. de dila. g. ĩ. c. romana. ĩ. g. citẽt. de appell. in 6
s l. ſi qs ex aliena. ff. de iudic.
t Bar. n. 3. Iaſ. num. 30.
v l. qui iuriſdictioni. ſuprà de iu. om. ind. l. 1. §. in propria ff. quan. appellan. ſit.
x d. l. qui iuriſdictionis. l. prætor. ff. d iu. om. iudi.
y l. vl. ff. d iudic.
z Socin. nu. 16
a Bar. ĩ. nu. 11.
b Bart. nu. 4. Iaſ. n. 20. Soci. num. 23.
c Abb. in ca. ſuper literis. nu. 10. de reſc. Soci. hic. n. 26.
d c. ſi index. d ſent. excom. in 6. Iaſ. nu. 21.
e Innoc. in c. cęterũ. d iudi.
f Iaſ. hic. n. 19 Felin. in c. paſtoralis. nu. 4. de reſcript.
g l. 2. ff. d iudi.
h l. ſi per errorem. ff de iur. om. iudi.
i gl. in Aut. habita. in g. fi. C. ne fil. ꝓ pat.
k Bart. hic in lect. nu. 10. & in repet. n. 14. Iaſ. num. 38.
l c. ſignificãtibus. de offic. deleg. Iaſ. num. 38.
m Bart. n. 14.
n Bart. nu. 7.
o l. cùm quedam. de iu. om. iudic.
p Barto. in l. præſcriptione. col. penul. C. ſi con. ius.
q Soci. hic col. fi. Iaſ. ad fin.

20 re debet, niſi notoriè conſtet exemptum,[a]
& ipſo iure exemptus[b] ſit, aliud ſi ope exce
ptionis, ſed & ſi in libello citatorio, iudex
aliquid exprimat, quo appareat citatio ex
ceptionẽ aut excuſationem cõpetere, im-
21 pune non parebit.[c] Quibus cõſequens eſſe
nemo ambigit, vt clericum citatio iudicis
22 ſecularis non arctet,[d] notoriè enim ipſo iu
re exemptus[e] eſt, aliud in ſcholaſtico dict-
mus, qui per exceptionem[f] eximitur.
23 A N iuriſdictio eius ſit.) Quid ſi reſcripti
falſitas obijciatur? & ſi literæ falſę dicãtur,
quandocunq; obijci hoc poteſt, ſi obiectio
24 aut ſurreptio, proceſſus tenet, pręſertim ſi
exceptio nõ opponatur.[g] Sed nũquid ipſo
facto, id eſt procedẽdo in cauſa iudex ſentẽ
tiæ huius vicẽ ſupplere põt? Et ſi exceptio
declinatoria obiecta nõ fuit, pronũciare ni
hil videtur, quãuis ꝓcedat,[h] ſi obiecta eſt,
pronũciare videtur ſe cõpetẽtẽ, cũ ea acta
admittit, per quæ expirat ius declinãdi[i], id
quod nunc ante litẽ conteſtatã, nunc poſt,
nunc per ſententiam contingit, pro differẽ
tia ſcilicet exceptionũ, quæ opponuntur.
25 EX cauſa.) Tria ergo requiruntur, vt mul
cta poſsit imponi, cauſa, cõpetẽtia iudicis,
& ꝙ iuriſdictionis metã minimè excedat.[k]
26 R V S T I citati.) Num & errori? Et Bartoli
approbatur diſtinctio, vt ſi exceptio in iu-
re cõmuni fundetur, proceſſui error nõ de
clinãtis obſtet,[l] ſi in priuilegio non obſtet,
niſi opponatur. prioris exẽplum in clerico
eſt, qui corã iudice ſeculari cõueniatur. po
ſterioris, in ſcholaſtico, qui corã poteſtate,
hic priuilegio, ille iure cõmuni tutus eſt.
27 Illud hîc notandum eſt, ꝙ ruſticitati dixit,
non ruſticis. neq; enim ruſtici ſagaces qui
ſunt excuſantur.[m]
28 Q V I A dies feriatus fuit.) Citatio ad diẽ
29 feriatũ nõ arctat, an nec libellus offerri die
feriata poſsit? Et approbata[n] traditio eſt, vt
ijs dieb⁹ offerri poſsit, qui feriati ad vtilita
tẽ hominũ[o] ſunt, nõ qui ad Dei honorẽ. Tũ
etiã offerri iudici poſſe nõ partibus, ne ab
30 opere ſic auocẽtur. Sed qd ſi tẽpore iuridi
co facta citatio ſit, & in tẽpus feriatũ colla
ta? Et cõmuniter[p] ſic diſtingũt, vt ſi error in
citatione exprimatur, ipſo iure nulla[q] ſit, a
lioqui valeat. An tñ aut anteriori aut põſte
riori tẽpore citatus venire tũc debeat, Bar
tol⁹ legẽdus eſt. Quid ſi tẽpore feriato cita
tio fiat, & in tẽpus iuridicum collata eſt? Et
Bartol⁹[r] cõmunẽ opinionẽ hãc eſſe ait, ne

a Innoc. in c. ex parte. de verb. ſigni. Socin. hic. n. 28.
b c. cum perſonæ. de priuile. in 6.
c c. præterea. de dilat. l. eorẽ pore. in princ. ff. de pecu. Soc. num. 6.
d g. in c. coniuenior. in glo. congrueret. 23. quæſt. 8.
e Auth. ſtatuimus. C. de epiſc. & cleri.
f d. Auth. habita.
g l. præſcriptione. l. & ſi nõ cognitio. C. ſi con. ius vel vtili. pub.
h l. 1. §. præterea. ff. de con. & vti. act.
i c. ex parte & appellat. el. ſi. Bart. n. 17. Iaſ. num. 45.
k Bar. in principio. verſ. ſeq.
l l. ſi per errorem. ff. de iur. om. iudi.
m g. in l. athletæ. §. de ruſticis. ff. de excu. tute. Alexan. hic nu. 4. Iaſ. num. 11. Socin. num. 9.
n Alex. in l. 1. num. 13. ff. de fer.
o l. miles. §. ſexaginta. ff. ad l. iul. de adult.
p Bart. in §. item ſi. num. 3.
q l. ſi. ff. d fer.
r Bar. in §. itẽ ſi num. 6.

citatio teneat, quaſi lex initio reſiſtat.[s] Ali 31
bi[t] cũ cõmunẽ etiã fateatur, addit tñ, cõſuetu
dine & ſtylo curiæ Romanę cõtrariũ ſerua
ri. Iaſõ[v] quãdoq; cõmunẽ doctorũ vtriuſq;
iuris opinionẽ affirmat, ne valeat, ꝗdoq;[x]
idẽ & Zaſi⁹ receptius hoc eſſe dicũt, vt va-
leat. Igitur, vt hæc cõponãtur, ſi cõſuetudo
fuerit, eã attẽdi debere,[y] detracta verò con
ſuetudine citationẽ fieri poſſe dieb⁹ feria-
tis, ob vtilitatẽ hominũ, nõ poſſe feriatis in 32
dei honorẽ. Sanè principes ſupremi die fe
riata citare poſſunt, feriæ enĩ iuris ciuilis
ſunt[z]. Sed qd ſi citat⁹ ideo nõ veniat, qa iu- 33
dex abfuit? Et nõ arctari citatione, Accur-
ſius notat, cui alij aſſentiũt. Sic & ſyndicus
excuſatur, q maleficiũ ideo nõ denunciat 34
qa iudex aberat ſic & bãnitus, ſi intra diẽ
præſtitutũ nõ veniat. Cautiùs tñ oẽs faciẽt
ſi iudicis abſentiam proteſtentur.[a] 35
III. *VLPIANVS. Lib. XLVII. ad Sabinũ.*

CV M quis in iudicio ſiſti pro-
miſit, neq; adiecit pœnã, ſi ſta
tus nõ eſſet: incerti cũ eo agen
dum eſſe, in id quod intereſt, veriſsimũ
eſt[1]: & ita quoq; Celſus ſcribit.

1 *Certi condictio competit ad petendum id quod intereſt.*
2 *Obligatio & actio ſuccedũt ĩ id quod intereſt poſt moram in obligationibus faciendis.*

INcerti.) Ideſt certi cõdi
ctione ad id qđ 1
intereſt, qđ prima facie incer-
tũ ſit, in proceſſu tñ & ſentẽtia
certũ reddetur. nã in id quod intereſt, certi
cõdictionẽ cõpetere ſũma oĩũ cõſẽſio eſt.[b]
AGENDVM eſſe in id qđ intereſt.) In o
bligationib⁹ faciẽdis poſt morã, nõ obliga-
tio ſolũ, ſed & actio ſuccedit ĩ id qđ ĩtereſt. 2

IN IVS VOcati vt eant, aut ſatiſdẽt.
Titul. VI.

IN Ius.) Haloander ru
bricã hãc, præ
cedẽti præpoſuit, id qđ ordi
ni ipſi iudiciorũ videt magis
congruere. Sed ego cætera
exemplaria ſecutus ſum, quæ omnia tãquã
poſteriorem agnoſcunt.

PAVLVS. Lib. 1. ad Edictum

Edicto

s l. ſi minor. ff. d fer expur.
t Bart. in tra. de citat. q. 7.
v Iaſ. in l. 2. § nunciatio. n. 8 ff. d no. op. nũ.
x Iaſ. & Zaſ. in l. 2. col. 2. ff. de in ius voc.
y l. de quibus ff. de legib.
z g. in l. digna. C. de legib. Bart. hic. n. 8.
a l. ſi. C. de his qui pe op. met. iudi. nõ appel.
b Alexã. & Iaſ. hic Iaſ. in l. certi condictio. in pric. n. 36. cũ ſeq. ff. ſi cer. pet. Chriſtoph. in prin. inſt. qui. mod. re cõtrah. obli. Bart. in l. ſtipulationes nõ di. n. 45. ff. de verbo. obligat.

EDICTO cauetur, vt fideiuſſor iudicio ſiſtēdi cauſa datus, pro rei qualitate locuples detur: exceptis neceſſarijs perſonis. ibi enim qualemcunq; accipi iubet. veluti pro parente, patrono.

1 *Fideiuſſor an in omnibus cauſis locuples eſſe debeat.*
2 *Neceſſariæ perſonæ cur à fidei iuſſione iudicio ſiſti releuentur.*
3 *Statuta quæ cōſanguineis clericorum pœnam imponunt, contra libertatē eccleſiaſticā ſunt.*
4 *Conſanguineus à conſanguineo cōuentus, qualemcunq; fideiuſſorem iudicio ſiſti accipiat.*
5 *Fideiuſſor iudicio ſiſti locuples non in ſubſidium datur.*

a Lius ſingulare. ff. de leg.
b Iaſ. num. 11. Socin. num. 5.

1 IVdicio ſiſtendi.) Quid in alijs cauſis? & ad alias hoc non extendi[a] crebrior opinio eſt[b].

2 EXCEPTIS.) Sed cur hæ excipiuntur? Et Accurſi[*] & alij rationē afferūt, quia veriſimile minimè ſit, vt nō ſiſtat cōiunctus, ne fortè coniuncti quos dedit vexentur. Quo argumento & hoc Angelus & recen-
3 tiores[c] affirmant, eſſe contra libertatem eccleſiaſticam ſtatuta, quę conſanguineis clericorū pœnā imponunt.[d] Sunt & qui intelligant,[e] vt qui aduerſus neceſſarios agit, in
4 honorē neceſsitúdinis oblatū à reo qualēcunq; fideiuſſorem accipiat, quæ declaratio ſat tolerari poteſt.

c Socin. nu. 8. Iaſ. num. 2.
d Auth. caſſa. C. de ſacroſ. eccleſ.
e Cora. miſcellа. lib. 4. c. 10.

5 QVALEMCVNQVE.) Idq; non in ſubſidium conceſſum, ſed etiam ſi locupletiorem dare neceſſarij poſſent, communiter[f] traditum eſt.

f Socin. n. 4. Iaſ. nu. 10.

II. CALLISTRATVS. Lib. I. ad Edictum monitorium.

ITEM pro patrona, liberis ue ſuis, vel vxore, nuruve. tunc enim qualiſcunq; fideiuſſor accipi iubetur: & in eum, qui nō acceperit cum ſciret eam neceſsitudinem perſonarum, quinquaginta aureorum iudicium competit.

1 *Conſanguinei quando in cauſis conſanguineorum teſtes eſſe poſsint.*

1 VXore nurúve.) Quid de ſimilib[*] perſonis neceſſarijs? Et ad eas etiam edictum extendi frequentiores[g] affirmant, dum tamen ex eorū numero neceſſariorum ſint, qui Inuiti teſtimoniū dicere nō coguntur,[h] quos ad ſeptimum gradum Accurſius perducit.[i]

g Iaſo. nu. 4 Socin. num. 2.
h l. lege. ff. de teſtib.
i g. in. l. ſi fœmina. C. ad Turpil. Iaſo. hic ad ſi. Lanf. in. c. quoniam contra. in ver. teſtium. n. 27. de proba.

III. PAVLVS. Lib. IIII. ad Edictum.

QVONIAM pro locuplete accipitur fideiuſſor in neceſſarijs perſonis.

1 *Fideiuſſoris facultates neceſsitudo ſupplet.*

PRO locuplete.) Supplet hîc neceſsitudo faculta 1 tes fideiuſſoris. Neceſſarij verò non ad quartū gradū reſtringuntur, ſed magis ad ſeptimum, dum tamen finita neceſsitas minimè ſit.[k]

k Socin. n. 2.

NE QVIS eum, qui in ius vocabitur, vi eximat. Tit. VII.

EXimat.) Supplent Bartolus & alij rubricam, ex legibus Pauli[l] & Vlpiani,[m] quę edictū interpretantur.

l l. Sed ſi eximendi. §. prætor.
m l. ſi per aliū §. in eum.

VLPIANVS. Lib. V. ad Edictum.

HOC edictum prætor propoſuit, vt metu pœnæ cōpeſceret eos, qui in i[9] vocatos vi eripiūt. Deniq; Pōponius ſcribit, ſerui quoq; nomine noxale iudicium reddendum: niſi ſciente domino id fecit. tunc enim ſine noxæ deditione iudicium ſuſcipiet. Ofilius putat locum hoc edicto nō eſſe, ſi perſona, quę in ius vocari nō potuit, exempta eſt: veluti parēs, & patronus, cęteræq; perſonæ. quæ ſententia mihi videtur verior. & ſanè ſi deliquit q vocat, nō deliquit q eximit.

1 *Poſitiones ſuſtentantur, in quarū altera ſe promiſiſſe negat reus, in altera præſcripſiſſe.*

NON deliquit.) Sed cur in lege ſequenti deliquiſſe dicitur? Et Bartolus pluréſque ita componunt, vt dicamus eū

mus eũ non delinquere, ſed poſito ꝙ delinqueret, deterioris cõditionis futurũ, quàm a ſit is qui eximet. Quo argumento, & poſitiones ſuſtentari aiunt, cum altera ſe promiſiſſe negat reus, altera præſcripſiſſe, ſenſus enim eſſe poteſt, ſe quidem nõ promiſiſſe, poſito tamen ꝙ promiſerit, præſcriptione intentionem actoris elidi poſſe. Alij aliter diſſoluunt.[a]

a Alex. n.2. Iaſ. & Soci. num. 5.

II. PAVLVS. Lib. IIII. ad Edictum

NAM cum vterq; contra edictũ faciat, & libertus, qui patronũ vocat, & is qui patronum vi eximat: deteriore tamen loco libertus eſt, qui in ſimili delicto petitoris partes ſuſtinet. Eadem ęquitas eſt in eo, qui aliò, quàm quò debuerat, in ius vocabatur. Sed & fortius dicendum eſt, non videri vi eximi eum, cui ſit ius ibi non conueniri.

a *Actoris conditio in pari cauſa deterior eſt.*

2 *Sed, & ſedet quemadmodum aduerſentur.*

1 DEteriore.) In pari cauſa, deterior eſt conditio agentis, fauorabiliores enim rei potiùs quàm actores inueniuntur.[b]

b l. fauorabiliores. ff. de reg. iu.

c Iaſ. num. 11.

2 SED &.) Receptiſsima[c] Accurſij gloſſa in præſentia eſt, aduerſatiuam ſed, aduerſari in iure & facto, ſed & non in iure, ſed in facto tantùm, quæ notula ad infinitos iuris articulos pertinet.

III. VLPIANVS. Lib. V. ad Edictum.

QVOD ſi ſeruum quis exemit in ius vocatum, Pedius putat ceſſare edictum: quoniã non fuit perſona, quę in ius vocari potuit. quid ergo? ad exhibẽdum erit agendũ. Si quis ad pedaneum iudicem vocatum quem eximat, pœna eius edicti ceſſabit. Quod prętor pręcepit, VI EXIMAT: Vi, an & dolo malo? ſufficit vi, quamuis dolus malus ceſſet.

a *Citari ipſo iure, aut ope exceptionis, varijs ex cauſis quidam non poſſunt.*

2 *Pedanei iudices qui?*

1 PErſona.) Sunt igitur, qui ope exceptionis, trahi ad iudiciũ nõ poſſunt, vt parẽs, patronúſue. Sũt q ipſo iure, etiã homine nõ opponente, vt clerici ad tribunal iudicis ſecularis. Sunt qui ipſo iure, dum tñ homo opponat, quales ij, qui ius reuocandi domũ habent. Sunt qui propter defectum ſtatus, vt ſeruus.

PEDANEVM.) Pedanei iudices, qui dicãtur, pluribus alibì diximus. 2

IIII. PAVLVS. Lib. IIII. Ad Edictum.

SED eximendi verbum generale eſt, vt Pomponius ait. eripere enim eſt de manibus auferre per raptũ: eximere quoquomodo auferre. vt puta ſiquis non rapuerit quẽ, ſed morã fecerit, quominus in ius veniret, vt actionis dies exiret, vel res tempore amitteretur: videbitur exemiſſe, quãuis corpus non exemerit. Sed & ſi eo loci retinuerit, non abduxit, his verbis tenetur.

1 *Eximere genus eſt, eripere ſpecies.*

2 *Clericum includens, an in canonem incidat.*

EXimere.) Eximere igitur velut gen⁹ eſt, eripere velut ſpecies. 1

DETINVERIT.) Argumẽtum Paulus &[d] alij hinc ſumunt, vt incidiſſe in canonẽ[e] is dicatur, qui clericũ aliquo loco includat, & ſi ipſius corpus nõ tãgat. 2

d Iaſ. in 3. no.

e c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4.

ITEM ſi quis eũ, qui per calumniam vocabatur, exemerit: conſtat eum hoc edicto teneri.

1 *Eximere vi quis dicatur.*

2 *Calumniatoris quatenus interſit in propoſito huius tituli.*

3 *Eximens aliquẽ è carceribus quatenus teneat.*

QVI per calumniã.) Qui eũ eximit, qui vocari ipſo iure aut ope exceptionis nõ poterat, vi nõ eximit: [f] q eũ eximit qui vocari poterat, ſed nõ exigi, vi exemiſſe dicitur. Sed cũ actio ex hoc edicto detur in id quod intereſt,[g] quid calumniatoris intereſſe potuit? Et Bartol⁹ ac antiquiores,[h] intereſſe aiũt, ꝙ fortè venientẽ ex alia vera cauſa actor conuenire, ſeu (vt vocant) recommendare poſſet. Alij (quæ cõmunior[i] opinio eſt) actionem in propoſita ſpecie merè pœnalem eſſe, ac proinde eius reſpectum minimè haberi, ſed meræ vindictæ. 1 2

f l. 1. §. fi. ſupra

g l. ſi per aliũ §. in eum. ĩ.

h Iaſ. num. 9.

i Soci. colũ. 2.

CON-

3 CONSTAT.)Quemadmodum autem ij teneantur, è qui carceribus aliquem eximunt, Socinus & Iaſon legendi ſunt.[a]

a Iaſ.col.fin. Soci.in rubr.

PRętor ait: NEVE FACIAT DOLO MALO, QVO MAGIS EXIMERETVR. nam poteſt ſine dolo malo id fieri: veluti cum iuſta cauſa eſt exemptionis.

1 *Eximens aliquem, ne per inſidioſa loca ducatur, apud Deum & homines tutus eſt.*

a IVſta cauſa.) Ne fortè per inſidioſa loca duceretur: nã qui hunc eximit, apud Deum hominesq; excuſandus eſt, vt Paulus & recentiores notant.

V. VLPIANVS. Lib.V. ad Edictum.

SI per aliũ quis exemerit, hac clauſula tenetur, ſiue pręſens fuit, ſiue abſens.

1 *Mandans vt teneatur, non eſt neceſſe mandatarium eſſe preſentem.*

a HAc clauſula.) Scilicet nē ue dolo malo faciat &c.

SIVE abſens.) Vt igitur mandans teneatur, neceſſe nõ eſt, eum eſſe præſentem, quo tempore mandatarius faciat.

IN eum autem, qui vi exemit, in factũ iudicium datur: quo non id continetur, quod in veritate eſt: ſed quãti ea res eſt ab actore æſtimata, de qua controuerſia eſt. Hoc enim additum eſt, vt appareat, etiam ſi calumniator quis ſit, tamen hanc pœnam eum perſequi.

1 *Iuramenti in litē delatio in actionibus ſtricti iuris regulariter locum non habet.*

2 *Iuramenti in litem taxatio quomodo fiat.*

a IN factum.) Ius ſingulare hoc, vt in actione ſtricti iuris delationi iuramenti in litem ſit locus,[b] rationem Accurſius ponit, quam Bartolus, & alij ſequuntur.

b L.in actioni bus.ff.d.in lit. iur.

a IN veritate eſt.) Non ergo id quod cõmuniter, aut ſingulariter intereſſe potuit, continetur, ſed quãti actor in litem iurauerit, iudicis tamen taxatione præcedenti[c], in iuramentoq; & id continebitur, quod debitor debuit.

c Soci.num.3.

QVANTI EA RES EST.) Quæ æſtimatio non per veras probationes fiet, ſed per iuramentum in litem, quæ interpretatio cõmunis eſt[d].

d Bart.ad.§. Iaſ.col.1. Soci. num.4.

DOCERE autem debet quis per hãc exemptionē factum quo minus in ius produceretur. Cęterum ſi nihilominus productus eſt, ceſſat pœna: quoniam verba cum effectu ſunt accipiēda.

1 *Citatus quemadmodum probet ſe exemptum, & impeditum, ne ad iudicium veniret.*

2 *Negatiua ſemper probãda eſt ab eo qui negat.*

3 *Verba quemadmodum accipienda ſint.*

PER hanc exceptionē.) Probabit actor primùm, mandato iudicis competentis, factam vocationē: prętereà ritè, & legitimè factã: deinde exemptum impeditum quominus produceretur: tum etiam per vim exemptum. Ad hęc ꝙ eximens dolo malo exemit. Poſtremò eiuſmodi impedimẽtum allatũ, quod obſtiterit, ne ad iudicium produceretur. Reus contrà probabit, citationem aut fieri non debuiſſe, aut nõn potuiſſe, ac proinde exemptionem licitam. 1

QVOMINVS.) Negatiua probãda eſt, ſiue actionis, ſiue exceptionis ſit fundamẽtum, quod hîc Angelus, Fulgoſius, & Iaſon declarant. 2

CVm effectu.) Sunt tamen non pauci caſus, in quibus parum, aut nihil operantur.[e] 3

e Soc.reg.5 verba.

HOC iudicium in factum eſt: & ſi plures deliquerít, in ſingulos dabitur: & nihilominus manet qui exemptus eſt, obligatus. Hęredibus autem ita dabitur, ſi eorum interſit: nec autem in hęredem, nec poſt annum dabitur.

1 *Pœna, & eius quod intereſt, vna differentia.*

2 *Hæres interdum non eiuſdem conditionis, cuius defunctus.*

ET nihilominus.) Cõtinet enim meram pœnam: aliud eſſet, ſi daretur, in id quod intereſt.[f] 1

f l.1.§.ſi plures.ff.de eo per quem fact.er.

HAEREDIBVS.) Aliud in defuncto eſt, cui cõpetit, etiam ſi nihil eius interſit[g]. 2

g l.ſed exim de.§.iſtē ſi qu ſupra.

Differen-

Differētiæ rationem ponit Accurſius, quā alij probant, regulariter enim eiuſdem cō ditionis ſunt[a], nec ſolet ex perſona hæredum qualitas obligationis mutari.[b]

a l. hæredem. ff. de reg. iur. b l. 2. §. ex his ff. de ver. obli.

VI. IDEM. Lib. XXXV ad Edictum.

IS qui debitorem vi exemit, ſi ſoluerit, reum nō liberat: quia pœnam ſuam ſoluit.

1 *Actio ex hoc edicto datur ad merā vindictā.*

1 OVia pœnam.) Datur enim hæc actio ad meram vindictam, vt ſuprà dictum eſt[c].

c Iaſ. in verſ. hoc iudicium. colum. 2.

QVI SATIS dare cogantur, vel iuratò promittant, vel ſuæ promiſſioni cōmittantur. Tit. VIII.

CAIVS. Lib. V ad Edictum prouinciale.

SATISDATIO eodem modo appellata eſt, quo ſatiſfactio. nam vt ſatiſfacere dicimur ei, cuius deſideriū implemus: ita ſatiſdare dicimur aduerſario noſtro, qui pro eo, quod à nobis petit, ita cauit, vt eum hoc nomine ſecurum faciamus, datis fideiuſſoribus.

1 *Satiſdatio & ſatiſfactio vt genus & ſpecies ſe habēt*
2 *Satiſfacere qui tenetur fideiuſſorē dādo nō liberatur.*
3 *Satiſfacere qui tenetur, an liberetur dando pignora.*
4 *Fideiuſſoris præſtatio quibus caſibus non exigitur.*
5 *Fideiuſſorem qui non dat, nudam cautionem cū hypotheca omnium bonorum præſtat.*
6 *Fideiuſſores qui dare non poteſt, iuratoriæ ſuæ cautioni committitur.*

1 SAtiſfacere.) Atqui ſatiſdatio ſatiſfactionē veluti genus ſpeciē cōpræhēdit.[d] Sed poteſt vt Bartolus & alij notant, & vt genus, & vt ſpecies accipi ſatiſdatio. Sic enim & in adoptione videm[e].
2 Sanè ꝓpriè q ex cōtractu ſatisfacere alij tenet, fideiuſſorē dādo nō liberabit.[f] Quomō igitur? Et fatent oēs[g], vera ſolutione eſſe op, ꝙ ſi nō ex cōtractu, ſed legis diſpoſitiōe ſatiſfacere obligatus ſit, datis fideiuſſorib ſatiſfaciet. Cū ergo lege municipij caueret, vt nō ſatisfaciēt pecuniariter infra mēſem, manus amputaret, rectiſsimè reſpōſum eſt, pœnā vitari, ſi infra mēſem fideiuſſores pręſtētur.

d l. item liberatur. §. 1. ff. quibus mod. pig. vel hypo. ſol. l. ſirem. §. oīs. de pigno. act. e l. 4. ff. de adopt. f Authen. ſi quando. C. de conſt. pecu. l. promiſſor. ff. de cōſtit. pecu. g Alex. col. 2. Iaſ. 10. 1. Alciat. de verbo. ſig. l. cui præci pua. §. fin.

3 DATIS fideiuſſoribus.) Sed qd ſi pignora dare velit, an poſsit? Et crebrior[h] opinio eſt, vt poſsit,[i] idq; etiā creditore inuito, ni ſi fortè lex expreſsim dixerit fideiuſſorē præſtādū.
4 Sunt tñ nō pauci caſus, in qbus fideiuſſoris ꝓſtatio minimè[k] exigit, vt in illuſtribus, ſuperilluſtribus, proximis ſacrorū ſcriniorū, clericis, iudicib, qui in ſyndicatu (vt vocāt) ſunt, & gñaliter, in euidētiſſimè locupletib[l]:
5 ij tñ oēs (vt coīter traditū[m] eſt) nuda cautione cū hypotheca oīum bonorū cauere tenētur.[n]
6 Deniq; qui fideiuſſores dare nō pōt, iuratoriæ ſuæ cautioni cōmittitur, quo iure vtimur[o], ſed multis caſibus non procedit.

II. VLPIANVS, Lib. V. Ad edictum.

FIdeiuſſor in iudicio ſiſtendi cauſa locuples videtur dari, non tantū ex facultatibus, ſed etiam ex conueniendi facilitate.

1 *Fideiuſſor iudicio ſiſti interdum admittitur, licèt locuples non ſit.*
2 *Cōueniēdi facilitas quibus modis conſiderari poſsit.*

FAcultatibus.) Bonis,
1 Admittendū tñ fideiuſſorem facultatibus tenuē; oēs fatentur,[p] ſi debitor valde diues ſit.
2 CONueniēdi facilitate.) Ratiōe loci, ne fortè in arce, turri, aut loco munitiſsimo degat, quò aditus familiæ iudicis difficulter patet, idq; ſiue locus iudici ſubdit ſit, ſiue nō, hæc eñ aduerſus Guilielmū, Bartoli, & coīor opinio eſt[q]: rōne priuilegij, facilitas cōueniēdi nō eſt, ſi fortè fideiuſſorē clericū det aut ſcholaſticū: ratione conditionis ꝑſonę vt ſi miles, magnus aduocatus, notari cauilloſut, potēs aliqs ruſtico præſtaret,[r] q exēpla ab oibus approbant.[s]

h g. hic. & in l. prætoria. ff. de prætor. ſtip. Alex. hic. n. 6 Iaſ. & Socin. num. 12. i Auth. offeratur. C. de lit. conteſta. k l. quotiens. C. de dignit. l. in ſacris. 2. C. de prox. ſacr. ſcrini. libr. 12. l. cū clericis. C. de epiſ. & cleri. l. vnica. C. vt omni iudic. l l. de creationibus. C. de epiſ. audi. l. qui cung. 2. C. de ſun. pat. li. xi. m Iaſ. nu. 20. Soci. n. 15. Alcia. in. l. ſatiſdationis. ff. de verb. ſignific. n l. filio. vt legat. ſeu fidei com. nomi. cau. o Iaſ. num. 23 p g. in. l. mulier. C. de iur. dot. Socin. hic colum. 2. q Alex. co. 2. r l. ad ſin. ff. de alie. iudic. mut. cau. fac. s Iaſ. nu. 6. Socin. num. 8.

SIquis his perſonis, quæ agere nō potuerūt, fideiuſſorē iudicio ſiſtendi cauſa dederit, fruſtra erit datio.

1 *Intellectus varii huius verſiculi, & qui tenendus.*
2 *Defectus perſonæ, an actionis ſit multum intereſt.*

1 SIQVIS his.) Variè verſiculus hic intelligitur, ſed mihi præ cæterit, ille placet ſenſus, vt de īhabilitate recipiētis fideiuſſorem accipias, & hic etiā receptior eſt[t].
2 AGERE nō potuerūt.) Ex defectu perſonę, ſecus ſi ex defectu actionis, quæ Accurſij interpretatio & communis eſt.

t Alex. n. 4. Iaſ. num. 5.

Prętor ait.) SI QVIS PARENTVM PATRONVM, PATRONAM, LIBEROS, AVT PARENTES PATRONI, PATRONAE, LIBEROSVE SVOS, EVMVE, QVEM IN POTESTATE HABEBIT, VEL VXOREM, VEL NVRVM IN IVDICIVM VOCABIT: QVALISCVMQVE FIDEIVSSOR IVDICIO SISTENDI CAVSA ACCIPIATVR.

1 *Verba generalia ad idoneos reſtringuntur.*
2 *Statutum vt arbitri ſententia qualiſcunque executione mandetur, qualiter intelligendũ.*
3 *Inſtrumenta publica ſiue guarentigia quando habeant executionem paratam.*
4 *l. 4. & 5. titul. 8. lib. 3. ordin.*

1 QValiſcunque.) Idoneus tamen, ſic enim traditum ſępiſſime eſt, vt generalia quamlibet
2 legis verba ad idoneos reſtringantur[a]. Si igitur lege municipij cautum ſit, vt arbitri qualiſcunq; ſententia executioni mandetur, nec exceptio admittatur, de ſententia intelligem⁹, omniũ cõſenſu[b], q̃ ab eo la
3 ta eſt, q arbiter eſſe potuit. Rurſus ſi fortè caueat, vt inſtrumẽta publica, ſiue[c] (vt Tuſci vocãt) guarẽtigia executioni mãdẽtur,
4 de his etiã intelligem⁹, q̃ valida ſunt,[d] atq; ita Bartolus & recentiores omnes[e] aiunt.

QVod ait prætor, LIBEROSVE SVOS: accipiem⁹ & ex fœmineo ſexu deſcẽdẽtes liberos. parẽtiq; dabimus hoc beneficium, non ſolùm ſi ſui iuris, ſed etiã ſi i poteſtate ſit alteri⁹. hoc enim Pomponius ſcribit. Et filius fideiuſſor pro patre fieri poteſt, etiam ſi in alieuius poteſtate ſit. NVRVM: etiam pronurũ, & deinceps accipere debemus. Quod ait prætor: QVALISCVNQVE FIDEIVSSOR ACCIPIATVR: hoc quantum ad facultates, id eſt etiam non locuples. In fideiuſſorem, qui aliquem iudicio ſiſti promiſerit, tãti quanti ea res erit, actionem dat prętor. quod vtrũ veritatẽ cõtineat an verò quãtitatẽ, videam⁹. & meli⁹ eſt vt in verã quantitatem fideiuſſor teneatur, niſi pro certa quantitate acceſsit.

a l. vt gradatim. ff. de muner. & honor. l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. l. 1. C. de fid. inſtrum.
b Iaſ. num. 3.
c l. 4. & 5. tit. 8. lib. 3. ord.
d l. diuus. ff. de teſta. milit. vbi Bart. l. non putauit. §. non quauis. ff. de bono. poſſ. con. tab.
e Iaſ. & Soc. hic. Iaſ. in l. ſi quando. n. 4. not. C. vnde vi. Curt. in auth. ſacramẽta. n. 31. C. ſi aduer. vendi.

1 *Fideiuſſor iudicio ſiſti, an propriè fideiuſſor ſit.*
2 *Fideiuſſor iudicio ſiſti, an habeat beneficium excuſsionis.*
3 *Fideiuſſor iudicio ſiſti, an habeat ſex mẽſium inducias.*
diem & pœnam in præſentia appoſita, ac
proinde moræ purgatione eſſe opus, ne
pœnam ſoluat. Quod tamen in Prætorijs,
aut iudicialibus ſtipulationibus verũ eſt,
nam in conuentionalibus, ſi dies & pœna
apponatur, moræ purgatio non admitti-
tur[c], quia hæ ſecundùm conuentionem,
illa ſecundùm æquitatem prætoris iudicã
7 tur. Sed & in iudicialibus, ſi nõ ad litis ordi
nationem pertineant, ſed ad litis deciſio-
nem moræ purgatio admittenda non eſt[d].
8 Sed nũquid factum eſt ius deterius, quòd
actor fecit expenſas? Et non eſſe, conſtat,
9 expenſas enim aut officio iudicis, aut per
actionem in factum ſeruat[e]. Cæterùm in
iudicialibus ſtipulationibus moræ purga-
tio conceditur, ſi ius actoris deterius factũ
non eſt, in conuentionalibus ſi actoris nõ
intereſt[f].
10 PER exceptionem.) Idq; ideo, quia dies
in ſtipulatione poſitus eſt. Quòd ſi dies
non eſſet appoſitus, vt mora ipſo iure cõ-
mittitur per litis conteſtationem, ita ipſo
iure ante litem conteſtatam purgatur.

a l. 2. §. ſi. ff. qui ſat. cog. b Alex. nu. 9. Iaſ. nu. 20.

c l. traiectitia. §. 1. ff. de actio. & oblig. l. magnam. C. de cõtrah. & cõmit. ſtip. d l. Celſus. ff. de arb.

e l. 1. ff. Si quis ius dic. non ob temp. Alex. hic. nu. 12.

f l. ſi ita quis. §. ſeia. ff. de verb. oblig.

IX. VLPIANVS, Lib. XX. Ad edictum.

SI ſeruus ſe iudicio ſiſti promit
tat: non committitur ſtipula
tio, neq; in eum, neq; in fide-
iuſſores eius.

1 *Seruus regulariter in iudicio eſſe non poteſt.*

NEc ũ, neque in fi-
1 deiuſſores.) Niſi fortè caſus ſit,
in quo ſeruus in iudicio eſſe po
tuit[g].

g §. ſi plurium. infra.

SI plurium ſeruorum nomine iudicio
ſiſtendi cauſa, vna ſtipulatione promit-
tatur: pœnam quidem integram com-
mitti, licèt vnus ſtatus nõ ſit, Labeo ait:
quia verum ſit omnes ſtatos non eſſe.
verùm ſi pro rata vnius offeratur pœna
exceptione doli vſurum eum, qui hac
ſtipulatione conuenitur.

1 *Pluralis locutio quando in ſingularem reſol-
uitur.*
2 *Negatio ſigno vniuerſali poſtpoſita quid ope
retur?*
3 *Fideiuſſor an in duriorem cauſam obligari poſ
ſit.*
4 *l. 7. tit. 12. par. 5.*
5 *Solutio partis quatenus proficiat?*
6 *Differentia iuris ciuilis & Canonici.*

VNus.) Tantùm.
VERVM ſit.) Sed cur non 1
hîc pluralis locutio ad ſingu
los ſeruos refertur[h]? Et Bar-
tolus & alij reſpondent in lege contraria
copulari plora quo ad diuerſos effectus,
hîc quo ad vnum tantùm.
OMNES ſtatos non eſſe.) id eſt non o-
mnes ſtatos eſſe. Neq; enim (quod ferè ſo 2
let[i]) negatio hîc ſigno vniverſali poſtpo-
ſita, radicitus actum nullum reddit, quod
& Valla notat Dialectices. lib. 1. capit. 26.
Sic & illud quæſitum eſt, fideiuſſor qui in 3
duriorem cauſam obligari non poteſt[k], ea
tenus ſaltim obligetur, quatenus reus te-
nebatur? Et non teneri Accurſius[l], Barto-
lus, & cæteri[m] crebriùs affirmant. Alciat[n]
contrà, tum quod emendatiora exemplaria,
Placuit non omnino obligari, legant: tũ
etiam, quod diſtinctionem hanc, negatio præ
cedat ne, an ſequatur, veteres pleriq; auto-
res neglexerint, cui opinioni Regia quoq; 4
lex[o] fidem adſtruit.
PRO rata vnius.) An ſolutio partis profi- 5
ciat, multa Accurſius, Bartolus, & alij in
culcant. Sed tres caſus conſiderantur. Pri-
mus eorum quæ in conditione ſunt. Secũ-
dus eorum quæ in obligatione, fine diſpo
ſitione. Tertius eorum quæ in obligatio-
ne reſpectu ſui, in conditione reſpectu ac-
ceſſorij, verbi gratia pœnæ ſeu pignoris.
In prima ſpecie, de actione acquirẽda agi-
tur, & ſi quid implendum ab vno eſt, non
ſufficiet implere pro parte[p], ſi à pluribus,
ſatis erit, naſciturq; actio pro parte implẽ-
tis[q]. Idemq; eſt, cùm conditionis imple-
mentum in ſpecie certa conſiſtit[r]. Si verò
in ſpecie incerta, implementum pro par-
te nil operabitur[s], ſi in facto indiuiduo idẽ
eſt, ſi in facto diuiduo, implementum pro
parte ſufficiet[t], quo in articulo Accurſius
hîc labitur, vt plures notãt. In ſecunda ſpe
cie, de liberatione cõſequenda agitur. Et
ſi factum in obligatione eſt, implementũ
pro parte nõ ſufficit, facta enim indiuidua
ſunt[v]. Si ſit in obligatione, datio certæ quã
titatis, aut ſpeciei, ſolutio partis ipſo iure
liberat,

h l. falſa adſ. ff. de cõdit. & demõſtr.

i l. legitimos. §. an ergo. ff. de legit. tut.

k l. fideiuſſor §. 1. ff. de fideiuſſor. l Gl. in l. græce. §. illud. in gl. oĩne. ff. de fideiuſſ. vbi. Bar. m Aret. poſt gl. in §. fideiuſſores. inſt. de fideiuſſor. n Alciat. parer. lib. 5. c. 17

o l. 7. titu. 12. par. 5. p l. cui fund. in princ. ff. de condit. & demõ. q l. cui fund. in 2. reſ. l. pe. §. 1. ff. de cõdit. & demonſ. r l. ſi ſtipulatus. §. 1. ff. de ſolut. ſ l. 2. §. quadã ff. de verb. oblig. t l. ſi plures. cum. g. C. de cõdit. inſer. taſ. nu. 3. v l. ſtipulationes non di. ff. de verb. oblig.

liberat, ſed accipere creditor inuitus non cogitur[a], ſi in obligatione dandi genus eſt ſolutio partis nil agit[b], nam quod Accurſius ait, ſolutionem eſſe in pendenti, cæteri communiter reprehendunt[c], in obligatione alternatiua admittunt, quãuis enim ſolutio partis ſoluentem non liberet, in ſuſpenſo tamen eſt[d]. In tertia ſpecie, ſoluta parte ſortis, in nihilum obligatio pignoris diminuta eſt[e]. In acceſsione verò pœnæ, ſic ſolet diſtingui, vt ſi pœna adiecta ſit obligationi quantitatis, vel ſpeciei certæ, vel generis, ſolutio partis, nihil impediat
6 pœnam in ſolidum committi, iure ciuili, nam canonico[f] pœna non cnmmittitur niſi ꝓ parte implẽtis. Quod ſi facto adijciatͥ ſiquidẽ indiuiduo, ſolutio partis nil operabitur[g]. Si diuiduo, contra promiſſorem principalem inſolidum pœna committitur, etiam ſi pro parte ſoluat[h], in ſtipulationibus conuentionalibus. In prætorijs verò, vel iudicialibus, ipſo iure committitur ſed effectu exceptio obſtat, vt in pręſentia rom, quia hæ ſtipulationes æquitate nituntur[i]. Deniq; in hæredibus rei principalis, ſi vnus fecerit contrà, facta diuidua ab indiuiduis diſtinguuntur[k].

a l.tutor.§.lucius.ff.d vſur.
b l.in ſtipulationibus.ff.de verb.obl.l.ſi ſtipulatus.§.1.ff.de vſu.
c Alex.n.6. Iaſ.nu.5.
d l.rogaſti.§.fi.ff.ſi cer.pet.
e l.quandiu.C.de diſtrat.pig.
f c.ſuam.de pœnis.
g l.4.§.Cato.ad fi.ff.de verb.oblig.
h §.Cato.ad fi.
i l.1.ad fi.ff.de prat.ſtipu.
K d.§.Cato.

X. PAVLVS. Lib. I. Ad Plautium.

SIeum iudicio ſiſti promiſero, qui iam tẽpore liberatus eſſe dicebatur, quia iam actione forte nõ tenebatur: actio in me dãda eſt, vt vel exhibeam eũ, vel defendam, vt veritas inquiratur.

1 *Præſentia rei, quando requiratur?*

ACTio in me dãda eſt.) Quamuis enim actoris ratione debiti non interſit, at intereſt ratione expenſarum, quas ab eo, qui actiones mandauit, conſequi potuit.

VT VEL exhibeam.) Hęc actio in id datur quod intereſt[l], à qua tamen fideiuſſor liberabitur, ſi vel exhibeat, vel abſentem defendat.

l l.2.§.2.ff.qui ſatiſda.cog.

1 VEL defendam,) Sed an rei præſentia requiritur? Et fatendum id eſt, in ijs quæ pręſentiam deſiderãt, alioqui defenſio ſat eſt.

HOmo ſiſti promiſſus, ante diẽ dolo promiſſoris perijt: certo iure vtimur, non ante pœnã peti poſſe, quàm dies venerit. tota enim ſtipulatio in diem collata videtur.

1 *Dies & conditio vbi apponitur, ſemper expectatur diei euentus.*

INdiem.) Vbi dies[1] & conditio apponitur, licẽt conditio eueniat, expectatur tamen dies aduentus.

QVi iniuriarũ acturus eſt, ſtipulatus erat ante litem cõteſtatam, vt aduerſarius ſuus iudicio ſiſtat: cõmiſſa ſtipulatione mortuus eſt. non competere hæredi eius ex ſtipulatu actionem placuit: quia tales ſtipulationes propter rem ipſam darẽtur. iniuriarum autem actio hæredi non competit. quamuis enim hæc ſtipulatio, iudicio ſiſtendi cauſa facta, ad hæredem tranſeat, tamen in hac cauſa danda non eſt. nam & defunctus ſi vellet omiſſa iniuriarum actione, ex ſtipulatu agere non permitteretur ei. Idẽ dicẽdum eſſe & ſi is cum quo iniuriarum agere volebam, ſtipulatione tali cõmiſſa deceſſerit. nam non competit mihi aduerſus hæredẽ eius ex ſtipulatu actio. & hoc Iulianus ſcribit. ſecundùm quod & ſi fideiuſſores dati erant, minimè dabitur in eos actio, mortuo reo. Idem Põponius, ſi non poſt longum tẽpus deceſſerit. quia ſi ad iudiciũ veniſſet, litẽ cum eo cõteſtari actor potuiſſet.

1 *Actiones quãdo ad hæredes tranſeant.*
2 *Actio ſubrogata quando ſapiat naturã eius in cuius locum ſubrogatur?*
3 *Bartoli opinio communiter reprehenditur.*
4 *Ius agendi ad ſupplementum an præſcribatur quinquẽnio?*
5 *Querela inofficioſi teſtamenti & ius agendi ad ſupplementum quatenus differant?*
6 *Dictionum exceptiuarum natura quæ ſit?*
7 *l.Titia.§ fi.ff.de manumiſsis.teſtam.*
8 *Bartolus ſibi repugnat.*
9 *Conditionalis diſpoſitio ſit an pura reſolubilis ſub cõditione quantum interſit.*

NOn competere.) Quamuis enim actiones ex cõ- 1
tractibus ad hæredes tanſeant,[m] non

m lex depoſiti.ff.de actio & oblig.

non tamen hęc quæ illi accedit, quæ tranſitoria non eſt.

2 PROPTER rem.) Actio ſubrogata ſapit eius naturam, in cuius locum ſubrogata eſt, ſi tamen acceſſoriè ſubrogetur vt hîc, nō ſi æquè principaliter,[a] quæ opinio
3 cōmunis eſt[b]. Qua ratione & Bartoli[c] ſententia cōmuniter reprehēditur, exiſtimātis iuri agēdi ad ſupplementū, ſicut & querelæ quinquēnio præſcribi, neque enim ius
4 agendi ad ſupplementum querelæ accedit, ſed æquè principale remediū eſt, illud, prorſus exhęredato compeřēs, hoc ei cui
5 minus legitima portione relinquitur, illud odioſum, hoc fauorabile eſt. Sed & actio ſubrogata eius ſapit naturam, in cuius locum ſubrogata eſt, dū tamē de primordiali intelligas non de accidentali,[d] in quo etiam omnes conſentiunt.[e]

6 SI non.) Multa hîc Bartolus & cæteri de dictionibus exceptiuis infarciunt, quæ tamen videri omnia poſsint non ſatis ſuo loco dici. Sed vt ijs mos geratur, quibus hæc in pretio ſunt, ſciendum eſt, tres eſſe coniūctiones exceptiuas, pręter, præterquàm, Niſi, quarū ea natura eſt, vt de genere aut regula vnam ſpeciem, aut vnū aliquid eximant[f], dum tamen id de regula ſiue genere[g] ſit. Duæ igitur priores, ſi rei adiungantur, quam præcedens genus compræhendit, exceptiuè ponuntur, ſed ita vt oratione negatiua præcedenti ponant, affirmatiua præcedenti negent[h]. Quòd ſi rei adiungantur, quam præcedens genus non compręhendit, implicant magis aut ampliant, non excipiunt.[i] Dictionis, Niſi, longè alia ratio eſt, aut enim, rei adijcitur, quam præcedentia contineant, neque verbo adiungitur & eiuſdem naturæ eſt, cuius & ſuperiores[k], excipit enim, atque ita, vt præcedenti affirmatione neget, nega-
7 tione præcedenti affirmet. Quocirca cùm ſcripſiſſet teſtator,[l] Oneſiphore niſi diligenter rationes reddideris, liber ne eſto, rectè cōmuniter[m] notatum eſt, conceptione liber ne eſto, (quia huic par eſt, liber eſſe non poſsis) potentiam negari, ac proinde poni eam illis niſi diligēter rationes reddideris, vt ſit ſenſus, ſi rationes reddideris liber eſſe poteris. Sic ſi promittas, vt vendere alij non poſsis, niſi mihi, potentiam ponis mihi, non alij vendendi[n], non vt actu cogi à me poſsis, vt mihi vendas. Rurſus ſi promiſeris, vt alij vendere non tenearis, niſi mihi, actum poſuiſti, cogiq; à me poteris, vt mihi vēdas.[o] Si verò ei rei adijcitur quam præcedentia non continēt aut verbum ſubiungitur, in vltimis voluntatibus, diſpoſitionem conditionalem, ſine diſtinctione reddit.[p] Idémque in cōtractibus, ſi diſpoſitio in futurum concepta[q] ſit, quòd ſi in præſens præteritúmue, erit diſpoſitio pura, ſed ſub conditione reſolubilis[r], differētiæ rationes commodiſsimæ illę redduntur, ꝙ non vt vltimæ voluntates ſic contractus ſuſpendi poſsint,[s] quódque conceptionis in futurum ea natura eſt vt conditionem faciat.[t] Nam quod hîc Bartol[v] diſtingui voluit, diſpoſitio dictionem niſi præcedat, an ſubſequatur, meritò[v] alibi ipſe non probat, vtcunque enim 8
ſe habeat ſcripturæ ordo, at ordine intellectus, dictio niſi poſterior[x] erit. Sed quid in 9
tereſt, diſpoſitio conditionalis ſit, an pura ſub cōditione reſolubilis? Et quia dixi pluribus de hoc aliàs, hîc, tres annotaſſe differentias ſat ſit. In conditionali ſuſpendi ſubſtantiam, in pura reſolubili reſolutionē.[y] In hac vſucapionem procedere, in illa vſucapioni non eſſe locum[z]. In conditionali ante conditionis euentum, non eſſe paratam executionem, in pura reſolubili paratam[a] eſſe.

XI. VLPIANVS. lib. XLVII. ad Sabinū.

SI quis quendam in judicio ſiſti promiſerit: in eadem cauſa cū debet ſiſtere. in eadē autē cauſa ſiſtere, hoc eſt, ita ſiſtere, vt actori perſecutio loco deteriori nō ſit: quamuis exactio rei poſsit eſſe difficilior. Licet enim difficilior exactio ſit, tamen dicendum eſt, videri in eadem cauſa eum ſtetiſſe. Nam & ſi nouum æs alienum contraxiſſet, vel pecuniam perdidiſſet: videtur tamen in eadem cauſa ſtetiſſe. ergo & qui alij iudicatus ſiſtitur, in eadem cauſa ſtare videtur.

s *Pauperior qui ſiſtitur in eadem cauſa ſiſti dicitur.*

PEcuniam perdidiſſet.) In eadem ergo cauſa 1
ſiſti ille dicitur, qui pauperior ſiſtitur, dum ne nouo priuilegio vti

a l. item illa §. 2. ff. de conſt. pecu.
b Iaſ. nu. 16.
c Bart. in l. ſi quis filiū. vbi Iaſ. nu. 10. C. de inoff. teſt. Iaſ. hic nu. 19. Iaſ. in l. certi condictio. in princ. n. 25. ff. ſi cer. pet. Bald. de præſcript. 4. parte. 4. partis. §. 23. quæro d l. litē veniūt §. cū prædixerimus. ff. de pe ti. hære.
e Deci. in d. l. certi cōdictio. nu. 20.
f l. actione. C. de trāſact.
g l. 1. ff. de reg. iu.
h l. nam quod liquide. §. pe. ff. de pe. leg.
i l. ſei. §. vxori. ff. de an no. leg.
k d. l. actione.
l l. titia. §. fi. ff. de manu miſſ. teſtam.
m Iaſ. hic. n. 33. Alex. in. l. 1. n. 11. ff. de off. ei. cui man. eſt iuriſd.
n l. ſi ſterilis. §. pe. ff. de actio. emp.
o Bar. hic. n. 5. & nume. 10. Iaſ. in princ. inſti. de actio. col. 1.
p l. quibus diebus. §. quidam titio. ff. de con dit. et demōſt.
q l. obligatio nū. §. cōditio vbi g. ff. de actio. & oblig.
r l. 2. ff. de in diē adiect.
s l. vl. ff. commu. prædio.
t l. ſtichum. de leg. 1.
v Bart. in ll. 1. in 3. opp. ff. de condit. & de mōſt. Imo. col. 3. Bart. in l. actione. co. ſi. C. de trāſact. Iaſ. hic col. 5.
x l. talem. ff. de hære. inſtituen.
y Bal. in l. 2. ff. de in diē adiect. Bart. in l. quibus diebus §. quidā titio. ff. de cōdit. & de monſt.
z l. 2. §. ſi ſub conditione. ff. pro empt. vbi Bart. Pau. & Imo.
a Soci. & deci. nu. 8. in. l. pecuniam. ff. ſi cer. pet.

gio vti poſsit.

IVDICATVS.) Condemnatus.

XII. PAVLVS, Lib. XI. Ad Sabinum.

QVi autem nouo priuilegio vtitur, non videtur in eadem cauſa ſiſti.

1 *Abſens cauſa reipublicæ in eadem cauſa ſiſti videtur.*

1 NOn videtur.) Aliud eſt ſi cauſa Reip. abeſſe cœperit[a].

a l. ſi is qui ſideiuſſorem. ſupra.

Illud tenendũ eſt, quòd ęſtimationem ei⁹ quod interſit agẽtis, ad illud tẽpus referendum eſt, quo ſiſti debuit: non ad id, quo agitur, quanuis deſierit eius intereſſe.

1 *Intereſſe ab initio an ſatis ſit?*

1 QVamuis deſierit eius intereſſe.) An ſufficiat ab initio intereſſe, Bartolus longius aliquanto diſtinguit, quem ſimpliciter alij ſecuti ſunt.

XIII. IVLIANVS. Lib. LV. Digeſtorum.

QVotiẽs ſeruus iudicio ſiſtẽdi cauſa, vt ipſe litigaturus vel ab alio ſtipulatur, vel ipſe promittit: neq; cõmittitur ſtipulatio, nec fideiuſſores tenẽtur: quia ſeruus conueniri, vel conuenire nõ poteſt.

1 *Seruus in iudicio regulariter eſſe non poteſt.*

1 QVia ſeruus. Hæc regula eſt. eaq; attenditur, quamuis caſus excepti quidã ſint, quibus ſeruus in iudicio eſſe poteſt.

XIIII. NERATIVS. Lib. II. Membranarum.

SI procurator ita ſtipulatus eſt, vt ſiſtat dumtaxat eum, quem ſtipularetur: non etiam pœnã, ſi ſtatus non eſſet, ſtipularetur: propemodum nullius momenti eſt ea ſtipulatio. quia procuratoris (quod ad ipſius vtilitatem pertinet) nihil intereſt ſiſti. Sed cum alienum negotium in ſtipulãdo egerit: poteſt defendi non procuratoris, ſed eius cuius negotium geſſerit, vtilitatem in ea re ſpectandam eſſe: vt quãtum domini litis interfuit ſiſti, tantum ex ea ſtipulatione, non ſtato reo, procuratori debeatur. Eadem & fortius adhuc dici poſſunt, ſi procurator ita ſtipulatus eſſet. QVANTI EA RES ERIT: vt hanc conceptionem verborum non ad ipſius, ſed ad domini vtilitatem relatam interpretemur.

1 *Procuratorio nomine an proprio facere potiùs quis videatur.*

AD domini vtilitatem.) Procuratorio nomine facere, ideo videtur procurator, quia vt procurator ſtipulatus eſt, quòd ſi actum faceret, qui non minus in ſuam, quàm in domini perſonam cadere poſſet, proprio magis nomine feciſſe dicendus eſt.[b] 1

b. l. & magis ff. de ſolut.

XV. PAPINIANVS Libro ſecundo Quæſtionum.

SI tutor iudicio ſiſti promiſerit, & ſtipulationi non obtemperauerit, & inter ea pupillus adoleuerit, aut mortem obierit, aut etiam abſtentus ſit hæreditate: denegabitur ex ſtipulatu actio. nam & ipſius rei, quæ petebatur, ſi tutor iudicatus fuerit: & eorum quid acciderit: non eſſe dandam in eum actionem iudicati probatum eſt.

1 *Tutoris ſtipulatio euaneſcit, ſi tutor eſſe deſinat.*

NOn eſſe dandã.) Euaneſcit enim ſtipulatio, eò quia tutor eſſe deſijt. 1

DE FERIIS & dilationibus, & diuerſis temporibus.

Tit. XII.

VLPIANVS. Lib. IIII. De omnibus tribunalibus.

NE QVIS

NE QVIS meſsium vindemiarumq́ tempore aduerſarium cogat ad iudiciũ venire, oratione diui Marci exprimitur. quia occupati circa rẽ ruſticam in forum compellendi non ſunt.

1 *Feriæ ſicut propter meſſes ſic etiam propter ſeminationes dantur.*
2 *Ferijs locus eſt etiam ſi non vindemijs ruſtici occupentur, ſed vt aliunde victum quærant.*
3 *Feriatis diebus actus iuridici non exercẽtur.*

1 MEſsium.) Idemque eſt in tempore ſeminationum.[a]

2 VINDEmiarum.) Quid ſi pomis, aut glande viuant? Et ferijs locum eſſe notatum[b] eſt. Idemq́; ſi montana ſteriliáue loca incoluerint, occupari enim eos neceſſe eſt, vt victum aliunde quærant.[c]

3 ADIVDICIVM.) Regulare hoc eſt, ne diebus feriatis actus iuridici exerceantur, ſed à regula non pauci caſus excepti ſunt.[d]

a gl. in l. 1. in gl. 2. C. de agricol. & cenſit. lib. 11.
b Bal. & Iaſ. hic.
c Innoc. in c. fi. de feri.
d Soci. reg. 115 die.

SEd ſi prætor aut per ignorantiam, vel ſocordiã euocare eos perſeuerauerit, hiq́ ſponte venerint: ſiquidem ſententiam dixerit, præſentibus illis, & ſponte litigantibus: ſententia valebit, tametſi non rectè fecerit, qui eos euocauerit. Sin verò cum abeſſe perſeuerauerint ſententiam protulerit,[e] etiam abſentibus illis: conſequens erit dicere, ſententiam nullius eſſe momenti. neq́ enim prætoris factum iuri derogare oportet. Et citra appellationem igitur ſententia infirmabitur.

1 *Renuntiatio præſentia tantùm comprehẽdit.*
2 *Priuilegia in dubio alleganda ſunt.*
3 *Principis ſententia an ius faciat.*
4 *Ducum, Marchionum, Comitum & ſimiliũ ſententiæ ius non faciunt.*
5 *Officiũ iudicis imploratur, vt quæ nulla ſunt, nulla declarentur.*
6 *Sententia nulla an conſenſu partium confirmetur.*

1 SPonte.) Valétque ea renũtiatio facta extra iudicium, vt communiter traditum eſt, & renuntiatio obeſt, niſi quatenus fundos poſtea acquiſierit, ad eos enim renuntiatio minimè extenditur, quia nouo auxilio indigent,[e] ſicuti & renuntiatio ſimpliciter facta, ferias tantùm præſentes comprehendit[f].

NVLLIVS eſſe momenti.) Certum enim erat priuilegium abſentiũ, in dubio 2 verò adeſſe allegaréque eos oportuit[g]. PRAETORIS factum.) Ideſt ſententia edicto vero derogare. Prætorem, potuiſſe iuri ciuili, quis neget[h]? Rectiſsimè verò 3 Angelus & alij hìc notant, ſententiam diffinitiuam principis ius facere[i], Ducis, Mar 4 chionis, Comitis & ſimilium non facere. INFIRmabitur.) Infirma eſſe declarabitur, quæ Accurſij & approbata expoſitio eſt. Implorari enim iudicis officiũ poteſt, 5 vt quæ nulla ipſo iure ſunt, nulla declarentur. Sanè conſenſu partium cõfirmari poſ- 6 ſe ſententiam nullam,[k] concors omnium opinio eſt.

e l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de interrog. actio.
f l. ſi ita legatum. ff. de an. & arg. leg.
g l. 2. ſupra. ſi quis in ius voc. non ie.
h l. ius ciuile. §. 1. ff. de iuſti. & iu.
i l. vlt. C. de legib.
k l. Si expreſſim. ff. de appel.

SEd excipiuntur certæ cauſæ, ex quibus cogi poterimus & per id temporis, cũ meſſes vindimiæq́ ſunt, ad prætores venire: ſcilicet ſi res tẽpore peritura ſit, hoc eſt, ſi delatio actionem ſit perēmptura. Sanè quoties res vrguet, cogẽdi quidem ſumus ad prætorem venire: verùm ad hoc tãtùm cogi æquum eſt, vt lis conteſtetur: & ita ipſis verbis orationis exprimitur. denique alterutro recuſante poſt litem conteſtatam litigare dilationem oratio conceſsit.

1 *Præſcriptiones quomodo interrumpantur?*
2 *Differentia iuris ciuilis & Canonici.*
3 *Ceſſante neceſſitatis ratione, ceſſant quæ propter neceſsitatem permittuntur.*

TEmpore.) Quo circa, vt interruptio fiat, conteſtari litem oportet, non ſemper 1 tamen conteſtatio ad interruptionem, aut ſufficit, aut neceſſaria eſt, præſcriptionem enim longiſsi- 2 mi temporis ſola citatio[l], longi, conteſtatio[m], triennalem, ſententia[n] interrumpit. Quin & iure Pontificio, citatione omnis omnino interrumpitur.[o]

A D hoc tantùm.) Ceſſante neceſsitatis ra 3 tione, ceſſant quæ propter neceſsitatem permiſſa

l l. cum notiſſimi. in princ. C. de præſ. xxx.
m l. mare. C. de rei ven.
n l. ſi poſt acceptũ. ff. de rei vendic.
o Bal. in. l. 2. col. 2. C. de ſer. & aq. Crem. ſing. 101.

permiſſa ſunt.

II. IDEM. Lib. V. Ad Edictum.

FAdē oratione Diuus Marc[9] in ſenatu recitata effecit, de aliјs ſpeciebus prętorem adiri etiam diebus feriaticis, vt puta vt tutores aut curatores dentur, vt offici Admoneantur, ceſſantes excuſationes allegentur, alimenta cōſtituantur, ætates probētur, ventris nomine in poſſeſsionem mittantur, vel rei ſeruandæ cauſa, vel legatorum fideiue commiſſorum, vel damni infecti. item de teſtamentis exhibendis: vt curator detur bonorum eius. Qui an hæres exſtaturus ſit, incertum eſt: aut de alendis liberis, parentibus, patronis: aut de adeunda ſuſpecta hæreditate: aut vt aſpectu atrox iniuria æſtimetur: vel fidei commiſſaria libertas præſtanda.

1 *Officialis remouendi aut conſtituendi cauſa celeritatem deſyderat.*

2 *Alimentorum cauſa quando diebus feriatis tractari poſsit?*

3 *Debitor ſuſpectus capi poteſt diebus feriatis.*

4 *Cicatricis iudicium quomodo determinetur?*

SPeciebus.) Caſibus. OFFICI Admoueantur.) Si qua fortè in re negligentiùs ſe gerunt. Alij codices ſcriptum habent amoueantur. of-
1 ficialis enim, aut remouendi, aut conſtituendi cauſa celeritatem deſyderat.

CESSANTIS.) Officij.

ALIMENTA.) Pia enim cauſa eſt, ac
2 proinde diebus feriatis tractari poteſt; dū modo alimenta futura ſint, & quæ iudicis officio debeantur[a].

MITTATVR.) Mulier.

3 REI ſeruandę.) Debitor ſuſpectus, etiam diebus feriatis in honorē dei capi poteſt[b], quā rem totam alibi latiùs tractauimus.[c]

AD ſpectu.) Iudiciū de cicatrice (vt hinc
4 Baldus notat) aſpectu aut iudicis, aut peritorum in arte determinabitur.

a Bar. in l. de alimentis. C. de tranſact. Iaſ. hic. nu. 7.
b glo. in l. ſi. C. de fer.
c in l. vinum ff. ſi cer. pet.

III. IDEM. Lib II. Ad edictum.

SOlet etiam meſsis vindemiarumq́ tempore ius dici de rebus, quæ tempore vel morte periturę ſunt. morte: veluti furti, damni iniuriæ, iniuriarum atrocium: qui de incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata rapuiſſe dicuntur: & ſi quæ ſimiles ſunt. Item ſi res tempore perituræ ſunt, aut actionis dies exiturus eſt. Liberalia quoq; iudicia omni tempore finiuntur. Item in eum, quiſquid nundinarum nomine aduerſus communem vtilitatem accepit, omni tempore ius dicitur.

1 *Morte ſi peritura res ſit, an indiſtinctè agitari poſſit cauſa die feriata.*

1 MOrte.) Quid ſi bouē à te petā, & fortè ne pereat vereor? Accurſi[9] die feriata agitari & hoc poſſe ait. Guilielmus, Bartolus & alij contrà, eſſe enim mihi conſultū per interpellationem extra iudicium[d].

EXITVRVS.) prę́ſcriptione.

NVNDINARVM.) Negotiatoribus fortè moleſtus, aliquid ab his acceperat[e], aut in venditione vtenſilium ruſticis acerbiorem ſe prę́ſtitit[f], qui nunc feriarum exceptione tueri ſe vult.

d l. quod te mihi. ff. ſi cer. pet.
e l. vnica. C. de nundi.
f l. 2. ff. de nūdi.

IIII. PAVLVS Lib. I. Ad edictum.

PRæſides prouinciarum ex cōſuetudine cuiuſq; loci, ſolent meſsis vindemiarumq́ cauſa tempus ſtatuere.

1 *Conſuetudo loci quemadmodum circa ferias attendatur.*

COnſuetudine.) Qu am cœli qualitas, aut ſoli temperies variā inducit. Igi- 1
tur Cātabrię quàm Bętiæ tardiores meſſes, tardiores vindemiæ ſunt.

V. VLPIANVS Lib. LXII. Ad edictum.

PRidie calendas Ianuarias magiſtratus neque ius dicere, ſed nec ſui poteſtatem facere conſueuerunt.

1 *Magiſtratus Romæ Calendis Ianuarijs auſpicabantur.*

2 *Accurſij erratum de Vlpiani temporibus.*

PRidie Calendas
Ianuarias.) Quo die magiſtra- 1
tus auſpicabantur[g], quòd ſi ſucceſſor

g l. publ[9]. ff. de condit. & demonſ.

ceſſor nondum veniſſet, potuit deceſſor cognoſcere etiam poſt Calendas[a], vt Accurſius inquit. Quod verò idem inculcat, 2 Chriſtum Vlpiani tempore in virginem nõdum veniſſe, erratum[b] eſt, Natus enim Seruator temporibus Auguſti, paſſus Tyberij, Vlpianus verò, Alexandri Seueri cõſiliarius fuit, quin & Chriſtiani nominis perſecutor.

VI. IDEM. Lib. LXXVII. Ad edictum.

SI feriatis diebus fuerit iudicatum, lege cautum eſt, ne his diebus iudicium ſit niſi ex voluntate partium, & quod aliter aduerſus ea iudicatum erit, ne quis iudicatum facere, neue ſolbere debeat, neue quis ad quem de ea re in ius aditum erit, iudicatum facere cogat.

1 *Iudicatum facere quid ſit.*
2 *Exceptio nullitatis, quando ſententiæ executionem impediat:*
3 *Sententiam eſſe nullam, conſtare ex actis, quãtũ interſit.*
4 *Reſtitutio in integrum, an detur contra tres ſententias conformes.*

1 IVdicatum facere.) Verbum eſt legis. xij. Tabularum, quo quid ſignificetur, alibi à me dictũ eſt[c]. 2 Notari verò ſolet hinc, exceptione, quam nullitatis dicimus, executionem ſententiæ impediri. Quod Paulus tũc verum nõ eſſe ait, cùm tres ſententiæ conformes latę ſint, etiam ſi omnes nullæ dicantur[d]. Idque etiam ſi incõtinenti probationes quis offerat[e]. Sed quid ſi ex actis ipſis euidenter 3 nullas appareat? Et verius[f] receptiúſque[g] eſt, executionem tunc impediri, niſi & hoc, an nullæ ex actis euidẽter ſint, probabili exceptione in dubium reuocetur, ea enim diſcuſsio poſt executionem reſeruabitur. Quod Peruſinus[h], Ripa[i], Alciatúſque[k] diſerte tradiderunt. Sic & ſententia cõtra ius litigatoris lata, ipſo iure nulla eſt neq; in rem iudicatam tranſit, ſi euidenter iniquam conſtet[l]. Euidenter verò iniqua illa eſt, cuius ex actis apparet iniquitas,[m] de quo ſuprà diximus[n], ſed et eius generis permulta ſunt[o]. 4 Quid ſi reſtitutio aduerſus tres ſententias conformes petatur? Et Baldus[p], Alexander[q], Pariſius[r], denegant: neque enim reſtitutionis remedium ſpeciale ei dandum, cui commune, ideſt nullam dicendi ſententiam, nõ detur.[s] Quod me parum moueat, qui ſciam, reſtitutionẽ faciliùs, quàm appellationem aut etiã nullitatis recurſum, iure concedi[t]. Ripa[v] cogitandum reliquit, Caſſadorus[x] Rotæ, nunc hoc, nunc illud obſeruatum ait. Ego Saliceto[y] & pluribus[z] magis aſſentior, qui concedi debere (etiam hoc[a] caſu) reſtitutionem, ſuſpendique per eam executionem, contendunt[b], ſed tunc vel maximè, cùm calumniæ ſuſpicio nõ adſit[c]. Addo, vel cùm Principi ſupplicatũ ſit, & ille cauſam commiſerit, vt Abbas[d] notat, & ipſe etiam ex facto contendi. Ad extremũ neque illud me ab hac ſententia reuocet, quòd etiam ſuper attentatis latæ tres ſententiæ conformes,[e] executioni tradantur[f] ſi quidem & ineſt nullitas ijs, quæ attentantur[g], reſtitutionis cauſa, & fauorabilior eſt, & longè diſsimilis.

VII. IDEM Lib. I. de off. Conſulis.

ORatione quidem diui Marci, ampliùs quàm ſemel[a] non[a] eſſe dandam inſtrumentorum dilationem expreſſum eſt[b], ſed vtilitatis litigantium gratia cauſa cognita, & iterum dilatio tam ex eadem quàm ex alia prouincia, ſecũdùm moderamen locorũ impertiri ſolet: & maximè ſi aliquid inopinatũ emergat. Illud videndum, ſi defunctus acceperit aliquam dilationẽ propter inſtrumenta, an ſucceſſori quoque eius dari debeat: an verò, quia iam data eſt, ampli⁹ dari nõ poſsit: & magis eſt, vt & hic cauſa cognita dari debeat.

1 *Vtilitatis verbum ad æquitatem refertur.*

1 VTilitatis.) Vtilitatis verbũ hîc æquitatem in ſe continet, quæ priuatum bonum reſpiciat.

VIII. PAVLVS Lib. XIII. ad Sabinum

MOre Romano dies à media nocte incipit, & ſequẽtis noctis media parte finitur. itaq; quidquid in his viginti quatuor horis, ideſt duabus dimidiatis noctibus, & lucè media

a l. meminiſſe. ff. de offi. proc.
b Iaſ. in l. multũ. ff. de verb. oblig.
c l. fi. ff. ſi cer. pet.
d Clem. 1. de re indi.
e ſi is à quo. ff. vt in poſſ. leg.
f l. ſi pars. in princip. ff. de inof. teſt. c. inter cæteras. de re indi.
g Iaſ. et mod. in l. 4. §. condemnatum. ff de re indi.
h Peruſ. in c. dilecto. q. 52. ad fi. de appell.
i Ripa in §. cõdemnatum. n. 17.
k Alcia. lib. 2. de verb. ſignif. col. 23.
l Innoc. in c. fraternitatis. de frigi.
m Ang. in d. l. ſi pars.
n In. l. iuſtam tem pluribus. de inſt. & in. Hippo. in rub. de probat. nu. 157. cum ſeq.
p Bal. in l. vnicam. nu. 10. C. ne lic. ter. prouo.
q Alex. in §. condemnatum. nu. 27.
r Paul. Pariſ. colũ. 110. in 1. vol. nu. 82.
s l. eius militis. §. ſi militia ff. de teſta. mili.
t l. præfecti. ff. de minor. gl. et doc. in l. qui pro. prio. §. itẽ quæritur. ff. de procur.
v Ripa. in §. cõdemnatũ. col. fin:
x Caſſ. de reſti. in integ. deciſ. 1.
y Sali. in. d. l. vnica. col. fi.
z Deciſ. Tolo. 54. vbi Aufreri. egid. in c. ſuſcitata. nu. 12. Nicol. mileſ. in verb. executio trium ſententiarum.
a l. vnica. C. in integ. reſti. poſtul. ne quid noſi. l. defendẽte. ff. de auct. tuto.
b Octau. in pract. libr. 8. pag. 140.
c in c. ſuſcitata. de reſti. in integ.
d Abb. in c. tum ex literis. nu. 5. de reſtiũ in integ.
e c. piſanis. de reſti. ſpolia.
f Rota. deciſ. 113. in nouis.
g c. nõ ſolum. de appel. in 6.

media actum eſt, perinde eſt, quaſi quauis hora lucis actum eſſet.

1 *Dies ciuilis quis ſit.*
2 *Differentia iuris Ciuilis & Canonici.*
3 *Dierũ cõputatio canonica an ciuilis æquior?*
4 *Dies naturalis quis ſit?*
5 *Hiſpani quomodo dies computent?*
6 *Noctu & per diem quæ fieri poſſint?*
7 *Iudicia à contractibus & teſtamentis in faciendo differunt.*

MOre Romano.)
1 Dies ciuilis hic eſt (quod ex M. Varronis auctoritate Macrobius lib. 1. Saturnal. oſtendit). Hic ſecũdùm eccleſiæ Romanæ morem ab occaſu ſolis incipit, & in ſequentem occaſum finit[a], quomodo Athenienſes olim dinu-
2 merabant, atq; ita officia, indulgentiæ, & id genus alia connumerantur, vt videatur
3 tamen Archidiacono[b] æquior computa-
4 tio iuris ciuilis. Eſt & dies naturalis abortu ad occaſum ſolis, qui ſemper horarum duodecim fuit, quæ tamẽ pro lucis augmẽto diminutiõeq; maiores minoreſq; erãt. Sũt & hodie nationes quędam, quæ à meridie diem auſpicantur. Inter quas Alciatus[c], Hiſpanos, Gallos, & Germanos recẽſet. Id vbi legerit, aut audierit, incertũ eſt.
5 Conſtat enim nos, & more Romano, & ſecundùm eccleſiæ conſuetudinem computare. Certè de Vmbris id Varro & Macrobius ſcribunt, & abſurdum aiunt.
6 NOCTIBVS.) Quę facti ſunt, & noctu & interdiu fiunt[d]. Quæ verò iuris, ſi contractus, aut vltimæ voluntatis ſint, vtroq;
7 tempore,[e] ſi iudicia nõ niſi interdiu[f], à qua tamen regula non pauci caſus excepti ſunt.[g]

a c. 1. de feri.
b Archid. in c. quod à pa trib⁹. 75. diſt.
c Alcia. rub. 2. ff. de verb. ſig.
d l. 4. ff. ad l. aquil. l. capite ff. ad l. iuli. de adult.
e l. non mino rem. C. de trãſac. l. ad teſtiũ §. poſſe. ff. de teſtib.
f Auth. de in dicib. §. ſedebunt.
g Iaſ. in d. l. non minorem. Socin. in regu. 445. ſententia.

IX. VLPIANVS, lib. VII. de Offic. procõſulis.

DIuus Traianus Minicio Natali reſcripſit, ferias à forenſibus tãtùm negotijs dare vacationẽ: ea autem, quæ ad diſciplinam militarẽ pertinent, etiam feriatis diebus peragenda. inter quæ cuſtodiarum quoq; cognitionem eſſe.

1 *Criminales cauſæ an feriatis diebus tractari poſſint?*
2 *Iuriſdictionis voluntariæ & contentioſæ differentia.*
3 *Iuriſdictionis voluntariæ quæ ſunt, an exerceri poſſint diebus feriatis?*
4 *Iuriſdictionis contentioſæ quæ ſunt, quando feriatis diebus exerceantur.*
5 *Feriæ ob neceſsitatem hominum an ob honorem Dei inducantur quantum refert?*
6 *Appellatio qualibet die interponitur.*
7 *Libellus an diebus feriatis offerri poſsit?*
8 *Ferijs quid agere liceret ex Scæuolæ ſentẽtia.*
9 *Diſciplina militaris triplex.*
10 *Studere diebus feriatis an liceat?*
11 *Aduocare diebus feriatis an licitum ſit?*

FOrenſibus.) Criminalia tamẽ, ſi facinoris ſuadeat 1
atrocitas, etiam feriatis dieb⁹ expediũtur[h], ciuilia ęquè 2
ſi iuriſdictionis voluntariæ ſint[i], vt manumiſsio, emancipatio, adoptio. Sed & con- 3
tentioſæ quæ ſunt, ſi actum fauorabilem aut pium concernant,[k] qualis tutoris datio eſt, & alimentorum præbitio. Quòd ſi a- 4
ctus fauorabilis non fuerit, res tamen alioqui periret, notio diebus feriatis[l] erit, ſiue ob neceſsitatem hominum, ſiue ob honorem Dei feriæ inducantur. Quòd ſi tempore perituræ rei periculum non immineat, feriatis diebus actus non explicantur, niſi partium adſit conſenſus in ferijs hominũ, in ijs enim quæ ad honorem Dei ſtatutæ 5
ſunt, conſenſus partium nil poterit.[m] Sanè 6
appellatio qualibet die interponitur.[n] Quin & libellus, ijs ferijs iudici offerri poteſt, quæ ob hominũ neceſsitates dantur,[o] 7
ferijs in honorẽ Dei non offeretur. Sed & neque in prioribus parti offertur, ſecundùm receptam ſententiam[p]. Scęuola cer- 8
tè olim conſultus, quid ferijs agi liceret? Reſpondit, quod prætermiſſum noceret. Quapropter ſi bos in ſpecum decidiſſet, eúmque pater familias adhibitis operis liberaſſet, non videri ferias polluiſſe, cuius rei & alia quoque exempla Macrobius affert. Saturn. lib. 1.
DISCIplinam militarem.) Cœleſtem, 9
armatam, inermẽ. Quare & ſtudere Scho 10
laſticos poſſe diebus feriatis, vel veteri Doctorũ prouerbio admonemur, Qui nõ ſtudet in feſtis, parum ſcit in Codice & minus in Digeſtis. An & aduocare licitũ ſit, 11
Iaſon & alij tractant.

h l. prouinciarũ. C. de ferijs.
i l. alt⁹. C. de fer.
k l. 2. ſuprà.
l l. 2. & 3. ſuprà.
l vlt. C. de feri.
m d. l. vlt.
n l. 1. C. de feri.
o l. miles. §. ſexaginta. ff. ad l. iuli. de adul.
p Alex. in l. 2. nu. 13. ſuprà.

X. PAVLVS Lib. V. Sententiarum.

In pecuniarijs

IN pecuniariis cauſis omnis dilatio ſingulis cauſis plusſemel tribui non poteſt. in capitalibus autem reo tres dilatiões, accuſatori duæ dari poſſunt: ſed vtrumq; cauſa cognita.

1 *Dilationes an ampli⁹ quã ſemel dari poſſint?*
2 *Dilatio vna pro omnibus an dari poſſit?*
3 *Dilatio in dubio peremptoria eſt.*
4 *Dilatio cauſæ cognitionem requirit.*
5 *Capitales cauſæ quæ dicantur?*
6 *Dilationes quot in criminalibus dentur.*
7 *Dilationes quibus caſibus non dentur.*
8 *Dilationes expectatoriæ cuius naturæ ſint?*
9 *Dilationes in criminalibus cur plures detur?*
10 *Dilatio quam cauſæ cognitionem requirat?*
11 *Articuli impertinentes non admittuntur, neque datur ad eos dilatio.*
12 *Dilationum dandarum ius ex varijs cauſis reſultat.*

IN pecuniarijs.) ciui lib⁹. SINGVLIS cauſis.) Capitulis, quæ ſe non compatiuntur, quæ receptior interpretatio[a] eſt. Igi-
1 tur ad libelli oblationem, vna, ad declinatoriam exceptionem, altera, ad alias exceptiones non declinatorias, alia, vt de meritis proceſſus probatio fiat, alia dari poteſt, ſunt enim capitula hæc ſingula naturæ talis, quæ ſibi inuicem repugnant, pēdente itaq; dilatione ſuper vno ex his iu-
2 dicis officiũ ſuper alijs cõquieſcit[b]. Quòd ſi ſe compatiuntur, vna dilatio pro omnibus dari poteſt[c]. Quæ diſtinctio variè à Doctoribus & hîc & alibi reſtringi[d] ſolet.
3 PLVS ſemel.) Hinc frequentiores[e] colligũt, quamlibet dilationem ad probandũ datam in dubio eſſe peremptoriã, plures tamen dari poſſe dubiũ non eſt[f], ſed ita, vt prima cum leui cauſæ cognitione detur, cæteræ non aliter, quàm ſi ſe impeditum docuerit.
4 NON poteſt.) Erit igitur pro non data dilatio, quæ ſine cauſę cognitiõe data[g] eſt.
5 IN capitalibus.) Quorũ pœna mors, aut
6 exiliũ eſt[h]. Quid de alijs criminalibus? Et Accurſius idẽ cenſet, Bartolus cõtrà, neq; enim differre à ciuilib⁹ criminales, & Bartoli ſentẽtia approbata cõmuniter, Accur
7 ſij vſu (vt Iaſõ ait[i]) vſu recepta eſt. Sanè in cõſilio principis, aut cũ cauſa cõſilio ſapiẽtis cõmiſſa eſt, vt nouę probationes admittendæ non ſunt[k], ſic nec dilationes ad probandum dantur,[l] ſed & neq; in cauſa adulterij[m]. Quin & intra primã dilationẽ quartæ productioni locus vix ſit[n]. Et expecta- 8
toriæ dilationes, quæ abſentibus ad veniẽdum dantur, peremptoriæ non ſunt, niſi vel vnum pro omnibus vel tria edicta emanauerint.[o]
TRES.) Fauorabiliores enim rei potiùs 9
quàm actores etiã in hoc habent. Sed & in criminalibus plures ideo dantur, quod ſi quãdo, in his vel maximè, præcipitanda iudicia[p] non ſint.
CAVSA cognita.) Sed quę cognitio ver- 10
titur in prima dilatione? Et aiũt, vt ſecundũ locorum diſtantiã iudex moderetur[q], vt iudex petẽtẽ interroget, quid eſt quod probare vult: ſicut enim articuli imperti- 11
nentes nõ admittuntur[r], ſic nec dilatio ad eorũ probationẽ dãda eſt, vt dilationẽ litigatores calũnioſè nõ petant[s]. In ſecunda dilatione, cauſæ cognitio erit, vt ſe in prima iuſtè impeditũ oſtẽdat[t], dabiturq; tũc tempus in id ſolũ quo impedit[u] probetur vnde ſi vnũ teſtẽ non potuit producere, vni producẽdo dilatio dabitur[v], & ſi duobus impeditus eſt, illi tantũ reſtituẽtur[x], idq; ſtricto iure, æquitate enim (vt Bartolus notat) dilationes adeò nõ coarctãtur. Erit & illa iuſta cauſa dãdę dilationis ſecũdæ, ſi ius actoris deterius factũ non eſt. In 12
ſũma[y] cauſæ cognitio ex varijs cauſis magna ex parte in facto conſiſtit, ex quo ius dandarum dilationum reſultat.

a Iaſ.num.7
b l.ſiue part. C. de dilat.
c l. generaliter.§.nullo.C. de iur. iuran.
d Iaſ.hic col. antep. Alex. in.l.2.col.ſi.ff. de re iud. Soc. reg.127. dilatione.
e Iaſ.num.6.
f l. oratione. ſuprà.
g g.in.c.1.de reg.iur.in.6. ũn.l.gallus.in princip.ff. de lib. & poſth.
h l.2. ff. de pub. iud.l.ſed & ſi quis.§. rei capitalis.ff ſi quis cautio.
i Bar.num.11. Iaſo.num.50.
k l.ex illa.? bi Bar.C.d appellation.
l l.cum ãnobis.C.de dilat.
m l.in crimine.ff.ad.l.iul. de adult.
n Auth.quã ſemel. C. quo & quan.iud.
o l.ad peremptorium.ff. de iudic.
p l.ſciant. C. de probat.
q l.2.C. de dilatio.
r l.ſi duo patroni.§.idem. Iulianus.ff.de iur.iur.l.ſi quis libertatem.ad fin.ff.de pet. hæredit.a.
s l.2.C.ad.l. corn.de fal.
t l. oratione. ſuprà.
v l.admonendi.ff. de iuriur.
x l. diuus.ff. de reſ.i.in integ.l.interdũ ff.de minor.
y l. & ſi poſt tres.ff. ſi quis cautio.l.in incipiorum.ff.de opt. legat.

DE EDENDO
Titul. XIII.

1 *Rubrica de edendo cur ſic inſcripta ſit?*
2 *Nomina an gerundia in rubricis ponantur, parum intereſt.*

CVR de edendo ac non potiùs de editione, rubrica inſcribitur, curioſi⁹ paulò doctores tractant, ſed exploſa ab omnibus Accurſij ſententia[z], Bartoli altera probata eſt[a], de edendo inſcriptam, quoniam de actu edendi tractat. Ego his aſſentior, qui pinguiùs[b] iſta conſiderantes, nominibus an gerundijs inſcriptæ rubricę ſint, parum referre cenſent[c].

VLPIANVS. Lib. IIII. ad Edictum.

z arg.l.quiſquis.C.de poſtul.rub. de iuſtit.voc.iunct. rubr.vt ne.in ui.age.
a Iaſ.in rub. C.de edẽ.se.2.
b l.quam tuberonis.ff.de pecul.l.quæ enim.§.1.ff.rẽ ra.hab.
c rub.C.de ſatiſd.rub.inſt. de ſatiſdat.

QVa quiſq; actione agere volet, eam edere debet. Nam ęquiſſimum videtur, eũ qui acturus eſt edere actionem, vt proinde ſciat reus, vtrum cedere, an contendere vltra debeat: & ſi contendendum putat, veniat inſtructus ad agendum, cognita actione, qua conueniatur. Edere eſt etiam copiam deſcribẽdi facere, vel in libello cõplecti & dare, vel dictare. Eũ quoq; edere Labeo ait, qui producat aduerſarium ſuum ad album, & demonſtret, quod dictaturus ſit, vel id dicendo, quo vti velit.

1 *Officium iudicis an ſit edendum.*
2 *Editio actionis quomodo fiat?*
3 *Concluſione quando opus non ſit?*
4 *Conqueror verbum concluſionis vim habet.*
5 *Aduocati cauti cõquerẽdo libellũ auſpicãtur.*
6 *Res in libello quemadmodum deſignentur.*
7 *Iudicium triplex.*
8 *Liquidatio eius quod intereſt, executionis tẽpore fieri poteſt.*
9 *Inſtrumenta publica, quomodo executioni mandentur.*
10 *Communes opiniones contrariæ.*
11 *Actio vniuerſalis à generali in quo differat.*
12 *Reſtitutio rerum in iudicio vniuerſali quo iure petatur?*
13 *Actio ſingularis quomodo intendenda?*
14 *Damna & intereſſe, probata violentia, actoris iuramento probantur.*
15 *Fructuũ quantitas libello declaranda nõ eſt.*
16 *Reus an poſſit petere vt res oculis ſubijciatur?*
17 *Cauſa libelli cuiuſmodi eſſe debeat?*
18 *Cauſa proxima in actiõe reali exprimẽda eſt.*
19 *Cauſa remota in actione perſonali exprimi debet.*
20 *Dominium vnum & idem eſt.*
21 *Obligatio variat.*
22 *Stipulationis cauſa an ſit in libello exprimenda?*
23 *Stipulatio ſine cauſa non valet.*
24 *Qualitatis cauſæ an deſignandæ ſint?*
25 *Libellus an procedat parte non opponente, quòd cauſa expreſſa non eſt?*
26 *Cauſa proxima in actione perſonali an ſit exprimenda?*
27 *Libellum concludere præſumptiuè ſat eſt.*
28 *Libelli in cauſa ciuili an requirant locum & tempus?*
29 *Libelli in cauſis criminalibus locum & tempus requirunt.*
30 *Cauſa & actio an idem ſint?*
31 *Actionis nomen in libello an ſit exprimendum?*
32 *Actionis inceptæ expreſſio an vitiet libellum?*
33 *Actionem eligere an cogatur actor?*
34 *Libellus generalis & incertus an procedat?*
35 *Incertitudo quando libellum non vitiet.*
36 *Inſtructum ad agendum venire quid ſit?*
37 *Dilatoriæ & declinatoriæ exceptiones quomodo opponendæ.*
38 *Expenſæ deſcribendi ad quem expectent.*
39 *Album prætoris quid ſit?*
40 *Aduerſaria quæ ſint?*
41 *Libellus an ſit in ſcriptis offerendus?*
42 *Scriptura qua reus obligatus eſt, cum verbali petitione vim habet.*
43 *Querela ſimplicis proceſſus, libellum non requirit.*
44 *l. 1. titul. 11. lib. 3. ordin.*

ACtione.) Quid de iudicis officio? Et 1
dixi alio loco ſatis[a].
EDERE debet.) Fiet autem 2
editio, ſi cum actione, res atq; cauſa expri
matur, concluſione ſubiecta, in qua ma-
gna vis libelli[b] eſt, niſi quòd nõ pauci caſus ſũt,
in quibus concluſione opus non eſt, quos 3
hîc Iaſon congerit, ille vel cum primis no
tandus, ſi actor cõqueri ſe dicat, verbi gra 4
tia. conqueror de Titio, qui decem quæ
mutua illi dedi, reſtituere non vult, con-
quæror de Seio, qui me per vim de fundo
eiecit. Etenim, ſiue ciuiliter ſeu etiam crimi
naliter intendatur, verbum hoc, cõcluſio-
nis poteſtatem habet,[c] quod idcirco pręci
puum noto, vt oſtẽdam cautos valde eos 5
eſſe aduocatos, qui libellos ſuos, (ſiue ci-
uiliter ſiue criminaliter intẽdant) à verbo
hoc auſpicantur. Sed quomodo res deſi-
gnabitur? Et Accurſius optimè, iudiciũ vni 6
uerſale, generale, particulare diſtinguit.
Eſt vniuerſale, quod ſub ſe multa compre 7
hendit, ſiue vniuerſitas iuris ſit, vt hære-
ditas[d], bonorũ poſſeſſio[e], ſiue facti[f] vt pe-
culium, ſiue iuris & facti, vt oppidum, vil
la[g]. Igitur in vniuerſali actione, rẽ vniuer
ſaliter deſignari ſat eſt, cuius exemplum
hoc affert Accurſius, Peto à te hæredita-
tem, quæ Sempronij fuit. Quod cæteri re
prehendunt, petit enim hîc quod habet,
ſi hæres[h] eſt, erit itaq; receptior[i] formu-
la hæc, quæ & iuris conſulti[k] fuit, Peto me
pro-

a in. l. nec quã. §. vbi decretum. ff. de offi. procon. in l. 1. ff. de iu. om. iudi.
b l. ſi. C. de ſ. decicõ. lib. l. vt fund°. ff. com. diui. Iaſ. in §. omnium. n. 155 Inſti. de actio.
c g. in c. quia præſulatus. 1. q. 4. Bal. in. l. ſi quis ſe. C. de accuſ.
d l. hæreditas ff. de reg. iur.
e l. 3. ff. de bo. poſſe.
f l. ſi peculium. ff. de pecul. le.
g Innocen. in c. cum ad ſedem. de reſtit. ſpoliato.
h l. cum hæredes. ff. de acq. poſſeſsio.
i Iaſ. num. 29 Zaſ. num. 8.
k l. licet. ff. ſi peti. hæredit.

182

pronũtiari hęredem, & aduerſarium cogi
ad res hæreditarias, quas vel tenet vel poſ
8 ſidet, mihi reſtituẽdas. Sed quomodo hoc
examinabitur, q̃ res ſint? Et Accurſi[a] exe-
cutionis tẽpore, conſtare iſtud poſſe ait[a].
Quo argumẽto Bartolus & [b]frequẽtiores
adijciũt, ſi inſtrumẽta publica executionẽ
9 paratã ex lege municipali habeãt, ſicut diſ
finitiuæ ſentẽtiæ, petãq; inſtrumẽti, nõ li-
quidi executiõem, quo videlicet dãna, &
quod mea intereſt mihi ꝓmiſeras, execu-
tioni eſſe locũ, ſatis eñ eſſe ſi dãna execu
tiõis tẽpore examinẽtur.[c] Id quod tũc nõ
procedit ſecũdũ cõmunẽ ſententiã[d], cùm
10 eius quod intereſt, executio petitur, non
q̃a expreſsim promiſsũ eſt, ſed quia in lo-
cũ facti ſucceſsit, quo in articulo tñ, nõ de
ſunt, qui & cõtrariã cõmunẽ affirmẽt.[e] In
actione generali, rẽ exprimi generaliter
ſat eſt, vt ſi actione negotiorũ geſtorũ q̃s
agens dicat, Peto Titiũ condẽnari, vt mihi
rationẽ adminiſtratiõis reddat, & reliqua
11 reſtituat. Sed nũquid neq; in hac res in pri
ma inſtantia declarari neceſſe eſt? Et Bar-
tol[9] neceſſe opinatur, differreq; in eo vni
uerſalẽ actionẽ à generali, & differẽtiæ ra
tionẽ eſſe, quia in vniuerſali, hoc petitur,
vt actoris ius declaretur, reſtitutionẽ offi-
cio iudicis peti, in generali, petitur vt con
dẽnetur reus. Verũ, dictũ & rationem, alij
crebriùs reprehẽdũt.[f] Dictũ, q̃a inter vni-
uerſalẽ & generalẽ, differẽtia in hoc mini
12 mè eſt, ſed in vtraq;, executiõis tẽpore res
liquida fiet: rationẽ q̃a reſtitutio rerũ, iure
actionis, in vniuerſali iudicio petitur, etiã
ſi, executiõis tẽpore, iudicis officiũ adhoc
13 implorem[9]. In ſingulari actione qualis rei
vẽdicatio eſt[g], rẽ ſingulariter deſignari o-
portet, quæ principaliter petitur, non etiã
14 eas, quæ vel in cõſequẽtiã, vel tanquã ac-
ceſsiones, vt damna, vel id quod actoris in
tereſt, quæ vi probata, etiã actoris iuramẽ
15 to probantur.[h] Sicq; nec fructuũ quantita
tẽ neceſſariò deſignãdã,[i] omnes fatẽtur[k].
16 Quòd ſi reus certũ ſe nõ reddi ex libello
dicat, exhiberi ſibi res ad oculum, iure pe
17 tet.[l] Et hæc d̃ re ſatis. Cauſa verò talis eſſe
debet, ex qua cõcluſio ſequatur.[m] Repro-
batæ ergo huiuſmodi ſunt, peto centum,
quia Imperator in Italia eſt, quia Rex eſt
18 in Hiſpania, aut Francia. Et in actione rea
li proximam, ideſt dominium exprimere
ſufficit, in perſonali remotam, ideſt cõtra-

a l. defenſionis. C. d in. fiſ. libr. x.
b Iaſ. num. 31 Zaſ. num. 13.
c l. 2. C. de ſenten. quæ ſine cer. quantita. prof.
d Iaſ. in l. certi condictio. in princ. num. 21. ff. ſi cert. peta.
e Purpu. in l. certi cõdictio. num. 45.
f Iaſ. nu. 35. Zaſ. nu. 17.
g l. ſi in rem. in princ. ff. de rei vendi.
h l. ſi quãdo. C. vnde vi.
i l. ex diuerſo. §. 1. ff. de rei vendi.
k Iaſ. nu. 36. Zaſ. num. 19.
l l. cùm ſi exhibuiſſent. §. 1. ff. de publica.
m l. habebat. ff. de inſtito.

ctum neceſſe eſt, dominium enim vnum 19
idẽmq; ſemper eſt, obligatio pro differen 20
tia cõtractuum bonæ fidei aut ſtricti iuris 21
variare põt, quę opinio receptiſsima eſt,[n]
præterquam ſi actione perſonali ex ſtipu 22
latione agatur, neq; enim tunc cauſam re-
motam, ideſt ſtipulationẽ expreſsiſſe ſuf- 23
ficiat, ſed proximam, quia ſtipulatio ſine
cauſa non valet[o], in quo etiam frequentlo
res conueniunt[p]. Sed nunquid cauſæ qua- 24
litates deſignandæ ſunt? Et non eſſe hoc
neceſſe, crebrior opinio eſt, petam igitur
rectè centum ex teſtamento, etiam ſi nõ
adijciã, à teſtibus ſubſignata,[q] petã centũ
quæ monaſterio mutuaui, nec addere op[9]
hoc erit, in monaſterij vtilitatem conuer
ſa.[r] Sed num cauſa aut proxima aut remo 25
ta non expreſſa (ſi pars id non opponat) li
bellus procedet? Et procedere verius[s] eſt.
Quid in actione perſonali proxima cauſa 26
exprimẽda erit, an ſufficiet remota? Et cõ
cors antiquorum[t] recẽtiorumq;[v] etiã opi
nio eſt, remotam ſufficere, ſatis ergo erit
ſi à te petam decem, quæ tibi dedi mutuò,
etiam ſi non exprimam te ad hoc obliga-
tum, ſufficit enim, ſi libellus pręſumptiuè 27
concludat.[x] Deniq; annotatum & in his li 28
bellis eſt, qui ſuper actionibus ciuiliter in
tenduntur, locum & tempus deſignari ne
ceſſe non eſſe[y]. In criminalibus cõtrà[z], aut 29
cùm actio infamiã irrogat,[a] quales actio
de dolo[b], & actio iniuriarũ eſt,[c] quæ cõcor
di omnium aſſenſu approbantur[d]. Circa 30
actionem Accurſius quærit, an cauſa & a-
ctio idem ſint? Sed de hoc nec dubitari iã
licet, perinde enim eſt, acſi quæras, cauſa
& effectus idem ne ſint. Queritur & illud, 31
an nomen actionis in libello exprimi de-
beat? Et exprimendum non leue argumẽ
tum eſt[e], ſed obtinuit[f], crebriore[g] calculo
non eſſe expreſsione opus, quo iure vti-
mur. Quid ergo, ſi res, cauſa, concluſio, a- 32
ptè deſignantur atq; ponũtur, actio verò
inepta exprimatur, an cõdemnatio ſequi
poſsit? Et poſſe verior[h] receptiórq;[i] etiam
ſententia eſt. Nec me Iaſonis argumenta
morantur, quæ facillimè ſolui poſſunt.
Quid denique ſi plures actiones ex li- 33
bello reſultant? Et cogi debet tunc actor
vt eligat[k], ex Accurſij ſententia, quam
alij veram tunc arbitrantur, cùm actio-
nes ſpeciales ſunt, nam ſi generalis, &
ſpecialis contineatur[l], ſpecialem in-

n Alex. nu. 26. Iaſ. in §. omniũ. n. 120. in ſti. de actio.
o l. 2. §. circa. ff. de do. exce.
p Iaſ. hic. nu. 43.
q l. non putauit. §. non quanis. ff. de bon. po. con. tab.
r Alex. n. 29 Iaſ. num. 41.
s l. vlti. C. de anna except.
t Bar. nu. 16.
v Alex. nu. 28. Iaſ. in §. omnium. n. 123.
x l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fran. credi.
y c. abbate. de re iudi. in 6.
z l. libellorũ. ff. de accuſat.
a c. tua. de procur.
b l. idem exigit. ff. de dolo.
c l. prætor. in princip. ff. de iniur.
d Alex. numer. 30.
e l. vlt. C. de interdi.
f c. dilecti. de iudic.
g Alex. n. 33. Iaſ. num. 44. Zaſ. num. 28.
h l. vnica. in princ. C. de rei vxo. act.
i Iaſ. nu. 45. Zaſ. n. 29. Alcia. in l. edita. co. 2. C. de edẽ.
k l. quod ĩ hæredẽ. §. eligere ff. de tributo.
l certi condictio. in prin. ff. ſi cer. peta.

tendere actor videtur.[a]

34 SCIAT reus.) Igitur, generalis & incertus libellus, non procedit, præterquã, parte non opponente,[b] quo caſu, & actoris & rei libellum incertitudo non vitiat[c]. Procedit etiã libellus incertus, in cauſis ſummarijs,[d] procedit cùm ſuper damnis, & eo quod intereſt[e] intenditur, procedit in legitima,[f] procedit in dote,[g] & alijs quibuſdã caſibus, quos Alexãder Iaſon & alij notãt.

36 INSTRVCTVS ad agendum.) Non ergo hoc ſufficiet, ſi dixerit, deliberaui cedere, vel contendere, ſed dilatorias 37 aut declinatorias exceptiones, infra terminum ſibi datum opponat neceſſe eſt,[h] alioqui, noua adhoc dilatio non dabitur.[i] Id eſt autem inſtructum venire.

38 VEL in libello.) Horum alterum, in electione actoris ponitur, ſed cuius expẽſis? Et ſeruanda conſuetudo eſt, quæ in hiſce variat. Apud nos, in ſentẽtiæ prolationẽ, hæc ſeruãtur, cùm videlicet, expenſarum condemnatio fit.

39 PRODVCAT aduerſarium ſuum ad album.) Legebatur antea, ad aliũ. Primus Politianus, ex pandectis Florẽtinis, ad album reſtituit, vt de albo prætoris intelligam, tabella ſcilicet dealbata, in qua prętorum edicta proponebantur, quem ſenſum qui ſecuti ſunt[k], aduerſariũ pro parte aduerſa accipiunt. Erit ergo ſenſus, edere eum quoq; qui reo, ad Prætoris albũ producto, actionem oſtendat, qua in eum intẽdet. Alciatus,[l] ex veteri codice, ſic emẽ-40 dat, qui aduerſaria ſua, ad albũ producit, vt ſint aduerſaria, notulæ ſiue quinterneti, quæ à tabulis, ſiue codicib9 eo differũt, quòd hæ diligentiùs, illa, tumultariè, negligentiusq; confici ſolent, & memoriæ magis cauſa, quàm vt in mundum redacta ſint. Idemq; repetita cura probat[m], ac aduerſarium in ſingulari, pro eadem notula accipiens, ſuum hunc intellectum, ab his qui dicerẽt cõtrà, defendit. Cui tamẽ, obſtare magis videri poſsit, quòd vt aduerſarijs hiſce productis, editio actionis, fieri diceretur, de tribunali, magis quàm de albo, mentio facienda fuit. Quare ipſe, vt veram lectionem arbitror, ad albũ, ita aduerſarium, hoc loci pro litigatore, magis quàm pro notula, accipio. Nam & vix eſt vt in ſingulari numero, pro notula, eã vocem, quiſquam obſeruet.

a Arg. l. hoc legatum. l. itẽ in legato. de legat. 3.
b l. fi. C. de an na. excep. d. c. abbate.
c Iaſ. in l. Titia textores. n. 26. ff. de lega. 1.
d Bart. in extrau. ad reprimendum. in. §. figura.
e l. cùm dilectus. de ordin. cognit.
f l. ſi quis in ſuo. in prin. C. de inof. teſta. Bal. in ca. conquerente. col. fi. de offi. ordi.
g Bar. in l. fi. C. de ſent. quæ ſine cer. quan. prof.
h Auth. offeratur. C. de lit. conteſtat.
i l. ſi quando. C. de dilat.
k Catel. Anne mor. dic. edre. Coraſ. miſcellan. lib. 4. c. 6.
l Alcia. lib. 1. diſpunct. c. vlt.
m Alciat. parer. lib. 8. c. 7.

41 VEL id dicendo.) Hodie, libellum in ſcriptis offerendum[n], omnes conſentiunt[o]. Quin & illud receptius eſt[p], ſatis nõ eſſe, ſi in iudicio, actor notario dictes, petatq; vt in acta redigat, quam ipſe actionem in-42 tendat. Non habet tamen locum, communis opinio hæc, ſi quis inſtrumentum, aut ſcripturam producat, qua reus obligatus eſt, ea enim, cum verbali petitione, libelli vim habet[q]. Non rurſus, ijs etiam caſib9 43 quibus, ad ſimplicem actoris querelam, procedi poteſt[r]. Et generaliter Hiſpaniæ 44 iure libelli, aut in ſcriptis oblati, aut viua voce prolati, dũ modo in acta; à notario redigantur, procedunt. Mirũmq; eſt, quãtum de ſcrupuloſa iuris ſolẽnitate, & duritie, lex illa remittat.[ſ]

n d. auth. offeratur.
o Alex. col. 3. Iaſ. num. 9.
p gem. l. in ſacris. in §. de poſitione. & de g miſerat. ſero. no lib. n.
q ſpec. de lib. concep. §. nunc videndũ. ver. & Iaſ. hic n. 11.
r Bald. in l. fi. ad fin. C. vti poſſid. lega.
ſ l. vnic. n. li. gerdem.

EDitiones ſine die & Conſule fieri debent, ne quid excogitetur ẽ die & conſule aut prælato die fiat. Diem autem & conſulem excepit prætor, quo inſtrumentum conſcriptum eſt, non in quem ſolutio concepta eſt: nam dies ſolutionis, ſicuti ſumma, pars eſt ſtipulationis. Rationes tamen cum die & conſule edi debent: quoniam accepta & data non aliàs poſſunt apparere, niſi dies & conſul fuerit editus.

1 *Conſul & dies hodie in inſtrumentis non ponuntur.*
2 *Editionem petere poteſt quilibet cuius interſit.*
3 *Inſtrumenta quomodo & quando edantur?*
4 *Talionis pœna in vſu non eſt.*
5 *Inſtrumẽti alieni copia vt illud falſum quis redarguat facienda non eſt.*
6 *Proferre diem quid ſit?*
7 *Inſtrumentis ab vno in iudicio editis an alius aduerſus eum ijs vti poſsit?*
8 *Proteſtatio edentis quatenus pro ſe inſtrumẽta faciant an illi proſit?*
9 *Edi quæ debeant?*
10 *Pars ſubſtantialis an qualificatiua ſit, quantum referat?*
11 *Summa pars quantitatiua eſt.*
12 *Inſtrumentorum & rationum editio qua ratione differant?*
13 *Inſtrumenta actione in factum eduntur.*
14 *Rationes officio iudicis eduntur.*

SINE

1 SIne die & conſu-
le.) Hodie nomen conſulis non
apponitur, ſed Papæ aut Impera-
toris[a], dieſque anni incarnationis aut na-
2 tiuitatis domini noſtri ponuntur[b]. Cæte-
rùm editionis petitio aut actorum aut in-
ſtrumentorum eſt, acta iudicij, cum die &
conſule eduntur[c], petereque eorum edi-
tionem quilibet poteſt, cuius intereſt.[d] Si
quis igitur me petente, excommunicatus
in curia epiſcopi ſit, editio excommunica-
tionis cuicunque fieri debet, cuius eam
3 probare per acta intereſt[e]. Inſtrumenta aut
communia, aut propria, aut aliena ſunt.
Communia cum die & conſule edentur,[f]
dummodo communia quoad dominium
vtrique ſint, vt hæreditaria, ſocietatis, diui-
ſionis, ſecus ſi ad alterum iure dominij, ad
me iure vtilitatis pertineant, cuiuſmodi
inſtrumentum eſt, quo te emiſſe à me fun-
dum probatur. Id enim ſine die & conſule
editur.[g] Propria inſtrumenta cum die &
Conſule eduntur[h]. In alienis maior du-
bitatio eſt, quare & ſubſtingui ſolet, aut
enim editio in hoc petitur, vt de falſo re-
darguantur, aut vt potens deliberare poſ-
ſit, cedad ne an contendat, aut actor ſiue
reus, actionem, exceptionem, replicatio-
nem, ex inſtrumento fundent. Primo caſu
cum die & cõſule editio[i] fit, ſi modò diem
& Conſulem, is qui petit, redarguere vult,
iurètque ſe credere redargui poſſe, adjicit
Specula. & ſe ad pœnam talionis ſubſcri-
4 bat, ſed hoc alij reprehendunt, talio enim
& generaliter & in propoſito quoque in
vſu non eſt. Quid ergo? Certè qui non pro
bat falſum, extraurdinem arbitrio iudicis
punietur.[k] Sed & illud notandum eſt, in
5 quo à Bartolo nemo diſſentit, alieni inſtru
menti copiam vt de falſo redarguat, ei non
fieri, cuius non interſit, quod cum de tuto-
ris inuentario ipſe dixerit,[l] ad ſimilia quoq;
perduce poterit. Secundo caſu. Editio ſine
die & conſule fit,[m] niſi fortè deliberari ali-
ter non poſſit, quàm die & cõſule editis, vt
in Bartoli exẽplo, creditorũ inter ſe cõten
dentiũ, quod alij ſequuntur.[n] Tertio caſu
approbata[o] Ioannis opinio eſt, reũ non te-
neri edere actori ad intẽtionẽ actionis fun-
dãdã[p], teneri tñ ad adiuuãdam[q], aut ad re-
plicationem fundandam,[r] reo verò actor
edere tenetur, vt exceptiones fundet.[s]

a Authen. ut prepo. nom. imp. Zaſ. hic colum. 1.
b g. n. l. iuris gentium. §. quod fore. ff. de pac. Alexan. hic. n. 4. Alcia. lib. 9. parer. cap. 6.
c ca. quoniã contra. in g. loca & tempora de probatio.
d l. in fraudem. §. neq; inſtrumẽta. ff. de in. fiſ.
e arg. l. ex ea. cum gloſ. ff. de poſtul.
f l. procurator. C. de eden. l. ſi que. ff. famil.
g Innoc. in. c. 1. de probat.
h rub. ad exhibend.
i l. optimã. ad. fi. C. de contrah. & commit. ſtipula.
k faber. in. §. item verborũ inſti. n. de inutil. ſtipu. Iaſ. hic. n. 10. Zaſ. num. 7.
l Bart. in. l. tutor qui repertoriũ. in princ. col. fi. ff. de admi. tuto. Zaſ. h. c. num. 8.
m ut hic.
n Alex. nu. 14. Zaſ. nu. 8.

AVT prolato die fiat.) Accurſius prola- 6
tum diẽ pro mutato vel prolõgato accipit.
Ego proferre diẽ pro mutare legi nuſquã,
proferre verò diẽ pro differre aut diffinde-
re legi, quomodo arbitri, diẽ proferre dicũ
tur.[t] Exiſtimo tamẽ in præſentia, prolatum
de edito dici, vt & alibi[v] non ſemel, neque
enim prolõgatione tñ, verùm & abbreuia
tione in diebus fraudes excogitari poſſent.
Hinc Ciceroni in offi. Aquilius protulit de
dolo malo formulas, proferre tabulas, &
proferre libros, Lib. 2. de Nat. Deo. & pro
Cornel. & apud eundem lib. 6. epiſt. famil.
proferre factos, pro eo quod Pomponius,[x]
ſurreptum librum populo edere aut trade-
re. Florentinus Codex habet prælato, quaſi
oſtenſo, ſiue exhibito, quod locutionis ge-
nus de die probum ſatis non eſſet.
INSTRVmentũ.) Quæri hic ſolet, num 7
inſtrumentis à me in iudicio editis, aduer-
ſarius cõtra me vti poſſit? Et poſſe concors
Accurſij & omnium ſentẽtia eſt, etenim ſi
mul atq; edita ſunt, cõmunia fiunt,[y] appro
baſſeq; & pro ſe & contra ſe is videtur qui
ediderit.[z] Quid ergo ſi edẽs proteſtetur ſe 8
eatenus edere quatenus pro ſe faciant, &
non vltra? Et variatũ in hoc eſt,[a] ſed recep
tior opinio[b] videtur, eiuſmodi proteſtatio
ne aduerſarium non onerari, poſſeque ad-
huc inſtrumento vti, contra edentem. Sanè
iudex hoc non ſupplebit, eritq; in hoc pro
teſtatio non inutiles, quæ Zaſij noua decla
ratio eſt, quam & ipſe ſequor.
NON in quem.) Sed & locus nomina te 9
ſtiũ, & notarij edi debent, omniũ cõſenſu[c].
PARS.) Non ſubſtantialis, ſed qualifica- 10
tiua vt[d] doctores vocant, nam & ſumma, 11
pars quantitatiua eſt.
RATIONes.) Anxiè hic quærit Accur- 12
ſius, rationem differentiæ, inter rationes &
inſtrumẽta, quaſi verò iuris conſultus non
reddidiſſet.
DEBENT.) Inſtrumenta actione in fa- 13
ctum, rationes officio iudicis[e]. 14

EDẽda ſunt omnia, quæ quis apud
iudicem editurus eſt: non tamen
vt & inſtrumenta, quibus quis vſurus
non eſt, compellatur edere. Edere
nõ videtur, qui ſtipulationem totam
non edit. Eis qui ob ætatem, vel ruſti
citatẽ, vel ob ſexum lapſi, non edide-
rũt, vel ex alia iuſta cauſa, ſubuenitur.

o Alex. nu. 5. & 25. Zaſ. n. 11. & 15.
p l. qui accuſare. §. fi. C. de eden.
q l. Titius. l. creditor. ff. de act. emp. Alexan. n. 5. & 15.
r l. pen. §. fi. ff. ad. l. falci. l. plures. C. de fi. inſtru.
s l. fin. C. de edẽ. l. diſſoluta. C. de con. ſine cauſ.
t l. Labeo. l. diẽ proferre. ff. de arbitr.
u l. in fraudem. §. quoties. ff. de iu. fiſ. l. pe. §. fi. ff. ad. l. falc.
x l. 2. §. poſteacùm Appius. ff. de orig. iu.
y Bal. in. c. prætereà. col. 3. de dilatio.
z Bal. in. c. præſenti. col. 1 de teſtib.
a Iaſ. hic. col. fin.
b Zaſ. col. penul.
c Alex. n. 20
d l. ex duobus. ff. de duob. re.
e l. 2. C. de edend.

1 *Editio poſt litem cõteſtatam, an antea fieri debeat?*
2 *Edere an compelli quis poſſit?*
3 *Editio partis an fieri poſſit?*
4 *Minor, Ruſticus, Mulier æquiparantur.*
5 *Dolus præſumptus de præterito & de futuro differunt.*

EDiturus eſt.) Fiet autẽ edi-
1 tio poſt litem conteſtatam, niſi
forte in libello de inſtrumento
mentio ſit facta, tunc enim ante litis conte
ſtationem edendum eſt[a], niſi veriſimile
2 potiùs ſit, penes actorem id adſeruari.[b] Sed
quid ſi edere nolit is, à quo editio petitur?
Et Innocẽtij approbata ſententia[c] eſt, non
cogendum edere. Quid igitur? Nempe pro
nuntiabit iudex, inſtrumẽtum (ſi quo tem-
pore appareat) nullum futurum.[d]
COMPELLATVR.) Quid ſi qui ſe-
mel in iudicio edidit, & cum poſtea editio
nis pœniteat? Et Azo. exiſtimat, huic reſti-
tui debere, alij contrà[e]. Nam quia poſt edi-
tionem cõmunis vtriq; ligitatori eſſe cœ-
pit, edens quidem (ſi volet) nõ vti ſcriptura
poterit, aduerſarius verò (ſi volet) poterit.
3 TOTAM.) Vt inſtrumenti particula nõ
editur, ſic neq; ſtatuti,[f] rationes non pror
ſus eduntur,[g] ſed & legatarijs eæ demum
particulæ, ſiue clauſulæ eduntur, quæ ad
ipſos pertineat, quod Bartolus & frequen-
tiores notant.[h] Quid ſi is contra quem in-
ſtrumentum producitur, integrum ſibi edi
poſtulet, vt eius parte aliqua vtatur? Et pro-
ditum crebrius[i] hoc eſt, ne huic editio in-
tegra denegetur.
4 SEXVM.) Minorem, ruſticum, mulie-
rem hic comparari conſtat, & à dolo præ-
ſumpto de præterito excuſari, non ſic à do
5 lo de futuro, vt ſi poſt didicita teſtificata te-
ſtes producant.[k]

II. PAVLVS. *Lib. III. ad Edictum.*

SI legatum petatur, non iubet
prætor berba teſtamẽti ede
re: ideo fortaſſe quia hære-
des ſolẽt habere exẽplum teſtamẽti.

1 *Exemplum quid ſit?*
2 *Legatarius teſtamentum edere non compellitur.*
3 *Hæres an cogatur edere teſtamenti exemplum?*

PEtatur.) Ideſt ab hęrede legatari⁹ petat.
HAEREDES.) De extra-
neis, non de ſuis hoc crebrius
accipiunt,[l] de ijs quæ teſtamento, non quæ
codicillis relicta ſunt.[m]

a Innoc. in c. 1. de probat.
b l. ſi legatum. inf. d. ubi Bart.
c Ia. hic.
d C. g. perpetuus de. fi in ſtr. l. 3. C. de fin. inſtru.
e Guido deciſ. 243. Rupel. lib. 1. foren. Inſti. c. 46. ad fi.
f l. ineiuile. ff. de legib. l. pars. ff. de iudic.
g l. argentarius. §. edi.
h Bar. in l. 2. §. di. m. ff. quemad. teſta. ape. Bar. in rub. ff. de no. op. nun. num. 7. Alexan. nu. 35. Iaſ. n. 8. Dec. in c. 1. n. 72. de probat.
i g. in §. editiones. ſupra. ubi doc. Deci. in ca. 1. nume. 35. de probat. Alexã. in l. 1. colũ. 4. C. ut quæ deſ. ad ne.
k Bart. & docto. in l. 1. §. nunciatio. ff. de no. ope. nun. Iaſ. ibi. nume. 1.
l l. non eſt ſe

EXEMPLVM. Formam. Annotauit 1
enim in hunc locum Valla, quantum inter
ſe exemplum, exemplarq; differant. Sanè
duplex poteſt eſſe legis ſenſus, & vtrunq;
Doctores noſtri ſequuntur.[n] Primus lega- 2
tarium non cogi edere teſtamentum, quo
ſibi legatum ait, vero ſimilius hoc eſt, teſta
menti tabulas penes hæredem eſſe. Secun- 3
dus hæredem teſtamenti exemplum non
cogi edere, ſed exemplar. Inde ſumptum,
Paulus negat, hæredem aut exemplar aut
exemplum teſtamenti compellendum ede
re. Ego communi ſententiæ magis aſſen-
tior,[o] ſecundum quam & ea declarari opor
tet, quæ ſuprà diximus[p].

III. MAVRITIANVS. *Lib. II. de pœnis*

SEnatus cenſuit, ne quiſquam
eorum, à quibus quid fiſco
petetur, alia inſtrumenta de-
latori cogatur edere, quàm quæ ad
eam cauſam pertinerent, ex qua ſe de
ferre profeſſus eſſet.

1 *Fiſcu reus edere tenetur iure ſingulari.*
2 *Dos & fiſcus circa editionem inſtrumentorum eodem iure utuntur.*
3 *Vectigalium redemptores an eodem iure quo fiſcus utantur?*
4 *Fiſcus quibus caſibus priuilegio non gaudeat ut reus edat?*
5 *Capitales cauſæ quæ ſint?*

FISCO petetur.) Fiſcus actor eſt.
DELATORI.) Odioſum
nomen, ſed fiſco valde proficuum.
QVAE ad eã cauſam pertinerent.) Singu 1
lare ius in fiſco eſt, vt ei inſtrũmẽta à reo
edãtur, quibus actionẽ inſtruat, qui intelle-
ctus cõmunis eſt. Sic & in dote[r], idem erit 2
Nõ idẽ in redẽptoribus vectigaliũ, vt Ale-
xãder & Iaſon hic cõtra Baldũ notãt, perſo
nale eñ hoc fiſci priuilegiũ eſt, nec ad eos 3
trãſit[s], ſed & neq; in cauſis capitalib⁹ fiſcus
ipſe eo priuilegio gaudet[t], capitales autẽ 4
cãs largiſsimẽ in propoſito frequẽtiores ac
cipiunt,[v] deniq; neq; cõtra fiſcũ fiſcus[x], eo
amplius neque contra eccleſiam vtetur.[y] 5

IIII. VLPIANVS, *Lib. IIII. ad Edictum.*

PRætor ait, ARGENTA-
RIAE MENSAE EXER-
CITORES RATIO
NEM QVAE AD SE
PERTINET, EDANT, AD
IECTO DIE ET CONSVLE.

1 Argen-

vẽdus. ff. de tranſact.
m l. etiã qui in prouincia. ff ſi cer. petet.
n Alexand. & Iaſ. col. fin. Zaſ. col. 1. & col. fi.
o l. locum. §. ſolent. ff. de tab. exhib. Zaſ. col. fi.
p in l. omnes populi ad fi. de Iaſtit. & iur.
q l. 1. C. de edem. l. 2. §. diuus. ff. de iu. fiſ.
r l. 2. C. de priuile. fiſ.
s l. fin. ad fi. ff. de còtrah. em.
t l. 2. §. item diui. ff. de iu. fiſ.
u Ripa. in l. 1. n. 11. C. de eden.
x l. ſed & milites. verſ. coequalitas. ff. de excuſ. tutor.
y Feli. in c. 1. num. 9 de probat.

1 *Argentarij qui. Et quid à menſariis, menſu-
lariis, & numularijs differant?*
2 *ἀργυροπράκται*
3 *Tabelliones argentarijs ſimiles, numularij
campſoribus.*

PRætor ait.) Hactenus de editione, quæ auctoritate iuris ciuilis fit, nunc de ea quę per prætorē.
ARGENTARIAE menſæ, exerci-
1 tores.) Argentarij, qui & à menſa menſarij
dicuntur & mēſularij, & Gręcè τραπεζῖται,
hi maiorem quàm numularij negotiatio-
nem exercere ſoliti, vt quibus olim pecu-
niæ cuſtodiēdę dabātur, interdum ſub fœ-
nore, interdū gratuito, auctionibus non-
nunquā intererant,[a] Codicibus ſuis ratio-
nes ſcribebāt, quas ex prætoris edicto ede
2 re coguntur. In Græcis pandectis, ἀργυρο-
πράκται dicti horū inſtar (vt credit Budę[b])
ferè ſunt, qui vinarij venditores, pecunia-
rijq́; dicuntur, & cetarij piſcarijq́;. Sed Ia-
ſon, Zaſius, Alciatus[c], in hoc vero propio-
res, qui noſtri temporis tabellionibus nō
3 abſimiles aiūt, vt numularios cāpſorib[d].
DIE & conſule.) Eduntur ab argentarijs ſiue notarijs inſtrumenta cū die & conſule, à parte parti ſine die & Conſule.[e]

a l. filia. ff. de ſolut.
b Bud. in l. ſi hominē. §. quoties. ff. depo.
c Iaſ. & Zaſ. hic. Alcia. parer. lib. 8. c. 19. & diſpunct. libr. 4. cap. 22.
d l. quadam. §. numularios infrà.
e l. 1. §. editiones ſuprà.

HVius edicti ratio æquiſsima eſt: nam cùm ſingulorum rationes argentarij cōficiant, ęquum fuit, id quod mei cauſa confecit, meū quodammodo inſtrumentū mihi edi. Sed & filius familias continetur his verbis, vt vel ipſe cogatur edere. an & pater, quęritur. Labeo ſcribit, patrem non cogendum, niſi ſciente eo argentaria exercetur. ſed rectè Sabinus reſpondit, tunc id admittēdum, cùm patri quæſtum refert. Sed ſi ſeruus argentariā faciat (poteſt enim) ſiquidem voluntate domini fecerit, cōpellēdum dominum edere, ac perinde in eum dandum eſt iudicium, acſi ipſe feciſſet. ſed ſi inſcio dn̄o fecit, ſatis eſſe dominum iurare, eas ſe rationes non habere. Si ſeruus peculiarem faciat argentariam: dominus de peculio, vel de in rem verſo tenetur. ſed ſi dominus habet rationes, nec edit, in ſolidū tenetur.

1 *Serui argentariam exercebant.*
2 *Serui tabelliones eſſe non poſſunt.*
3 *Serui monachi eſſe non poſſunt.*

SIngulorum rationes.) Argentariorum inter cætera officium hoc fuit.
QVODAMMODO.) Non temerè nota hæc improprietatis adiecta eſt, neq; enim verè meum inſtrumentum eſt, cùm ad argentarium ipſum pertineat.[f]
SCIENTE.) & volente.
ADMITTENDVM.) Vt pater cogatur, etiam ſi ſciat tantùm & taceat, neq; expreſsim approbet.
QVAESTVM referret.) Patri, ex argētariæ negotiatiône.
POTEST enim.) Argentariam ſerui ex 1
ercere poterāt, tabelliones hodie eſſe nō 2
poſſunt,[g] ſicut nec monachi.[h]
PECVLIAREM.) Quatenus in ſuo 3
peculio eſt.

f ſuprà in principi.
g l. generaliter. C. de decu. lib. x.
h ca. ſicut. ne cleri. vel mon.

ETiam is, qui deſiſt argentariam facere, ad editionem compellitur. Sed ibi quis compellitur edere, vbi argentariā exercuit: & hoc eſt cōſtitutū. Quòd ſi inſtrumētum argentariæ in alia prouincia habeat, in alia adminiſtrauerit: ibi puto cogendum edere, vbi argentariam exercuit: hoc enim primùm deliquit, quòd aliò inſtrumentum tranſtulit. quòd ſi in alio loco argentariam exercet, alibi autem ad editionem compelletur, minimè hoc facere cogitur: niſi deſcriptum velis, vbi de ea re agitur, eū tibi dari, tuis videlicet ſumptibus.

1 *Vſuras exercere qui deſiit, quæ reſtituēre cōpellatur?*
2 *Editio inſtrumentorum cuius ſumptibus facienda ſit?*

QVI deſijt.) Sic, & qui vſu- 1
ras exercere deſijt, ad reſtitutionem compellitur,[i] & vt ſcripturas inſtrumētaq́; vſurariæ profeſsionis edat.[k] Quòd ſi reſtituit ſecus eſt[l], aut ſi cautionem de reſtituēdo interpoſuit[m], vt Baldus[n] Zaſiusque notant, quibus accedo, Iaſone licèt diſſentienti.

i l. palā. §. nō ſolùm. ff. de ri. nup. l. quis ſit fugitiuus. in prin. vbi Bar. ff. de adi. edic.
k Clem. vni ca. §. 1. de vſu.
l C. cùm tu. in princ. de vſu. Bal. in rub. C. de vſur. q. 2.
m c. quanquā de vſu. in 6.
n Bal. in cap. paſtoralis. de offi. ordi. Iaſ. & Zaſ. hic.

CONSTITVTVM.) Iure ſingulari.[a] DELIQVIT.) Et veluti ratione deli&i forum in hoc ſortitus eſt.[b] DESCRIPTVM.) Inſtrumentum.

2 TVIS videlicet ſumptib⁹.) Pro regula tra ditum eſt, vt cùm ad huiuſmodi, iudex ex officio mittit, expẽſis vtriuſq; partis, cum parte petente, ipſius expenſis mittat[c].

a Alcia. parer. lib. 6. c. 26. b Auth. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi. opor.

c l. ex parte. ff. famil. l. ſi ir ruptione ff. ſi. reg. Iaſ. hic nu me. 9.

V. PAVLVS. Lib. III. ad Edictum.

SPatiumq; ad perferendas eas tribuendum eſt.

1 *Literæ quæ receptoriæ dicuntur, tam circa inſtrumenta quam circa teſtes locum habere poſſunt.*

SPatiúmque.) Sed quid ſi periculum ex itinere immineat, aut exemplũ in archiuo publico adſeruetur? Reſpondeo, aut mittet iudex eos qui videant, & ex fide referant, aut (quod melius eſt) iudici loci ſcribet, vt exemplar deſcriptum ad ſe mittat, vt enim circa teſtes, ſic & cir-

1 ca inſtrumenta literis (quas receptorias vulgo dicimus) locus eſſe poteſt.[d] Quo iure vtimur.

d l. iudices. C. de fi. inſtru. c. accepimus. de fid. inſtru. Iaſ. nu. 8. Zaſ. numer. 4.

VI. VLPIANVS. Libr. IIII. ad Edictum.

SI quis ex argentariis (vt plerique eorũ) in villa habeat inſtrumẽtũ, vel in horreo: aut ad locum te perducet, aut deſcriptas rationes dabit.

1 *Argentariæ tabernæ quæ ſint?*
2 *Foro nummularios cedere quid ſit?*
3 *Horreorum publicorum vſus qui fuerit?*
4 *Comitis horreorũ officium quale?*
5 *Librarij horreorum.*

e l. qui tabernas. ff. de contrah. empt. f l. ſi hominẽ. §. quoties. ff. de po. g l. clauibus. ff. de contrah. empt. l. dominus horreorũ. ff. loca. rub. de condi. in publ. horre. libr. xi. h l. 3. §. effractura. ff. de offic. praf. vig. h l. vnica. C. de piſtor. i l. vlti. ff. de in. immu.

1 IN villa.) Illud frequentius fuit, vt in foro publico tabernas haberẽt quæ in iure noſtro argentariæ

2 tabernæ dicuntur,[e] vnde & alibi foro nũmularij cedunt[f].

3 HORREO.) In horreis publicis, nõ frumenta tantũ, aliáſue eiuſmodi ſpecies, ſed & res pretioſas & inſtrumẽta, præter hũc

4 locũ alij nõ pauci Iuris ciuilis oſtendũt[g], fuitq; officium comitis horreorũ[h], fuere

5 & horreorũ librarij,[i] quin & inſtituta publicè horrea ab Imperatore Alexandro, Lampridius in eius vita teſtis eſt.

COgentur & ſucceſſores argentarij edere ratiões. quòd ſi plures ſint hæredes, & vnus habeat, ſolus ad editionem cõpelletur. ſed ſi omnes habeant, & vnus ediderit, omnes ad editionem compellendi ſunt. quid enim ſi humilis & deploratus vnus edidit, vt dubitare quis meritò de fide editionis poſsit? vt igitur cõparari rationes poſsint, etiã cæteri edere debent, aut certè vnius editioni ſubſcribere. hoc idẽ erit & ſi plures fuerint argẽtarij, à quibus editio deſideratur. Nam & ſi plures tutores tutelã adminiſtrauerũt ſimul, aut omnes edere debent, aut vnius editioni ſubſcribere. Exigitur autem ab aduerſario argentarij iusiurandum non calũniæ cauſa poſtulare edi ſibi: ne fortè vel ſuperuacuas rationes, vel quas habet, edi ſibi poſtulet, vexandi argentarij cauſa.

1 *Tabellione mortuo an alteri inſtrumenta cõficienda committantur?*
2 *Bartoli opinio communiter reprehenditur.*
3 *l. 55. titul. 18. part. 3. & pragm. 37.*
4 *Tabellio ſemel delinquens, an poſsit conficere inſtrumenta.*
5 *Deploratus qui dicatur.*
6 *Subſcriptio an habeat vim ſcripturæ?*
7 *Editionem petens iurare de calumnia debet.*
8 *Teſtes nõ integri aliorum, qui integræ opinionis ſunt, depoſitionibus ſuſtentantur.*

COgentur & ſucceſſores.) Quid ſi tabellio 1 ſit mortuus? Et Põtificij, iudicẽ vni alteri notario cõmiſſurum inſtrumenta aiunt,[k] qui ipſe cõficiat, quod Bartolus verũ eſſe credit, præ 2 terquã ſi notarius notario ſuccedat, tunc enim, ipſo iure ſucceſſori commiſsionem videri factã, hui⁹ legis argumẽto. Cæteri[l], crebrius & tũc quoq; iudicis cõmiſsionẽ expectari, quo iure vtimur, Idq; & lex Re 3 gia confirmat.[m]

HVMILIS.) Tractat hîc Bartolus, nũ ta 4 bellio, qui ſemel deliquit, cõficere deinde inſtrumẽta poſsit, quæ fidẽ faciãt? Et approbata eius diſtinctio eſt,[n] vt ſi extra officium delinquat, inſtrumenta valeant, fidẽ vtcũq; habitura, quam tamen probati alicui⁹ alterius notarij ſubſcriptio ſupplebit.

k c. cũ. p. tabellio. de fi. inſtrumen.

l Angel. & Fulg. in l. quedã. §. nihil. ff. de edend. Iaſ. num. 14. m l. 55. tit. 18. par. 3. prag. 37. n Alex. Iaſ. Zaſ.

Quòd

Quòd ſi in officio deliquit, & ob id cōdē natus eſt, inſtrumenta quidem nō valent,[a] niſi fortè alterius ea notarij ſubſcriptio cō firmet. Sed et ea inſtrumenta, quæ ab accuſato nondum tamen condemnato confecta ſunt, valebunt[b], eò ampliùs & ſi condemnatus ſit, cepta tamen perficiet[c]. Súntque huius articuli aliȩ declarationes, quas Iaſon, Felinúſque latè ponunt.[d]

a l. ſi aliquid C. de ſuſceptor. & arcar. lib. 11.
b l. ſi quis de curio. C. ad. l. corn. de fal.
c gl. in auth. de tabel. §. an tep. in. gl. documentis.
d Iaſ. in. l. barbarius. nu. 58. ff. de off. prat. Fel. in. c. fraternitatis. col. 2. de haret.

5 DEPLORatus.) Deploratum id dicitur, de quo conclamatum eſt, neque ei aliquo remedio ſuccurri poteſt, quem ipſa (ſi cupiat ſalus) ſeruare nequeat. Vnde deploratus à medicis æger, deplorata aurium vitia, deplorata tuſsis, apud Plinium, deplorata domus, Ouid. de Triſtib. lib. 3. transfertúrque ad animi vitia, & deplorati, infames, abiecti, extremæ notȩ qui ſunt, dici poſſunt.

QVIS merito.) Sic & in procœmio, de Beryto, quam & legum nutricem bene quis appellet, & alibi[e], cuius merito quis nos ſacerdotes appellet.

e l. 1. ff. de iuſti. & iu.

6 SVBSCRIBERE.) Scripturæ, ſubſcriptio par eſt, vnde reſpondere Doctores dicuntur, qui modo aliorum reſponſis ſubſcribunt.

ADVERSARIO argentarij.) Qui argentarium ad editionem compellit.

7 NON calumniæ cauſa.) Iurat de calūnia, qui rationes edi ſibi deſiderat.

8 ETIAM cȩteri.) Sic & teſtium depoſitiones, (qui fortè infames infamia facti ſunt) aliorum (qui integræ opinionis ipſi ſint) depoſitionibus ſuſtentantut, qui latus tractatus[f] eſt.

f Iaſ. hic. Fel. in. c. tertio loco. de probat. Hipp. in. l. de minore. §. tormenta. co. 3. ff. de quaeſt. deci. cōſ. 133. col. 3.

RAtionem autem eſſe Labeo ait vltro *citro* dandi, accipiendi, credendi, obligandi, ſoluendi ſui cauſa negotiationem. nec vllam rationem nuda duntaxat ſolutione debiti incipere: nec ſi pignus acceperit, aut mandatum, cōpellēdum edere. hoc enim extra rationem eſſe. Sed & quod ſolui conſtituit, argentarius edere debet: nam & hoc ex argentaria venit.

1 *Editiones eorum quæ extra rationem ſunt, quo iure fiant.*

2 *Acceſſiones argentariæ eius naturam ſequuntur.*

COmpellẽdum.) ſupple edicto hoc, quo ratio- 1
nes edere argentarij compelluntur, quæ Accurſij & communis declaratio[g] eſt, alia verò edicti parte cogentur[h].

g Iaſ. hic.
h Zaſ. co. fin.

EXTRA rationē.) Quid ergo ſi ſolutio- 2
pignus, mandatum ex argentariæ ratione deſcendant? Et rectiſsimè Bartolus ait, edicto locum futurum.

EX hoc edicto in id, quod intereſt, actio competit. vnde apparet ita demum tenere hoc edictum ſi ad eum pertineat.

1 *Editio rationum quo iure fiat?*

Actio.) Editio rationum iudi- 1
cis officio petitur, ſi non pareatur, actio in factum dabitur, in id quod īterfuit, quæ Accurſij, Bartoli & cæterorum concors traditio[i] eſt.

i Alex. hic, Alex. in. § cogentur. col. 1. Alex. in. l. 1. col. pen. C. de eden.

1 *Creditori inſtrumenta debitoris eduntur.*

2 *Creditor debitoris perſonam repreſentat.*

PErtinere autem videtur ad me ratio, ſi modò eam tractaueris me mandante. ſed ſi procurator meus abſente me mādauerit, an mihi edenda ſit, quaſi ad me pertineat? & magis eſt, vt edatur. Procuratori quoq; meo edendam rationem, quam mecum habet, non dubito, quaſi ad eū pertineat, & cauturum de rato, ſi mandatū ei non ſit.

1 *Creditori eduntur inſtrumenta, quæ ad debitorem pertineāt.*

ME mandāte.) ea quæ vtiliſsimi hi ſit.[k]

ET magis eſt.) Sic & creditori 1
inſtrumenta eduntur, quæ ad debitorem pertinent, debitoris enim ille perſonam repreſentat[l].

k l. prator. in prin. ſuprà.
l l. vlt. ff. de bo. aucto. iudi. poſſ.

SI initium tabularum habet diem, in quibus Titij ratio ſcripta eſt, poſt modum mea ſine die & conſule, etiā mihi edendus eſt dies & conſul: communis *enim* omnis rationis eſt præpoſitio diei & conſulis.

1 *Tabulæ hic cuius materiæ aut quæ intelligantur.*

tur.

2 Inſtrumenti publici materiam Bartolus hic nõ ſuo loco tractat.

3 Inſtrumentum publicum quid ſit.

4 Conſuetudo facit probationem haberi pro legitima.

5 Inſtrumentum publicum quomodo per ſe fidẽ faciat.

6 Inſtrumẽtum publicum quæ requirat pro ſubſtantia?

7 Inuocatio diuini nominis an ſit ſolẽnitas pro ſubſtantia publici inſtrumenti.

8 Solennitas leuis omitti poteſt.

9 Inuentarium an vitiet crucis in principio omiſsio?

10 Inuentarium non vitiat quod intra dies triginta cœptum non eſt.

11 Solennitatis leuis quæ dicantur?

12 Repetitio præcedentis inuocationis an ſubintelligatur?

13 Seruitutis ius, anima, inuocatio, tota in toto, tota in qualibet parte totius.

14 Subauditiones inuocationis & inſtitutionis hæredum.

15 Anni domini in inſtrumento publico quomodo ponendi?

16 Indictionis ratio vnde ſumatur?

17 Annus duplex, cõmunis, & legalis.

18 l.54.tit.18.part.3.& infrà.nu.44.&.49.&.53.&.65.

19 Aera quid, vnde dicta & de æræ computatione?

20 Anni domini per ſe vel per relationem ad aliud certi ponendi ſunt.

21 Repetitio annorum qui in principio ponuntur an in ſequentibus fieri videatur?

22 Indictio an ſit ponenda in publico inſtrumento?

23 Indictio quid ſit? quotuplex? vnde dicta? quo tempore inuenta? & de eius cõputatione?

24 διάταγμα, & ἐπιλύμνσις, Indictio eſt.

25 Indictionis erronea expreſsio an vitiet inſtrumentum?

26 Annis Domini in dubio potiùs quàm indictioni ſtandum eſt.

27 Hiſpaniæ indictiones in inſtrumensis non ponuntur.

28 Repetitio indictionum an præſumatur.

29 Dies qui ponendus eſt in publico inſtrumẽto.

30 Leges ſine die & conſule latæ, valent.

31 Dies quomodo computentur?

32 Athenienſes quemadmodum menſem diuiderent?

33 Diei certitudo per relationem an ſufficiat?

34 Dies in initio poſitus an extẽdatur ad omnia ſequentia.

35 Fama ſequens tollit effectum famæ præcedentis.

36 Iudicis arbitrio relinquitur num dies repetitus videatur?

37 Scripturæ continuatio, ex ſententia, non minus quàm figura literarum ſumitur.

38 Tabellionum teſtationes ad finem inſtrumentorum ſubiectæ quid operentur.

39 Encauſtum quid, encauſtice & encauſtes.

40 Sacrum encauſtum quid ſit?

41 Repetitio diei an fiat vi præſumptionis vel fictionis?

42 Præſumptiones legis liquidiſsimæ probationes ſunt.

43 Data libri ad præcedentia omnia refertur.

44 Protocolo an ſufficiat apponi diẽ, licèt omittatur in exemplo.

45 Pragmatica Regum Catholicorum folio.190 & infrà fol.160.

46 Menſis an ponendus in publico inſtrumẽto?

47 Papæ nomen an ſit ponendũ in inſtrumento?

48 Imperatoris nomen an ponendum in inſtrumento ſit?

49 Repetitio nominis an præſumatur.

50 Viuere centũ annis an quilibet præſumatur?

51 Locus an ſit ponendus in publico inſtrumẽto?

52 Libellus criminalis locum criminis an requirat?

53 Loci repetitio an præſumatur?

54 Teſtes an pro ſubſtantia inſtrumenti publici requirantur?

55 Subſcriptiones teſtium an neceſſariæ ſint?

56 l.111.tit.18.par.3.

57 Teſtium repetitio an præſumatur?

58 Notarius an præſumatur rogatus.

59 Solennitas extrinſeca non præſumitur.

60 Notarius publicus ſeruus eſt.

61 Tabellionis ſignum an requiratur in publico inſtrumento.

62 Cõmunes opiniones contrariæ.

63 Signo vnius tabellionis vel artificis an alter vti poteſt.

64 Communes opiniones contrariæ.

65 Pragmatica anni.1549.petit.12.

66 Signum tabellionis an in protocolis ponendum ſit.

67 Suſcriptio tabellionis an requiratur in publico inſtrumento.

68 Signum tabellionis an ſit ponendum in protocolis.

69 l.55.

69 *l. 55. tit. 18. part. 3.*
70 *l. 10. tit. 19. part. 3. pragmat. fol. 191.*
71 *Signi tabellionis repetitio an præſumatur?*
72 *Peſtis tempore exactæ adeò ſolennitates non requiruntur.*
73 *Librorum tegumenta an librorum conditionem ſequantur.*
74 *Equo uendito, equi ornamenta comprehendi.*
75 *Pronominis repetitio quid operetur.*
76 *Legis uirtus in inductione eſt.*
77 *Dies in protocolo poſitus an in exemplo uideatur repetitus?*
78 *Ordo intellectus non minus quàm ſcripturæ in repetitionibus attenditur.*
79 *Bartoli intellectus ad hunc paragraphum non probatur.*
80 *Vniuerſalis locutio pro ſubiecta materia reſtringitur.*
81 *Initij appellatio quomodo hic ſumenda?*
82 *Repetitio huius paragraphi an Bartoli ſit dubitatur?*
83 *Dimidium plus toto.*

TAbularum.)

Tabulas hic cuiuſcunq; materiæ, aut figuræ, Bartolus & omnes accipiunt.[a] Tabulas præterea multas, [b] ſianque in vnica faciliùs repetitio admittenda, denique tabulas cohærentes atque continuas, vt mutet tamen nihil, ſi quæ fortè detractæ ſin.[c] Cæterùm mate-
2 riam inſtrumenti publici Bartolus, (aut potiùs Nicolaus Alexandrinus[d]) in præſentiarum tractat. Idque non multum in loco,
3 verùm non auditorũ ſcænæ ſeruiemus. Primum igitur inſtrumentum publicum diffinit, illud, cui ſoli ſine alio adminiculo, iu-
4 re aut conſuetudine fides fit,[e] nam & conſuetudo, legitimam probationem eſſe facit eam, quæ aliàs non eſſet[f], quod Felinus
5 8 non vno modo declarat. Ex eo verò quòd per ſe fidem facit, & illud eſt, vt quanuis teſtes, in eo contenti, mortui ſint, nihilominus probet,[h] vtque) vt valeat,) publicatio eius non requiratur, quæ opiniones com-
6 munes ſunt.[i] Quæritur deinde quæ pro ſubſtantia inſtrumenti publici requirantur? Et cùm alij aliter ſenſerint, Bartolus Guilielmi Durandi opinionem exequitur, qui nouem requirit, è quibus primum eſt, inuocatio diuini nominis, quam bo-
7 nam honeſtamque verè fatetur, omiſsionem tamen eius non vitiari inſtrumentum, quæ opinio receptior eſt,[k] ſiue quia nomen diuinum tacitè ſemper ſubintelligitur, cum quicquid agitur, Deo authore aga- 8
tur, ſiue quia leuis ſolennitas hæc[l], quam
Alexander rationem probat. Sic enim & 9
illud, conſtat non vitiari inuentarium, in cuius initio ſanctiſsimæ crucis ſignum nõ apponatur, nec tunc etiam cum intra dies
triginta ceptum non[m] ſit, hæc enim om- 10
nia modicæ ſolennitatis ſunt. Sed vnde modicæ ſolennitatis eſſe colligimus? Et
Bartolus in loco[o] reſpondet, & leuis ſolẽ- 11
nitatis ea eſſe ait, quæ ſi omittantur, facti
ſubſtantiam non mutant. Quid ergo ſi in 12
principio libri notarius nomen inuocet?
Et rectiſsimè dictum eſt, repetitioni eſſe 13
locum, vt ſit inuocatio, veluti ius ſeruitutis, aut anima, tota ſcilicet in toto, & tota
in qualibet parte totius. Quid præterea 14
ſi dixerit tantum, In nomine, an ſequentia ſubaudientur? Et ſubaudienda verius eſt, ſicut & in hæredis inſtitutione vide-
mus.[p] Secundum, anni domini ponendi 15
ſunt, qui ſecundum regionis morem, vel incarnationis, vel natiuitatis ponũtur: nec referre Bartolus credit, hi an illi ſint, præterquam ad indictionem inueniendam,
quod ego non probo, incipere enim incar- 16
nationis annum à vigeſimaquinta die Martij, Natiuitatis à vigeſimaquinto die De-
cembris, omnes fatentur. Sed & annus du- 17
plex eſt, cõmunis, & legalis, ſeu emergens, vterque dierum tercentorum ſexagintaquinque[q]. Verùm illius computatio (vt diximus) ineunda eſt, huius, prout res emer-
ſerint.[r] Certè iure noſtro,[s] dies, menſis 18
Aera ponuntur. Aeramque tunc temporis, Auguſti Cæſaris æram intelligebant, à qua Hiſpani olim annos computabant, vſque ad Regis Ioannis eius nominis primi tempus, qui vt ab æra natiuitatis computatio
fieret, lege ſanxit. Eſt autem æra (quod Al- 19
ciatus & multi longo ſermone tractant) Theoni & aſtrologis principium temporis, dicta, vt quibuſdam placet, ab ære quod ſoluebatur. Alij, Heram ſcribi malũt, quaſi principatum dominationemue. Alij æram pro nata numerali annorum accipi, nam & æra in nomiſmatis idem eſt. Alij ſcribi temporibus Auguſti ſolere ſic. A. er. A. C. ideſt. Annus erat Auguſti Cæſaris, quam tamen notam librarij, aut imperitiores per abbreuiationem contraxerint. Quę omnes

a *l. 1. ff. de bo. poſſ. ſecun. tab. Iaſ. col. 2.*
b *l. ubi numerus. ff. de teſti.*
c *l. 1. §. fi. ff. de poſſ. ſecũ. tab.*
d *Alex. in l. iuriſgentium. § q. d. fere. col. 2. ff. de pact.*
e *Aut. de inſtru. cau. & fi. §. ſed ſi inſtrumenta.*
f *c. cum dilecti. de fi. inſtrument.*
g *Feli. in c. 2. col. 3. de probat.*
h *gl. in l. 2. in princ. in glo. publicãi. ff. quẽad. teſta. ape.*
i *Iaſ. in l. fi. n. 3. C. de bo. poſſ. ſec. tab. Iaſ. in l. publicati. nu. 4. C. de teſta.*
k *Alex. in l. iuriſgẽtiũ. §. quod ferè. colũna. 7. de pac. Alcia. parer. lib. 11. c. 6.*
l *l. 1. §. f. ff. de uentre in ſpi.*
m *Alex. in l. iuriſgentium. §. quod ferè. col. 2. ff. de pac.*
n *Corn. in aut. ſed cùm teſtator. col. pen. c. ad l. falci.*
o *Bart. in l. ſi plures. in. 4. q. ff. de exerci. & in l. cùm hi. § ſi prætor. ff. de tranſact.*
p *l. 1. § ſinan tẽ. ff. de hære. inſti.*
q *l. cũ bęres. §. ſtichus. ff. de ſtatu. lib. l. ita uulneratus. ff. ad. l. aquil.*
r *Bart. in l. libellorũ. n. 14. ff. de accuſ. Iaſ. in l. de diuiſione in. 4. nota. ff. ſol. mat.*
s *54. l. 3. ti. 18. par. 3.*

omnes curioſæ coniecturæ videri poſsint.
20 Sufficit autem annos domini per ſe certos
poni, vel per relationem [a], vt ſi tabellio, cō
tractum celebratū eſſe dicat, eo anno, quo
Imperator Carolus Quintus coronatus
21 eſt. Scd nunquid anni in principio poſiti,
in ſequentibus repetiti cenſentur? Et Gui-
lielmus id credidit, [b] Bartolus (quātum cor
rupta eius exemplaria ſignificant, in qui-
bus aliqua deſiderantur) dubitaſſe videtur,
ſed tandem in eandem ſententiā inclinat,
vt ad ea inſtrumenta repetitio extēdatur,
quæ eo anno confici potuiſſe veriſimile [c]
ſit. Pone igitur, in libri principio ſcriptum,
anno, 1555. die ſecunda Iannuarij duos cō-
traxiſſe, ſequi deinde inſtrumenta varia,
quæ Februario, Martio, Aprili, Maio, facta
ſequnntur, poſtea ſubijcere tabellionem,
Ianuarij die octaua aliquid factum, nū re-
petitus annus cenſebitur? Et non cenſen-
dum, meirtò Bartolus ait, repugnat enim,
vt eodem anno dno eiuſdem nominis men
ſes eſſe potuerint, & Ianuatium iam nō eſ-
ſe priorem illum, interpoſite menſes ſatis
conuincunt, quinimo neque annus huius
Ianuarij ſecundi ſupplebitur, neque enim
aut ex præcedētibus repetitio fieri poteſt,
22 aut hæc omiſſa ſuppleri [d]. Tertiū indictio
eſt, quam poni debere Bartolus [e] & omnes
concludunt. Hic tamen quatuor videnda
ſunt. Quid indictio ſit? vnde dicta? quo
tempore, & quare inuenta, & quemad-
modum eius computatio ineatur? poſtre-
mò ſit nē ex eorum numero, quæ pro ſub-
ſtantia publici inſtrumenti requirantur?
23 Eſt indictio, quindecim annorum ſpatium
per trina quinquennia ſeu luſtra diuiſum.
Sed & ſingula quinquennia, eo amplius &
ſinguli anni indictionis integræ, denique
& tributi nomen, quod per ſingula quin-
quennia pendebatur. [f] In propoſito, in ea
ſignificatione accipimus, ſecundùm quam
ſinguli anni ſignificabantur. Dicta vero, vt
quidam fabulantur, ab indicto, qui nuſquā
aut fuit, aut rerum potitus eſt, alij ab indi-
cēdo, quaſi ediceret Imperator tributi ſpe-
24 ciem, qui etymus verus eſt. Nam & Gaza
in libello de menſibus, *diátagma*, interpre
tatur, & in Inſtiniani Nouellis, *epinémēſis*,
frequenter vocatur, quæ vox in idem reci-
dit, & ad diſtributionem proximè accedit.
Inuentæ (vt Pſellus credidit) à mundi ex-
ordio, quòd tanto tempore, ideſt ſingulis

a l. certū. ff. ſi cert. pet. l. 1. § fin. ff. de do. preleg.
b huius. §. arg.
c l. conti- nuus. §. cùm ita. ff. de uerb. oblig.
d l. nam & ſi ſub condi- tione. §. poſt defectum. ff. d in inſt. rup e Bart. nu. 12.
f Rub. C. de indic. lib. 10
g Bar. hic nu. 12.
h Feli. in c.

quindecim annis, magna corporis huma-
ni mutatio fiat. Alij Auguſti temporibus
inuentas, paulò poſt natiuitatem, ita vt
primo quinquennio æs, ſecundo argen-
tum, tertio aurum penderetur, aut vice
verſa. Alij poſt tranſlatum in Greciam im
perium, adijciūntqne, primum tributum in
Aſia, ſecundum, in Africa, tertium, in Euro
pa ſolui. Requiri verò pro ſubſtantia pu-
blici inſtrumenti, vt in eo indictio appona
tur, & Bartolus [g] hic ſentir, & communiter
alij ſequuntnr. [h] Quid ergo ſi erronea indi
ctionis expreſsio ſit? Et Iacobo Fulgoſióq; 25
reclamantibus, verior [i] approbatáq; [k] ma-
gis Dyni [l] & Bartoli [m] opinio eſt, eiuſmo-
di errore non vitiari inſtrumentum, dum
tamen de tempore per annos domini con-
ſtet, ꝙ ſi indictio ab annis diſcordet, in du- 26
bio annis ſtādū receptius [n] eſt, ſicnt & illnd
verū, vt indictionis errorē anni ſuſtentent,
niſi inducti aut corroſi legantur. [o] In ſum-
ma & indictionem apponendam conſtat,
niſi conſuetudo in contrarium ſit, [p] qua-
lē Hiſpaniæ videmus, vſu enim apud nos 27
obtinuit, ne indictiones ponantur. Sed nun 28
quid in principio poſita indictio in ſequen
tibus repetita cenſebitur? Et rectè dictum
eſt, ſi conſtet eodem anno inſtrumenta
omnia facta, repetitionē indictionis indu-
ci, neq; enim minns anno ipſa durat, ſi con
ſtet annos diuerſos non induci repetitio-
nem, quia eſſet inntilis [q]. Quid ſi id medio
aut fine libri indictio ſit? Et conſtat ad præ
cedentia relationem non fieri, niſi vt fiat,
neceſſaria coniectura ſuaſerit. [r] Quartum 29
dies eſt is videlicet, quo & notarius roga-
tus, & contractus abſolutus [s] eſt, non ille
quo notarius ſcribit, aut inſtrumentum ex
tendit. Sanè leges ſine die & conſule va-
lēt [t], ſat enim fidei illis acceſsit, quòd in iu- 30
ris corpus redactæ ſunt, permagni tamen
hoc intereſt, vt quæ priores quæ poſterio-
res ſint, ſatis dignoſci queat, de quo dixi
aliàs [v]. Sed quomodo dies computabūtur? 31
Et Bartolus, communiter per conſequen-
tiam computari ait, à primo aduſque trige
ſimum, qua forma, & hodie vtimur. Adijcit
tamen à quibuſdā ſic iniri cōputationē, vt
in duas partes menſem diſtribuāt, introitū
videlicet menſis & exitū Introitus cōpute
tur ſic, prima die Maij intrantis, ſecūda die
Maij intrantis, &c. Exitus, ſic, decimaſepti-
ma die Maij exeūtis, & reliqua, qui modus
& ſi

inter dilectos. n. 11. de fi. inſtr.
i l. ſi nominatim. ff. de cō. & demōſtr. l. quotiens. §. 1. ff. & he. inſti. l. qui habebat. ff. de reb. dub. l. ſi librarius. ff. de reg. iu.
k Soci. in d. l. ſi nominatim. l. ſ. in. l. admonendi. nu. 566. ff. de iu. iur.
l Dyn. conſ. 13.
m Bar. in. l. ſi nominatim & in l. ſi librarius.
n Aud. ſicul. in rub. de fi. inſtr. nu. 73. Lanf. in. c. quoniam contra. in ver. de inſtrumētorū productione. col. 3
o Imo. in. l. 1. co. pen. ff. de his quæ in teſta. delē.
p Specul. de inſtr. edit. §. 1. col. 2.
q l. titia. §. idem reſpondit. ff. de uerb. oblig.
r l. ſi idem. § fi. ff. de in. om. iudi. l. ea lis. de leg. 1. l. 1. C. de lib. præt.
s l. contractus. C. de fi. inſtr. l. ſi qua C. de diuer. reſcrip.
t l. 1. §. fi. C. de no. C. fact.
v in. l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu.

32 etſi nullibi (quod ſciã) in vſu ſit, cum eo tamen ſat quadrat, quo olim Athenięſes vtebãtur, trifariã menſem diuidẽtes, in ἱστάμενον, τὸ ἐπὶ δέκα, τὸ φθῖνον. cuius rationem Ga-
33 za ſat docet. Quæritur deinde, ſufficiat nè, diem eſſe certum, per relationem, vt ſi notarius dicat actum die, quo Imperator coronatus eſt? Et ſufficere dubium non eſt, ex ijs quæ de anno ſuprà diximus, iiſque etiã
34 quæ de menſe dicentur. Quæritur præterea, an in initio poſitus ad omnia ſequẽtia extendatur? Et prolixiùs ille diſſeruit, ſed ſumma ſit, Ad ſequentia extendi, legis noſtræ præſumptione, niſi eam fortè, aut vrgentiores præſumptiones aliæ[a], aut proba-
35 tiones excludant, ſic enim & fama ſequẽs tollit effectum famæ præcedentis[b]. Idque
36 in dubio iudicis arbitrio (vt ſimilia[c]) relinquitur, arbitrabitur autem ſecutus vel maximè, ſi peritos tabelliones conſulat, qui regionis conſuetudinem, notarij conditionem, literarum ductus, conſequentias, & ſcriptam materiam perpendant, de qui-
37 bus fides eis adhibebitur[d]. Neque tamen minus continuata dicentur, quæ figura literarum, quàm quæ ſententia continuantur, etiam ſi ſtructuræ, aut compaginationis ordine modóue, chartæ diſtinguendę ſint[e]. Sed & ſi notarius eadem die ſequentia facta affirmet, ei credendum[f] eſt, ſicut & teſtibus ſi ſuperuiuant[g]. Contrà continuatio præſumenda non erit, aut repetita dies, ſi vacuæ, id eſt nõ ſcriptæ chartæ mul-
38 tæ interponantur, videtur enim tabellionis imperfecta voluntas[h], & qui dies alios apponere deſtinaſſet,[i] quam tamen præſumptionem, notarij error tollit, ſi fortè (vt fieri ſolet) per feſtinationẽ multæ chartæ voluerentur, idq; ipſe teſtetur[k], quod ſerè faciunt, dum cancellata, inducta, & ſimilia, aut valitura aut nõ valitura, ad finẽ inſtrumentorum ſubijciunt[l], tollit etiam eam, ſi tabellio in non ſcriptis chartis, vacant apponat, tollit, ſi ſigno aliquo vtatur, quo ſe nihil ſcribere voluiſſe oſtendat, ponitq; Bartolus exemplum in linea, quam cum incauſto faciũt, ad modum crucis in
39 qualibet pagina nõ ſcripta. Incauſtum verò ſeu potiùs encauſtum (ſic enim legendum) propriè opus eſt à pictore factum ea ratione, quam encauſticen græcè vocant, Latinè inuſtaria dici poteſt, coloribus inuſtis, & ceris igne liquefactis[m], nã & ſunt pictoribus ſua cauteria, & Encauſtũ, id dicitur, quod ſic pingitur. Martial. lib. 1.

Encauſtus phaëton tabula tibi pictus in hac eſt.
Quid tibi vis Dipyron, qui phaëtonta facis?

Quin etiam & ſacri encauſti ſemel in iure noſtro mentio[n] eſt, quo loci literas, ſignáue nos accepimus, quę reſcriptis imperatoris ea pingendi ratione inurerentur. Sunt[o] & qui encauſtum pro atramento librario vſurpent, qua in ſignificatione vix eſt vt apud probatum aliquem authorem reperias, & in ea tamẽ fortaſsis Bartolus hîc accepit. Sed hæc in tranſcurſu, ne quem Bartoli exempla offendant. Non præſumitur etiam repetita dies, ſi tabellio in principio diem expreſsit, in ſequentibus annum tantùm, aut diem quidem generaliter, anno Domini. 1555. die. Idẽque erit & ſi mẽſis[p], locíue[q] diuerſitas repetitioni locum non faciat, aut chartarum ſeries non continua aut cohęrens, vt cùm inſtrumẽta ad filum diriguntur, quod infilzare, vulgari vocè, Bartolus vocat & alij probant[r], neque enim perpetuò ibi poſita[ſ] ſunt. Sunt & aliæ coniecturæ quę ex facto oriuntur,[t] ſed has exẽpli gratia retuliſſe ſit ſatis, qui-
bus appareat, repetitionem in propoſito 41
vi magis prę ſumptionis, quàm fictionis induci; eſſeque hãc ſimplicem præſumptionem, non iuris & de iure, alioqui, neque per veras probationes[v], neque per confeſſionem partis[x], probatio admitteretur, prę-
ſumptiones enim legis liquidiſsimę pro- 42
bationes dicuntur.[y] Sed quid ſi dies in medio poſitus ſit, deinde ſine die ſequentia? Et communiter[z] aiunt, diem in ſequentibus repeti, vt enim ſe ad medium principium, ſic habet medium ad finem. Quid ſi dies in fine ponatur? Et ad præcedẽtia, aut refertur, aut non, ſi hoc vel illud notarius affirmet[a], in dubio autem repetitio nõ fiet vt frequentiores fatentur,[b] nam & textus hic de rationibus ſequẽtibus intelligitur, & pręcedentia efficaciùs faciliúſque in ſequentia quàm per contrarium influunt[c], quod & in ratione ſuccedendi videmus[d]. Nec obſtat, quòd data (vt vocamus) libri,
ad præcedentia omnia refertur, eſt enim 43
dies ille publicationis libri, nunc de eo loquimur, quo inſtrumẽta cõfecta ſunt. Sed
quid ſi in protocolo, diem tabellio appo- 44
ſuit, quem apponere omiſit in inſtrumento? Et appoſitum in protocolo ſat eſſe, Romanus

a l.diuus.ff.de resti. in integ.
b l.2. in prin. ff.quis vrã bo. poſſ.ſer. Bart.ĩ l.ſed et ſi lege §.de eo.ff.d pe ti.ha.in.l.ſi pe tã.nu.20.ff. de acq.ha.
c l.maiorẽ.ad fi.ff.de pac.l.et. ad.fi. ff.de in. dele.
d l.cõparatio nes.C.de.fi.in ſtr.l.ſemel. C. de re mil.d.l.2.
e l.nibel.ff.de adu.leg.d.l.libro rũ.§.q d ergo. de leg.2.l.no ſi gura.ff. d act. & oblig.
f l.ſi qs decurio.C.ad.l.Corne.de fal.l.magis puta.§.ne cũ.ff.d reb.eo.
g l.iuriſgẽtiũ §.quod ferè.ff. de pact.
h l.hac cõſultiſsima.§.ex imperfecto.C. de teſtam.
i l.ſi is qui.ff. de teſtam.
k l.2.§.1.ff.quẽ ad.teſta.aper.
l diuus.§.itẽ ſenatus.ff.ad l.Corn.de fal. Iaſ.in.l.ſi vn⁹ C.de teſtam.
m l.pictoris.ff. de fun.inſtr.

n l.ſacri.C.d diuer.reſcrip.
o Cæl.lib.7.c. vlt. ſelect. in dict. cauſto. grapal. ĩ dict. cauterium.
p l.ſi eadẽ.§.fi. ff.de in. om.in di.
q l.continuus §.cùm ita.ff.d verb.oblig.
r Bart. nu.8.
ſ l.quæſitum. §.prædia.de le ga.3.
t l.ſi ex plagis.§.in diuo. ff.ad.l.aquil.
v gl.in.l.nõ eſt verisimile. ff.quod met. cau.in.l.ſine poſſidetis.C.d probat.in.l.ſi dat.tu.g.ſi.ff. de acq.ha.
x Bal.in.aut. ſed iã neceſſe. C.de dona.ante nupt.
y g.in.l.ſi tutor.C.de petit.tutẽ.Iaſ.in l.nõ hoc.nu. 15.C.vnde.legi.
z Iaſ.nu.4
a Arg.l.1.§.1. ff.quẽad.teſt. ape.l.3.§.ſil⁹. ff.de liber.& poſthu.
b Iaſ.nu.1.
c l.quiſquis.d leg.3.l.auia.v bi Bar.in pri. ff.de ven.et de monſt.
d l.ſcripto.ff. vnde lib.

manus dixit,[a] quod & alij probant, & mihi placet[b], quo ad exteros, quo ad noſtros ta
45 mē vix eſt vt procedat, pragmatica enim ſanctione[c] cautum eſt, vt in inſtrumentis, quæ ex protocolo deſcribũtur, nihil omnino ex his deficiat, quæ in protocolo eſſent
46 ſubſcriptione excepta. Quintum eſt menſis, quem ponendum[d], Accurſij[e] nota eſt, quam alij ſequuntur, etſi Guilielmus omittat.[f] Quin & iure[g] noſtro ponendus eſt, niſi quòd ſuſtineri poſſe videtur Bartoli opinio, tenentis, mēſem neceſſariò non exigi, ſi quãdo diei appoſitione, de menſe cōſtat, vt ſi factum inſtrumētum tabellio dicat, anno Domini. 1555. die natiuitatis, neque enim de alia, quàm vigeſimaquinta die Decembris accipi poteſt, reique ſatis demōſtratæ fruſtra adderetur[h]. Idem ſi factum dixerit die paſchatis, cùm omnia inſtrumenta eodem menſe facta proponantur, neque enim niſi de eo paſchate intelligemus, quod eo menſe celebratũ[i] eſt. Sed & ſi Paſchate natiuitatis factum dicat, de prima die, non de tribus ſequentibus accipimus, analogum enim hoc eſt.[k] Quid ſi Paſchate Reſurrectionis? aut die veneris ſancti? Et Bartolus non ſufficere credit, quia dies varient, quòdque alibi à die Natiuitatis, alibi à die Incarnationis anni computentur. Alij contrà, quibus aſſentior, poſito enim anno, (pro regionis cōſuetudine) & menſis quoque videtur expreſſus, quo dies ſupraſcripti fuerunt. Sunt & huius articuli minutiores quædam quæſtiones, in quibus non eſt, qui à Bartolo diſſentiat.
47 Sextum nomē Papæ vel Imperatoris[l] eſt, quod ita cōſuetudo admiſit, vt hoc, in ter
48 ris imperij, illud in territorio eccleſiæ ponatur. Sed an in principio poſitũ, in ſequē
49 tibus repetitũ dicemus? Et repeti, duplex ratio facit. Prima, quòd dies & cōſul æquiparantur. Secunda, quia quæ eadem die facta dicuntur, conſequēter & ſub Papa, aut imperatore[m], quinimò & hîc faciliùs repetitio inducetur, authore Bartolo, quòd vi-
veluti adiectiuū alterius[a]. Sed an non hæc repugnantia, modò placitum (inquiunt) & conſenſus idem ſunt, modò placitum
25 adiectiuum eſſe conſenſus? An non adiectiua accidentia ſunt, quæ à ſubiecto differunt? Fortunius hæret. Ipſe ſic diſſolui,
26 conſenſus generis vocem eſſe, placitū ſpe
27 ciei, (non enim malè hîc Accurſius cōſen
28 ſum in ſpontaneum & non ſpoutaneum
29 diſtinguit)[b] ac proinde & diuerſa hæc, & idem dici ſat rectè poſſe. Quod verò Ac-
30 curſius & Baldus figuram hanc Endiadis, alij, vel corruptiùs, Endialis appellant, er-
31 ratū eſt, dicitur enim Endiadyo, quę tunc locum habet, cùm vna res duabus vocibus effertur, eius & alibi quoque exemplum in iure noſtro eſt[c], quo loci vt Accurſius, rectè Vergilianum illud adducit, pateris libabat & auro, ſic hic non rectè idem Bartolusq;, alterum illud, Arma virumq; cano. Neq; enim nunc Grammatici eam figuram ſubeſſe admittant.

a Bart. in l. 2. col. 2. ff. de inſ. & iur. in extrau. ad reprimēdū. in ver. videbitur. ad fin.

b l. ſi mulier. §. ſi metu. ff. quod met. cau.

c l. Lucius. §. Caio. ff. ad trebe. Alcia. lib. 4. de verb. ſig.

CONuentionis verbum generale eſt ad omnia pertinens, de quibus negotij contrahendi tranſigendiq; cauſa conſentiūt, qui inter ſe agunt. nā ſicuti cōuenire dicuntur, qui ex diuerſis locis in vnum locū colligūtur & veniūt: ita qui ex diuerſis animi motibus in vnū conſentiunt, ideſt in vnam ſententiam decurrunt. Adeò autem conuentionis nomen generale eſt, vt eleganter dicat Pedius nullum eſſe contractum, nullā obligationē, quæ non habeat in ſe conuentionem: ſiue re, ſiue verbis fiat. nam & ſtipulatio, quæ verbis fit, niſi habeat conſenſum, nulla eſt.

1 *Conuentionis deſcriptio & etymologia qua ratione hîc ponantur?*
2 *Conuentionis appellatio pactum an ſtipulationem comprehendat?*
3 *Communes opiniones contrariæ.*
4 *Bartoli & ſequacium opinio defenditur.*
5 *Placuit verbum, pactum nudum comprehendit.*
6 *Contenti fuerunt cùm in inſtrumento dicitur, pacti nudi conuentio ſignificatur.*
7 *Diſtractibus, vt contractibus pacta inſunt.*
8 *Contractus & diſtractus eiuſdem naturæ ſunt.*
9 *Tranſactionis verbum generale.*
10 *Tranſactio contractus innominatus.*
11 *Tranſactio differt à cæteris contractibus innominatis.*
12 *Contractus innominati reſpectiui à non reſpectiuis in quo differunt?*
13 *Diuiſio contractus innominatus.*
14 *Permutatio contractus innominatus.*
15 *Pactum nudum contractus innominatus.*
16 *Contractus propriè qui ſint?*
17 *Conuentionis uerbum generalius eſt, quàm pacti.*
18 *Dictio, adeò, cuius ſignificationis ſit?*
19 *Generis natura quæ ſit.*
20 *Fictæ ſtipulationis exempla.*
21 *Stipulatio an producat obligationem naturalem?*
22 *l. indebitam. ff. de cond. indeb. declarata.*
23 *Exceptio doli ab æquitate naturali procedit.*

COnuentionis.) Dicet aliquis, quorſum hîc 1
conuētionis deſcriptio & etymologia, nunc enim de pactis ſermo eſt? Cui ſcitè Fortunius, de conuentione, idcirco ſubijcere iuriſconſultum, quia iam hinc Prætoris edictum interpretamur, quo de pactis conuentis mentio eſt.[d]

VERBVM generale eſt.) Quid igitur ſi 2
in inſtrumento conuentionis fiat mentio ad pactùm ne, an ad ſtipulationem referemus? Et ad pactum nudum referri debere, Bartolus difficili Pauli reſponſo[e], præcipuè mouetur, quo de conuentione in ſcriptis facta mentio fit, & tamen pactum nudum fuiſſe omnes conſentiunt, à qua opinione & Paulus[f] diſcedere ſecurum nō eſſe ait, & eam Baldus[g], Angelus, Alexander, Socinus. Decius, Alciatus, Zaſius ſequuntur, Purpuratus[h] communem affirmat. Contra ſtipulationem ſolennem factam videri vrgens argumentum eſt, quòd promiſsionis verbum[i] atque adeò cautionis[k], ad ſtipulationem, non ad pactum referri magna eſt conſenſio[l]. Cur non ergo, & conuentionis? 3
Quo fit, vt hæc opinio aduerſus Bartolū à multis

d l. iuris gentium. §. prætor. infrà.

e l. lecta. vbi Bart. nu. 10. infrà. ſi cer. pet.

f Pau. in l. 2. C. de vſur.

g Bal. in c. cū ɔ iure. col. ſi. de offi. deleg. Angel. & alii in l. lecta.

h Purpu. in l. lecta. nu. 39.

i glo. in ver. durrū. ſuprà in princ. l.

k g. i. l. ſi ita quis. §. Seia cauit. in g. cauit. ff. de verb. ob. gl. in l. ſancimus. in g. ſi. C. de verb. ſign.

l Bart. in l. ſi prius. n. 23. ff. de no. op. nū. Bar. & Ang. in l. prætoria. 2. ff. de prætor. ſtip.

multis receptior dicatur[a]. Ego ei, ſequaci
4 busſq;, magis aſſentior. Quare enim nõ &
hîc, verba per prios (vt dici ſolet) accipiã[b]?
Quare cõuentionis verbũ in pacti diffini-
tiooe poſitũ[c], vbiuis reperiam io dubio ad
pactũ uon referam[d]? Nam & qoæ reſpon-
ſiooes ad Pauli legẽ[e], à Baldo, Folgoſio,
Angeloq; tradunt, planè oõ cõſiſtũt, quod
5 ipſe inibi dixi latiùs. Sed quid de verbo
placuit? Et de pacto nudo etiã in dubio ac-
cipiendũ, Romanus & Alexander volunt,
quos (Iaſoue licèt diſſentieote[f]) ſequor[g],
nam & in diffinitione placitum eſſe dici-
tur. Deniq; & illa, contenti ſoerunt, ad pa-
6 ctum magis, quàm ad ſtipulatiouem refe-
runtur[h].
7 CONTRAHENDI.) Vt hoc ad con-
tractus, ſic quod ſequitur ad diſtractus nõ
malè Accurſius & alij referũs. Vnde illud
ipſe noto (quod apud Accurſiũ[i] alibi Bal-
dus[k]) vt contractibus, ſic diſtractibus ineſ
ſe pacta, hoc euim ipſo, ꝙ à cootractu di-
ſcedũt, paciſcuntur. Nam & dici ſolet, cu-
8 ius naturæ coutractus eſt, eiuſdem eſſe &
diſtractum[l].
9 TRANSIGENDIQVE.) Tranſactio
nis ergo verbum geoerale etiam eſt[m]. Vn
de & illud Bartolus notat, eſſe cootractũ
10 innominatum. Addoot q; cæteri nõ reſpe
11 ctiuum. Sed & notat idem Bartolus, traoſ-
actionem à cæteris inuomioatis contracti
bus hoc differre, ꝙ in illis locus pœniten-
12 tiæ eſt[n]. Io tranſactione nequaquam[o]. Di-
xiſſet tamen ille veriùs, in hoc non tranſ-
actionem ſolã, ſed alios quoq; omnes nõ
reſpectiuos à reſpectiuis differre, quod Ac
13 curſius ſentit[p], & omẽs probãt. Ergo neq;
14 io diuiſione[q], ueq; io permutatione, pœnĩ
sentiæ erit locus, ſunt enim & illi contra-
15 ctus innominati nõ reſpectiui[r]. Au & pa-
ctum nudum? Et eſſe contractum innomĩ
oatum, ex Accurſij gloſſa quadam[s], Bal-
dus[t], Iaſonq;[v] ſępiſsimè colligunt, verùm
Accurſius uon inoominatum, ſed contra-
ctum ſimpliciter dixit, & oihilomious ea
opinio & vera & communis eſt[x]. Quia &
contractum appellat lex[y], & inoominatũ
eſſe hoc conuiucit, ꝙ generis nomen ha-
bet[z]. Illud dubio procul veriſsimum eſt,
ſi efficax ad ageodom ſit, eſſe cootractum
ĩoooominatũ, vt pote ex quo actio præſcri-
16 ptis verbis oriatur[a]. Quod verò coutractũ
dicimus, abuſiuè accipi oportet, neq; enim

a Aret. in l. lecta. num. 14. Zaſ. n. 25. Iaſ. in. 3. not. Iaſ. ĩ rub. ff. d vb. oblig. col. 2.
b l. qui liberis §. hac verba. ff. de vulg. & pup. l. hoc legatum. vbi Bar. de leg. 3.
c l. pactum. ff. de pollicit.
d l. 1. §. 1. ff. de dolo.
e d. l. lecta.
f Iaſ. in. l. lecta. in. 3. not.
g l. ex placito C. de re. pmut. l. quæ fortuitis C. de pig. act. diuiſionis placitũ. infra.
h Alex. in. 2. vol. cõſ. 13. n. 11
i Gl. mag. ad fi. in. l. 1. ſ. de actio. et oblig.
k Bal. in rub. C. de pact.
l G. in. l. de tutela i. g. mag. C. d reſti. in in te. Bal. in. c. audita. de reſti. ſpoli.
m l. 2. ff. de iu. iur.
n l. ſi pecuniã ff. d cõ. ob cau.
o l. quãuis. C. de tranſact.
p Gl. 1. in. l. ſi cum fundũ. ff. de pac. Imo. in l. hoc iure. §. ſi quis decedat. ff. de donat.
q l. diuiſionis vbi Bar. infrà.
r G. in rubri. C. de re. permut.
s Gl. in. l. 1. gl. mag. ad fi. ff. d act. & oblig.
t Bal. in. l. lecta. col. 4.

propriè contractus eſt, qui noo & vltro ci
troq; obligatorius[b].
SICVTI conueuire.) Generalios conuẽ 17
ſiooĩs verbum eſt, quàm pacti, hoc enim
animorum sãtùm, illud corporom auimo
rumq; eſt.
ADEO.) Non tam ampliat, quàm ratio- 18
nem reddit, cur generale ſit, quaſi diceret,
ea uatura geoeris eſt, vt ei ſpecies & indi- 19
uidua inſint. Sicut igitur animal, homini,
& Leoni vt ſpeciebus, Ioanni, Petro, Mar
tino ineſt, vt indiuiduis: ſic conuentio, cõ
sractib[9], qui re, verbis, literis, cõſeuſu ſiũt,
vt ſpeciebus, emptioni, mutuo, ſtipulatio-
ni, vt indiuiduis. Quæ Bartoli declaratio
& hîc & alibi quoq;[c] approbata eſt.
VERBIS ſit.) Aliquando fieri ſingitur, 20
ſuutq; fictæ ſtipulationis exempla oon
pauca[d].
NVLLA eſt.) Sed nuuquid ex ſtipolatio 21
ne obligatio natur..lis naſcitur? Et in vtili
vtrumq; eſſe vinculom[e], omoes conſen-
tiunt[f]. Naſcitur ergo ciuilis obligatio ex
ſtipulatione, quia ciuilis cõtractus eſt, na-
ſcitur nasuralis ex partiom cõſenſu, qui ſi
deſit, ſtipulatio nulla eſt. Nec obſtat ꝙ ali 22
quando[g], indebita iure geutium pecunia
dicitur, id enim non ex eo eſt qoia uatura-
lis obligatio non naſcatur, ſed quia oppo-
ni poteſt exceptio doli, quæ ab æquitate 23
naturali procedit[h].

SEd conuentionũ plerꝗ; in aliud no
men trãſeunt, veluti in emptionem,
in locationem, in pignus, vel in ſtipula-
tionem.

1 *Conuentiones quædam nominatæ, quædam in nominatæ.*
2 *Stipulatio propriè contractus non eſt.*
3 *Stipulatio cuiuſmodi contractus?*
4 *Stipulatio interpoſita in contractibus quid operetur?*
5 *Contractuum innominatorum materiam an faciat ceſſare ſtipulatio interpoſita?*

SEd cõuentionũ.)
Conoẽtiouum alia diuiſio eſt, 1
ꝙ quædã vel innominatæ ſunt,
vel generali pacto ſiue cooueotiooĩs oo-
mine cootentæ, quædam nominatæ, ad
priores tamẽ præcipuè titolus hic ſpectat.
STIPVLATIONEM.) Stipulatio 2
propriè contractus non eſt, neq; enim vl-

v Iaſ. in. d. l. ſi pecuniã. col. 2. Iaſ. in. l. ſi qs cũ dbitore. col. 2. ff. de iu. iur. in. l. naturalis. in princ. ff. de praſ. ver. in. l. iuriſgentium. §. ſi cũ nulla. ĩ nu. 27.
x Alciat. ĩ rub. 2. de pact. col. 2.
y l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. verſ. ſed ſi pactum. ĩ.
z Bar. in. l. iuriſgentium. §. igitur. ĩ.
a l. in bonæ. C. de pact. l. quoties. ff. d praſ. ver.
b l. labeo. 2. §. cõtractum. ff. de verb. ſig.
c Barto. in l. 1. col. 2. ff. ſi cer. pet. in. l. recõiuncti. nu. 10. ff. de leg. 3.
d Bar. et doct. in. l. 2. ĩ princ. ff. de vb. oblig
e l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verb. oblig. l. ſi fideiuſſor. ff. de cõ. inde.
f Alex. col. ſi. Fort. col. pen.
g l. ĩdebitam ff. de cõ. inde.
h l. 1. ff. de dolo. excep.

a l. labeo. §. contractum. ff. de verb. ſign.
b §. conuentionis. ſuprà.
c l. præpoſteri. C de teſtam. l. ſi donationis. C. de his quæ vi met. ue cau. fi.
d Gl. in l. 2. in gloſ. repellere verſ. non obſtat. C. de in. emphyt.
e Iaſ. hic. col. 2. Alcia. in §. contractum. in ver. actum.
f §. de conſiſtent. i. inſtit. de actio.
g l. Quicqd. ff. de verb. obli.
h In pri. inſt. de verb. obli.
i Bald. in c. 1. de pact.
k Bar. in l. 2. ad fi. ff. de cō. ob cau. in l. in ædibus. §. 1. ff. de donat.
l Iaſ. hic. col. 2. & in rub. de verb. oblig. n. 16. vbi Alci. nu. 25. Iaſ in l. cū mota. n. 7. C. de tranſac.
m l. ſi ſtipulatus ff. de vſur. l. 1. §. belliſsime. ff. vt leg. ſeu fideicō. nomi. cau. l. cum mota. C. de trāſact.
n l. ſeruū quoque. in princi. ff. de precar.
o l. etiam. C. ſi tuto. vel cura. inter. verſ. ſed etiam.
p l. Illud. ff. ad l. Aquil.
q Soci. in rub. ff. ad Treb. co lum. 2.
r Bart. in l. fi. ff. de eo quod cer. lo. Bart. in l. ſuus quoq.

tro citroq; obligat. Qoid ergo? Certè pro
priè actus[a], ſiue cōuentio[b], impropriè ve
rò cootractus[c]. Quę Accurſij traditio eſt[d],
3 quam alij ſequuntur[e]. Eſt autem conuen-
tio ciuilis[f], ſtricti iuris[g], firmiſsima[h]. Quid
enim eo actu firmius excogitari potuit,
in quo, partium præſentia, conſenſus, ver
ba interueniunt[i]? Eſt & oominata, quod
4 hîc probatur. Quocirca (quia ferè tabel-
liooes hoc hodie in inſtrumentis adijciūt
per ſolennem ſtipnlationem promiſiſſe
5 contrahentes) credidit Bartolus[k], contra
ctuum innominatorum materiæ, tunc lo-
cū vix fieri, quod & plures ſeqnuti ſunt[l].
Sed quia vrgentia quædam[m] repugnant,
F_o Alciati probo cōcordiam, vt ſi ſuper
innominatis contractibus interponatur
ſtipulatio (qui debiles ſunt) robur illis ad-
ijciat, ſi ſuper nominatis, ſecus ſit, ꝙ hi per
ſe ipſi efficaces ſunt.

II. PAVLVS. Lib. III. ad Edictum.

LAbeo ait, conuenire poſſe, vel
re, vel per epiſtolam, vel per
nūtiū. interū abſentes quoq́
poſſe. Sed etiam tacitè conſenſu conue
nire intelligitur. Et ideo ſi debitori meo
reddiderim cautionem, videtur inter
nos conueniſſe ne peterem: profutu-
ramq́ ei cōuentionis exceptionem pla-
cuit.

1 *Dictionum, quæ implicatiuæ dicuntur, quæ natura ſit?*
2 *Dictionis, quoq;, ſignificatio quæ ſit?*
3 *Illatio ex puris particularibus non fit.*
4 *Cautio ſi reperitur penes debitorem, an videatur debitum remiſſum?*
5 *Cautio ſi reperiatur penes alium quàm debitorem, an debitū videatur remiſſum.*
6 *Inſtrumenta plura ſi ſunt, vnū debitori reddere ſatis eſt.*
7 *Inſtrumentum obligationis ſi reddat quis, in priſtinum ſtatum obligatio reducitur.*
8 *Duo rei debendi vbi ſunt, redditio inſtrumēti vni facta quid operetur.*
9 *Obligatio fideiuſſoria an ſine principali conſiſtat?*
10 *Fideiuſſor omni obligationi & officio indicis accedit.*

INter abſētes quo
q;.) nedum præſentes, implici-
t[n] enim pręſentiæ caſos hic eſt,
in quo dubitatio minor, hæc q; earum di-
ctionum natura eſt, quæ implicatiuæ vo- 1
cantur, quales quoq;[n] etiam[o], præſertim[p]
maximè, & ſimiles, vt idem denotēt in ca-
ſu omiſſo, quod in expreſſo dicitur. Sed & 2
repetit dictio, quoq;, qualitates omoes prę
cedētes[q], & ſuot de eius ſignificatione ab
alijs notata non pauca[r].
ET IDEO ſi d bitori.) Cùm ex puris par 3
ticularibus aut ſingularibus illationes nō
fiant, (quod dialectici in tractatu ſyllogiſ-
morū primæ figuræ ſatis oſtendunt) quid
eſt ꝙ hîc Paulus ex particularibus infert?
Et Accurſius (cni ſimpliciter Bartolus ad
hæret) dum declarare pergit, articulum le
giſq; etiam contextum confundit Baldus
igitur, Fulgoſins, & Iaſon vero propiores,
qui illationem nūc fieri notāt non à pnris
particularibus, ſed ab indefinita, quæ vni-
uerſali æquipollet[s], ſic nimirum tacito cō
ſenſu conuentiones fieri poſſunt, & valēt[t],
ergo & per redditionem inſtrumenti taci
ta conuentio fieri poterit, valebitq;.
REDDIDERIM cautionem.) Quid ſi 4
noo reddidi, ſed penes eum reperitur? Et
Accurſij diſtinctione io hoc exploſa[v], Ia-
cobū Cynnūq; Bartolus & plures ſequū-
tur[x], vt pactum ex hoc non præſumatur,
ſed neq; ſolutio, ſi debitor perſona dome-
ſtica[y] ſit, præſumatur ſolutio[z], quæ tamen
leuis præſumptio eſt, ac proinde non ſatis
erit vt debitori deferatur iuramentum[a].
Mihi hoc vltimū ſuſpectius eſt, cur enim
leuis dicenda, quæ legis[b] eſt? Quid ſi pœ- 5
nes alium reperiatur? Et Bartolus[c] ſolutio
nem præſumit, Angelus & frequentiores
contrà, neq; enim in dubio talem præſum
ptiooem ſumendam[d]. Quid ſi plura inſtru 6
menta erant? Et vnum reddi ſat eſt[e]. Quid 7
ſi tu, cui tradidi, reddidiſti rurſus? Et cre-
brior opinio eſt reſtitui te in priſtinū ſta-
tum obligationis[f], ſic enim in donatario
donatoreq; eſt[g]. Qnid ſi duo rei debendi 8
erant? Et cōcores opinio eſt, cui redditur,
debitnm remitti, & adoerſus alterū videri
ceſſam actionem[h].
PROFVTVRAMq; ei.) Eò amplius
& fide iuſſori quoq; ipſius, vt Baldns no-
tat[i]. Neq, eoim (inquit) fideiuſſoria obli- 9
gatio ſine priocipali conſiſtit[k]. Ego vt di-
ctum hoc Baldi probo, ſic ratiooem pro-
bare nō poſſnm, didici ſiquidem ab initio
eam non conſiſtere, ſed vel ciuili & natu- 10
rali

ff. de hære. inſti. tng. in l. vnica. C. de ca pit. ciui. cē. nō exi. Sali. in l. 1. C. de rei vē. Iaſ. in l. 1. C. de admi. & in l. 1. C. vnde leg.
s l. ſi pluribus. ff. de leg. 2.
t l. item quia. in priu. infrà.
v Alex. co. 2.
x Iaſ. col. fin.
y l. vnica. §. ille. C. de lati. lib. tol.
z l. ſi chirographū. ff. de probat.
a Gl. in l. 3. §. 1. in gloſ. leuior. ff. de minor.
b d. l. ſi chirographū. iūc. l. ſi tutor. C. de peri. tuto.
c Bar. in l. fulle. §. 1. ff. de fur.
d l. aucellanearū. in fi. ff. de hære. inſti.
e l. vnum. ff. de teſtam.
f l. ſi vnus. §. pactus. infrà. l. ſed et ſi lege. §. conſuluit. de peti. hære.
g Gl. mag. in l. ab emptiōe. infrà. Bald. in prælud. feu. colū. 2. Alex. in l. 3. in prin. col. 2. ff. de acq. poſ.
h l. 1. C. de do nat. l. ſi is qui duos. ff. de liber. leg.
i Bal. in l. vnica. §. ille autē. col. fi. C. de lati. lib. tol.
K Gl. in l. hæres pecuniā. in gl. ipſe admittetur. ff. ad treb. Bal. in l. cū oportet. §. fin. C. de bon. quæ lib. Bal. in l. intelligere. C. de lnit. pig.

rali obligationi accedere, vel ciuili tantū, vel naturali tantùm[a], interdum officio iudicis nobili[b], interdum vel mercenario[c]. At ex poſt facto, conſiſtere eam, dubium non eſt. Vt cùm debitori ita receptum creditor fert, vt ipſi tantùm, nō etiam fideiuſſori acceptilatio proſit[d], ſecundùm quæ, ſi & in propoſito, creditor debitori inſtrumētum redderet, hoc acto, vt ipſi ſoli, tacita conuentio proficeret, non dubito, quin aduerſus fideiuſſorem, actio ſalua ſit.

a l.1.l. fideiuſſor. §. fideiuſſor ff. de fideiuſſ.
b l. cum quis. §. ſi quis pro reo. ff. ſolut.
c l. cētū Capua ff. de eo quod cer. lo. l. quaero l. ſi. ff. loca.
d O. in l. & ſi iuſiurādū. in gl. debebūtur. ff. de accep. Bar. in l. ex duob⁹. in 2. q. ff. de duo. re. Pau. in l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verb. oblig.

III. MODESTINVS, Lib. III. Regularum.

POſtquàm pign⁹ debitori reddatur, ſi pecunia ſoluta non fuerit: debitum peti poſſe dubium non eſt: niſi ſpecialiter contrariū actum eſſe probetur.

1 *Cautionis redditione debitum remiſſum videtur.*
2 *Pignore reddito an videatur remitti debitū?*
3 *Signo rei alicuius tradito ſignata tradi vidētur.*
4 *Cautionis & pignoris redditio qua ratione differant?*
5 *Debiti remiſſio quando non inducatur cautione reddita?*
6 *Renuntiatio inſtrumēti plus operatur quàm remiſſio.*

DEbitū peti poſſe.)
1 Sic comuniter hæc intelliguntur, vt reddita cautione, debitū remiſsū videatur, reddito pignore pignus
2 non videatur remiſſum. Ego in ea opinione ſemper fui (quam & nunc Connano viro docto placuiſſe deprehēdo[e]) cautionis vel pignoris redditione, id remitti, cuius iſta ſigna ſunt. Cautione itaq; reddita, ius omne quod ea cōtinetur, remiſſum eſt, ac proinde debitum, pignore verò reddito, pignus hypothecariaq; remittuntur, non actio perſonalis, quo fit vt non otioſa hæc ſint, debitum peti poſſe. Sed & dixit Iulia
3 nus apertiùs[f], & regulariter, ſigno rei cuiuſq; tradito, ea duntaxat videntur tradita, quæ illo ſignificantur[g].
4 DVBIVM non eſt.) Sed quæ inter cautionem pignuſq; ratio differentiæ? Et recepta[h] Ioannis reſpōſio eſt, quia pignoris redditio alios effectus, cautionis, non aliū habere poſſe videtur, cui cōſequens illud
5 eſt, vt ſi poſsit habere, remiſsionem minimè inducat. Finge emptori litiganti de re, à venditore inſtrumentum emptionis redditum quo ſe tueatur, an erit tunc remiſſioni locus? Et non futurum Bartolus benè notat, quem alij ſequuntur. Non inducitur præterea remiſsio, cū procurator creditoris reddiderit inſtrumētum, ſic enim neq; aut donare poteſt[i], aut prorogare diē ſolutionis[k]. Sed & ſi creditor ipſe reddat, poſt debitum tamē exactum, remiſsio nō fit, vt Antonius notat[l], ſera ſiquidem poſt exactionē remiſsio eſt[m]. Sed quid ſi inſtru 6
mento creditor renuntiet? Et Baldus[n], ait nō videri tunc remiſsionem factam. Martinus Laudenſis & Iaſon cōtrà, quod renūtiationis quàm redditionis maior vis ſit[o]. Igitur qui renuntiat ſimpliciter, remittit debitum, qui vſui inſtrumenti renuntiat, nō remittit, niſi vſum[p]. Suntq; alij nōnulli caſus, in quibus reddito inſtrumento, debiti remiſsio non fit, quos alij congerunt[q].

e Frāc. Cōna. Cōment. lib. 5. c. 4.
f l. 1. §. Iulian⁹ ff. de lib. leg.
g l. 1. C. de dona. l. clauibus. ff. de contrah. emp. l. directis C. de teſta. manu. l. qui chirographum. ff. de leg. 3. l. cū tabernā. in princ. ff. de pig.
h Iaſ. & Fort. cola.

i l. cōtra iuris. §. ſi. infrà. l. ſi. luiſ. ff. de donat.
k l. qui Romæ §. Callimachus ff. de vb. oblig.
Bal. hic.
l Anto. in c. eccleſia. 2. vlt. te pen.
m l. remittit. ff. de iu. iur. l. decē. ff. de vb. oblig.
n Bal. arg. l. 3. C. de ſi. inſtr.
o l. poſtquam liti. C. de pact.
p d. l. 3.
q Soci. in reg. 272. inſtrumētum.

IIII. PAVLVS. Lib. III. Ad edictum

ITem quia cōuentiones etiam tacitè valent, placet in vrbanis habitationibus locandis inuecta illata pignori eſſe locatori, etiam ſi nihil nominatim conuenerit. Secundum hæc & mutus paciſci poteſt.

1 *Illatio ex indefinita non ex puris particularibus in præſentia fit.*
2 *Inuecta & illata vt obligētur an domini prædij ſcientia requiratur?*
3 *Vrbanæ poſeſsiones à ruſticis qua ratione differant?*
4 *Hypotheca tacita cur faciliùs in vrbanis prædijs quàm in ruſticis inducatur?*
5 *l. 5. tit. 3. parti. 5.*
6 *Inuecta & illata vt obligentur referat ne cōductoris an aliena ſint?*
7 *Communes opiniones contrariæ.*
8 *l. 9. tit. 13. parti. 5.*
9 *Pupilli aut minoris bona inuecta & illata an tacitè obligentur?*
10 *Communes opiniones contrariæ.*
11 *Obligatio tacita quàm expreſſa faciliùs inducitur.*
12 *Inuecta & illata in domum conductam quatenus teneantur?*
13 *Inuecta & illata ab vno ſi is rurſus alij locet quomodo obligentur?*
14 *Communes opiniones contrariæ.*
15 *l. ſolutum. §. ſolutam. ff. de pigno. acti.*

Cœnacū

16 *Cœnacularius & cœnaculariam exercere.*
17 *Alciati & Fortunij lapſus.*
18 *Obligatio tacita an habeat locum cùm colo-*
nus nummis nõ colit.
19 *Inuecta & illata an obligentur cùm habita-*
tio gratuita eſt?
20 *Mutus cur ſtipulari non poßit.*

ITem quia conuẽ-
tiones tacitè valẽt.) Manifeſtũ
hîc argumẽtum pro Baldo, Ful
1 goſio, & Iaſone eſt, non inferre iuriſcon-
ſultum in ſuperiori lege ex puris particu-
larib⁹, ſed ex indefinita, quod & hîc facit.
2 IN vrbanis habitationibus.) etiam domi
no prædij ignorante. In ruſticis non niſi
3 ſciente[a]. Sed quæ differentiæ ratio eſt? Et
communiter illa affertur, ꝙ in vrbanis, in-
tereſt ne ſecreta patrimonij noſtri pandan
tur[b]. Contrà in ruſticis, ſancta ruſticitas o-
4 mnia palàm habet. In illis igitur (ſic enim
hæc apertiùs declaro) ſufficit fictus ſiue
præſumptus domini prædij conſenſus, in
his nequaquam. Siquidem cùm cõuentio
nibus conſenſus inſit[c], ſcientia (niſi quid
obſtet) opus eſt. Faciliùs itaq; in vrbanis
quàm in ruſticis, hæc tacita hypotheca in
5 ducitur, quod & iure noſtro apprubatum
eſt[d].
6 INVECTA illata.) Ipſius conductoris,
non aliena, etiam ſi dominus inferri ſciat,
neq; diſſentiat, citra dolum tamen. Quæ
opinio cõtra Accurſium[e], communis eſt[f].
Et meritò, cur enim eius qui non habita-
turus eſt (niſi ea ipſe expreſsim obliget)
bona teneãtur, cùm præſertim videri poſ-
7 ſit tacuiſſe, vt in tuto eſſent? Nec ignoro
ab Antonio Neguſantio, contrariam dici
magis communem. Sed vereor, ne non ſa
tis ex fide extricet. Quare Alexandro, Ia-
ſoni, Gometio, magis aſſentior, neq; cõtra
8 riam opinionem lex Regia[h] (vt quidam
non bene opinantur) inuat, de re enim lo-
quitur aliena, expreſsim pignori data, do-
mino cõſentiente, quia in ſpecie dubium
non eſt[i], nunc in eo loquimur, qui inuehit
tãtùm, cui conſenſiſſe dominus videri po-
teſt, vt res ſaluę ſint, magis quàm vt obligẽ
9 tur. Sed quid ſi conductor pupillus aut mi
nor eſt? Et Accurſius eius bona non obli-
gari ait, quod & Bartolus ſequitur, & Ia-
10 ſon receptum affirmat[k]. Contrà Baldus[l],
& plures[m] receptiùs aſſeuerant, vt pupil-

a l. eo iure. ff. in quib. cau. pig. taci. contrah.
b l. 2. C. quan. & quib. quar. pars deb. li. x.
c l. 1. §. conuentionis ſuprà.
d l. 5. titul. 8. par. 5.
e G. ſi. in l. certi.
f Iaſ. in §. itẽ ſeruiana. n. 56. inſt. de actio. Gomet. nu. 24. Alex. ĩ. l. quæ dotis. nu. 27. ff ſol. mat.
g Anto. Neguſ. in tract. de pig. an. 2. part. 4. mẽ. nu. 152.
h l. 9. titul. 13. par. 5.
i l. 2. C. ſi res alie. pigno. da. ſit.
k Iaſ. in §. itẽ Seruiana. nu. 57.
l Bal. ĩ. l. ſi. C. de legi. tute.
m Alex. col. 2. Iaſ. num. 20. æmil. in ver. pignori. 60. met. in §. itẽ Seruiana. nu. 25. Iaſ. ĩ l. ſi cõſtãte. nu. 210. ff. ſol. mat. Neguſ. de pigno. ĩ. 2. par. 4 mem. nu. 154.

li quoq; bona teneantur. Quædam enim
cùm directo fieri nequeanr, per conſequẽ
tias tamen permittũtur[n], quod & in pupil-
lo aliàs videmus[o]. Nec minoris effectus, 11
decretum legis, quàm iudicis eſſe debuit,
Sed & Vlpiani reſpõſo[p], id probari poteſt,
quo pupillus, per expreſſam hypothecã
priuato non obligatur, ex tacita fiſco obli
gatur.
PIGNORI.) pro penſione domus[q], pro 12
que eius deterioratione, & eo quod loca-
toris interſit[r]. Sed & illud inter omnes cõ
uenit[s], vt pro omni alio inquilini debito
teneantur[t].
LOCATORI.) Cui uidelicet, res à cõ-
ductore inuectę illatæ, tacitè obligantur.
Sed quid, ſi conductor, rurſus mihi locet? 13
Et couſtat in eam duntaxat ſummam, in-
uecta mea & illata teneri, in quam cœna-
culum conduxi, non in vniuerſam penſio
nem[v]. Quid eſt igitur quod alibi[x] dicitur,
Si colonus locauerit fundum, res poſterio
ris conductoris domino non obligari? Et
Bartolus[y], Baldus, Salicetus, & alij, quorũ
eſt (vt video) crebrior[z] opinio, vrbana prę
dia hîc quoq; à ruſticis diſtinguuntur, qua
ſi in ſecundo conductore (quod in primo
diximus) faciliùs in vrbanis hypotheca
hæc contrahatur, qui certè ſenſus legum
verbis quadrat, vel maximè. Alij in vrba-
nis, vtrãq; legem intelligunt, ſed in vna[a],
pro rata partis conductæ tantùm, ſecun-
dum conductorem domino ad penſionẽ
teneri, in altera[b], non ad vniuerſam, quo
ſenſu Vlpianus, & Paulus cõcordant. Alij
in vrbanis item vtramq; legẽ intelligunt,
verùm apud Paulum, cõductorem domi-
no idcirco dici non obligatum, quia res
non inuexit, ſed priori conductori expreſ
ſa cõuentione eas obligauit. Quem intel-
lectum Bartolus Iaſonq; probant[c], nec de
ſunt, qui communem affirment[d]. Quid er 14
go huic inquilino, nec ſeruus erat, nec ar-
ca? Et fatẽdum id eſt, vel litem cum eo mo
tam antequàm habitaret. Sanè cùm prior
poſteriori locat, tacitæ duæ conuentiones 15
fieri dicuntur, altera, qua inter ſe conue-
niunt, ne ad vniuerſam ſummam poſte-
rior teneatur[e], altera, qua poſterior cum
domino ædium, hoc idem paciſcitur[f], vt
ſic non pactio cœnacularij, ideſt prioris
inquilini, proficiat domino, ſed ſua pro-
pria. Cœnacularius enim illic is eſt, qui cũ 16
domum

n l. ſi. ff. de leg. 3.
o l. in conditionibus. ff. de cõdit. et. demõſt.
p l. 1. §. ſi. ff. de ed.
q l. certi. C. lo-
r l. 2. ff. ĩ quib. cau. pig. taci. contrah.
s Bar. & Bal. in. l. ſolutum. §. ſolutam. ad ſi. ff. de pign. act. Ant. de Fan. de pign. 2. part. 4. mẽ. nu. 129.
t l. 1. C. etiã ob chirograph. pecu.
v l. ſolutũ. §. ſolutam. ff. de pig. act.
x l. ſi in lege. §. ſi colonus. ff. loca.
y Bar. & Sal. in. §. ſolutam Bal. & Sal. in §. ſi colonus.
z Iaſ. in. §. itẽ Seruiana. nu. 34. Zaſ. pag. 4 tom. ſing. 386. & 391. Fort. hic. col. 7.
a §. Solutam.
b §. ſi colonus hbs Pan.
c Bart. in. §. ſi colon. Iaſ. hic nu. 1.
d Gomet. in. § itẽ Seruiana. nu. 15.
e §. ſolutã. verſ. planè.
f verſ. videlic.

domnm totam conduxiſſet, alijs cœnacnla, ideſt ſuperiores domus partes ipſe[a] locat. Vnde & cœnaculariã exercere[b], nam
17 ꝙ aliquando Alciatus[c] & alij quidam, cœnacularium in ſupra ſcripta lege pro penſione accipiunt, lapſus eſt, neq; enim tunc ſenſus ſat cõſtet. Quòd verò Fortunius[d], cœnacularium pro ſecundo inquilino accipit, dubio procul errat. Sed & pignori domino ædium bona ſecundi cõductoris non ſunt, cùm ei gratuitam habitationem
18 primus conceſsit[e]. Deniq; & illud quæſitum hîc eſt, num tacita hæc conuẽtio, tũc quoq; locum habeat, cùm colonus nõ nũmis colit, ſed vel partiarius eſt, vel penſionem in ſpecie aliqua ſoluturus? Et Guilielmus Durandus[f] hoc negat. Accurſius[g] & frequentiores[h] aiunt. Nam & cùm ha-
19 beat locum, (ſaltim ꝑ deterioratione domus) cùm gratuita habitatio conceſſa[i] eſt, cur ſi merces, aut in ſpecie, aut in fructib[9] fuerit, etiam pro penſione domus nõ procedat? Sunt tamen non pauci caſus, in quibus hypotheca hæc ceſſabit, quos Socin[9][k] & recentiores cumulant.

SECVNDVM hoc.) quia conuentiones taciteę valent.

PACISCI.) Sic & teſtari[l], adire hæredi
20 tatẽ[m], bonorũ poſſeſsionem agnoſcere[n], matrimonium contrahere[o], ſtipulari certè non poteſt, quia cùm verba pro ſtipulationis ſubſtantia requirãtur, natura manifeſtnm[p] & palàm[q] eſt, mutum (cui ea deſunt) ſtipulari non poſſe.

HVius[a] rei[a] argumentum etiam ſtipulatio dotis cauſa facta eſt: nam ante nuptias malè petitur, quaſi ſi hoc expreſſum fuiſſet, & nuptijs non ſecutis, ipſo iure euaneſcit ſtipulatio.

1 *Dotis ſtipulationi tacita conditio ineſt.*
2 *l. 4. & 5. tit. 8. lib. 3. ordin.*
3 *Legato dotis an inſit conditio tacita?*
4 *Communes opiniones contrariæ.*
5 *Modalis magis quàm conditionalis diſpoſitio præſumitur.*
6 *l. 11. tit. 11. par. 4.*
7 *Malè agere & nihil agere quantum differãt.*
8 *Cõditio tacita an impediat obligationis actionisq; natiuitatem?*
9 *Conditio tacita an tranſmiſsionem impediat?*
10 *Conditionis tacitæ triplex ſpecies.*

a Bud. in l. æquiſsimum. §. item nerua. ff. de vſuf. Alcia. parer. lib. 4. c. 12. b l. ſi verò. ff. de his q deie. vel eff[u]. c Alcia. in l. inter donũ. ff. de verb. ſig. d Fort. col. 6. e l. Põponius. 2. ff. in qb. cau. pig. ta. con. f Specul. de loca. §. poſtquã. verſ. porrò. g Gl. in. §. itẽ ſeruiana. ĩ gl. 2. inſt. de act. h Are. in §. itẽ ſeruiana. nu. 7. Zaſ. fol. 2. Anto. Fan. in 2. par. ĩ 4. mem. nu. 138. Aemil. hic in ver. locatis. i l. Põponius. iunct. glo. nen eſſe. Roma. ſingu. 223. k Soci. regul. 239. iuncta. Anto. Fan. in d. memb. l l. Diſcretis. C. qui teſt. fac. poſſ. m l. Mutum. ff. de acq. hær. n l. vlt. ff. de bo. poſſ. iſ. fur. o l. mutus. ff. de iu. do. e. cum apud. de ſpõſ. p l. 1. §. fi. ff. de act. & oblig. q §. Mutũ. inſtit. de inutil. ſtipul. r l. vlt. C. de donatio. ante nup. l. 3. ff. de iur. dot. s l. ſi ego. l. ta liam princi. ff. de iur. dot. t l. 4. & 5. titul. 8. lib. 3. ordi. v Bartol. & Pau. in l. titio centũ. §. titio genero. ff. de cõd. & demõ. x Iaſo. in l. 1. col. antep. C. de inſtit. & ſubſtitu. Corne. in 4. vol. cõſ. 229. col. 2.

HVius rei.) ꝙ tacitæ conuentiones valeant.

STIPVLATIO dotis.) Ineſt ſtipulationi dotis tacita conditio, ſi nuptiæ ſequantur, dos enim, ſine matrimonio eſſe nõ poteſt[r], idq; ſiue mulier, ſiue extraneus, dotem promittat[s]. Quocirca Angelus, alijq; notant, ſi ſtatuto cautum fit, ſicuti lege apud nos cautũ eſt[t], vt pu- 2
blico inſtrumento, nulla exceptio opponatur, inſtrumẽto tamẽ dotis opponi hãc poſſe, ꝙ nuptiæ ſecutæ non ſint, hæc enim quæ tacitè ineſt exceptio, ſublata non eſt. Sed quid in legato dotis? Et Bartolus ei 3
quoq; conditionẽ ineſſe ait[v], quod ſeruari cõmuniter ſe vidiſſe Paulus affirmat, alij 4
audaciùs cõmunem opinionem hanc eſſe dicunt[x]. Contrà antiquiores omnes[y], ante Bartolum tenuerunt, non conditionẽ, ſed modum ineſſe. Quinetiam & recentiores authore Iaſone[z]. Quam ego opinionẽ probare ſoleo, tum ꝙ id legatum purũ à lege dicitur[a], ideſt modale, ſic enim meliùs interpretamnr[b], tum etiam, quia in dubio 5
diſpoſitio modalis magis quàm cõditiõalis dicenda eſt[c], omniũ cõſenſu[d]. Sanè iure 6
noſtro, lex eſt[e], quæ & ciuili iuri Romanorum, & ſibi ipſa repugnat, illi dum in initio promiſsionem pro dote purã eſſe ait, ſibi ꝙ ad finẽ adijcit, tacitã ei cõditionem ineſſe ſi nuptię ſequantur. Quare aut dicẽdũ purã dici, ad differentiam eius, quæ expreſſam conditionem habeat, aut purã cũ poſt nuptias, conditionalem cùm ante nuptias promiſſa eſt[f].

MALE petitur.) Malè agit is, cui exce- 7
ptio obſtat, nihil agit is, cui ipſo iure actio non competit[g]. Idq; aliquando[h] etiam nõ rectè agere dicitur. Quæ opinio cõmunis eſt[i]. Qua ergo ratione malè hic agat, cui ſub conditione debitũ erat, Accurſius ſatis explicuit, quẽ Bartol[o], & alij ſequũtur. Vnde illud notant, conditione tacita, non 8
minns quàm expreſſa, obligationis actionisq; natiuitatem impediri ipſo iure[k], non 9
ſic tranſmiſsionem[l], niſi vel teſtator hoc velit[m], vel cõditio tacita ſit, quæ ex ademptione conditionali reſultet[n], vel ex teſtamento proueniat[o]. Eſt enim conditionis 10

y Bar. Imo. et Pau. in §. titio genero. z Iaſo. in l. ſi titio. col. 2. de leg. 2. Purp. in l. 2. §. creditũ. nu. 18. ff. ſi cer. peta. a §. titio genero. verſ. ſed cùm ante nuptias. b l. libertas. §. hæc ſcriptura. l. mania. ff. de man. teſta. c l. Quæro. §. inter locatorẽ. ff. loca. d Deci. in l. cũ meta. n. 6. C. de tranſac. Alex. ĩ 1. vol. conſ. 102. n. 4. e l. 11. titul. 11. part. 4. f l. 2. §. creditum. ff ſi cert. pet. vbi Bart. & Doct. g l. 1. ad fi. ff. quã. di. vſuf. leg. ced. h l. grege §. ſi ſub conditione. ff. de pign. i Alciat. parer. li. 4. c. 14. k Gl. hic. & ĩ l. Lõia. ĩ princ. ĩ gl. 1. ff. de leg. 2. Iaſo. in l. cũ qd. in 2. lectu. col. 1. ff. ſi cert. peta. l l. ſi poſt diẽ. §. ſed ſi ea. l. cũ illud. §. hæres. ff. quã. di. leg. ced. m l. in conditionibus ĩ pri. & §. hæc ſcriptura. ff. de cõdi. & demõ. n l. ſi legatũ purè. ff. de adi. lega.

o l. Conditiones extrinſecus. vbi Barto. ff. de condit. & demonſtra. Socin. in l. 1. colum. penul. eod. titu.

tacitæ

tacitæ triplex ſpecies, vt Baldus notat[a], naturæ, legis, teſtatoris, priores duæ, tranſmiſsionem impediunt, poſterior non impedit. Sed & ſi à diſpoſitione legis proueniat, dum tamen à teſtatoris poteſtate pēdeat, trāſmiſsioni obſtat[b]. Deniq; & quòd dictum eſt, conditionis tacitæ eam eſſe enim vt obligationis natiuitatē impediat, communiter in ea conditione intelligūt, quæ obligationem ipſam reſpicit, non in ea, quæ effectum ſiue executionem[c].

a Bal. in rub. C. de inſtitut. & ſubſtit.
b l. miles. §. pro parte. de lega. 2.
c l. ita demū ff. ſ arbit. taſ. col. ſi.
d l. Titia. §. idē rñdit. 1. ff. de verb. oblig.

IDem Iuliano placet. Ex facto etiam cō ſultus cùm conueniſſet, vt donec vſuræ ſoluerentur, ſors nō peteretur: & ſtipulatio purè concepta fuiſſet: conditionē ineſſe ſtipulationi, atq; ſi hoc expreſſum fuiſſet.

1 *Dicta in præfationibus an in ſequentibus repetita videantur.*

1 COnueniſſet.) In præfationib[e], in ijs enim dicta, repeti in ſequentibus intelliguntur[d]. cuius generis exempla multa notantur. Cæterū non procedit regula, in ijs quæ dicta, tractātaue tantùm, à contrahentibus non etiā firmata ſunt[e]. Ea enim dictorū natura eſt, vt non continuò obligent[f], verbo tenus enim pronuntiatum eſt, & nudo ſermone finitur. Quare & ſcitum Ageſilai illud eſt, rem iniuſtam negantis, cui cùm alius obijceret, Atquin promiſiſti, per Iouē (inquit) ſi iuſtum eſt promiſi, alioqui ἔλεξα μέν, ὡμολόγησα δ' οὔ. ideſt, dixi quidem, ſed nō promiſi. Non procedit rurſus, cùm ex interuallo contractus[g] fit, quod tamen vt communiter[h] verum fatentur, ſic etiam reſtringunt, niſi aut facta ex interuallo, augmenti loco cedant[i], aut in præfationum verbis, latiùs contrahentes pateant, & ſe ad ea quæ ex interuallo fient, retulerint[k]. Non procedit ad hæc inter perſonas diuerſas[l], aut res, quæ cauſam ſeparatam habent[m]. Non procedit poſtremò cùm repetitio actum inutilem redderet[n].

e Bar. hic. Bal. in l. multū. co. 2. C. ſi quis alt. vel ſibi. i. l. cū allega. C. de vſur.
f l. Sciendum. §. dictum. ff. & dil. edict.
g l. per retētionē. C. de vſur. l. ſi tibi. ff. de act. emp.
h Iaſ. i. §. idē rñdit. col. 2.
i l. etiā. C. de iu. doti. l. inter §. cùm inter. ff de pac. dot.
k Bar. in l. pacta. nouiſsima C. de pact.
l l. in repetendis. cum. gl. de leg. 30
m d. l. per retētionem.
n d. §. idē rñdit.

V. VLPIANVS. Libro. IIII. Ad edictum.

COnuentionum autem tres ſunt ſpecies. aut enim ex publica cauſa fiunt, aut ex priuata, priuata[*] aut legitima, aut iuris gentiū. Publica conuentio eſt, quæ fit per pacem quotiēs inter ſe duces belli quædam paciſcuntur.

1 *Conuentio publica cur non ſubdiuiditur?*
2 *Pacis cauſa, iniuriæ damnaq; ſubditorum remitti poſſunt.*
3 *Princeps vtilitatis publicæ cauſa dominium priuatis auferre poteſt.*
4 *Hoſti, an ſit fides ſeruanda.*
5 *Feudum à fide dicitur.*
6 *Feudum vt non amittat vaſſallus, etiam ſi fidem non ſeruet, an pacto fieri poſſit.*
7 *l. 1. tit. 26. par. 4.*
8 *Inducias dare, an duces belli poſſint?*
9 *Ducis belli authoritas maior eſt cùm habet poteſtatem locum tenentis.*
10 *Induciæ & treugæ an differant.*
11 *Treuga barbara vox eſt.*
12 *Induciæ ad quod tempus fieri poſſint.*
13 *Ducum conuentiones expreſſæ & tacitæ.*
14 *Legati omni iure ſancti habentur.*
15 *Legati ſi pulſentur, aut violentur, ad quem ſpectet cognitio.*

TRes ſunt ſpecies.) Quæ tamen à genere ſuo conuētionis non eodem gradu diſtāt, publica enim in primo gradu eſt, legitima & iuriſgētium ſunt in ſecundo. Cæterùm 1 cur non & publica ſubdiuidetur, in legitimam & iuriſgentium, vt ſic quatuor ſpecies ſint? Et Cōnano[o] viro bene docto ego aſſentior, qui publicam non diſtingui conſiderat, quia ſeparatam ea cauſam habet à iure gentium & ciuili, vtriuſque enim ita particeps eſt, vt à iure gentium nonnunquam, à ciuili recedat ſæpiſsimè. Valet igitur, non ad iurium regulas directa, ſed ad id quod vniuerſis expediat & pſit. Nam & Cicero de legib', Salus (inquit) populi, ſuprema lex eſto.

PER principem.) Sic Haloander legit, tuncq; intellige principis conuentionem, cum externis, non cum ſubdito factā, hæc enim ad priuatam ſpectat[p]. Alij ferè codices (quod & Tuſcus facit) legunt, per pacē. Vnde illud notant pacis cauſam publicam eſſe,

o Conn. lib. 1. c. 2.
p Litē venditā §. an priuatorū ff. de peti. hære. l. Caſar. ff. de publican.

a l. vnica. cũ gl. C. de in ius vocan.
b Innoc. in c. ĩn noſtra. de ĩniu.
c l. itẽ ſi verberatum. §. 1. ff. de rei ven.
d Ang. hic, & in l. vendi tor. §. ſi cõſtat. ff. com. præd.
e Hoſt. de pæ nit. & remiſ. §. quibus & qualiter. colũ. penul.
f Anch. in re gu. peccatũ. n. 18. Socin. in l. Gallus. §. & quid ſi tantũ. n. 17. ff. de lib. & poſth. Al ciat. libr. 1. de verbo. ſignifi. fo. 28.
g Alex. & Iaſ. hic. Iaſ. in §. & qd ſi tan tum. in. 1. lect. nu. 80.
h l. 1. §. non fuit. ff. de dolo.
i Bal. in c. ex reſcripto. col. 2. de iur. iur. in ca. ſuſcitatus. col. 2. de reſcr.
k l. nã & ſer uius. ff. de ne go. geſt.
l l. 1. in princ. ſuprà. l. 1. in prin. ff. de con ſti. pecu.
m l. 1 titu. 26. part. 4.
n Laud. in c. 1. col. 4. q feu. da. poſſ.
o Bald. in l. 1. q. 52. ff. de re. dini.
p Iaſ. in præ lud. feu. n. 29.
q ca. 1. ad finẽ quos fiat ineſt.
r l. mandato. ff. de procura.
s Arg. l. qui Roma. §. Calli machus. ff. de verb. oblig.

2 eſſe, cui conſequens illud eſt, vt propter bonum pacis, principes dum pacem inter ſe componũt, (quod alioqui nõ poſſent[a]) iniurias damnaq; ſubditis illata remittãt[b].
3 Ex cauſa ſiquidem vtilitatis publicæ, princeps dominium auferre poteſt[c]. Atque ita obſeruatum Angelus ait[d], cùm inter Peruſinos & eccleſiã Romanam pax facta eſt. Quod tamen ita demum procedit, ſi perfici capitula pacis aliter nequeant, vt Hoſtiẽſis[e], & alij notant[f], ſicque ea ipſe exaudio, quæ in propoſito Alexander & Iaſon dixerunt[g].
4 INTER SE.) Hoſti ergo fides ſeruanda, quæ à perſona publica datur, qualis dux eſt, ſecus ſi à priuato[h]. Sed & iure ſingulari[i], vt pretium redẽptionis pro captiuis, aut carceratis ſoluatur, hoſti priuato ſeruabitur, quod de Luſitanis Romaniſq; in iure extat[k]: deniq; & cuicunq; fidem fallere
5 graue eſt[l], etiam ſi liceat. Et quia feudum
6 à fide dicitur[m], Laudenſis reſpondit[n] non valere conuentionem, vt à feudo vaſſallus non cadat, quanuis feloniam committat, fidémue rumpat. Baldus[o] diſtinguit, remittatúrne pacto felonia, quæ in crimẽ cadat, an quæ in eo conſiſtat, vt vaſſallus dominum nõ reuereatur, quod & Iaſon[p] probat, ſed tunc vel maximè, cùm iuramento vinculum accedat. Ego ſubſiſto, quòd ſciam
7 conuentionem in propoſito valere, vt eo pacto acquiſitum ſit feudum vt ſine iuramento fidelitatis habeatur[q].
8 DVCES belli.) Dominus exercitus & pacem inire, & inducias dare poteſt, dux (niſi mandatum ſpeciale habeat[r]) pacem non init. An neque inducias dat? Et Bartolus daturum admittit, quod cæteri reprehendunt[s]. Sed tribus caſibus ſuſtinent, ſi ad breue tempus induciæ ſint, ob belli neceſsitates, vt putà vt cadauera ſepeliantur, vt vulnerati curentur[t], ſi dux, mandatum
9 generale cum libera habuerit[v], ſi non ſimpliciter dux creatus eſt, ſed cum poteſtate locum tenentis[x]. Sanè inter inducias, &
10 treugas, differentiam Accurſius cõſtituit, quæ vera non eſt, vtrumq; enim nomen
11 idem ſignificat, niſi quòd treuga barbarũ eſt, quod tamen Pontificij admiſerunt[y].
12 Fieri verò induciæ poſſunt, aut ad breue aut ad longũ tempus, ſed pacis fœderiſq; reſpectu (quæ perpetuò fiunt[z]) ad breue fieri dicuntur[a].

13 PACISCVNTVR.) Expreſſè, vt cùm pax, fœdus, induciæ, fiũt, tacitè, vt in ea cõuentione, qua legati & per legem, & ex iu
14 re ipſo gentium ſancti habentur[b], nõnunquam tamẽ ſeruatũ id minimè eſſe, Claudius bene notat[c], quod ſi ſeruatum non ſit, le-
15 gati pulſati, ius gentium ea in parte violatum, cognitio ad ſummum Pontificem inter principes chriſtianos ſpectat[d]. Quid aliàs? Supra à me dictum eſt[e].

t Fulg. Alexan. & Iaſo. arg. l. ad rem. l. ad legatum ff. de procur.
v l. procurator cui libera. ff. de procura. Bar. in §. Calli machus.
x Bart. in l. 14 §. hi quib[us]. ff. de leg a. 3. in l. 2. C. de offi. ei. qui vic. alte. ger.
y Rub. de treu. & pace.
z l. non dubito. ff. de capt.
a l. poſtliminium. §. inducia. ff. de capt.
b l. ſi. ff. de legat. l. ſanctũ. ff. de re. dini.
c Claud. de in. mil. lib. 2. c. 23.
d Fortu. colũ. vltima.
e In l. ſanctũ ff. de re. dini.

VI. PAVLVS, Lib. III. Ad edictum.

LEgitima conuentio eſt, quæ lege aliqua cõfirmatur. & ideo interdum ex pacto actio naſcitur, vel tollitur: quoties lege vel ſenatuſconſultò adiuuatur.

1 *Legitima conuentio triplex.*
2 *Contractus iuriſgentium legitimi largè appellari poſſunt.*
3 *Legitimi apellatio.*
4 *l. 4. & 5. tit. 8. lib. 3. ordin. & infrà. nu. 8.*
5 *Pactum nudum in inſtrumento publico poſitum an executioni mandetur?*
6 *Acceſſorium non veſtit id quod principale eſt.*
7 *Statuta de inſtrumentis executioni mandandis quomodo declaranda.*
8 *Exceptiones & defenſiones ſi per ſtatutum ſublatæ ſint, iuſtitia naturalis attenditur.*
9 *Legitimæ conuentionis quatuor exempla.*
10 *Conſtitutum an ſit legitima conuentio?*
11 *Lex quemadmodũ ad incognita extendatur?*
12 *Pactum nudum iure ciuili quid operetur?*
13 *Pactum nudum quomodo tollat actionẽ iam natam?*
14 *Acceptilatio ad conuẽtionem legitimam an ad iuriſgentium ſpectet.*
15 *l. 1. C. de ſuffra.*
16 *Donationis pactum nudũ an actionem producat?*
17 *Donatio cauſa mortis ex pacto nudo actionẽ producit.*
18 *Donatio an ſola pollicitatione perficiatur?*
19 *Dotis ſtipulatio aut pollicitatio ad quam conuentionem pertineat.*
20 *Pignus legitima conuentio an iuriſgentium ſit?*
21 *Pactum à lege roboratur, ſi quod lege debeas, pacto promittas.*
22 *Actio de conſtituta an ſit neceſſaria cũ quis ſe conſtituit ſoluturum id ad quod lege obligatus eſt?*

LEGI-

1 LEgitima.) Legitima conuẽtio
triplex eſt, propria, quæ à le
ge ciuili inuenta, vt emphy-
teuſis, literarum obligatio,
ſtipulatio. Impropria, quam lex non inue
nit, ſed inuentam confirmat, vt cùm ciuita
ti vſuræ pacto nudo promittũtur[a]. Impro
prijſsima, quã lex neq; aut inuenit, aut cõ-
firmat, tãtùm nõ infirmat, cuiq; cùm nõ aſ
2 ſiſtat, at nõ reſiſtit, quo modo, & cõtract[9]
à iure gentium inducti, legitimæ cõuẽtio
3 nes dici poſſunt[b]. Sic & legitima hæredi-
tas, largè quæ ex teſtamento defertur[c], de
priori legitima conuẽtione, prior pars tex
tus, de poſteriotibus poſterior intelligen-
da, ſecundùm Accurſium. Sed frequentio
res[d] cum Bartolo, de improprijſsima intel
ligi poſſe negant.
4 ALIQVA lege.) etiã municipali. Quid
ergo ſi ſtatuto aut lege cautũ ſit, vt inſtru-
menta publica (quæ guarentigia vulgo di-
cuntur) executioni mãdentur, an pactum
nudum inſtrumento publico factum exe-
cutioni mandabitur? Et Baldus hoc ſæpiſ-
ſimè cenſuit[f], quaſi legitima conuentio
5 ea dici poſſit. Idem Baldus alibi[g] contrà,
6 idque plures ſequuntur[h], nam neque ab ac
ceſſorio principale veſtitur, neque acceſ-
ſoriç clauſulç, principali ſublato ſubſiſtũt,
& quæ leges, inſtrumentis executionem
paratam concedunt (quia contra ius com-
7 mune ſunt) vt quàm minimũ illud lædant
declarantur, & ſingularia duo concurre-
rent, ſi & ex pactonudo actio daretur, & in
ſtrumentum paratam haberet executio-
8 nem. Non tamẽ habet locum opinio hæc
cõmunis, ſi ſtatuto exceptiones & deſen-
ſiones tollantur, etenim tunc iuſtitia natu
ralis ſeruabitur[i], Baldo eodem auctore[k].
Quare iure noſtro, haud dubiè prior opi-
nio obtinebit, cùm præſertim eo, pactum
nudum actionem pariat[l].
CONFIRMATVR.) Lege ſcilicet in
ueniente, formamq; conuentioni dante,
9 ſuntq; conuentionis huius legitimæ qua-
tuor ad ſummum exempla, quæ Accurſi[9]
agnoſcit[m], emphyteuſis, literarum obliga
tio, ſtipulatio, ſponſalitia largitas. Addit
10 Bartolus conſtitutam pecuniam, quod re-
centiores meritò reprehendunt, nam & ſi
prætor naturali æquitate motus ei conuẽ-
tioni faueat[n], ipſius tamen origo non à iu
re ciuili eſt. Nam quòd Accurſius textus
meminerit, qui de [c]onſtituta pecunia lo-
quitur[o], id propt[er] ſtipulationẽ fecit. Sed 11
quomodo in hi[s] conuentionibus exem-
plum ponimu[s q]uæ longo poſt hanc legẽ
interuallo inductæ ſunt? Et Bartolus alijq;
rectè reſpondent, ſtipulationem iam tunc
viguiſſe, ad cæteras verò cõuentiones ſu-
praſcriptas, ex legũ natura extenſionem
fieri potuiſſe[p].
NASCITVR.) Iure ciuili ex pacto nu- 12
do actio nõ naſcitur[q]. Sed neque nata per
pactum ipſo iure tollitur[r], tantùm ope ex
ceptionis eliditur, vt in pacto de non petẽ
do: quòd ſi pactum nudum, à lege fomen-
tum accipiat, & actionem parit[s], & natam
ipſo iure tollit[t], ſi tendit ad tollendam,
hique legitimæ conuentionis præcipui eſ
fectus ſunt.
TOLLITVR.) Actionis natæ quæ pa- 13
cto nudo tollatur, exempla hæc ſunt, cùm
actiones ex maleficijs deſcẽdentes, pacto
tollũtur[v], cùm creditor, mulieri, aut filiof.
pactum de non petendo faciat, neq; enim
tunc Velleiani Macedonianiue exceptio-
nibus opus eſt, ſed ipſo iure illi tuti ſunt.
Cùm inter hæredem fideicommiſſariũq;
conuenit, vt alter ſolus hæreditaria onera
ſubeat, quæ exempla (Bartolo non bene re
clamanti) meritò recipiũtur. Addit Accur 14
ſius & aliud de acceptilatione. Sed hoc (vt
Bartolus notat) ad conuentionem legiti-
mam propriam magis ſpectat. Et ſanè ciui
lem, ſiue legitimam eſſe conuentionem
acceptilationis, nõ vnum argumẽtũ eſt[x].
At contrà eſſe iuriſgentium, non minus
vrgens[y], & hoc (inquit) iure vtimur, vt iu-
ris gẽtium acceptilatio ſit. Quocirca no-
ſtri, vt in ſalebra hærent, Aemilius[z], noua
via tentat, neque acceptilationem, neque
ſtipulationem, neque literarum obligatio
nes, propriè conuentiones eſſe legitimas,
ſed quæ à iure gentium originem cùm ha
beant, à ciuili formam accipiunt, ac proin
de origine eſſe iuris gentium, propter for
mam legitimas. Quæ certè opinio valde
probabilis eſt. Quòd ſi eam, quæ plurium
eſt, ſequamur, diſſolui non meliùs antino
miam hanc poſſe ego arbitror, quàm vt di
cas acceptilationem eſſe conuentionem
legitimam, naſciq; ex ea ciuilem obliga-
tionem, propter eius originem. Sed & eſ-
ſe iuris gentium, quia ex eadem obligatio

naturalis

a l. etiam. ff. de vſur.
b l. iuris gentium. in princ. infrà. l. ex hoc ff. de inſti. & iure.
c l. lege obuenire. ff. de verbo. ſign.
d Bart. verſi. mihi videtur. Alex. colũ. 2.
e l. 4. & 5. titu. 8. li. 3. ordi.
f Bald. in l. 2. ad fi. C. de exec. rei iudic. Bal. in l. 1. ad fi. C. de doc. prom. Bal. in l. ex pla cito. ad fi. C. de re per. Bal. in l. 3. §. pupillus. ff. de neg. geſt.
g Bald. in l. ſi nõ ſortem. §. 1. ff. de cõ. inde.
h Iaſ. hic. nu. 6. & in l. iuris gentiũ. §. Quinimo. nu. 20 infrà. Alcia. in l. in bona. in ver. petionẽ. C. de pac.
i l. bona fides ff. dep. l. ſcire. §. ſufficit. ff. de excuſ. cuto.
k Bald. in l. ſi non ſortem.
l Dicta. l. 4.
m Gl. hic. & in l. ex hoc. ff. de inſt. & iu. & in §. ius autẽ gentiũ. inſt. de iu. natu. gent. & ciui.
n l. 1. in prin. ff. de cõſti. pec.
o §. de conſtituta. inſt. de act.
p l. leges. 2. C. de legib. l. vnica. ff. de cond. ex l.
q l. iuris gentiũ. verſ. igitur.
r l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. infrà.
s l. etiam. ff. de vſur.
t l. ſi tibi decem. §. quedã. infrà.
v d. §. quedã.
x l. pen. ff. de ſolut. l. actus. ff. de reg. iur.
y l. an inutilis. §. fin. ff. de accept.
z Aemil. numer. 9.

naturalis propter cõſeoſum naſcitur,qoæ iuris gentium eſt,quę res tota ex ijs fiet apertior,quæ ſequenti lege ſubiungã. Nũc ad Bartoli exempla reuertor. Sunt enim (vt ait) qui poſtremam legis partem, etiã in pactis veſtitis iotelligaot, quaſi legitimæ conoentiones, eo ipſo dici poſsint, q eis lex non ſemper (licèt interdum[a]) reſiſtat, quorum ipſe ſententiam non probat, cumq; propriam afferre ſe dicat, in id ferè recidit, vt de conuentione legitima propria, aut impropria intelligi admittat, neget de improprijſsima, quæ opinio (vt diximus) approbata eſt[b].

QVOTIES lege.) Exempla hîc varia afferuntur. Primum illud eſt, de eo, qui nudo
25 pacto aduocato ſalarium promittat[c], aut qoi verior eſt ſenſus[d], de eo, qui pacto ou do; ei promiſit, quo interceſſore deſyde-
26 ria ſua à Principe explicari vult. Secundũ eſt, in pacto nudo donationis[e], in quo Accorſium Bartolus & cæteri reprehendunt[f], oeq; enim ex pacto oudo dooatioois, actionẽ, præſcriptis verbis, ſed ex lege propter pactum condictionem ex lege naſci. Intereſſe multum, ex pacto confirmato[g], an ex lege propter pactum[h], actio naſcatur. Quæ certè, vt communia fateamur, non immeritò tamen, qoibuſdam plus ni-
17 mio ſcrupuloſa videntur. Illud Accurſio[i], & omoibus[k] conuenit, ex donatione cauſa mortis, nõ minus q̃ inter viuos, actionem
18 propter pactũ nudum oriri. Sed & tentari poſſet, com quibuſdam, donationem ſola ouda pollicitatione cooſiſtere, ea enim ſola perfici videtur[l]. Tertium exemplum
19 Accurſius affert, tacitæ ſtipulationis, ſecũ dũ quam dos peti aut repeti[m] poteſt. Sed id (vt alij beoè ootaut) ad conuentionem legitimam propriã magis ſpectat, eius eñ origo, a iure ciuili eſt. Quartũ, in dote itẽ eſt, quã nudo pacto, & vel ouda pollicitatione promiſſam, lex ciuilis cõfirmat[n]. Sanè dotis datio, ſiue traditio, cooueutio iuriſgentium oominata eſt[o], promiſsio ipſa dotis conuentio legitima[p], Bartoli & om-
cramẽto confeſſionis iniuriam remittas,
an & actionem iniuriarum remiſiſſe vi-
deate? Et Accurſius quandoq;[r] hoc admi-
ſit, quod aliqui ſecuti ſunt. Pontificij[s], cõ-
trà, idq́; plures tenent, ſiue conſtet odium
tantùm remiſiſſe, ſiue in dubio ſimus, quod
ſi remiſiſſe ſe dixerit plenè, etiam in iudi-
cio admittendus non erit[t]. Effectusq́; nõ
patuus notari poteſt, nam vix tutus vide-
8 ri poſsit, qui (ſi plenè remiſit) poſtea in iu-
dicio agit, & interrogari generaliter pote
rit, an plenè remiſerit.

1 DE pignore iure honorario naſcitur
pacto actio: tollitur autem per ex-
ceptionem, quoties paciſcar, ne petam.

1 *Pignus quando ſit conuentio legitima.*
2 *Pignoris remiſſio quomodo exceptionem pro ducat?*

IVre honorario.)

prætorio.

NASCITVR pacto actio.)
Eſtq; hæc cõuentio legitima, vt Bartolus 1
& alij notant, quia à cõſenſu pignus incæ-
pit. Quòd ſi à rei traditione inciperet, præ
toris auxilio nil eſſet opus, tunc enim con
tractus nominatus pign[us] eſſet[v], & quia no
mine ipſo ſatis veſtitum eſt, actionem iu-
re ciuili produceret[x]. Conformat enim ſe
rationi nominis ipſius, quæ à pugno eſt[y].
TOLLITVR autem per exceptionẽ.)
Cùm liberatio fauorabilior ſit[z], cùm eodẽ
genere omnia diſſolui ſoleant, quo colli-
gata ſunt[a], cùm ipſo iure tolli pignus alibi 2
dicatur[b], quid eſt quod hîc exceptio requiri-
tur? Et ſi quidẽ expreſſa remiſsio ſit, ipſo
iure eam operari omnes fatentur, cui con
ſequẽs & illud eſt, vt hæc tacita fuerit. Sed
alij tacitã ex eo fuiſſe, quia creditore ſcien
te & patiente debitor pignus vendiderit[c],
qui intellectus vt in ſe verus eſt, ita poſtre
mis huius paragraphi verbis non quadrat.
Alij, tacitam ex eo, quia creditor debitum
principale remiſerit, hoc enim ipſo pign[us]
tacitè remmitti[d], nec tacito pacto ipſo iu-
re actionem tolli ſolere[e]. Quod & ipſum
verum eſt, ſed huic legi (niſi poſtrema il-
la per ſubauditionem ſuppleas) non ma-
gis applices. Alij pignus ipſo iure non tol-
li dicunt, quia ad traditionem proceſſum
eſt, quos Bartolus ideo reprehendit, quia
ad hypothecariã, de qua agimus, traditio
nil operatur[f]. Albericus & Iaſon (qui com
munem hunc intellectum fatentur) ex eo 1
defendunt, quòd ſimiliter in venditioni-
bus videamus, quæ licèt ſolo conſenſu per
ficiãtur[g], ſi tamen à traditione inceperint,
ſolo conſenſu non diſſoluantur[h]. Sed cer-
tè huic ſenſui vel maximè verba legis re- 2
pugnant, quæ aperta de eo pignore ſunt,
quod conſenſu contrahitur. Igitur Baldus
& Iaſon (vt mihi videtur) rectiùs, qui de pa
cto intelligunt, non quo pignus remitti-
tur, ſed de pignore non petendo, his enim
legis verba nihil repugnant, propiúſque
eſt, vt quẽadmodum ſuperiora, ſic & hæc
de pacto de non petendo intelligas.

Siquis

a l.1.ff. de his qui not. infa.
b l. iuris gentium. §. quinimò. verſ. idẽ Marcellus. ſuprà.
c l. agr. l. actiõe. C. de trã ſact.
d Alex. hîc.
e Iaſ. in. §. pœnales. col. 2. inſtitu. de actio. poſt gl. in. §. ſequẽs. in gl. ex conducto.
f l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. infrà.
g l. cũ quidã. ff. de libe. & poſthu.
h Auth. de conſ. & vter. frat.
i Gl. in. l. 1. §. deniq. in glo. onerari. ff. de poſtul.
k Bar. ĩ d. l. ex hoc. col. pe. ff. de iuſt. & iu. Claud. col. fin.
l l. imperatores. ff. d iu. ff.
m Auth. de nõ alie. §. quia verò lenones.
n l. ſi. C. ad. l. Iul. maieſt.
o Salicẽ. l. vnq. col. 3. C. de ſu. et ſac. ign.
p l. locatio. §. q̃d illicitè. ff. d publ. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil.
q l. ſi à reo. §. illud. ff. d fideiuſſo. l. non ſolũ. §. iniuriarũ. vbi Barto. ff. de iniu. Bal. ĩ auth. ad hæc. colum. 4. C. de vſur.
r Glo. in. §. fi. inſt. de iniur.

ſ Glo. in. c. qui præſulatus. 1. q. 4. in gl. canonica. gl. ĩ. c. & q emẽdat. 55. diſt. ĩ gl. & glo. in. ca. 1. de maledi.
t Bal. in. c. 1. §. iniuria. col. 2. d pa. iur. fir.
v l. 1. §. fin. ff. de pact.
x l. iuris gentium. in prin.
y l. plebs. §. pignus. ff. d verbo. ſign.
z l. Arrianus. ff. de actio. & oblig.
a l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur.
b l. maior. C. de pign.
c l. 1. C. de re miſſ. pig.
d l. ſoluitur. §. ſi paciſcat. ff. quib. mod. pign. vel hyp. ſol.
e l. 2. C. d pac.
f l. 1. ff. de pigno. act.
g l. iuris gentium. in princ. ſuprà.
h l. 1. & 2. C. quan. lice. ab empt. diſ.

SI quis paciſcatur ne à ſe petatur ſed vt ab hæredepetatur, hæredi exceptio non proderit.

1 *Taxatiua dictio, an hæredem excludat.*
2 *Perſonalia iura ad hæredes non tranſeunt.*
3 *Florentina lectio non placet.*

NE à ſe petatur.)

1 Dubitandi ratio, quòd qui de ſe loquitur, (etiam per dictionem taxatiuam[a]) de hærede etiam loqui videtur. Decidendi illa, quòd pactum de non petendo à ſe per-
2 ſonale eſt, nam & ſic beneficia & priuilegia cætera perſonalia ad hæredes non trāſeuns[b]. Sequētia verò illa, ſed vt ab hærede petatur, meritò & Paulus ſuperfluere ait, & Haloander expunxit, ea enim dubio procul, ſine dubitatione textum reddebant.
3 Etſi maximè ea verba, in Florentino codice ſint.

SI pactus ſim ne à me, neue à Titio petatur, non proderit Titio, etiam ſi hæres extiterit: quia ex poſt facto id confirmari non poteſt. hoc Iulianus ſcribit in patre, qui pactus erat, ne à ſe, neue à filia peteretur: cum filia patri hæres extitiſſet.

1 *Filio cùm paciſcitur pater, quæ actio ei acquiratur?*
2 *Filius ſi quid lucretur cum pecunia patris vel profectitia, an ſit lucrum profectitium, vel aduentitium.*
3 *Communes tres opiniones contrariæ.*
4 *Augmentum eiuſdem naturæ eſt cuius & res cui accedit.*
5 *Bartoli ratio ſubtilis nouiter expenſa.*
6 *l.3.tit.15.par.6.l.7.tit.4.lib.3.fo.*
7 *Hæreditate patris repudiata, acceptare ea filius poteſt, quæ vt filio acquiruntur.*

TItio.) Extraneo prorſus, de eo verò q non prorſus extraneus ſit, ſuo loco dicam[c].

QVIA ex poſt facto.) hęc enim iuris regula eſt[d].

1 NEVE à filia.) Cùm filio quis paciſcitur, ſumma diſtinctio eſt, quòd ſi vt hæredi, directam, ſi vt filio, vtilē, ſi vt extraneo, nullam acquirit. Quid ſi ſimpliciter? Et in dubio vt hæredi pactus præſumit[e]. Sed quónam modo filio vt filio, an vt extraneo pactus fuerit intelligemus? Et id ex verbis colligi dicūt vel factis: ex verbis, quia qui nomine filij vt filio, qui nomine proprio vt extraneo paciſci viſus eſt[f]: ex factis, qa ſi filij merita præcedans, vt extraneo paciſci eum iudicabimus, quæ opinio, dubia licèt non parum, at communis eſt[g], ſi non præceſſeriut, vt filio[h], ſi modò merita probentur, neq; enim eorum aſſertioni in hoc ſtabimus[i]. Quibus conſequentia & illa quoque notantur, vt ſi quidem quæ filius meruerit, pater illi promittat, obligetur, aduētitium enim id eſt[k]: Vtq; ſi quid cum 2
pecunia patris, vel profectitia filius lucretur, non totum profectitium, ſed partim aduentitium dicamus. Qui articulus (quoniam quotidianus) paulò altiùs erit repetendus. Finge ergo filium cum pecunia paterna ſeu profectitia lucratū mille, an hæc quoq; profectitia erunt, & fratribus cōmunicabuntur, an magis aduentitia? Et profectitia cenſeri Accurſius[l] ait, eteuim ex ſubſtantia patris & lucrum hoc procedit, eāq; opinionem Bartolus & Raphaël communem affirmant[m]. Sed Bartolus veram intelligit, cùm filio operam induſtriámue nullam adhibente, pecunia, ipſa per ſe lucrū fecit, alioqui, filio propter induſtriam dimidiam lucri partem debere dari[n], idq; communi conſuetudine obſeruari, quod etiam Paulus[o] teſtatur. Sed et eam opiuionem Crottus[p] & Gometius[q] communem 3
affirmsnt. Contrà Baldus[r] reſticanam vocat, ruſtici ſiquidem, quæſtiones per medium diuidunt[s]. Quid igitur? Certè ipſe Iacobo aſſentit, vt arbitrio iudicis relinquatur, quæ profectitia, quæ aduentitla pars cenſeatur, quia poſsit filij opera eſſe aut pretioſior, aut nihili[t], ea opinio Corneo[v], Socino[x], Ripa[y], & alijs[z] autoribus receptior eſt. Et ſanè res anceps videri poſsit, primam enim opinionem non parum iuuat, quòd idem iuris de argumen- 4
topeculij ſit, quod de ipſo peculio[a], ſicut & in dote[b], legato[c] & eorum augmentis vid●mus. Ego verò, ſic repugnantiam opinionum componi poſſe crediderim, ſi nulla opera filij proponatur, omnia eſſe profectitia. Si aliqua, & conſuetudo partes determinarit, eam ſequendam, ſi conſuetudo non ſit, partes iudicis arbitrio relinqui. Cæterùm

a l. ſtipulatio iſta. ∮ prin. ff. de verb. obli. l. ſi neceſſarias ∮. de vendēdo. ff. de pig. act. Iaſ. in l. 2. ∮. itē ſi is facto. col. 1. ff. de verbo. oblig.
b l. cū patronus. ff. de leg. 2. l. quia tale. ff. ſol. mat.
c In. l. id ſin de. bas. ∮. ſin. d l. qua ab ini tio. ff. de reg. iu.
e l. ſcripto. in ∮. ff. & ibi l. nihil intereſſe ff. de lo. lib. f l. & hæredis. ∮. ſi. infrà. l. filio. ff. de cō di. & demōſ. g Iaſ. in d. l. q̄ dicitur. 2. nu. 20. ff. de ver. oblig.
h l. ſi donatione. C. de collat. i l. ſi forte. ff. de caſtr. pecu. k l. cùm oportet. in prin. C. de bo. quæ lib. l Glo. in. l. cū oportet. in gl. ex eius ſubſtātia.
m Bar. in. l. il lud. C. de collat. Bar. in. l. 2. ∮. neq; caſtrenſe. n. 5. ff. de col la. bo. Rapha. in d. l. cū oportet.
n Arg. not. ī l. 1. C. ∮ ſocio.
o Pau. in d. l. illud.
p Crot. i. l. fra ter. nu. 118. ff. de cond. inde.
q Gomet. i. ∮. actiones autē. nu. 15. inſti. de actio.
r Bal. in d. l. cū oportet. col. 3.
s Gl. in. l. neſ ſennius. ff. de neg. geſt.
t l. ſi non fuerint. l. cū duobus. ∮. ſi in coeunda. ff. pro ſocio.
v Corn. in d. l. cùm oportet. col. 2. & in authen. ex teſtamento. col. 4. C. de collat.
x Soci. conſ. 92. nu. 15.
y Ripa. in. l. 3. quartā. n. 157. ff. ad l. Falcid.
z Vital. de col lat. 4. part. q. 27.
a l. peculiū. 2. in prin. l. quaſitum. ∮. ſi qui ſemel. ff. de pecul.
b l. interſ ſ●te rum. ∮. cùm inter. ff. de pact. dot.
c l. cùm fundus. ff. de leg. 2.

Cæterùm partem patri, partem filio adiudicaudam ea ratione cenſent, quia quòd ex ſubſtantia patris proceſſerint, profectitia, quòd autem opera à filio adhibita
5 ſit, aduentitia lucra eſſe ſuadeat. Ego eo amplùs ex Bartolo [a] alio in loco ſubtiliter, quia lucra hæc iure ciuili ad patrem, iure gentium ad filium pertinere dicantur [b]. Sed & aliqui caſus ſunt, in quibus totum patri aut filio lucrum deſertur. Nam ſi ex cauſa illicita acquiſierit, ſibi tãtùm acquirere eum, Bartoli [c] & communis opinio [d] eſt. Sunt & alij, quos otioſus notãdo ſim, vt pote quos multi congeſſerint. Ille non omittendus, cùm nomine patris tanquàm
6 inſtitor filius negotiatur, quo leges Regię [e] reſpiciunt, etiam ſi ea quæ ſori eſt, vt ſimul habitent requirat, vtq; filio pater alimenta prę́ſtet. Ex factis etiam coniectura ſumitur, cùm ſuper ea re pater paciſcitur, quæ ad hæredem extraneum non tranſit, qualis emphyteuſis [f], feudum [g], precariũ [h] ſunt, hæc enim & his ſimilia vt filio acquirunt. Quare & obtinuit [i] Accurſij Bartoli
7 que ſententia, vt patris hæreditatem repudiare filius, hæc acceptare poſsit [k].

a Barto. in l. frater à fratre. n. 47. ff. de cond. inde. b l. qui vas. §. ſi. ff. de fur. c Bar. in l. quod ſeruus. ff. de acq. poſſ. d Alex. cõſ. 77. in. §. vol. ad fi. & in d. l. quod ſeruus. nu. 7. Socin. d. conſ. 92. n. 17. e l. 3. titul. 15. par. 6. l. 7. tit. 4. lib. 3. fo. f Authẽ. de non alie. §. emphyteuſim. gl. ĩ l. ſi patroni. ĩ prin. ĩ gl. 1. ff. ad Trebel. g c. 1. §. ſed diuerſum. de alie. feu. gl. ĩ l. ex facto. §. fi. ff. ad Trebel. h l. cùm precario. §. fin. ff. de prec. i Alex. cõſi. 119. col. 2. k Glo. in l. pro herede. §. ſi quid tamẽ. in gl. potuit. ff. de acq. her. Bart. hic.

PActum conuentum cum venditore factum ſi in rem conſtituatur, ſecundùm plurium ſententiam & emptori prodeſt, & hoc iure nos vti Pomponius ſcribitſ. ecũdùm Sabini autem ſententiam, etiam ſi in perſonam conceptũ eſt, & in emptorem valet. Qui hoc eſſe exiſtimat, & ſi per donationem ſucceſſio facta ſit.

1 *Perſonale pactum quando paciſcentis perſonam egrediatur?*
2 *Pacta perſonalia duorum generum ſunt.*
3 *Vſusfructus & commoditas fructuum quantum differant.*

PActum cõuẽtũ.) Vt ſuperioribus quadret, pone ſemper in pacto de non petendo.

VENDITORE.) Pactus eſt dominus rei, ſe non petiturum eam à venditore.

1 IN perſonam.) Sed quomodo, perſonale pactum perſonam egreditur [l]? Et Accurſius, Bartolus, & alij dupliciter ſoluũt. Primùm, pactum poſt venditionem fuiſſe factum, ac proinde emptori prodeſſe, ne aliàs nihil operaretur. Vnde attentè notari oportet, vt verba ſuperfluò poſita non videantur [m], pactum quod perſonale eſt, perſonam egredi. Secunda ſolutio eſt, etiam ſi ante venditionem pactum conuentum fiat, emptori prodeſſe, viuo venditore, eſſe enim pacta perſonalia duorum generũ, 2
alia, quæ in alium non tranſeunt, alia quæ (viuo ſaltim paciſcente) ad alium tranſite poſſunt, verùm illo mortuo, cum eius perſona finiuntur. Cuiuſmodi pactum hoc fuit, ſic enim & licèt ius vſusfructus extraneo cedi non poſsit, commoditas tamen eius ceditur [n], duratq; in alterius perſona, tandiu, quandiu & in perſona cedentis ius vſusfructus [o]. Sed & eſt in alio differentia, 3
quòd vſusfructus in iure cõſiſtit, commoditas corporalibus magis rebus annumerarĩ [p]. Eſt & in eo, quòd ſi mulier vſumfructum in dotem det, maritus conſtante matrimonio fructus ſuos faciet, ſi commoditatem, tantundem ſoluto matrimonio ille reſtituet [q].

l l. idẽ. §. perſonale. infrà. m l. hæc ſtipulatio. §. diuus. ff. vt leg. ſeu fideicõ. nomi. caue. n l. neceſſariò. §. fi. ff. de peri. & commo. rei ven. o Gl. in §. finitur. in gl. cedẽdo. iſti. de vſuf. gl. in l. arboribus. §. vſusfructuarius. ĩ gl. mag. ff. de vſufru. glo. & Pau. in l. interest. C. de vſuf. Bar. & Doct. in l. vſusfructu. ff. ſo. mat. p l. vacca. ff. de euic. q l. ſi conuenerit. ff. de pac. dot. Pau. in d. l. intereſt.

CVm poſſeſſor alienæ hę́reditatis pactus eſt, hæredi (ſi euicerit) neq; nocere, neq; prodeſſe, pleriq; putant.

1 *Poſſeſſoris intruſi pactum quando vero hæredi noceat?*

CV M poſſeſſor.) Iniuſtus, putatiuus, aut intruſus 1
(vt vocant,) ſecus ſi inſtus & verus poſſeſſor ſit, vt enim illius pactũ neq; prodeſt, neq; nocet hæredi, ſic per contrarium, huius & prodeſt & nocet, ſecundùm veram [r] & communem [s] opinionem.
SI euicerit.) hæres, per parẽtheſin autem hæc legenda ſunt.

r l. hæres à debitore. in prin. ff. de fideiuſſ. l. 3. §. fin. ff. de trãſac. l. ſi vrbana. ff. de cõdi. inde. s Gl. in l. ſi hæres pecuniã. ff. ad Treb. Imola ibi. Claud. & Alciat. in l. ſi actionẽ. C. de pactis.

FIlius ſeruusue ſi paciſcantur, ne à patre dominoue petatur.

1 *Filius ſeruo, quando ſimilis eſt paciſcendo?*

SI filius ſeruúsue.) Cùm paciſcuntur ne à patre vel 1
domino petatur ſimiles ſunt, cùm ne à ſe diſsimiles.

XVIII. GAIVS. Lib. I. ad Edictum prouinciale.

SIue de eo paciſcatur, quod cũ ipſis: ſiue de eo, quod cum patre dominoue contractũ eſt.

1 *Ratio eadem, idem ius conſtituit.*

SIue de eo.) Vtroq; enĩ caſu, par ratio poteſtatis militat.

XIX. PAVLVS. Lib. III. ad Edictum.

ADquirent exceptionem. idem eſt & in his, qui bona fide ſeruiunt. Item ſi filiusfamilias pactus fuerit ne à ſe petatur, proderit ei, & patri quoque: ſi de peculio conueniatur:

1 *Seruiens bona fide, filio & ſeruo ſimilis.*

ADquirent exceptionem.) Pacti de non petendo.

1 BONA fide ſeruiunt.) Vt pactũ filij, vel ſerui, ſic pactũ bona fide ſeruientis ꝓdeſt, acquiſitioq; per eum ex re & operis fit.

ITEM ſi filiusf.) Suprà cùm paciſcitur, ne petatur à patre, nunc cùm ne à ſe.

XX. GAIVS. Lib. I. ad edictum prouinciale.

VEl de in rem verſo. vel is quaſi defenſor filij (ſi hoc maluerit) conueniatur.

DEfenſor.) Non ergo mutat ius exceptionis, ꝙ hac vel illa actione pater conueniatur.

XXI. PAVLVS. Lib. III. ad edictum.

ET hæredi patris viuo filio. Poſt mortẽ verò filij nec patri, nec hæredi eius: quia perſonale pactum eſt.

1 *Perſonalia iura quæ dicantur?*

QVia perſonale.) 1 Id eſt cũ perſona finitur, alia verò iura perſonalia adeò ſunt, vt nec viuo eo, cui competunt, ad alium tranſeant[a], vt Battolus[b] notat, cui alij aſſentiũt.

QVòd ſi ſeru⁹ ne à ſe peteretur, pact⁹ fuerit: nihil valebit pactũ. de doli exceptione videamus. Et ſi in rem paciſcatur, proderit dño, & hæredi eius pacti conuenti exceptio. quòd ſi in perſonam pactum conceptum eſt, tunc domino doli ſupereſt exceptio.

1 *Serui, & filij pacta qua ratione differant?*
2 *Petitionis verbum, ad iudicia refertur.*
3 *Doli exceptio mortuo ſeruo an ei⁹ dño cõpetat?*
4 *Doli exceptio ſubſidiaria eſt.*

NIhil valebit.) Cur in filio ſecus? Et aiunt quia in filio fundari pactũ poteſt, qui in iudicio conuenitur[c], 1 ſeruus verò in iudicio eſſe nequit[d]. Cui cõſequẽs eſt, vt pactũ hîc dicamus, ne in iudicio peteretur, nã ſi extra iudicium, tunc capax eſſet ſeruus[e]. 2 In dubio autẽ petendi vel non petendi verbum ad iudiciũ[f], & litis conteſtationem[g] refertur.

DOLI ſupereſt exceptio.) Sed nũquid 3 ſeruo mortuo, hæc exceptio domino cõpetet? Et bene communiter aiunt, non cõpetituram, ſubſidiaria enim eſt[h], 4 ac proinde, non plus durabit, quàm pactum[i].

NOs autẽ his, qui in noſtra poteſtate ſunt, paciſcendo prodeſſe nõ poſſumus: ſed nobis id profuturũ, ſi nomine eorũ conueniamur, Proculus ait. quod ita rectè dicitur, ſi in paciſcẽdo id actũ ſit. cæterùm ſi paciſcar ne à Titio petas, deinde actionem aduerſus me nomine eius inſtituas: nõ eſt danda pacti conuẽti exceptio. nam quod ipſi inutile eſt, nec defenſori cõpetit. Julian⁹ quoq; ſcribit, ſi pater pact⁹ ſit, ne à ſe, neue à filio petatur, magis eſt, vt pacti exceptio filio familias dãda nõ ſit, ſed doli proſit.

1 *Defenſio quæ principali non prodeſt, defenſori inutilis eſt.*
2 *Procurator in rem ſuam defenſionibus ex ſua perſona vti poteſt.*

NOn poſſumus.) Quãtũ ad directã exceptionẽ.

NE à Titio.) Filio paciſcẽtis, ſed quia nõ nomine filij, ſed proprio ipſi⁹ paciſcitur, nihil ei aut ſibi pater acquirit.

NEC defenſori cõpetit.) Defenſio quæ 1 principali non prodeſt, defenſori quoq; inutilis eſt[k], niſi ex neceſsitate defẽdat[l]: qua 2 ratione & procurator in rem ſuã, defenſionibus ex ſua perſona vti poteſt, quæ ei nõ competerent, à quo conſtitutus eſt[m].

a l. qui hæredi. in prin. ff. de condit. & demonſtrat.
b Bart. in l. ſi tibi decem. §. pactũ. & hic.

c l. tam ex cõtractibus. ff. de iudic.
d l. ſeruus. cũ l. ſeq. C. de iud.
e l. ſtipulatio §. hi qui. ff. de verb. obligat.
f l. amplius non peti. ff. rẽ ra. hab.
g g. in l. pluribus. ff. de procur. Bart. in l. nam poſtea. in prin. ff. de iur. iurand.
h l. reſcriptũ §. fin.
i l. 1. §. hac actio. ff. ſi quis teſta. lib. eſſe iuſſ. ſue.

k l. minor. §. ſi. ff. de procu.
l l. pcurator ad exhibẽdũ. §. 1. ff. rem ra. hab. l. idemq; §. generaliter. ff. mãda. l. ſed & ſi lege. §. item ſi rem diſtraxit. ff. de pet. hæred.
m Bart. in l. ſeruũ. §. aquũ ff. de procur.

Ee Filia

FIliafamilias paciſci poteſt ne de dote agat, cùm ſui iuris eſſe cœperit.

1 Filia familias cùm paciſcitur, ad quod tempus pactum referatur?
2 Pactum filiæ familias ne de dote agat, quando validum ſit?.

POteſt.) Iungitur verbum hoc, poſtremis illis, cùm ſui iuris &c. Iungi etiã illa poſſunt, verbo, Agat, & vter
1 que intellectus procedit, cùm verò ſimpliciter filia paciſcitur, in id tempus pactum conferre dicitur, quo ſui iuris erit[a], quæ de
2 claratio communis eſt. Cùm autem quæritur de pacto filiæfamilias ne de dote agat, recepta diſtinctio eſt. Si ante nuptias contractas paciſcatur, non valere[b], ſed neque conſtante matrimonio[c], valere tamen cùm ſoluto matrimonio ante dotem exactam fiat[d].

a l.2.§.qſi in patris.ff.ſolu. mat.l.cũ dot. ff.de pact. do.
b l. Attilicinus.ff. de pac. dot.
c l.2.l.de dic.
d vt hic. & l. licet. ff. de pact. dot.

ITem filiusfamilias de eo, quod ſub cõditione legatũ eſt, rectè paciſcitur.

1 Contractuum & legatorum differentia.
2 Conditio quando retrotrahitur?
3 Filius patri in aduentitijs quomodo per pactũ de non petendo præiudicet?
4 Alienationis ſpecies eſt, paciſci de non petẽdo
5 Aduentitia bona filius alienare, aut obligare non poteſt.
6 Delictum filij an noceat patri circa aduentitia?
7 Caſtrenſe peculium non publicatur ſi filius delinquat.
8 Profectitia bona filio dimittuntur cùm pater delinquit.
9 Proprietarij alienatio vſufructuario nõ nocet

1 LEgatum.) In ſtipulatione & contractibus ſecus eſſe Accurſius & alij notant. Conditio enim in le-
2 gatis retrotrahitur[e], in contractibus non æque[f].
RECTE paciſcitur.) Sed nũquid filius
3 patri hodie in aduentitijs per pactum de non petendo præiudicabit? Et Accurſius hìc & alibi[g] negat, quẽ cæteri ſequuntur,
4 ſpecies enim alienationis hæc eſt, paciſci de non petendo, neq; autem alienare aut
5 pignori hypothecę vè aduentitia filiũ opponere poſſe ſat conſtat[h], etiam ſi eiuſmodi ſint, quæ ſeruando ſeruari non poſſint[i], atq; etiam ſi conuentionem iurauerit, quę aduerſus Accurſium[k], concors omniũ opinio eſt. Sicutq; per contractum alienando
patri nõ nocet, ſic neq; per delictum, vt ſi 6
bona ipſius publicentur[l]. Sed & caſtrenſe
filij peculium patri relinquitur[m], ſicuti per 7
cõtrarium, publicatis bonis paternis, filio
tamen profecticij peculij ius ſaluum eſt[n]. 8
Sed cùm olim, ꝓprietarius vſufructuario 9
non noceret alienãdo[o], quid eſt, quod noui Iuſtinianus[p] induxit? Et Paulus, hoc eũ induxiſſe notat, vt neq; ſibi, nedum patri, noceret. Quod verum eſt.

e l.1.§. ſerui. ff. ad ſyllan.
f l. potior. l. qui balneum. ff. qui potio. in pig. habe.
g g. in. l. contra iuris. §. ſi. in. g. inutiles.
h l. ſi. §. filius. C. de bo. q lib.
i l. ſi filiusf. in. g. pecuniã. ff. ſi cert. pet. vbi Aret.
k g. in. d. §. ſi lius. in. g. volũtaté. vbi Corn. Iaſ. in authẽ. ſacramẽta. n. 47. C. ſi ad uer. vend.
l Bart. in. l. ſi finita. § ſi de vectigalibus. num. 12. ff. de dam. infect.
m l. 3. C. de bon. proſ.
n l. deniq. §. ſed vtrũ. ver. proinde. ff. de minor.
o l. locum. §. proprietarius. ff. de vſuf. l. a ſto. §. non mutat. ff. de vſuc.
p d. §. filius.

IN his, qui eiuſdem pecuniæ exactionem habent in ſolidum, vel qui eiuſdem pecuniæ debitores ſunt, quatenus alij quoque proſit, vel noceat pacti exceptio, quæritur. et in rem pacta omnibus proſunt, quorum obligationẽ diſſolutam eſſe eius, qui paciſcebatur, interfuit. itaq; debitoris cõuentio fideiuſſoribus proficiet.

1 Fideiuſſori quãdo proficiat pactum debitoris?
2 Exceptio debitori cõpetẽs an fideiuſſori detur?

IN ſolidum.) Duo rei credẽdi. DEBITORES.) Aut duo rei, aut reus & fideiuſſor.
FIDEIVSSORIBVS ꝓficiet.) Exceptis quibuſdam caſibus, quos Accurſius[q] hìc notat. Addit Iaſon aliũ[r], Socinus 1
plures Generaliter autem notandum eſt, vbicunq; fideiuſſori exceptio aliqua non datur, quę debitori competit, cautum hoc eſſe, vt debitori is denuntiet, cauſæ defenſionẽ ſuſcipiat, ſic enim fiet, vt fideiuſſor, 2
qui directò non poteſt, iuuetur per conſequentias[s].

q l. qui libertinus. §. ſi. ff. de ope. lib.
r Soc. reg. 173 exceptio.
s g. i. l. ſi fideiuſſor. §. quadam. in. g. procuratoriam. ff. manda. Bart. & Alex. in. l. & ſi fideiuſſor ff. de re iudic.

XXII. VLPIANVS. Lib. IIII. ad Edictũ.

NIſi hoc actum eſt, vt dumtaxat à reo nõ petatur à fideiuſſore petatur: tunc enim fideiuſſor exceptione nõ vtetur.

1 Fideiuſſor beneficio cedendarum actionum renuntiare poteſt.
2 Renuntiatio generalis remediorũ, quæ ſub conditione competunt, ſufficiens non eſt.
3 Iuramento renuntiatio generalis non confirmatur.
4 Fideiuſſor an excipiat poſt ſolutionem factã?
5 Solutio fideiuſſoris an ſuo nomine in dubio, fieri videatur?

6 l. 1.

6 *l.11.ad fin.titul.12.part.5.*

DVmtaxat.) Id facit vt pactum merè perſonale ſit.

EXCEPTIONE non v-
1 tetur.) Qui fortè beneficio cedendarum actionũ renuntiauerat, quod poteſt, vt hîc & alibi[a] notat Accurſius, cuius opinio cõ-
2 munis eſt[b]. Erit autem renuntiatio ſpecialis,[c] neq; generalis ſufficiet, neq; enim ſufficere ſolet, vt ijs remedijs renũtiatum videatur, quæ ſub conditione competunt[d].
3 Sed & neq; iuramẽto renuntiationem generalẽ in propoſito cõfirmari verius eſt[e]. Opponiturq; ferè hęc exceptio à fideiuſſore antequã ſoluat. Quid ſi poſt ſolutionẽ?
4 Et diſtingui ſic ſolet, vt ſi conſtet proprio nomine eum ſoluiſſe, npponere poſsit[f], ſi
5 nomine debitoris, nõ poſsit[g]. In dubio verò ſi incontinenti opponat, proprio nomine eum ſoluiſſe præſumi, ſi ex interuallo, nomine debitoris, ex Accurſij ſententia[h]. Cynus tamen & frequentiores ſine diſtinctiõe, quia ſuo nomine magis ſoluere quiſque in dubio præſumitur[i]. Verùm Accur-
6 ſij diſtinctio iure noſtro approbata eſt[k].

XXIII. PAVLVS. Lib. III. ad Edictum.

FIdeiuſſoris autem conuentio nihil proderit reo: quia nihil eius intereſt à debitore pecuniam non peti. imò nec confideiuſſoribus proderit. neq; enim quoquomodo cuiuſq; intereſt. Cum alio conuentio facta prodeſt: ſed tunc demum cum per eum, cui exceptio datur, principaliter ei, qui pactus eſt, proficiat: ſicut in reo promittẽdi, & his, qui pro eo obligati ſunt.

1 *Iuramentum ficta ſolutio eſt.*
2 *Affectionis intereſſe nõ ſufficit vt alteri quis (paciſcatur.*
3 *Remunerationis intereſſe non ſufficit vt alteri quis paciſcatur.*
4 *Amicitiæ intereſſe an ſufficiat vt alteri paci-(ſcamur.*

1 COnuentio.) At ꝓdeſt iuſiurandum, quia ficta ſolutio eſt[l].

NON proderit.) Niſi hoc actum eſt[m].

2 QVOQVOMODO.) Vt alteri quis paciſcatur nõ ſat eſt, ſi ipſius interſit ratione affectionis[n], quæ opinio cõmunis eſt[o],
3 nõ ſi ratione remunerationis[p]. Quid ſi ratione amicitię, inferius dicendum eſt[q]. An verò intereſſe affectionis ratione conſy-
4 derari debeat, Bartolus[r] alibi bene diſtinguit, à quo nemo diſſentit[s].

a In auth. hoc ita. in gl. ſi. C. de duo. re.
b Hipp. in rubri. ff. de fideiuſ. num. 29.
c Bald. in l. ſi diuerſa. C. de loc.
d l. Paulo. §. Pomponius. de legat. 3.
e Roma. conſ. 472. arg. l. fi. C. de non numer. pecun.
f l. Papin. ff. manda.
g l. cùm alter. C. de fideiuſſo.
h gl. d. l. Papi.
i l. & magis ff. de ſolut.
k l. 11. ad. fin. titu. 12. part. 5.
l l. duobus. §. 2 fideiuſſore. ff. de iur. iurand.
m l. iul. §. fi.
n l. 3. §. ſed & ſi ſeri. ff. iudi. ſol.
o Iaſ. in. l. huiuſmodi. n. 22. de legat. 1.
p gl. in. l. ſtipulatio. decem. §. ſi pactus. in glo. mag. ſupra.
q gl. i. l. ſi vnº §. 1. in. gl. videmus.

XXIIII. IDEM. Lib. III. ad Plautium.

SEd ſi fideiuſſor in rẽ ſuã ſpõdit, hoc caſu fideiuſſor pro reo accipiendus eſt: & pactũ cũ eo factũ, cũ reo factũ eſſe videtur.

1 *Procurator in rem ſuam propriè procurator non eſt.*
2 *Fideiuſſor in rem ſuam propriè non eſt fideiuſ-(ſor.*

ET fideiuſſor in rẽ ſuam.) Sicut ꝓcurator in rem ſuam, propriè procurator non 1
eſt[t], ſic neq; fideiuſſor in rẽ ſuam, propriè eſt fideiuſſor, quare & verbis ſtatuti de ꝓ- 2
curatore ſiue fideiuſſore loquẽris, neuter comprehenditur[v].

XXV. IDEM. Lib. III. ad Edictum.

IDem in duobus reis promittendi, & duobus argentarijs ſocijs. Perſonale pactum ad alium non pertinere, quemadmodum nec ad hæredem, Labeo ait. Sed quamuis fideiuſſoris pactum reo non proſit: plerunq; tamen doli exceptionem reo profuturam, Iulianus ſcribit.

1 *Pactum vnius ex duobus reis quando alteri prodeſt vel nocet?*
2 *Sententia aduerſus vnum ex duobus reis debendi, vel credendi lata, an alteri noceat.*

5 *l. 19. titul. 22. part. 3.*

DVobus reis promittẽdi.) Pactum vnius ex duo- 1
bus reis debendi, alteri prodeſt, quãdo hoc paciſcentis intereſt, ſiue in ſolidum, ſiue pro parte[x], ꝓdeſt etiã cùm rei & ſocij etiã erant, ſiue omniũ bonorum, ſiue eius obligatiõis, ſuper qua pactũ eſt dè nõ petẽdo[y]. Aliquãdo & illud requirit, vt cõmunis culpa fuerit, cũ videlicet, cõueniebant doli culpęue rõne, quę ex contractus natura deberetur.[z] Quid de ſentẽtia cõde- 2
mnatoria? Et Bartolus[a], cui Imola, Aretin[a] & alij aſſentiũt, indiſtinctè verius[b] hoc ait, vt ſententia, aduerſus vnũ ex reis debendi lata, alijs nõ noceat. Idẽq; [c] per cõtrariũ ꝓbat, (quod & omnes[d] ſequuti ſunt) latã aduerſus vnũ ex reis credendi nocere alijs, cũ tamẽ Hiſpaniæ iure[e], ſicut reis cæteris cre-

r Bar. in l. vnica. n. 12. C. de ſent. quæ pro eo quod inter. profe.
s Alcia. ĩ. d. l. vnica. §. hac legis.
t l. 1. in princip. cum. g. ff. de procur. not. in. l. qui ſtipendia. C. eo. titu.
v Bald. in. l. 2 quæſt. 5. C. de actio. & obli. Alb. et Iaſ. hic
x l. 1. C. de duo. re. l. 4. §. nunc de effectu. ff. de lib. leg.
y l. ſi duo. ff. ſi quis cautio. l. ſi duo. ff. de arb.
z l. eandem. § 2. ff. de duo re.
a Bar. in d. l. ex duobus. nu. 17. ff. de duob. re. Areti. ibi. n. 9. poſt Imo.
b arg. l. fi. C. de fideiuſſor.
c Bart. in. d. l. ex duobº. n. 18
d Socin. in. l. Modeſtinus. ff de excep.
e l. 19. ad. l. 20. tit. 22. par. 3

dondi, ſic reis debendi ſententia noceat, quæ aduerſus vnum tantùm profertur.

XXVI. VLPIANVS. Lib. IIII. ad Edictũ.

Videlicet ſi hoc actum ſit, ne à reo quoq; petatur. idem & in confideiuſſoribus eſt.

1 *Debitoris extranei pactum quando extraneo proſit vel noceat.*

2 *Ratum haberi non poteſt, id quod nullum eſt.*

3 *Extraneo quando paciſci poſſumus.*

SI hoc actum eſt.) Sed quid in dubio? Et veriùs[a] eſt

1 nõ prodeſſe. Quid ſi extraneus extraneo debitori paciſcatur, an illi proſit ſi hoc agatur? Et veriùs[b] etiã receptiusq;[c]

2 eſt ne proſit. Nec obſtat, quod ratum habere poſsit, id quod geſtum eſt, ratihabitio mã dato cõparetur[d], etenim actus qui nullus

3 eſt, ratus haberi nequit[e]. Sunt tamen excepti quidam caſus, in quibus extraneo paciſcimur, quos Iaſon notat.

XXVII. PAVLVS. Lib. III. ad Edictum.

SI vnus ex argentarijs ſocijs cũ debitore pactus ſit: an etiam alteri noceat exceptio? Neratius, Atilicinus, Proculus, nec ſi in rem pactus ſit, alteri nocere. tantũ enim conſtitutũ, vt ſolidum alter petere poſsit. idem Labeo. nam nec nouare aliũ poſſe, quamuis ei rectè ſoluatur. ſic enim & his, qui in noſtra poteſtate ſũt, rectè ſolui quod crediderint, licet nouare nõ poſsint: quod eſt verum. Idemq; in duobus reis ſtipulandi dicendum eſt.

1 *Societas quotuplex ſit?*

2 *Socij pactum qua ratione alteri nõ noceat, & quando noceat?*

3 *Compromiſſum vnius ex duobus reis credendi alteri nocet.*

4 *Compromittere culpa eſt.*

5 *Duo rei quando nouari poſsint?*

6 *Communis ſolutio eleuatur.*

7 *Iuramentum vnius ex duobus reis credendi an alteri noceat?*

8 *Iuramentum conteſtationis, ſolutionis, ſententiæ vim habet.*

9 *Iuramentum perſonam aut cauſam ſuper quibus iuratur non egreditur.*

10 *Iuramento ſola naturalis obligatio tollitur.*

11 *Acceptilatione vnius ex duobus reis credendi alteri nocet.*

12 *Acceptilatio vim ſolutionis habet.*

13 *Acceptilationis & pacti de non petendo expenſa differentia.*

14 *Communis opinio non placet.*

ARgentarijs.) Argentarij qui fuerit, ſuprà ſatis à me dictum eſt, in tractatu de edendo.

SOCIIS.) Societas quædam conuẽtio- 1 nalis, quæ videlicet à conuentione procedit, eorum qui ſocietatem contrahũt, alia incidens, vt in duobus hæredibus, aut legatarijs, aut donatarijs, aut eiuſdẽ rei emptoribus[f]. Cõuẽtionalis propriè ſocietas eſt. Incidens impropriè, & magis quædã communio[g], hæc ex quaſi contractu proficiſcitur, illa ex ſocietatis contractu[h], hęc actionem cõmuni diuidũdo[i] famili. herciſcundæ, negotiorum geſtorũ[k], illa parit actionem pro ſocio[l]. In ſocietate conuentionali, ſocij tacitum mandatum inuicẽ habere dicũtur, vt Accurſius[m] notat, cui cæteri aſſentiunt, in incidenti ſecus eſt[n]. Conuentionalis autem quædam expreſſa eſt, quædam tacita. Expreſſa, cùm expreſsim ſocij cõtrahunt ſocietatẽ, tacita, vt cùm duo vel plures eãdem negotiationẽ exercent, quales argẽtarij, mercatoréſue ſunt[o], tacitè enim ſocietatem contraxiſſe videntur, vt cùm mortuo patre, fratres ſimul habitant, reditus poſſeſsionum communicant, & lucra vndecunq; proueniẽtia. Intelligitur enim & inter eos contracta ſocietas quædã vniuerſalis[p]. Secundũ quæ quæſtionis eſt, quę ſocietas hîc fuerit inter argentarios, vel reos credendi? Et Accurſius in quadã ſolutione, ſocietatem re, id eſt incidentẽ fuiſſe ſentit, Bartolus & cæteri crebriùs conuẽtionalem, vt fuerit vel expreſſa cõuentio, vel tacita, quia ſcilicet argentariæ negotiationem ſimul hi exercebant.

PACTVS ſit) De non petendo.

NEC ſi in rem.) Maior in pacto in rem, quàm in perſonali dubitatio fuit.

ALTERI nocere.) Sed cur nõ nocet? 2 Et Bartolus, à quo nemo diſſentit, quia obligatio (inquit) nõ eſt eius ꝓpria, in veritate, debet enim exactũ cõmunicare. Sed me in hac ratione ſolicitũ reddit, quod paulò

pòſt

a l. ſi deiuſſoris. ſuprà.
b l. & hæredi. ver. cæterũ l. reſcriptum. §. ſi. l. ſi tibi de cem. §. ſi pactus. ſupra.
c Iaſ. hic. co. 1.
d l. ſin. C. ad macedo.
e Bar. in l. obſeruare. in vlti. not. ff. de offic. proconſ.

f g. in. §. item ſi inter aliquos. inſti. de oblig. quæ ex quaſi cont. in l. 4. in l. vt ſit pro ſocio. ff. pro ſocio.
g in d. antepe. C. comu. diui.
g d. l. vt ſit.
h d. §. item ſi inter.
i d. l. 2. ff. com. diui.
k l. quialienã §. fin. ff. de negot. geſ.
l d. l. vt ſit.
m gl. in l. nemo ex ſocijs. ff pro ſoc.
n Iaſ. in l. ſtipulationes nõ diui. nu. 9. ff. de verbo. obliga.
o l. 1. C. pro ſoc.
p Bar. in l. Titium. §. altero. ff. de admi. tu to. in l. ſi paternus, C. com. vtri. iud. ſi frater l. duo. fra. column. 2.

pòſt Bartolus[a], illud quod alius ſocius exe
git, non teneri conſocio paciſcenti cõmu
nicare ſcribit, niſi fortè, ſuprà de exactio-
ne paciſcentis, nunc de exactione alterius
intelligitur, quod vix eſt, ſuprà enim de v
troq; loquitur. Sed quid ſi eſſet obligatio
cuiuſq; propria, & exactum communica
re nõ deberent, vt cõtingit in duobus reis
credendi non ſocijs, ex cauſa lucratiua?
Et reſpondet pactum vnius nocere alteri.
Idq;[b] & alibi ſęperepetijt[c], & frequẽtiores
3 ſequũtur[d]. Sed quid eſt ꝙ compromiſſum
vnius ex duob⁹ reis credẽdi alteri nocet[e]?
Et (alijs omiſſis) illa vera & communis ſo-
lutio eſt, in cõpromiſſo de re dubia, in pa-
cto de re certa, & fortè liquida remitten-
da agi, in culpa verò eum eſſe, qui ius cer-
4 tum remittat[f]. Sed an non & compromit-
tere culpa eſt[g]? Et reſpondent verum id eſ
ſe, præterquam in propoſito, facit enim ſo
cius in re communi, quod in propria face-
ret, idq; ſatis eſſe[h]. Sed & compromiſſum
tunc culpam continet, cùm ſuper re certa
fit, nõ ſi ſuper dubia,[i] & vt culpa ſit, aliquã
do, non erit tamen lata[k].
VT SOLIDVM alter petere poſsit.)
Non vt remittere per pactum.
5 NAM nec nouare.) At alibi nouare enim
poſſe legimus[l]? Sed approbata ſolutio eſt
6 illic de non ſocijs, hîc de ſocijs agi. Quæ ta
mẽ ineõniuentibus oculis tenẽda traditio
eſt, vt ne motamen ſit qui nõ videat, quàm
ſcrupuloſa ſit.
7 SOLVATVR.) Qua ratione & iuſiu
randum vnius ex duobus reis credendi al
teri nocet[m], ꝙ non ſolùm conteſtationis,
verùm & ſolutionis vim iuſiurandum ha
bet[n], eò amplius & ſententiæ[o], neq; id cu-
iuſlibet, ſed eius quæ profertur probatio-
nibus præcedentibus[p]. Sanè quod dicitur
vim ſolutionis habere iuramentum, de fi-
cta ſolutione intelligimus, vnde eſt, ꝙ ne-
9 que perſonam neq; cauſam ſuper quibus
iuratur egreditur[q]. Vnde etiam vt ſolutio
10 ne ciuilis & naturalis obligatio tollatur, iu
reiurando ſola naturalis[r]. Addunt & hoc
11 crebrius, ſicut iureiurando, ſic etiam & ac
ceptilatione, vnum ex duobus reis credẽ-
di, alteri nocere poſſe[s], nã & acceptilatio
12 vim ſolutionis habet[t], idq; ſiue ſocij ſiue
non ſocij ſint. Quod mirum eſt, cur enim
acceptilatione nocet, qui pacto de non pe
13 tẽdo non põt? An nõ acceptilatio rem cer
tam remittit? An non ea fortiùs excludit? 14
Vt igitur communia libenter agnoſco, ſic
amplius ſuper hoc, deliberãdũ cenſuerim.
IN NOSTRA poteſtate.) Filijs aut
ſeruis[v], atq; adeò monachis, vt hîc Barto-
lus notat, cui alij aſſentiunt.
IDEMQVE.) Vt pacto aut nouatio-
ne alteri alter non noceat, vni eorum ſol-
ui ſat poſsit.
IN DVOBVS reis.) Socijs.

SI cum reo ad certum tempus pactio
facta ſit: vltra neq; reo, neq; fideiuſſo
ri prodeſt. quòd ſi ſine perſona ſua re⁹
pepigerit, ne à fideiuſſore petatur, nihil
id prodeſſe fideiuſſori quidam putant,
quanquam id rei interſit: quia ea demũ
competere ei debeat exceptio, quæ &
reo. ego didici prodeſſe fideiuſſori ex-
ceptionem. nõ ſic enim illi per liberam
perſonam adquiri, quàm ipſi, qui pact⁹
ſit, conſuli videmur. quo iure vtimur.

1 *Limitata cauſa limitatum effectum parit.*
2 *Liber qui eſt alteri paciſcendo non quærit niſi ipſius interſit.*
3 *Amicitia intereſſe an ſufficiat vt quis alteri ſtipuletur aut paciſcatur?*
4 *Remunerationis ratione intereſſe an ſufficiat vt quis alteri ſtipuletur?*

REO.) Debitore principa
li qui fideiuſſorem
dedit.
AD CERTVM tempus.)
Limitata enim cauſa limitatum effectum 1
producit[x], aliud ſi ſimpliciter pactus ſit,
in perpetuum enim tunc, fideiuſſori pro-
deſt[y].
PACTIO.) De non petendo.
QVAM ipſi qui pactus ſit.) Per liberã
perſonam (niſi paciſcentis[z] interſit) alij nõ 2
quæritur. Quatenus igitur rei hîc intereſ-
ſe potuit? Et Accurſius propter fideiuſſo-
ris amicitiam intereſſe putat. Vnde Ange
lus & cæteri bene notãt, quanuis id quod 3
intereſt, ratione cõſanguinitatis ſatis non
ſit vt qs alteri aut paciſcat̃, aut ſtipuletur[a],
ſufficere tñ ꝙ interſit amicitię rõne. Pau-
lus intereſſe debitoris ait, ꝙ ſit ipſe fideiuſ 4
ſori obligatus ad antidorũ, quod vt verum
eſt, ita in eo Paulũ cæteri reprehẽdunt[b], ꝙ
exiſtimat, alij aliũ paciſci poſſe, quia pa-

a Bart. in ſo-lut. ꝯ oppoſi.
b L. in lege fal cidia hoc obſer uandum. ff. ad l. falcid.
c Bar. in l. qui hominem. §. 2. ff. de ſolu. in l. ſitiſtio aut ſcio ff. de legat. 2.
d Imo. & Alexan. in d. l. in lege.
e l. ſi duo. ff. de arbit.
f l. contrain-rio. §. fi. infrà.
g l. ſi dictum §. ſi compromi ſero. ff. de minor. l. ſi minor. xxv annis filiof. ff. de minor.
h l. ſocius à ſo cio. ff. p ſocio.
i Arch. in c. ſi. de emptio. et vendi. Iaſ. hic
k Bar. & do cto. in l. cũ ha reditas. ff. ad trebel.
l l. ſi rem. §. duo. ff. de accep.
m l. duob⁹. in pri. ff. de iu. iu.
n l. iuſiuran-dum. l. parua l. duob⁹. §. 1. ff. de iur. iurand.
o l. 2. l. qui iu-raſſe. ad ſi. l. tu tor. ad ſi. ff. de iur. iurand.
p g. i. d. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. ſin. in g. proba tum. ff. de iur. iurand. Bal. in l. 1. ſolũ. 1. C. de exec. rei iudic. Iaſ. in. §. item ſi quis poſtulã te. col. 2. inſtit. de actio.
q l. factor. vbi Bar. ff. de iu. iu.
r gl. Bart. & alij. in d. l. iuſiu-randũ quod ex conuentione. § pupillus. ff. de iur. iurand.
s l. & per iuſ iurãdum. §. fi. ff. de accept.
t l. ſi ex plurib⁹. ff. de accep. l. 4. §. nunc de effectu. ff. de lib. legat.
v l. quod ſer uus. ff. de pe. l. ſi ſeruus. ff. de ſolut.
x l. 1. agris. ff. de acq. rerũ do.
y l. vlt. infrà.
z l. vlt. C. de acqui. poſſeſ.
a g. in l. fide iuſſoris. ſuped.
b g. & doct. in l. ſi tibi de-cem. §. ſi pact⁹ in g. magn. ſ.

ciſcen-

eliſcentis ratione remunerationis interſit. Iaſon igitur vero propior (vt mihi quidẽ videtur) qui ad regreſſum retulit, qui fideiuſſori aduerſus reum fuiſſet[a].

a l. indebitũ. ſ. decõdi. ind.

PActus ne peteret, poſtea conuenit, vt peteret: prius pactum per poſterius eliditur: non quidem ipſo iure, ſicut tollitur ſtipulatio per ſtipulationem, ſi hoc actũ eſt: quia in ſtipulationibus ius cõtinetur, in pactis factũ verſatur, & ideo replicatione exceptio eliditur. Eadem ratione contingit, ne fideiuſſoribus pri⁹ pactum proſit. Sed ſi pactum conuentum tale fuit, quod actionem quoque tolleret (velut iniuriarum) non poterit poſtea paciſcendo, vt agere poſſit, agere. quia & prima actio ſublata eſt, & poſterius pactum ad actionem parandam inefficax eſt. non enim ex pacto iniuriarum actio naſcitur, ſed ex contumelia. Idẽ dicemus & in bonę fidei contractibus, ſi pactum conuentum totam obligationem ſuſtulerit, veluti empti: non enim ex nouo pacto prior obligatio reſuſcitatur, ſed proficiet pactum ad nouum contractum. Quòd ſi non vt totum contractum tolleret, pactum cõuentum interceſsit, ſed vt imminueret: poſterius pactum poteſt renouare primum contractum. Quod & in ſpecie dotis actionis procedere poteſt. puta pactam mulierẽ, vt præſenti die dos redderetur, deinde paciſci, vt tempore ei legibus dato dos reddatur: incipiet dos redire ad ius. nec dicendum eſt, deteriorẽ conditionẽ dotis fieri per pactũ. quoties enim ad ius, quod lex naturæ eius tribuit, de dote actio redit, non fit cauſa dotis deterior, ſed formæ ſuæ redditur. hæc & Scæuolæ nr̃o placuerũt.

1 *Pactum de non petendo & pactum de non agendo quatenus differant?*
2 *Poſteriora prioribus ſemper derogãt.*
3 *Pactũ de non petẽdo quomodo debitorẽ iuuet?*
4 *Pactum de petendo quomodo creditori proſit?*
5 *Pactum de non petendo aliquando tollit ipſo iure primam actionem.*
6 *Obligatio naturalis quæ ex pacto de non petẽdo naſcitur, cur ipſo iure non tollatur?*
7 *Ipſo iure an per exceptionem aliquid tollatur, quantum interſit.*
8 *Obligatio naturalis ciuili iuncta, an vna ſubſtantia ſit?*
9 *Obligationis diffinitio quam obligationem cõprehendat?*
10 *Liberationem an obligationem conuentio reſpiciat, quid interſit.*
11 *Pacti de non petendo tres præcipui effectus.*
12 *Exceptiones ab æquitate producuntur.*
13 *Obligatio an ſit poſſeſsioni comparanda?*
14 *Ipſo iure quæ tolluntur quomodo tollantur?*
15 *Pacti de non petendo virtutes quæ ſint?*
16 *Pactum de non petendo quemadmodum obligationem tollat?*
17 *Rei vendicatio obligationem etiam naturalem non ſupponit.*
18 *Hypothecaria actio obligationẽ nõ ſupponit.*
19 *Petitio hæreditatis actio in rem eſt, & obligationem non ſupponit.*
20 *Pactum de non petendo obligationem ciuilem elidit.*
21 *Exceptiones quemadmodum actioni obſtẽt?*
22 *Bartoli opinio ſuſtinetur, quæ communiter reprobata eſt.*
23 *Obligatio naturalis & ciuilis ex cõtractibus iuriſgentium & ciuilibus.*
24 *Pactum de non petendo naturaliter obligat paciſcentem ad non petendum.*
25 *Pactum de non petendo cùm ad liberandum tendat, quomodo obligationem inducat?*
26 *Mulier debitorẽ ſuum delegare, & pacto de non petendo liberare poteſt.*
27 *Pacto de non petendo creditorem naturaliter obligari ad rem petendam quæ ſit vtilitas?*
28 *l. ſi quis argentum. C de donatio. in quibus donationibus locum habeat?*
29 *Bartoli opinio communiter reprehenditur.*
30 *Vxor, an liberet maritũ pacto de nõ petendo?*
31 *Mulier per legem obligari prohibita, pacto de non petendo non obligabitur.*
32 *Bartoli obſcuriora verba declarantur.*
33 *l. 54. Tauri.*
34 *Pactum de non petendo exceptionẽ producit.*
35 *Pacti de petendo virtutes quæ ſint?*
36 *Pactum de petẽdo ciuili obligationi antiquæ nouam adijcit naturalem.*
37 *Obligatio ciuilis ſola an ſit efficax ad agẽdũ?*
38 *Obligatio ciuilis ſola actionem ſemel productam conſeruat. & num. 60.*
39 *Pactum de petendo obligationem naturalem inductam*

inductam ex pacto de petendo ipſo iure tollit.

40 *Pactum de petendo exceptionẽ, quæ ex pacto de non petendo dabatur, per replicationem elidit.*

41 *Stipulatio poſterior an priorẽ ipſo iure tollat?*

42 *Acceptilatio an acceptilationem extinguat?*

43 *Acceptilationis finis quis ſit?*

44 *Stipulatio quando ſtipulationem ipſo iure tollat?*

45 *Pacto quando pactum ipſo iure tollitur?*

46 *Stipulatio quando hodie ipſo iure ſtipulationem tollat?*

47 *Delegatio an habeat locum cùm expreſsè hoc non agitur.*

48 *l. 15. titul. 14. part. 5.*

49 *Pacta cur factum, ſtipulationes verò ius reſpicere dicantur?*

50 *Pacto qui nititur, pacti factum tantummodo alleget oportet.*

51 *Stipulatione qui ſe fundat, ſolennia ſtipulationis probabit.*

52 *Pacto de non petendo an actor repellatur?*

53 *Pacti de non petendo exceptio an ſit opponẽda, & quomodu opponatur?*

54 *Stipulationem allegans, quando ſtipulationis ſolennia probabit?*

55 *Actore ſine actione intendẽte iudex ex officio ſuo reum abſoluit, & quando eo caſu iudex ſupplere poſsit?*

56 *Factum pro iure naturali poni, ius pro iure ciuili, nihili opinio eſt.*

57 *Stipulationis ſubſtantia in quo conſiſtat?*

58 *Pacti ſubſtantia in quo conſiſtat?*

59 *Conſenſus iuris an facti ſit?*

60 *Elidere quid ſit?*

61 *Exceptio pacti de non petendo peremptoria eſt.*

62 *Cõmunis opinio aduerſus recẽtiores defenſa.*

63 *Ipſo iure, & ope exceptionis, aliquid tolli, quãtum differant?*

64 *Obligationes ex maleficio ipſo iure per pactũ de non petendo tolluntur.*

65 *Epiſcopi abſolutio, hoc pacto, ne iudex abſolutus ſimilia tentet, quomodo intelligenda.*

66 *Iniuriarum actio facilè tollitur.*

67 *Iniuriam remittẽs, an damna ſibi per iniuriã illata remittere videatur?*

68 *Pacto non reſtauratur quod non eſt, aut eſt impoſsibile.*

69 *Iniuriarum actio in bonis noſtris non eſt, ne que ad rem competit.*

70 *Reformatio non nouum cõtractum, ſed prioris renouationem inducit.*

71 *Natura non pro iure naturali, ſed pro natura, quam lex ciuilis tribuit.*

72 *Res faciliter ad propriam naturam reuertitur, & num. 77.*

73 *Teſtamento minus ſolenni, in quo venientes ab inteſtato inſtituti ſunt, prius ſolenne tollitur.*

74 *Iudex partium conſenſu de cauſa ſummaria ordinariè cognoſcit, non per contrarium.*

75 *Extenſio in correctorijs quando locum habeat?*

76 *Statutũ reuocari poteſt ſine ſuperioris autoritate, cùm ad ius commune res deducitur.*

77 *Eccleſiæ priuilegium centenariæ præſcriptionis an aduerſus aliam eccleſiam locum habeat?*

PActus ne petere(t.) In quo pactum de non petendo, & pactum de non agendo differant, Innocentius & 1
Bartolus[a] tractant. Alij frequentiores ita diffiniunt. Pacto de non agendo, conuenire ne in iudicio agatur, pacto de non petẽdo ne in iudicio vel extra iudicium. Pactũ de non agendo litis conteſtationem impedit, pactum de non petendo non æquè. Pacto de non petendo obligatio naturalis ipſo iure tollitur, non ſic pacto de non agendo. Si pacto de non petendo pœna appoſita ſit, paciſcens ſolutionem recipere non poteſt, non ſic ſi pactum de non agendo fiat.

POSTERIVS.) Poſteriora regulariter prioribus derogant. Sic & in mandatis[b], iuramẽtis[c], præceptis iudicum, ſententi;s[d], teſtamentis[e], legatis[f], reſcriptis[g], atq; adeò conditione vitæ honeſta vel inhoneſta[h], & omni omnino ferè tractatu[i]. 2

ELIDETVR.) Ope replicationis, Iuuat enim debitorem pactum de non petẽ- 3
do ope exceptionis, Creditorem pactum 4
de petendo ope replicationis Aliquando 5
etiam pactũ de non petendo tollit ipſo iure primam actionẽ, vt cũ ea ex maleficio deſcendit[k], vel ex bonę fidei contractu, re enim integra & hęc per pactũ ipſo iure tollitur[l], vel cũ ei pactum eſt, de nõ petendo, q alioqui exceptiõe tutus eſſet, putà Macedoniani, ſeu Velleiani[m], vel cũ debitori q naturaliter tm̃ tenebat̃, pactũ creditor faciat, tollit̃ em̃ naturalis illa ipſo iure[n]. Eo amplius

a Bart. no. 15.
b l. ſi quis cũ procuratorio. ad ſi. ff. de procur.
c l. duobus. ad ſi. ff. de iur. iu.
d l. id quod iuſsit. ff. de re iudi. l. ſi opus. ff. de no. oper. nun. l. ſtichus de manu. teſt.
e §. poſteriore inſt. quib. mod. teſt. infir.
f l. ſi mibi & tibi. §. in legatis. de legat. 1.
g c. cùm contingat. vbi Feli. de reſcript.
h l. ſi filia. C. de inof. teſta. vbi Bald.
i l. pacta nouiſsima. vbi mod. C. de pac.
k l. ſi tibi decem. §. quadã. & ethac. l. verſ. ſed ſi pactum.
l l. iuriſgẽtiũ verſ. adeo. & l. ab emptione. § verſ. adem dicemus.
m §. mag. ad med. in. l. legitima. &.
n l. ſtichum. § naturalis. ff. d ſolut.

plius & ciuilis & naturalis, qua fideiuſſor pro eiuſmodi debitore intercedens obligatur[a], ipſo iure tollitur, & ſi qui ſimiles caſus notantur.

NON QVIDEM ipſo iure.) Cùm ex pacto de non petendo obligatio natura-
6 lis naſcatur[b], pacto naturalis obligatio ipſo iure ſollatur[c], quid eſt cur hîc ipſo iure non tollitur? Et Yruerius, non tolli ipſo iure naturalem credidit, cùm ſola ſit, ſoli verò cùm ciuili iuncta eſſet, quod communis opinio meritò reprehendit[d]. Rogerius, in lege contraria conceptionem ipſo iure, id eſt per exceptionem exponit, quod etiam alij reprobant[e], tolli enim, non elidi, aut excludi dicitur natura-
7 lis, nam & ipſo iure, vel per exceptionem aliquid tolli, magna differentia eſt, illud ſecundùm veritatem, hoc ſecundùm fictionem tollitur[f]. Alij naturalem, ipſo iure tolli, cùm ſola ſit, ope exceptionis ciuili iunctam, quaſi difficilius tollatur, quia vna ſubſtantia efficiantur, quam opinionem, non multum aptis argumenſis confirmant, de hæreditate tota, & libertate ſeruo relicta, quæ reuocari ſingula nequeunt[g]. De miſsione in poſſeſsionem in totam domum, quòd pars ſubſtantialis ruinam minetur[h]. De his, quæ vnionis, aut conſequentiæ iure, rem aliam ſequuntur[i]. Igitur Bartolus & plures ab his diſcedunt, primùm quia nullibi legimus, naturalem ipſo iure tolli non poſſe quia ciuili iuncta ſit[k], deinde quia cuius libet ſua per ſe virtus eſt. Poſtremò, quia & cùm pupillus tutore authore contrahit, ciuiliter naturaliterque obligatus eſt, & tamen ſi iurat, ipſo iure naturalis tollitur[l]. Quod verò, & hi tenuiſſe videntur, naturalem, ciuili iunctam vnam eſſe ſub-
8 ſtantiam, videamus ne verum ſit? Et vnam eſſe ſubſtantiam argumento eſt, quòd vna diffinitione[m] comprehendi videntur, de ciuili dubium non eſt, propter verba illa diffinitionis[n], iuris vinculum, & rurſus ſecundùm noſtræ ciuitatis iura, de naturali probant, quia cùm ciuilis ſola efficax adeò non ſit, vt patet in obligatione literarum infra biennium, & in conſtituto ciuilis debiti[o], argumentum non leue eſt, vtramque diffiniri. Diffinitio, nempe diffiniti ſubſtantiam comprendit. Bartolus & maior pars poſt Accurſium in præſentia contrà res eſſe diuerſas. Si enim (inquiunt) vna eſſet ſubſtantia, & tanquam partes integrales vnum totum conficerent, vna ſublata, impoſsibile eſſet, remanere effectum totius, ſicut in domo, quæ vel ſolo, vel ſuperficie ſublatis, non conſtat[p]. Atquin & ſublata naturali ciuilis, & ſublata ciuili naturalis, nonnunquam remanet[q]. Tenenda itaque ea opinio eſt, res eſſe diuerſas. Neq; obligationis diffinitio obſtat, ſola enim ciuilis diffiuita eſt, quæ 9
cum naturali actionem producit[r], non quia vna ſubſtantia fiunt, ſed quia in actione producenda ciuilis obligatio patris naturalis matris officium præſtat. Vt igitur pater generat filium cum matre, & tamen diuerſæ perſonæ ſunt, neque eadem ſubſtantia, ſic ſe obligatio ciuilis & naturalis habent. Quarta Accurſij ſolutio 10
fuit, obligationem naturalem, quę ad liberandum tendat, ipſo iure non tolli, licèt aliud ſit in ea, quæ tendit ad obligandum, quaſi & in hoc liberatio fauorabilior eſſe debeat[s]. Sed huic ſolutioni Bartolus & alij rationem legis obijciunt, quæ de pactis generalis eſt. Quintò itaque Azo, quem 11
communiter alij ſequuntur[t], conſyderat pacti de non petendo tres eſſe præcipuos effectus, tollit enim naturalem obligationem, ciuilem elidit, obligat naturaliter ad non petendum, quem poſtremum effectum pactum de petendo ipſo iure tollit[u], priores duos non tollit, niſi per replicationem[x]. Nec huic ſolutioni Iacobi & Petri argumentum obeſt, ſic enim inquiunt, ſicut actio ex obligatione oritur[y], ſic ex ęquitate exceptio[z], ſed ſi pactum ſecun 12
dum tolleret naturalem obligationem, ceſſaret æquitas, & ſic primum pactum exceptionem non produceret, nec eſſet replicare ex ſecundo, quod huic legi repugnat. Reſpondeo enim, & ſi maximè per pactum tollatur obligatio naturalis, quia creditor obligat ſe ad non petendum, replicatione tamen opus eſſe, propter priores effectus, qui (vt diximus) ipſo iure ſublati non ſunt: nam quo nam modo elidi exceptio niſi per replicationem poſſet? Cæterùm, & Guilielmi ſolutio tranſeunda, qui pacto de non petendo nullo modo tolli naturalem obligationẽ opinatus eſt, ſolùm enim ad hoc fieri

a l.1.cũ.g.ff. de fideiuſſori.
b l.1.in princ. ſuprà.
c l.Stichum.§ naturalis.ff.d ſolut.
d arg.l.ſi. ff. de iur.iurand.
e arg. d.l.fin.
f Bart.in.l.ſi is qui pro emptore. nu. 41. de vſuc.
g l.ſi ita ſcriptum.§.regula.ff.de lib.& poſth.
h l.ſi finita.§ ex hoc edicto. ff.de dam.inf.
i l.ſed interdum.ff.de aq. plu arc.
k l.illam.C. de collat.
l dict.l.fin.
m in princip. inſti.de oblig. vbi gloſ.
n l.1.§.dolum ff.de dolo.
o l.1.§.1.ff.de conſti.pec.
p l. cum qui ædes. ff. de vſuc.l.qui res.§ areã.ff.de ſol.
q vt hic & l.Iulianus.ff.de cond.ind.
r l.licet.§.ea obligatio.ff. de procur.
s l. Arrianus ff.de actio.& oblig.
t Alex.n.4. Iaſ. num.14.
u d.§.naturalis.
x vt hic.
y dict. §.ea obligatio.
z l.qui æquitate.ff.de doli except.

fieri pactum de non petendo, ne petatur[a],
aliudq; eſſe, ſi creditor liberare ſe debito-
rem dixerit[b], aliud ſi ſe nõ petiturum, hîc
enim obligationem naturalem ipſo iure
13 non tolli, illic tolli. Quę opinio meritò cõ
muniter reprehenditur[c]. Nam & illa com
mentitia ſimilitudo eſt, dum obligationẽ
poſſeſsioni comparas, & tripliciter diſtin-
guit, dumq; in ea quæ multum iuris, aut
multum iuris & facti habeat, legem finge-
14 re ais, atq; ideo ipſo iure tunc vnam tolli
per aliã, etenim (vt ſuprà quoq; diximus)
quæ ipſo iure tolluntur, ſecundùm verita
tem magis quàm ſecundùm fictionem tol
luntur[d]. Azonis itaq; ſenenda ſolutio eſt,
cuius occaſione, quæ vires virtutéſue ſins
pacti de non petendo, & pacti de peten-
15 do, tractemus. Et quidem prima pacti de
non petendo virtus eſt, quòd obligationẽ
naturalem ipſo iure tollit[e], dummodo ſu-
16 per non petenda re fiat, quæ in obligatio-
ne ſit, vt cùm ex mutuo, ſtipulatione, lega
to debitor eſſet. Quòd ſi ſuper non peten
da re, quæ in obligatione non erat, obliga
tionem quidem non tollit, quæ non[f] eſt,
ſed actionis effectum impedit. Si quis igi-
tur cui rei vendicatio competit, poſſeſſori
17 pactum de non petendo faciat, obligatio
naturalis non tollitur, neq; enim rei ven-
dicatio obligationem (etiam naturalem)
ſupponit[g]. Et ſi hypothecariam qui potuit
intendere, pactum de non petendo faciat,
obligatio naturalis non tollitur[h], nam &
18 hypothecaria actio in rẽ eſt[i]. Et ſi petitio
hæreditatis cui cõpetis, is faciat pactũ de
19 non petendo, obligatio naturalis non tol-
litur, nam & petitio hæreditatis actio in
rem eſt[k], vt communiter tradunt[l]. Deniq;
generaliter. cùm ſuper actione in rem pa-
ctum de non petendo interponitur, nõ tol
litur actio quæ non eſt, ſed eius effectus
20 impeditur. Secunda pacti de nõ petendo
virtus ea eſt, quòd obligationem ciuilem
elidit, nec mirũ, cùm exceptionẽ pariat[m].
Neq; obſtat, quòd exceptiones perimere
21 aliquando dicuntur, fatendum enim eſt,
eas aliquando elidere, aliquando differre,
aliquando perimere actionem, vnde etiã
quædam dilatoriæ, quædam peremptorię
dicuntur, hæc autem, quæ ex pacto de nõ
petendo eſt, elidit. Cæterùm antequàm
opponatur exceptio, pactum de non pe-
tendo neque elidit neq; perimit, niſi fortè
in continenti poſitum eſſet, tunc enim ſta
tim elidit, quaſi veſtiti cohęrentia contra
ctus maior ſit virtus[n], oppoſita exceptio-
ne elidit, lata ſententia abſolutoria pro de
bitore, actionem perimit[o], quæ Bartoli o- 22
pinio probabilis valde eſt, etiam ſi eam in
poſtremo hoc articulo cæteri reprehen-
dant[p]. Namq; veterum Doctorum opinio
quam refert, tenentium ex contractibus
iuris gentium, non niſi naturalem obliga-
nem naſci, exploſa eſt prorſus, naſcitur e-
nim ex contractibus iuris gentium, non ſo 23
lùm naturalis, ſed[q] & ciuilis, ex contra-
ctibus ciuilibus nõ ſolùm ciuilis, ſed & na-
turalis[r], omnium conſenſu[s]. Tertia pacti
de non petendo virtus eſt, quòd paciſcen
tem obligat naturaliter ad non petẽdum. 24
In quo omnes conſentiunt[t]. Idq; ſiue ex-
preſſum, ſiue tacitum pactum de non petẽ
do fuerit[v], vt cùm mulier, quæ debitorem
filiumf. habebat, id quod ſibi ille deberet,
patri eius doti dedit, dicitur enim illa non
obligari, ſcilicet vt ſoluat, non vt ne petat.
Sed quomodo pactum hoc cùm ad liberã 25
dum tendat, obligationẽ inducit[x]? Reſpõ
deo, quia in pſona debitoris liberationẽ,
in perſona creditoris obligationem indu-
cit[y]. Quare & mulier (nihil obſtãte Velle-
iano) debitorem ſuum (ſicut delegare[z]) ita 26
& pacto de non petendo liberare poteſt,
neq; enim pro alio intercedit, ſed ſe obli-
gat ad non petendum. Sed quæ ex hoc vti
litas, quòd pacto de non petendo creditor 27
naturaliter obligetur ad non petendum?
Es quidam quia liberatio donatio eſt[a], ex
pacto verò nudo donationis agi hodie poſ
ſit[b], ac proinde ſi creditor petat, debitor 28
in id quod ſua intereſt, agat[c]. Galli Docto
res contrà, neq; enim nouæ cõſtitutioni[d]
eſſe locum in donationibus factorum, ſed
rei vel quantitatis, quaſi correctoria[e] ſit,
quod & hîc & ſuprà[f] quoq; Bartolus ſequi 29
tur. Verior tamen & receptior[g] Accurſij[h]
videtur opinio, etiã ad donationes facto-
rum eam legem extendẽtis. Quocirca vti
litas hæc ex alio eleuatur, nẽpe quòd vbi
res tradita eſt, pactum nudum donationis
dici non poteſt, propter traditionis veſti-
mentum, pactum verò de non petẽdo, rei
traditæ vim in ſe habeat, ſecum enim exe
cutionem affert[i]. Quæ opinio communis
eſt[k]. Nullá ne ergo ex tertia hac virtute
vtilitas? Et Bartolus cum Iacobo eam con

a l. nõ omnis. in princi. ff. ſi cer. pet.
b Arg. d. l. ſi pro fundo. C. de tranſac.
c Iaſ. colũ. 4. poſt Bart. n. 6. argu. §. ſed ſi ſtipulatus. infra.
d Bar. in d. l. ſi is qui p emptore. nu. 41.
e d. §. naturalis. d. l. ſi.
f l. decem. ff. de verb. obli.
g §. ſed iſtæ. inſti. de actio.
h l. ſi tibi decẽ. §. de pignore. ſuprà.
i l. pignoris. de pigno.
k l. ſi maior. §. ſed et ſi. ff. d rei vẽ l. ſed & ſi lego. §. petitio. ff. de peti. hære.
l Aret. in §. ſed iſta. nu. 3. inſti. de actio.
m l. iuris gentium. §. quinimo. & §. prætor.
n l. lecta. ff. ſi cer. pet.
o l. Iulianus. verũ. ff. de cõdi. indeb.
p Iaſo. nu. 17.
q l. iuris gen tiũ. §. 1. ſuprà. l. naturalis. §. 1. de praſ. ver. l. hæres à debitore. §. & ſi hic ff de fideiuſſ.
r l. ſi fideiuſſor. ff. de cõdi. indeb. l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verb. oblig.
s Claud. in l. ex hoc iure. colũ. pen. d inſti. & in. Alex. in l. 1. §. conuentionis. col. pen. Claud. colũ. ſi. ſuprà.
t Iaſo. nu. 20.
v l. ſi pater. §. qui debitorẽ. ff. de in. do.
x l. cùm te. §. 2. ff. de condi. inde. l. legata inutiliter. ff. d adi. leg.
y l. in numerationibus. ff. de ſolut.
z l. quãuis. §. interdum. ff. ad Velleia.
a l. contra iuris. §. filius. infrà.
b l. ſi quis argentum. C. de donat.
c l. ſtipulatio nes no di. verſi. Celſus. ff. d verb. obli.
d d. l. ſi quis argentum.
e l. præcipimus. C. d app.
f Bart. ĩ d. l. iuris gẽtiũ. §. ſed cũ nulla. §. quinimo. ſupra.
g Iaſo. in. §. ſed cũ nulla. col. pen. Fort. ĩ c. 1. fol. 80. col. 3. de pact.
h Gloſ. in l. ſi cũ mihi. ff. de donat. gl. in d. permiſiſti. §. ſi. in gl. ſi. ff. d praſ. ver.
i l. 2. §. ſi debitori. ff. vt in poſſ. leg. l. metum. §. ſed qd prætor. ff. qd met. cau.
k Iaſ. nu. 20.

30 ſyderat, quòd mulier quæ viro ſuo niſi in
eius vtilitatem conuertatur, obligari ne-
quit[a], nec quidem pacto de non petendo
31 illum liberabit. Qua ratione & generali-
ter ſi lege municipij ſit cautum, ne mulie-
res (niſi certa ſolennitate ſeruata) obligẽ
tur, facere illæ pactum de non petendo nõ
poterunt. Quæ communis opinio eſt[b].
Nunquid igitur debitor mulieris tũc non
liberabitur? Et Bartolus reſpondet obſcu-
rè valde. Iaſon[c] etiam & Fulgoſius dum
explicare pergunt, implicant potiùs, & te
32 nebras lectori cuiq; offundunt. Ego Barto
li eam mentem fuiſſe exiſtimo. Si mulier
pactum de non petendo debitori fecerit,
mulieri debitor pactum de petendo, nec
mulierem obligari, propter legis prohibi
tionem, nec liberari debitorem propter
replicationem quæ mulieri competit. Si
itaq; mulier ipſa ſolùm faciat pactum de
non petendo, nec ipſi de petendo fiat, ipſa
quidem non obligabitur, debitor tamẽ li-
berabitur, quia pacti huius aliæ virtutes,
hoc caſu nihil eſt cur impediantur. Sanè
33 lex Regia[d] cautè nodũ diſcindit, quæ mu-
lierem ſine viri licentia neq; contrahere,
neq; quaſi contrahere iubet, neq; debito-
rem liberare poſſe. Certè enim ſi delibera
tione non dixiſſet, pacto de non petendo,
quamuis obligari nõ poſſet, at debitorem
liberaret. Quæ attentè notãda ſunt. Quar
34 ta virtus pacti ea eſt, ꝙ exceptionem pro-
ducit[e]. Idq; omnes fatẽtur, & hæc de pacto
35 de non petendo. Pacti verò de petẽdo, vir
tus (vt Ioannes opinabatur) hæc eſt, quòd
ciuili obligationi antiquæ, nouam adijcit
36 naturalẽ, quod Azo, & alij nõ probãt, neq;
enim id eſt propoſitum pacti de petendo.
Quare & in libello nõ ex hoc pacto credi
tor agit, ſed ex veteri actione, cui ſi ex-
ceptio opponetur, replicabit de pacto de
37 petendo. Quomodo ergo ciuilis ſola effi-
cax eſt? Et idem Azo dicebat, ad ſimilitu-
dinem obligationis literarum poſt bien-
niũ, & obligationis ciuilis, quæ ex re iudi-
cata reſultat, quod Bartolus meritò repre
hendit, obligationi enim literarum poſt
biennium, accedit naturalis quædam prę-
ſumpta, tum etiam obligationi ſententiæ,
obligatio naturalis accedit, ſecũdùm quã
maiorum præceptis obtemperare neceſſe
38 eſt. Quid ergo? Certè ciuilis ſola, actio-
nem ſemel productam cõſeruat. Vt enim

a Authen. ſi qua mulier. C. ad Velleia.
b Iaſo. nu. 21.
c Bart. nu. 37. Iaſ. nu. 34.
d l. 54. Tauri.
e l. Iuris gentium. §. quinimmo. ſuprà. i princi. inſti. de replic.

abſq; patre & matre filius non generatur,
mortua tamen matre, ipſe ſupereſt & vi-
uit; ſic in actione producenda, obligatio
naturalis matri, ciuilis patri ſimiles ſunt,
ſed ſublata per pactum de non petendo na
turali, ciuilis ſola actionem cõſeruat. Quę
Bartoli traditio eſt, quam alij ſequuntur[f].
Producit itaq; pactum hoc (vt & quodli-
bet aliud) obligationem naturalem, qua
debitor obligat ſe, vt creditor ab eo pete-
re poſſit, neq; tamen ea antiquæ ciuili ad-
ijcitur, atq; hæc eſt prima eius virtus. Secũ 39
da quòd obligationem naturalem indu-
ctam ex pacto de non petendo ipſo iure
tollit. Tertia quòd exceptionem, quæ ex 40
pacto de non petẽdo dabatur, per replica-
tionem elidit. Sed an non tertia hæc vir-
tus ſuperfluò conſyderatur? nam ſi ſecun-
da virtus obligationem naturalem tollit,
æquitas quoq; exceptionis dandæ ſublata
videtur, quæ in obligatione illa naturali
fundaretur? Et Bartolus ſubtiliter reſpon-
det, neceſſariò conſyderari tertiam hanc
virtutem, quia videlicet exceptionis ęqui
tas in propoſito, non ex obligatione natu
rali eſt, ſed ex æquitate, quam in ſe pactũ
ipſũ habet, (quàmlibet itaq; ſublata obli-
gatione naturali) replicatione tamen ad
exceptionem elidendam opus fuit.
PER ſtipulationem.) At alibi, priorem à 41
poſteriori non ipſo iure tolli, dictum vide
tur[g]? Sed Accurſius & plures reſpondent,
illic actum non fuiſſe, vt vna, alteram tol-
leret. Mihi Alexandri plus placet reſpon-
ſio, nihil ibi dictum an priorem poſterior
tolleret, ſed à prima, cui exceptio obſta-
bat, quia fortè fuiſſet in diem, ſecundam
purè conceptam, non impediri. Sed num 42
acceptilatio acceptilationem extinguit?
Et nõ extinguere, Accurſij Bartoli[h] & alio
rum opinio eſt, hîc enim acceptilationis 43
finis eſt, vt tollat obligationem, non vt re
ſuſcitet[i].
SI hoc actum eſt.) Stipulatio tollit ipſo iu 44
re ſtipulationem[k], ſi hoc actum eſt, olim
expreſſè vel tacitè[l], niſi prior ſtipulatio
liberationem induxerit[m]. Sed & pacto pa 45
ctum ipſo iure non tolli, verum eſt, præ-
terquàm, ſi poſterius veſtitum ſit[n]. Hodie 46
verò ſtipulatio ipſo iure non tollitur niſi
expreſſim agatur, neq; enim aliter noua-
tio fit[o]. Sed num & in delegatione hodie 47
idem dicemus? Et Accurſius exiſtimat[p].

f Iaſo. nu. 24.
g l. ſi dari. ff. de verb. obli.
h Bar. hic. n. 24. & in l. ſi is qui pro emptore. n. 43. ff. de vſuc.
i l. nõ omnis. ĩ prin. ff. ſi cer. petatur.
k l. Aquiliana. l. infrà. de trãſac. & hic.
l l. 2. cũ gl. ff. de prat. ſtipu.
m Ang. & Alex. hic. argu. l. qui res. §. aream. ff. de ſolut.
n Gl. ſi. in. l. ſi ex pretio. C. ſi cer. pet. Bal. in l. reſcriptũ. §. ſi pacto. col. ſi. ſuprà.
o l. ſi. C. de nouat.
p Gl. in. l. 2. ĩ g. euanuit. C. de nouat.

Cæteri

Cæteri crebriùs[a] cõtrarium. Verùm prior
84 opinio iure noſtro approbata eſt[b].
49 IN ſtipulationibus ius, in pactis factum
verſatur.) Dictum hoc obſcurius Accurſiũ
& cęteros torquet. Prima igitur expoſitio
50 eſt, in pactis factum verſari, quòd qui pa-
cto vtitur, pacti factum tantummodo alle
get neceſſe eſt, nihil præterea de ſolenni-
tate iuris. Contrà qui ſtipulatione, ſolen-
51 nia ſtipulationis probabit, interrogationẽ
præceſsiſſe, reſponſionem ſecutam, par-
tium præſentiam, & in continenti, non ex
interuallo iſta facta. Cui intellectui & hęc
52 conſequentia ſunt, pacto de non petendo,
ita demum actorẽ repelli, ſi reus alleget.
Deinde non ſufficere, quòd in iudicio per
53 confeſsionem actoris de hoc pacto con-
ſtet, niſi reus exceptionem opponat, niſi
quòd opponere videtur, qui poſt litem cõ
teſtatam opponit pactum de non peten-
54 do[c]. Præterea eum qui ſtipulationem alle
gat, ſtipulationis ſolẽnia probare debere,
cùm videlicet per teſtes ſtipulationem p-
bare vult[d], nam ſi per inſtrumentum, ſolẽ-
55 nitates intrinſecæ pręſumuntur[e]. Poſtre-
mò, vbicunq; iudici conſtiterit, actorem
ſine actione experiri, poſſe eum ex officio
ſuo reum abſoluere, etiam reo nihil oppo
nente. vt cùm ex ſtipulatione agit, ſed reũ
à ſe liberatum fatetur. Qui tamen articu-
lus latiùs patet. Nam ſi actori actionem
non competere conſtet, iudex ex officio
ſuo reum abſoluere[f], atq; adeò actoris li-
bellum lacerare poteſt[g]. Idemq; cùm ope
exceptionis actio excluditur, eiuſmodi ta
men exceptio eſt, quæ actioni ſiue obliga
tioni ineſt, verbi gratia, quæ ex pacto in
cõtinenti appoſito naſcitur[h]. Idem etiam
ſi non inſit, ſed ea omiſſa, actor cum alie-
na iactura locupletatur[i], quòd ſi cum alie-
na iactura non locupletaretur, ſupplere ni
hil iudex poterit, vt in exceptione hac pa
cti de non petendo, cùm pactum fuit gra-
tuitum, nulla enim iactura rei eſt, ſibiq; is
imputare debet, qui exceptionẽ minimè
56 oppoſuit[k]. Secunda expoſitio ſic accipit,
vt in pactis verſari factũ dicatur, id eſt ius
naturale, ſiue obligatio naturalis, in ſtipu-
lationibus ius, id eſt ius ciuile, quæ Inter-
pretatio ipſa ſe ipſam oſtendit: vt enim
aliorum rationes omittam, an non factum
pro iure accipere, album pro nigro eſt[l]?
Tertia (quæ ferè primæ declaratio eſt) ad

a Iaſ. in l. ſingularia. n. 37. ff. ſi cer. pet.
b l. 15. tit. 14. part. 5.
c Bar. in l. 1. ff. de except.
d l. 1. C. de v. ſur.
e l. ſciendum. ff. de verborũ oblig.
f Gl. in l. vbi pactum. C. de tranſac.
g Gla. in l. 2. ff. de offi. aſſeſ.
h l. lecta. ff. ſi cert. peta.
i l. planè. l. ſi. ff. de pet. hær.
k Alex. in l. 2. num. 7. C. de qua def. ad hæc.
l l. cõſilio. ff. de cura. furi. l. 1. ff. de re. diui.

allegationem & formam proponendi re-
iecit. Quarta, in ſtipulationib' verſari ius,
id eſt vinculum, ſiue obligationem, in pa-
ctis factũ, quia pacti exceptio in hoc prin-
cipaliter opponitur, ne creditor agat. Sũt
& Guilielmi[m], Bartoli[n], Fabri[o], Zaſij[p], Al
ciati[q], Coraſij[r], variæ expoſitiones, ſed il- 57
la approbata magis eſt, ſubſtantiam ſtipu-
lationis in iure conſiſtere, ſiue eam dum
ſit conſyderemus (propter eius ſolennita
tes) ſiue dum facta eſt, (quia verborũ obli-
gatio eſt) ſubſtantiam verò pacti conſiſte- 58
re in facto, quia pacta ſolo conſenſu con-
ſtant, qui cùm animi ſit, facti eſſe dicitur[s].
Mihi generaliùs ſic videtur dicendum, ſti 59
pulationes ſiue earũ ſubſtantiam ſiue for-
mam allegandi reſpicias, in iure, pacta in
facto (etiam quo ad vtrunq;) conſiſtere.
ELIDETVR.) Elidere hoc loci, ſecun- 60
dùm communem ſententiam, infirmare
aut debilitare eſt, etenim exceptio pacti
de non petendo, ciuilem obligationem in
firmat tantùm, non extinguit, ſicq; etiam
exceptionem replicatio. Qua ratione (vt
Bartol' hîc docuit[t]) ciuilis obligatio, quæ
ſola actionem minimè produceret, ſola
productam conſeruat. Zaſius[v] & Coraſius
elidere extinguere eſſe potiùs, ſic enim a-
pud Ciceronem, Vergilium, & Suetoniũ
poni. Sic elidi probationes in iure Pontifi
cio[x] dictum, id eſt tolli. Sed & exceptionẽ 61
pacti de nõ petendo peremptoriam eſſe[y].
Ego communia magis ſequor, nec me ver 62
bi proprietas quicquam moratur, nam &
elidere, non extinguere tantùm, enecare,
diſsipareq; eſt, vt aiũt, verùm & (quod fre
quentiores) debilitare, infirmare, commi-
nuere. Sic Varroni. lib. 1. de Re. ruſt. her-
bas elidere, id eſt comminuere, vel tunde-
re. Sic Liuio lib. 1. belli Punici. Caput pe
cudis ſaxo elidere. Nam & dicant mihi, ſi
in actione iniuriarum[z] pacto de non petẽ
do iure ſingulari actio tollitur, an non re-
gulariter ſolùm infirmet neceſſe eſt? Et ſi
in contractibus bonæ fidei (iure item ſin-
gulari) tota obligatio ſublata eſt, nónne
aliàs ſolùm debilitatur? Dicant præterea,
ſi replicatio in propoſito exceptionem ex
tingueret, an non ipſo iure tolleret? quod
tamen lex negat, aliud enim eſt ipſo iure 63
tolli, aliud ope exceptionis, illud lex ipſa
deſtruit, hoc ita demũ ſi homo opponat[a].
Quid quòd & exceptiones infirmare di-
cuntur.

m Barto. hic. nume. 6.
n Bar. nu. 22. & in l. ſi is q pro emptore. num. 42. ff. de vſuca.
o Fab. ĩ prin. inſti. de actio. nume. 3.
p Zaſ. ĩ ſing. intellec. quali. pacti de non petẽd.
q Alci. lib. 2. parad. c. 21.
r Coraſ. libr. 2. miſcellan. capit. 16.
s l. in bona. §. 1. ff. de aq. re. domi.
t Bart. nu. 13.
v Zaſ. in intell. ſingu. Coraſ. miſcellan. lib. 2. C. 16.
x c. quoniam contra. §. ſi verò. vt lite non conteſt.
y §. appellantur. inſt. de except.
z Verſic. ſed ſi pactum.
a l. 2. cũ. glo. ff. de ſeru. l. q ſub conditiõe. §. ſi. ff. de condit. inſtitu.

cuntur[a]? Nec mutat quòd & peremptoria
hæc eſt, peremptoriæ enim ad differentiã
dilatoriarum vocantur.
NE & fideiuſſoribus.) Conſenſerũt enim
illi pacto de petendo, alioqui pacti de nõ
petendo exceptio illis profuiſſet[b].
VELVTI iniuriarum.) Exempli cauſa
64 dictum hoc eſt. Idẽ enim & in cæteris obli
gationibus quę ex maleficijs deſcendunt,
nam & illæ per pactum de non petendo
ipſo iure tolluntur[c]. Quid ergo (inquit
65 Bartolus) ſi Præfectum epiſcopus abſol-
uat, hoc pacto, ne de cætero ſimilia atten-
tet, ſi ſecus faciat, ipſo iure in primas pœ-
nas incidat, tam temporales, quàm ſpiri-
tuales, attentauit aliquid contrà, an in il-
66 las incidet? Et longa diſtinctione reſoluit,
quam alij ſequuntur, faciliter autem actio
iniuriarum tolli ſolet, vt enim hîc per pa-
ctum de non petendo, ſic alibi[d] anno, ali-
bi diſsimulatione[e] aboletur, aliquando
ex indicijs veriſimilibus ſublatam præſu-
mimus[f], vt cùm iniuria affecto, gratum
aliquod ſeruitiũ is exhibuerit, qui eum in-
iuria affecit, cùm ſe (poſt iniuriam) mutuò
ſalutant[g], cùm dextram alter alteri porri-
gunt[h], cùm iniuria affectus, iudicem rogat
ne aduerſus eum procedat à quo ipſe iniu-
ria affectus eſt[i]. Illud autẽ meminiſſe vel
cum primis oportet, cùm qui iniuriam re
67 miſerit, damna per iniuriam ſibi illata, in
dubio non videri remittere[k], nam neque
expenſas factas in vulnere curando[l].
68 SVBLATA eſt) Non ergo, quod non
eſt pacto reſtauratur. Sic neq; impoſsibi-
lia in pactum[m] aut obligationem[n] dedu-
cuntur, ſic neque impoſsibili obligatio-
ni fideiuſſor accedit[o], neq; actiones ſe-
mel extinctæ reuiuiſcunt[p]. Generaliterq;
traditum eſt, non entis (vt aiunt) qualita-
tes non eſſe[q].
SED ex contumelia.) Adiuuat & rationẽ
69 hanc, quòd iniuriarum actio in bonis no-
ſtris non eſt[r], quòdq; competere ad vin
dictam magis dicitur, quàm ad rem fami-
liarem[s].
70 RENOVARE.) Ex reformatione igi-
tur, non nouus contractus, ſed prioris re-
nouatio reſultat, quæ opinio communis
eſt[t].
71 LEX naturæ.) Natura hîc non pro iure
naturali ponitur, ſed pro ea natura, quam
lex ciuilis doti tribuit, quæ ſignificatio

a l. nihil iter eſt. ff. d reg. iu. b l. fin. infrà. c l. ſi tibi decem. §. quadã ſuprà. d l. ſi nõ cõuicij. C. de iniur. l. ſi cũ. §. iniuriarũ. ff. ſi qs cautio. e l. non ſolũ. §. 1. ff. d iniur. §. ſi. inſti. de iniur. f l. in ipſius. vbi Bal. C. familiæ erciſc. g c. cùm Adrianus. 63. d. c. oĩs. 24. q. 1. h Glo. in d. l. 1. ĩ prin. ſuprà. i l. ſed ſi vnius §. ſi ante. ff. de iniur. vbi Angelus. k l. ſi dom⁹. vbi Bal. ff. de ſeruitu. vrba. præd. l. itẽ apud labeonẽ. §. ſi qs ſeruo. ff. de iniur. Alex. in 2. volu. cõſ. 168. col. 2. l Spec. de accuſato. verſic. quid ſi vulneratus. m l. verũ. ff. de reg. iur. n l. impoſsibiliũ. ff. de reg. iur. o l. ſi ſub impoſsibili. ff. de fideiuſſ. p l. qui res. §. aream. ff. d ſolu. l. inter ſtipulantẽ. §. ſacrã. ff. de verb. oblig. q l. 1. §. cadaueri. ff. d iniu. l. ſi homo mortuus. ff. de verbo. oblig. l. 2. §. Scæuola. ff. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſſ. fue. r l. iniuriarũ 3 ff. de iniur.

non eſt infrequens[s]. 72
FORMAE ſuæ redditur.) Faciliter rem
ad propriam naturam reuerti omnes hinc
notant. Vnde poſteriori teſtamento mi- 73
nus ſolenni, in quo inſtituti venientes ab
inteſtato ſint, prius ſolenne (quod aliàs nõ
eſſet) tollitur[x]. Et licèt partium conſenſu 74
fieri nequeat, vt de cauſa ordinaria iudex
cognoſcat ſummariè[y], contrà tamen vt de
ſũmaria ordinariè cognoſcat belliſsimè
fiet[z]. Et licèt in correctorijs extenſio re- 75
gulariter non liceat[a], habebit tamen ea lo
cum, cùm res ad antiquam & ſuam natu-
ram reuertitur. Et licèt ſtatuere populus 76
ſine ſuperioris autoritate nõ poſsit, ea ta-
men non ſpectata, reuocare ſtatuta pote-
rit, ſi ad ius commune res deducatur[b]. Cu
ius generis & pleraque alia ſimilia ſunt[c].
Quid ergo ſi et eccleſiæ priuilegium con 77
ceſſum ſit, vt centum annorum priuilegio
gaudeat, an aduerſus eccleſiã alteram eo
gaudebit? Et Accurſius fatetur, Bartolus
negat, quia hîc de iure eliſo, non de extin
cto agatur, at præſcriptio centum annorũ
extincta eſt[d], ſecundùm quæ, res de facili
ad ſuam naturam reuertitur, quæ modò
non omnino ſublata eſt[e].

ILlud nulla pactione effici poteſt, ne
dolus præſtetur: quamuis ſi quis pa-
ciſcatur, ne depoſiti agat, vi ipſa id pa-
ctus videatur, ne de dolo agat: quod pa
ctum proderit.

1 *Dolus futurus remitti non poteſt, præteritus poteſt, & quæ ſit ratio differentiæ?*
2 *Culpa futura remitti poteſt.*
3 *Depoſitarius an teneatur de lata culpa?*
4 *Culpa latior in depoſito dolum an culpam latam ſignificet?*
5 *Dictiones taxatiuæ cuius naturæ ſint?*
6 *l. 4. tit. 4. par. 5.*

NVLla pactione.)
Expreſſa vel tacita, quãuis aliàs
expreſſa noceant, quæ expreſſa
non nocent[f].
DOLVS.) Futurus, ſic enim communi-
ter hunc locum intelligunt, idque ſiue in
contractibus, ſiue in teſtamentis loqua-
mur[g], dolum enim præteritum teſtator re
miſit,

s Gl. ĩ l. 2. §. emãcipatus. in gl. magu. ff. d colla. bon. Bar. ĩ d. l. prætor edixit. §. ſi dicatur. col. 2. ff. d iniur. t Iaſ. in l. iuris gentiũ. §. adeò. col. ſi. ſuprà. v l. 1. §. ſi. ff. d actio. & obli. l. 2. §. fin. ff. de vſuf. ea. re. q̃ vſu cõſu. l. ex empto. ĩ prin. ff. d act. empt. l. vnica. §. libertatib⁹. vbi Bal. C. de cad. tollen. x l. 2. ff. de iniuſt. rup. d. l. hac conſultiſsima. §. ſi quis autẽ. C. de teſtamẽ. y Glo. in c. de cauſis. de offi. deleg. z Glo. ſi. ĩ cle. ſæpe. de verb. ſigni. a l. præcipimus. C. d app. b Iaſ. in l. omnium. n. 10. C. de teſtamẽ. c Gl. in c. ſtatutũ. in gl. numerãdum. de præb. ĩ 6. Iaſ. hoc. Iaſo. in l. Marcellus. n. 47. ff. ad treb. Socin. in l. ſi is qui. circa. §. vtrum. col. pen. ff. de reb. dub. d Authentic. quas actiones. C. de ſacr. ſan. eccleſ. e l. qui res. §. area. ff. de ſolut. f l. expreſſa. ff. de reg. iu. l. nõnũquã. ff. d cõd. & demõ. l. 1. et 3. d leg. 2. g l. Aurelio. §. Caius. ff. de liber. leg.

miſit, iſq; vſque ad hæreditatis aditionem durabit.

QVAMVIS ſi quis paciſcatur.) De dolo præterito hanc ſecundam partem accipi
1 debere magna conſenſio eſt. Sed cur futurus non æquè remittitur? Et aiunt rationē eſſe, ne quis inuitetur ad delinquendum[a]. Sed an non & qui præteritum remittit, ad delinquendum inuitat? Et fatendum eſt, niſi quòd ij, quibus futurus remittitur,
2 magis inuitari videntur. Illud certè inter omnes conuenit, culpam etiam futuram remitti poſſe[b].

3 NE de dolo agat.) Depoſitum dolum recipit, non culpam leuem aut leuiſsimam. An neq; latam? Et de ea depoſitarium nō teneri, argumento plures leges ſunt, quæ per dictiones taxatiuas loquuntur[c], cuius opinionis & Bartolus poſt Petrum eſt, dū
4 culpam latiorem, id eſt dolum præſumptum interpretantur, idemque & Paulus & Igneus probant[d], contrà Accurſius[e], qui culpam latiorem, id eſt latam, quæ ſenten
5 tia & verior[f] & magis cōmunis eſt[g]. Nec taxatiuæ dictiones obſtant, illæ enim ſimiles caſus minimè excludunt[h], & quæ lex[i] de dolo taxatiuè loquitur, ad latam culpam, dubio procul extenditur[k]. Tenebitur itaq; is, penes quem res deponitur, non doli tantùm ratione, ſed & latę culpę, quo
6 modo & Regia[l] lex declaranda eſt, quæ generaliùs aliquāto depoſitarium de culpa teneri dixit.

a l. cōuenire. ff. de pac. dot.
b l. cōtract⁹. ff. de regu. iu. glo. in d. l. 1. §. ſi conueniat. ff. depo.
c d. l. contractus. l. 1. §. is quoq́. 2. ff. de act. & oblig. §. præterea. inſti. quib. mod. re contrah. oblig.
d Bar. in l. q̄d nerua. col. 1. ff. depo. vbi Pau. Ign. in d. l. cōtractus.
e Glo. in d. l. contractus. & in l. quod nerua.
f d. §. is quoque. iūct. l. magna negligentia. ff. de ver. ſignif.
g Salic. in l. quod nerua.
h clem. exiui. §. cū autē. de verb. ſig. Soci. in. l. 1. nu. 38. ff. de vulg.
i l. 1. §. hac actio. ff. ſi men. ſal. mo. dix.
k Iaſ. in l. q̄ ſe mihi. col. 2. ff. ſi cert. pet.
l l. 4. titul. 3. parti. 5.

PActa, quæ turpē cauſam continent, non ſunt obſeruanda: veluti ſi paciſcar, ne furti agam, vel iniuriarum, ſi feceris, expedit enim timere furti, vel iniuriarum pœnam. ſed poſt admiſſa hæc paciſci poſſumus. Item ne experiar interdicto VNDE VI, quatenus publicā cauſam contingit, paciſci non poſſumus. Et in ſumma, ſi pactum conuentum à re priuata remotum ſit, non eſt ſeruandum.

1 *Turpis rei conuentiones nullius momenti ſunt.*
2 *Pacta ſuper criminibus quando licita ſint?*
3 *Pacta quibus publica vtilitas læditur, non valent.*

TVRPEM.) Sic rei turpis, inhoneſtæ, vel flagitioſę, mandatum[m], ſocietas[n], aut emptio[o], minimè contrahitur. 1

INIVRIARVM.) De criminibus priuatis, ſi ciuiliter agatur, licitum pactum eſt, ſi criminaliter, non æquè[p]. Atq; ita ſe habet cōmunis opinio. An & in publicis, alibi traditur diligenter. 2

PVBLICAM cauſam.) Non valet pactum, quo publica vtilitas lęditur[q]. Sed neque iuramento firmari, inter omnes[r] conuenit, neq; iuramentum ipſum valere, Accurſij[s], & verior[t] opinio eſt. 3

m l. ſi remunerandi. §. rei turpis. ff. mandati.
n l. nec prætermittendum. ff. pro ſocio.
o l. q̄d ſæpe. §. veteres. ff. de contrah. empt.
p l. tranſigere. vbi Alex. vel. g. C. de trāſact.
q l. ius publicum agnatorum.
r Imo. in ca. cum contingat. nu. 36. Alcia. nu. 84. d. tit. de iureiur.
s Gloſ. in d. l. ad agric. & cenſit. lib. 11.
t l. iurisgentium. §. ſi paciſcar. ſuprà.

ANte omnia enim animaduertendū eſt, ne conuentio in alia re facta, aut cum alia perſona, in aliā re, aliaue perſona noceat.

1 *Exceptiones quæ litis conteſtationem impediunt.*
2 *Exceptio, tua non intereſt, poſt conteſtationē opponi poteſt.*
3 *Subditos, qui moleſtātur, defendere ſuperior in iudicio poteſt.*
4 *l. poſthumus. §. ſi quis ex his. ff. de inofficioſo teſta.*
5 *Sententia pro vno lata quando alijs proſit?*
6 *Reſciſſoria iudicia alijs proſunt.*
7 *Pactum ſuper vna re quando ad aliam extendatur?*
8 *Pactum & aliæ conuentiones cum vna perſona ad alias non extenduntur.*
9 *Executio publici inſtrumenti an aduerſus alium quàm principalem debitorē peti poſſit?*

ANte omnia.) Exceptiōes igitur hæ, alia res petitur, de alia pactum eſt factum, & tua non intereſt, litis conteſtationem impe- 1 diunt. Nam & alibi[v] legimus, eum cuius nō intererat agere poſſe, ſententiamq; pro eo latam alijs prodeſſe, ſi nemo eum repulit. Sed & opponi illa poteſt, (tua nō intereſt) poſt conteſtationem, ſi modò cauſæ 2 ſubſtantiam reſpiciat, tunc enim perēptoria eſt[x]. Quinetiam ſuperior, cuius ſubditi 3 moleſtantur, defendere eos in iudicio poterit,

v l. poſthumus. §. ſi quis ex his. ff. de inoff. teſta.
x Bal. in d. §. ſi quis ex his.

terit, neq; ei obijcietur, quòd ipſius non
interſit, prudenter enim Oldradus[a] re-
ſpondit, dupliciter id quod intereſt, conſy
derari poſſe in hac ſpecie. Primum quod
ad ſubditos attinet, ſecũdum, quod ad do-
minum, cuius vel maximè hoc intereſt, vt
illi quieti, ſecuriq́, ſint, neq; ab aliquo mo
leſtentur. Cætera in lectionibus de eo qđ
4 intereſt, latiùs explicui. Sed quid eſt, ꝙ vi
ctoria querelam nullo iure intendentis,
quia nemo enim repulit, venientibus ab in
teſtato profuerit[b]? Et alij quia res inter
alios actæ, alijs (licèt non principaliter)
per conſequentiam tamen prodeſſe poſ-
5 ſunt. Alij quia ſentẽtia in querela lata (vt
& aliàs[c]) fidem quo ad omnes faciat[d]. Alij,
quæ & crebrior interpretatio eſt, quia vbi
quis non dari ſibi, ſed vt iudex aliquid fa-
ciat, petit, ſententia pro vno lata, omnibus
prodeſt. Qua ratione, cùm ſententiam, cõ
tractum, electionem, teſtamentum, vno
petente iudex reſcindit, res iudicata, cæte
6 ris proderit[e]. Et generaliter, reſciſſoria iu
dicia, alijs proſunt[f], cùm quis, vt id iudex
faciat, ſimpliciter egit. Sanè ſpiritu ratio-
nis, Vlpiani reſponſum[g] illud carere cum
Baldo[h], recẽtiores[i] affirmant, ſed Baldus
quàm illi, parciùs. Si enim ponas, alicui
querelam iure competere (quanuis non
intendẽti competeret) rationem habet, ſi
verò nemini, vix eſt vt habeat.
7 IN alia re.) Pactum ſuper vna re, ad aliam
minimè extenditur, ſiue expreſſum, ſiue
tacitum ſit. Vnde eleganter Paulus[k] re-
ſpondit, ſi filius patri res aliquas ex dote
matris alienanti conſentiat[l], quo ad cæte
ras, eum conſenſum ei non nocere. Cæte-
rùm, pactum ſuper vna re, ad aliam exten
ditur, ſi acceſſoria eius ſit[m], ſi præambula[n],
ſi connexa[o].
8 AVT cum alia perſona.) Sic neq; tranſ-
actio[p], neq; ſententia[q], neq; iuſiurandũ[r],
& id genus ſimilia, quæ hîc Iaſon cõgerit.
Quorum argumento, & illud vtiliter dici
9 tur, ſi lege municipij, inſtrumenta publica
executioni mandari debeant, tunc nõ pro
cedere legẽ, cùm vel aduerſus aliũ quàm
debitorẽ principalem, executio[s] petitur,
vel ab alio quàm creditore[t], prodeſt tamẽ
omnibus pactum, quod cum eo fit, qui le-
gem condere poteſt[v], prodeſt, ex paciſcẽ
tium mente præſumpta[x].

a Oldra. cõſ. 206.
b d. §. ſi quis ex his. rub. C. res inter alios act.
c l. 1. §. fi. ff. de lib. agnoſ. l. in genuũ. de ſta. homi.
d l. Papi. §. ſi ex cauſa. ff. de inof. teſt.
e Inno. in. c. cũ noſtra. de pro cur. & in ca. ſuper his. de accuſa.
f Bal. in. l. cã mãdatori. col. fi. C. de non nu me. pecu.
g d. §. ſi quis ex his.
h Bal. in. l. fi. colum. fi. C. de fideicõ. lib.
i Hippol. ĩ l. is qui cũ tela. colũ. 1. C. ad. l. Corn. d ſicca.
k Paul. cõſil. 117.
l l. ſicut. §. ſi voluntate. §. vẽditionis. ff. quib. mo. pig. vel Hypo. ſol.
m l. lecta. vbi Bar. col. 1. ff. ſi cer. pet.
n l. poſtquam liti. vbi Bar. ĩ nopp. C. đ pac.
o Gl. in. c. accuſatus. §. 1. in gl. iudicare. đ haret. in. 6.
p l. 1. C. de trã ſact. l. Impera tores. in prin. & §. fin. ff. de tranſact.
q l. ſæpe. ff. đ re iudi.
r l. 3. §. penul. ff. de iuiu.
s Imo. in. l. fi. colũ. antep. ff. quis & a quo app. Iaſ. in. d. l. Imperatores. in prin.

SI cùm decem mihi deberes, pepigero,
ne à te viginti petam: in decẽ prodeſ-
ſe tibi pacti conuenti vel doli exceptio-
nem placet. Item ſi cùm viginti debe-
res pepigerim, ne decem petam: efficere
tur per exceptionem mihi opponendã,
vt tantùm reliqua decem exigere de-
beam.

1 Summa minor an maiori inſit?
2 Pacto de non petendo affirmationis caſus im plicitus eſt.

PLACET.) Eadem res videtur, quia in ma- 1
iori ſumma minor ineſt, in veri-
tate tamen diuerſæ ſunt[y]. Quare non tan-
quàm debita, ſed tanquàm ex ſumma de-
bita peti debent[z]. Cùm verò quæritur, an
in maiori ſumma minor inſit, Bartoli ap-
probata diſtinctio eſt. Si oratio affirmati-
ua ſit, ineſſe in contractibus[a], teſtamen-
tis[b], ſententijs[c], arbitrijs[d], libellis[e]. Idemq́;
ſi negatiua ſit, cùm in iudicijs profertur[f].
Idem ſi extra iudicium, ſi per modum con
uẽtionis, vt in præſentia. Quòd ſi per mo
dum ſimplicis enuntiationis ſeu conditio
nis proferatur, aliud[g] eſt. Sed cùm vix in-
ter poſteriores hos caſus reddi poſſit dif-
ferentia, non improbabilis mihi Alciati[h]
intelligentia videtur, conſyderantis, hîc vi
ipſa, affirmatiuè maiorẽ ſummam profer-
ri, ſiquidem pacto de non petendo, affir- 2
mationis, id eſt liberationis caſus implici-
tus eſt[i].

SEd ſi ſtipulatus decẽ aut Stichum,
de decem pactus ſim, & petam Sti-
chum aut decem: exceptionem pacti
conuenti in totum obſtaturam. Nam
vt ſolutione, et petitione, & acceptilatio
ne vnius rei tota obligatio ſolueretur:
ita pacto quoq; cõuento de vna re nõ
petenda interpoſito totam obligatio-
nem ſubmoueri. Sed ſi id actum inter
nos ſit, ne decem mihi, ſed Stichus præ
ſtetur: poſſũ efficaciter de Sticho agere,
nulla exceptione opponenda. idem eſt,
& ſi de Sticho non petẽdo conuenerit.

1 Creditoris

t Bald. in. l. ſi pte. C. đ dot. promiſſ.
v l. donationes quas. vbi. Bar. C. đ dona. inter vi. & vxo.
x l. tale pactũ. §. fi. infra.
y l. lumen. cũ gloſ. ff. de ſer. vrb. præd.
z Gl. in. l. ſcire debemus. in prin. ff. de verbo. oblig.
a l. 1. §. ſi ſtipulanti. ff. de verb. oblig.
b l. 3. §. ſi quis plus. ff. đ adi. lega.
c l. inter pares. §. 1. ff. de rei vindi.
d l. diem proferre. §. ſi plures. ff. de arbi. c. 1. de arbi. libro. 6.
e Gl. fi. in. l. 1. C. ſi aduerſ. rem iudi. Iaſ. ĩ d. §. ſi ſtipulanti. nu. 8.
f l. ſi quis cũ totũ. ff. de except. rei indi.
g l. ſi is qui. ec. §. verũ. in prin. ff. đ reb. dub.
h Alciat. in §. ſi ſtipulãti. nu. 27. cũ ſeq.
i l. ſi. ff. ſi ex nox. cau. aga.

1 *Creditoris an debitoris electio ſit quantum re ferat?*
2 *Acceptilatio vnius rei quando vtriuſque reſpectu noceat?*
3 *Acceptilatio priuatio quædam eſt.*
4 *Obligatio tota quæ dicatur?*
5 *Obligatio non ſic pacto tollitur vt ſolutione.*
6 *Emptionis reſolutio qua ratione differat à cæteris?*
7 *Solutioni pactum quatenus æquiparetur?*

DEcem aut Stichum.) His verbis inhærẽs Fulgoſius, communem intellectum non ſequitur, ſed ratio ſubiecta pro communi facit, quę attendenda eſt[a].
1 PETITIONE.) Si electio creditoris
eſt, variandi facultas durat vſq; ad litis cõ-
teſtationem[b]. Si debitoris, petitio in vna
re, nocet quo ad vtramq;. Si vel animo no
uandi petitio facta eſt, vel ſententia, debi-
tor abſolutus, quæ Accurſij præcipuæ de-
clarationes ſunt, cui alij aſſentiunt.
2 ACCEPTILATIONE.) Acceptila
tio vnius rei, vtriuſq; reſpectu nocet, niſi
facta ſit conditione pẽdente[c], reſq; accep
to lata, tempore conditionis non extet,
3 impedit enim id acceptilationis effectum,
quæ velut quædam priuatio eſt[d].
4 TOTA obligatio.) Tota obligatio aliàs
ad ciuilem & naturalem refertur[e], hîc ad
5 vtramq; pacto comprenſam, alioqui quis
non videat diuerſimodè, pacto, & ſolutio
ne obligationẽ diſſolui? Solutione ciuilis
& naturalis ipſo iure tollitur[f], pacto ipſo
iure naturalis, per exceptionem ciuilis, vt
ſuprà ſatis explicuimus.
6 SOLVETVR.) Sed cur non ſic in em-
ptione eſt[g]? Et communiter[h], rationem
aiunt, quia emptionis contractus gratia v-
triuſq; fit, cumq́ue venditor pretium em-
ptor habiturus ſit rem, vtriuſq; intereſt, in
altero tantùm emptionem reſcindi.
ITA quoq; pacto conuento.) Expreſſo,
non tacito, quod ex renuntiatione litis re
7 ſultat[i]. Cæterùm, & quòd ſolutioni pactũ
æquiparatur, perpetuum non eſt[k], ſed vt
paciſcens ſibi ipſi, nõ vt alteri noceat, tũc
etenim longè alia ratio eſt.

TOTAM obligationem ſubmoueri) Communis huius paragraphi intellectus hic eſt. Si ei qui decem aut Stichum promiſerit, pactum fiat, de nõ petendis decẽ, & creditor Stichum poſtea petierit, obſtare illi exceptionem pacti conuenti, idq́ue ſiue creditoris, ſiue debitoris electio fuiſſet. Fulgoſius enixè contrà, pactum enim ſuper vna re, ad aliam minimè debuit extẽdi[l], ſoleréque vnius excluſione, alterum includi[m]. Quid igitur ipſe? Nempè, tunc creditori exceptionem obſtare, cùm decem aut Stichum petat, pro quo verba legis bene ſe habent. Sed attentiùs Iaſon conſyderauit, rationem pro cõmuni intellectu facere, quod & ipſe ſequitur. Igitur, ſiue decem aut Stichum, ſiue Stichum tãtùm creditor petat, exceptio illi obſtat.

a Bal. in l. ſi quis ſeruo. nu. 7. C. de fur.
b l. ſi quis ſit ſtipulatus ſtichum. in prin. ff. de verborũ oblig.
c l. & per iuſiurandum. §. ſi ſtichũ. ff. de accept.
d l. quotiens. ff. de nouat. l. decẽ. ff. de verbo. oblig.
e §. pactus. verſ. idẽ dicimus. ſuprà. l. ſi debitori. in prin. ff. de fide iuſſ. Bart. in l. ex hoc. nu. 12. ff. de iuſt. & iure.
f In pri. inſt. quib. mod. tol. oblig.
g l. ſi emptio. in princ. ff. de re. ven.
h Bar. hic. & Iaſ. nu. 7.
i Bart. in l. ſi quis ſtipulat⁹ ſit ſtichum. in prin. ff. de verbo. obliga.
k Hac. l. in princ.
l §. ante omnia. ſuprà.
m l. cùm prætor. ff. de iudi.

SEd ſi generaliter mihi hominem debeas, & paciſcar, ne Stichum petam: Stichum quidem petendo pacti exceptio opponetur: alium autem hominẽ ſi petam, rectè agam,

1 *Obligatio generis & alternatiua qua ratione differant?*
2 *Repudiationis & pacti de non petendo differentia.*
3 *Exceptio intentionis obligationem non ſupponit*
4 *Obligatio generis cuius naturæ ſit?*
5 *Legatum hominis in genere quaſi conditionale eſt.*

SED ſi generaliter.) Sed cur diuerſum in obliga 1
tione generis & in obligatione
alternãti eſt[n]? Et communiter aiunt, quia
in alternatiua, vtrumq; in obligatione eſt,
in obligatione generis nullum[o].
STICHVM quidem petenti.) Pactum 2
de non petendo, in ea ſpecie obſtat, at in
repudiatione ſecus eſſe[p], bene omnes con
cordant.
PACTI exceptio.) Sed quó nam modo
pacti exceptio datur, cùm Stichi petitio
non præceſſerit[q]? Et Bartolus exceptionẽ 3
intentionis hanc eſſe ait, cùm enim ſeruus
in genere promiſſus fuit, nullus in obliga
ne erat[r]. Sed verius eſt, pacti exceptionẽ
(vt verba legis ſe habent) eſſe, vel quia cre
ditoris electio erat, vt Bartolus idem de-
clarat, vel quia in obligatione generis, 4
quanuis

n §. ſed ſi ſtipulat⁹. ſuprà.
o l. illud. ff. & conſtit. pecu. l. ſi duo. ff. de verborũ oblig.
p l. homine. ff. de opti. leg.
q §. huic aũt. verſ. præterea ſi quis generaliter. inſtit. de actio.
r l. cùm incertus. ff. de leg. 1.

quanuis verè nulla ſpecies in obligatione ſit, ea tamen fuiſſe fingitur quæ ſoluta eſt, quocirca & nota improprietatis lex vtitur[a], & alibi[b], in legato hominis in genere quodammodo ſinguli ſub conditione legati videntur, neq; enim legatum conditionale eſt, ſed quaſi conditionale, quia certus nullus ſeruus relictus eſt, ſed in futurum determinandus, quod ſolutionis tẽpus cùm reſpicimus, verè dictum eſt[c], hominis legatum ſingulos continere, verè etiam, actori hîc pacti exceptionem obſtare, atq; ita Bartolus[d] & frequentiores explicant.

a d.l.cùm incertus.
b l.7.ff. qui & à quib.
c l.manius.§. duorum.verſ. hominis. de leg.2.
d Barto.in.§. duorum.nu.8. verſ.4.opp.ã l.2.§.& harũ ad fi.ff.de verbo.obliga.Iaſ. ibi.nu.41.

RECTE agam.) Verum hoc eſt in pacto de non petẽdo, in acceptilatione contrà[e], quoniam illa vim ſolutionis habet.

e l.& ꝑ iusiurãdum.§.ſi is qui hominẽ. ff.de accept.

ITem ſi pactus ne hæreditatem peterem, ſingulas res vt hæres petam: ex eo, quòd pactum erit, pacti conuenti exceptio aptanda erit. quemadmodum ſi conuenerit, ne fundum peterem, & vſumfructũ petã: aut ne nauim ædificiumue peterem: & diſſolutis iſs, ſingulas res petam. niſi ſpecialiter aliud actũ eſt.

1 *Ratio dubitandi & decidendi quæ hîc fuerit?*
2 *Pactum de non petendo fundo vſusfructus & cæterarum ſeruitutum reſpectu nocet.*
3 *Vſusfructus & aliæ ſeruitutes differunt.*
4 *Exceptio pacti de non petendo, vel rei iudicatæ, quando obſtet ei, qui ſingulas res petit.*

VT hæres non petam.) Haloander legit, vt hæres petam, ſicq; etiam Florentinæ pandectæ, quam lectionem Bartolus etiam agnoſcit, ſed vtraq; procedit, ſi mo-
1 dò petitionis cauſam diſtinguas. Fuit autẽ ratio dubitandi, quia cùm pactum ſuper vna re ad aliam minimè extendatur[f], hæreditasq; res incorporalis[g] ſit, ſingulæ res hæreditariæ ferè corporales[h], pactum ſuper illa, ad has extendi non debuit. Deciſionis verò ratio in eo eſt, quòd qui pact' eſt, ne hæreditatem peteret, conueniſſe videtur, ne vel hæreditatem, vel quicquam ex hæreditate, vt hæres peteret. Igitur vt hæres non petet, alio iure petet, quod hîc præ ceteris Paulus declarat.

f §.ante omnia.ſuprà.
g l. hæreditas.ff. de petit. hære.
h l.1.ff.de re. diui.

VSVM fructum petam.) Pactum de non 2
petendo fundo, vſusfructus quoque reſpectu nocet, & cæterarũ ſeruitutum[i], niſi ex alia cauſa petatur, nec in hac ſpecie inter vſumfructum & cæteras ſeruitutes differẽ 3
tia eſt, quę tamen aliquãdo cõſtitui ſolet[k].
SINGVLAS RES res petam.) Petenti 4
ſingulas res exceptio pacti de non petendo, vel rei iudicatæ[l], tunc demum obſtat, cùm ex eadem cauſa petitio ſit, non cùm ex diuerſa.

i l.fundũ.ff. de except.
K l. cũ filius. §. dominus. l. mauius.§.fundo.de leg.2.
l l. ſi quis cũ totum.§. ſi ancillã. ff.de except. rei iudi.

SI acceptilatio inutilis fuit: tacita pactione id actum videtur, ne peteretur.

1 *Acceptilatio inutilis cur in vim tacitæ pactionis valeat.*
2 *Sententia quæ non valet vt ſententia, pacti poteſtate procedit.*
3 *Societas in vim pacti valet, quæ non tanquã ſocietas.*
4 *Subſtitutio quæ iure ſubſtitutionis non valet, procedit tamen iure cautionis.*

TAcita pactione.) Valet igiẽ vt valere poteſt, quia 1
actus hic eſt, qui à duorum voluntate pendet, & cùm de liberatione, nõ de obligatione ageretur, in materia non in forma peccatum eſt, quomodo difficiles nodi ſoluuntur[m]. Sed hæc latiùs alibi Bartolus, cui alij aſſentiunt. Sic autem & 2
ſententia, & ſocietas quæ in vim ſentẽtię[n], aut ſocietatis[o] non valent, in pacti vim ſu- 3
ſtinentur, de quibus alio in loco à me dictum eſt[p]. Sic & ſubſtitutio iure cautionis, 4
quæ ſubſtitutionis iure non valet[q].

m l.an inutilis.in prin. ff. de accept. l.1.§. ſi quis ita. ff.de verb.obli. vbi Bart.
n Gloſ.in.l.2. C.cõmu. vtri. iudi.
o Chriſtopho.in princi. inſtit.de ſocie. col.2.
p In.l. obſeruare. ad fi. ff. de offic.procõ.
q l. cauſa cognita.ff.de vulga. & pupil. Iaſ.in.l.ſi arrog tor.num. 38.ff. de adop.

SEruus hæredi poſt adituro nominatim paciſci nõ poteſt, quia nõdum is dominus ſit. ſed ſi in rem pactum conuentum factum ſit, hæredi adquiri poteſt.

1 *Seruus domino quomodo paciſcatur?*
3 *Nomina propria an appellatiua præcedãt multũm refert.*

SED ſi in rem.) Paciſci hic ſeruuus domino mi- 1
nimè poteſt, nomine proprio, appellatiuo poteſt, aut ſi pactum in rem concipia-

concipiatur Sed quid ſi vtrumq; expreſsit & propriũ & appellatiuum? Et verius rece ptiuſq;[a] eſt, quia altero tantummodo vale re poteſt, proprium nomen inſpici.

a Pau. & Iaſ. hic poſt Bart. arg. l. quotiẽs. ff. de reb. dub.

XXVIII. GAIVS, Lib. I. ad Edictum prouinciale.

CONtra iuris ciuilis regulas pacta conuenta rata non habẽtur: veluti ſi pupillus ſine tutoris auctoritate pactus ſit, ne à debitore ſuo peteret, aut ne intra certum tempus (veluti quinquẽnium) peteret. nam nec ſolui ei ſine tutoris auctoritate poteſt. Ex diuerſo autem ſi pupillus paciſcatur ne quod debeat, à ſe peteretur: ratum habetur pactum conuentum. quia meliorem conditionem ſuam facere ei, etiam ſine tutoris auctoritate, conceſſum eſt.

1 *Conditio ſi fiat melior contrahere poſſunt qui aliàs prohibentur.*

MEliorem conditionem.) Idemq; eſt in cæteris, qui ſine certa ſolennitate obligari prohibeãtur[b], dum enim melior eorum conditio reddatur, iure contrahent[c]. An verò idem in eccleſia ſit, ſuo loco dicam[d].

b l. neque. vbi Bald. C. de contrah. & cõmi. ſtipul. & in. l. 2. ff. de accept. Iaſ. hic & in. l. potuit. col. 1. C. de in. deli. & in. l. 28. cui bonis. col. 2. ff. de verbor. ſigni.
c l. 55. Tauri.
d in. l. cùm q. §. cam. ff. de tranſact.

SI curator furioſi aut prodigi pactus ſit ne à furioſo, aut prodigo peteretur: lõge vtile eſt, curatoris recipi pactiões, ſed nõ cõtra. Si filius aut ſeru⁹ pact⁹ ſit, ne ipſe peteret, inutile eſt pactũ. Si vero in rem pacti ſunt, ideſt ne ea pecunia peteretur: ita pactio eorum rata habenda erit aduerſus patrem dominumue, ſi liberam peculij adminiſtrationem habeant: & ea res, de qua pacti ſint, peculiaris ſit. quod & ipſum non eſt expeditum: nam cum verum eſt, quod Iuliano placet, etiam ſi maximè quis adminiſtrationẽ peculij habeat conceſſam, donandi ius eum non habere: ſequitur, vt ſi donandi cauſa de non petenda pecunia pactus ſit, non debeat ratũ haberi pactum conuẽtum. Quòd ſi pro eo vt ita paciſceretur, aliquid, in quo nõ minus, vel etiam amplius eſſet, conſecutus fuerit: rata habenda eſt pactio.

1 *Tutor quando donare poſsit res pupilli?*
2 *Principum filijf. donare poſſunt.*
3 *Pactum de non petendo quando inſinuatione indigeat?*

INVtile eſt pactum.) Valet tamen, ſi ſtatum mutet[e].

DONANDI ius eum non habere.) Permiſſum enim illud eſt, vt adminiſtrẽt, nõ vt ſpolient[f]. Sed caſus quidã notantur, in quis [1] b⁹ donare poterũt, quos hîc Iaſõ colligit, ille præcipuus, & ad cuius rationem cæteri ferè rediguntur, cùm videlicet iuſta cauſa donandi eſt[g]. Ille non prętermittendus, [2] quem Pontificij[h] notant, de filijs principũ, de quo mirum non eſt, ſiquidem & Senatorum filijs idem ius eſt[i].

VEL etiã ampli⁹) Vbi pactũ đ nõ petẽdo [3] merè gratuitũ eſt, donatiõis vim habet, & inſinuatione eget, ſi nõ gratuitum fuerit, cõtrà eſſe Accurſius & plures cõſentiũt[k].

e l. & heredi §. filia. cum ſequent. ſupr. d.
f l. qui fundũ §. ſi tutor. ff. pro empt.
g l. cũ plures. in princ. ff. de admi. tuto. l. 1. §. 1. ff. de tutel. & ratio. diſtrah. l. filiusf. ff. de donatio.
h Ioã. And. & doct. in c. a grandi. de ſuppl. negl. pla.
i d. l. filiusfa. verſ. nonnũq.
k g. in. l. ſi ge obligatione. de reg. iu. Iaſ. hic.

XXIX. VLPIANVS. Lib. IIII. ad Edictum.

SIn autem dominicam pecuniam crediderit: quod credendi tempore pactus eſt, valere Celſus ait.

1 *Pacta in continenti appoſita plus operantur.*
2 *Pacta acceſsiones debiti, potiùs quàm ſortem nonnunquam reſpiciunt.*

CRedẽdi tempore.) Non ſic ſi ex poſt facto[l], [1] cũ enim tempore contractus pacta fiunt[m], cũ ſua cauſa res trãſit[n], nec dubitat quiſquã, quin pacta appoſita in continenti plus operẽtur[o]. Verũ hęc lex, nõ de pacto de nõ petendo, alióue quod obligationẽ perimat, intelligit, ſed đ [3] alijs, quæ debiti magis acceſsiones, q̃ ſortẽ reſpiciãt, qualia ſunt quę ſuper die ſolutionis, ſuper eo quod intereſt, interponũtur.

l l. qui Romæ §. callimach⁹. ff. de verb. ob.
m l. apud celſum. §. in hac. ff. đ doli excep.
n l. 1. §. ſi. cum l. ſequen. ff. de reb. cr.
o l. lecta. ff. ſi cert. peta.

XXX. GAIVS, Lib. I. ad Edictũ prouinciale.

IN perſona tamen filijfamilias videndum eſt ne aliquando & ſi pact⁹ ſit ne ageret, valeat pactio: quia aliquãdò filiusfamilias hẽt actionẽ, veluti iniuriarũ. Sed cũ propter iniuriã filio factã habeat et pater actionẽ,

quin pactio filij nocitura non ſit patri a
gere volenti, dubitare non oportet.

1 *Iniuriā filio factam, an pater pacto remittat.*
2 *Iniuria, quæ à perſona coniuncta fit, maior videtur.*
3 *Coniuncti qui ſunt, inuicem ſe honorare tenētur.*
4 *Iniuriæ actio in bonis non computatur.*

1 NOcitura non ſit
patri.) Contrà pactio patris in-
iuriam filio factam remittentis,
filio nocitura eſt, niſi pater ſit vilis[a], aut ni
2 ſi à coniuncta perſona filio iniuria illata[b]
ſit, maior enim ea videri debet, quando-
3 quidem, & cōiuncti qui ſunt, inuicem ſe vt
honorent, tenentur. Sanè poteſt & hodie
pater remittere iniuriam filio factam, nec
continuò nocere in aduentitijs dicetur, fa
4 cilis enim iniuriæ remiſsio eſt[c], neq; ca a-
ctio in bonis noſtris computari ſolet.[d]

a l. ſed ſi vnu §. filioſ. ff. de iniur.
b l. Lucius. vbi Bar. ff. ſolu. matrimon.
c l. ſi tibi. in §. quedam. ſupra. l. ſi non cā pici. C. ſimin.
d l. iniuriarū in princ. ff. de iniur.

QVi pecuniam à ſeruo ſtipulatus eſt, quam ſibi Titius debebat, ſi à Titio petat, an exceptione pacti conuenti ſubmoueri & poſsit & debeat, quia pact⁹ videatur, ne à Titio petat: quæſitū eſt. Iulianus ita ſubmouendum putat, ſi ſtipulatori in dominum iſtius ſerui de peculio actio dāda eſt: ideſt ſi iuſtam cauſam intercedendi ſeruus habuit, quia fortè tantandem pecuniā Titio debuit. quod ſi quaſi fideiuſſor interuenit ex qua cauſa in peculium actio non daretur: non eſſe inhibendum creditorem, quominus à Titio petat. Aequè nullo modo prohiberi eū debere, ſi eum ſeruum liberum eſſe crediſſet. Si ſub cō ditione ſtipulatus fuerim à te, quod Titius mihi purè deberet: an deficiente conditione, ſi à Titio petam, exceptione pacti conuenti & poſsim & debeam ſubmoueri? & magis eſt, exceptionem non eſſe opponendam.

1 *Exceptio intentionis vel facti quæ ſit?*
2 *Nouatio difficilius fit in Prætorijs ſtipulationibus.*
3 *Nouationem an inducat obligatio naturalis qua ſeruus tenetur?*
4 *Seruus neque fideiubet neque donat.*
5 *Fideiuſsio donationis inſtar habet.*
6 *Expromiſſor quid ſit.*
7 *Electio quando detur creditori conueniendi eos, qui pro reo interceſſerant?*
8 *Exceptio debitori competens quando competat ijs qui pro reo intercedunt?*

EXceptione pa-
cti conuenti.) Sed cur nō pri
ma ipſo iure ſublata eſt[e]? Et
alij exceptionem hîc dari a- 1
iunt, intentionis, aut facti, quæ conatui (vt
Angelus inquit) opponitur, actionemque
ipſo iure actori non competere ſupponit,
ſed magis eum de facto agere[f], verùm his
verba legis repugnant, quæ de exceptio-
ne pacti conuenti ſunt. Alij ſic actum in-
ter contrahentes, quorum intellectus, vt
diuinat, ita verus in ſe eſt, poſſe videlicet,
effectum ſtipulationis nouantis, ſecundū
partium voluntatem reſtringi[g]. Alij prio- 2
rem obligationem nouatione ipſo iure
tolli, cùm ſimpliciter in poſteriorem trāſ-
funditur, non ſi cum alia miſceatur, eiue
cumuletur[h], quæ intelligentia manifeſtis
argumentis[i] falſa conuincitur, niſi quòd in
prætorijs ſtipulationibus (quia à Prætoris
edicto, magis quàm à partium voluntate
pendent[k]) difficilius nouatio fit[l]. Alij (vt
Fulgoſius & Iaſon) in eo vim totam conſti
tuunt, quod hic ſeruus iure ciuili obligari non 3
poteſt[m], quo fit vt eius interuētu, nouatio,
ipſo iure non fiat[n]. Cæterùm eſt prima ſo-
lutio, Paulo auctore, receptior, quam &
ipſe ſequor, exceptionemq; pacti conuen
ti (quamlibet durius aliquanto) pro exce-
ptione intētionis ſeu facti accipimus, quæ
ex pacto conuento reſultat. Sed cur non
obligatio naturalis, qua ſeruus tenet[o], no
uationē prioris obligationis inducit[p]? Et
Bartolus alijq; reſpondent, quia ſeruus fi- 4
deiubendo, neque naturaliter obligatur[q],
lex enim obligationi huic reſiſtit[r], quia fi-
deiuſsio, donationis eſt inſtar, quæ in ſer- 5
uum non cadit[s].
SVBMOVENDVM.) Sed cur nō illi
electio hoc iure competit[t]? Et Accurſius
Bartolus & cæteri, quinq; ſpecies cōſyde
rāt, eorū qui pro nobis intercedere ſoleāt,
hæ ſunt fideiuſſor, conſtitutor, mandator,
expromiſſor[v], ideſt qui pro eo intercedit,
qui obligatus non eſt, ſed ſe obligatu- 6
rus

e l. 1. ad. ſi. ff. de nouatio.
f doc. in. l. quod ſe debere. ff. de condi. ob cau.
g l. 1. §. ſi conueniat. ff. d po.
h l. pen. ff. de præto. ſtipul.
i l. quod vſumſ. ff. de verb. obligat. l. ſi pupillus. §. qui aliū ff. de nouat.
k l. 5. ff. de verbo. obligat.
l d. l. penulti.
m l. quod attinet. ff. de regul. iur.
n §. præterea. inſt. quib mo. tolli. obligat.
o l. naturaliter. ff. de cōdi. inde.
p l. 1. ad fin. ff. de nouat.
q l. ſeruus io ſcio. ff. de fideiuſſor.
r l. ſi non ſortem. in prin. ff de condit. ind.
s l. 2. C. quæ res pig. oblig. poſſ.
t l. iure noſtro C. de fideiuſſo.
v l. & elegāter. §. ſeruus. ff de dolo. Ang. hic. Alci. parer. lib. 1. ca.

rus erat, itaq; hic, alienam obligationem ab initio in ſe ſuſcipit. Quinta eorum ſpecies eſt, qui obligationem cum alio contractam, ipſi animo nouandi, in ſe tranſferunt. In tribus prioribus, electioni olim locus fuit, in duobus poſterioribus nequaquam, ſed & in eo differunt, quod illi in dubio in ſolidum obligantur[a], hi pro virili[b]. Deniq; & in eo quod exceptio debitori competens regulariter & illis datur[c], his verò minimè.[d]

a §. ſi plures. inſt. de fideiuſ. l. non rectè. C. de fideiuſſ.
b l. ſi paternã C. ad velleia.
c l. & hæredi §. fin. ſuprà.
d l. qui libertinus. ad. fi. ff. de ope. lib.

XXXI. VLPIANVS. Lib. I. Ad edictum ædilium curalium.

PAciſci contra edictum ædiliũ omnimodo licet: ſiue in ipſo negotio venditionis gerendo conueniſſet, ſiue poſtea.

1 *Actio redhibitoria & quãto minoris quomodo differant?*
2 *Pacta contra legem, in quo differant ab his quæ contra tenorem legis contrahantur?*
3 *Pacta contra legem, vel contra tenorem legis quando non valeant?*
4 *Pactum ne venditor de morbis aut vitijs teneatur, quando valeat?*
5 *l. 65. tit. 5. part. 5.*

EDictum ædiliũ.)
1 Quo animal morboſum infrà ſex menſes redhibetur, eaque actio redhibitoria eſt, poſt ſex menſes vſq; ad annum, quanto minoris agitur[e].

e l. ſciendum. §. fi. l. cum ſex. ff. de ædili. edi.

2 OMNIMODO licet.) Pacta cõtra legem (quod hîc Angelus declarat) tunc fiunt, cũ aduerſus legis prohibitionẽ: cõtra tenorẽ legis, cũ aduerſus ea quæ lex fieri, vel nõ fieri debere diſponit.
3 Igitur quæ contra legẽ fiunt, dubio procul irrita ſunt[f]. Idem & ſi contra tenorem legis, quæ pro forma ſiue ſolẽnitate aliquid requirat[g]. Idem & ſi non pro forma, ſed tenor legis publicam vtilitatem principaliter reſpiciat[h]. Quod ſi principaliter vtilitatem priuatam, pacta tunc licent, idque eſt, quod pro regula traditum eſt[i].

f l. iuriſgẽtiũ §. prætor. 2.
g l. nemo. ff. de leg. 2. l. 2. §. ſi quis ita. ff. de verbo. obliga.
h l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar.
i hic & l. pe. C. de pact.

4 TEMPORE venditionis.) Quid ſi venditor equum morboſum eſſe ſcit, emptor ignorat, venditor ne de morbis aut vitijs ipſe teneatur, conuenerit, num huiuſmodi pactum valiturum eſt? Et hoc negat Accurſius, quem Angelus, Paulus, Iaſon &
5 alij ſequuntur, quomodo & lex quoq; Regia[k] explicanda, quę de venditoris ſcientia hac locuta eſt.

k l. 65. tit. 5. part. 5.

XXXII. PAVLVS. Lib. III. ad Plautium.

QVod dictum eſt ſi cum reo pactum ſit vt non petatur, fideiuſſori quoq; competere exceptionem: propter rei perſonã placuit, ne mandati iudicio conueniatur. Igitur ſi mandati actio nulla ſit (fortè ſi donandi animo fideiuſſerit) dicendum eſt, nõ prodeſſe exceptionem fideiuſſori.

1 *Fideiuſſor quando actionem mandati non habeat?*
2 *Ratione legis ceſſante, lex ceſſat, & quando non?*

SI donãdi animo.) Fideiuſſor animo donãdi intercedens, actionem mandati non habet, ſic neq; hæres fideiuſſoris, cùm creditori fideiuſſor, quod debebat legaſſet[l]: ſic neq; hæres, aut legatarius, qui ſecundũ teſtatoris præceptum fideiuſſerint[m], ſi modò fideiuſſionis modicum damnum ſit[n], quod arbitrio iudicis relinquetur, atq; ita Petri, Cyni, & Baldi declarationem recentiores[o] meliùs quàm Romanus[p], interpretati ſunt, quibus aſſentior. 1

l l. ſi fideiuſſor in princip. de legat. 1.
m l. trib. ver ſic. pe. de vſuf. ea. re. quæ vſu conſu.
n Bal. i. l. vnica. §. ne autem col. pe. C. de cadu. tollen.
o Iaſ. in. l. ſi fideiuſſor. col. 1. & 2. Iaſ. hic.
p Roma. ſingul. 716.

DICENDVM eſt.) Quia ceſſante ratione legis, lex ceſſat, cuius generis exempla permulta ſunt[q]. Sic & correcta legis ratione, lex vi ipſa corrigitur[r], quę vera ſunt, niſi duæ rationes legis fuerint, tunc enim vna ſublata, reliquæ poteſtate diſpoſitio procedit[s]. 2

q l. adigere. § quamuis. ff. de iur. pat. l. cùm pater. §. dulciſſimis. de leg. 2. l. illud. ad. l. aquil.
r in. l. 2. ff. de legi. tuto. in. §. prouidentia.
s l. ſi non lex alia ſentia. ff. de hære. inſtit. §. affinitatis. inſti. de nupt.

XXXIII. CELSVS, Lib. I. Digeſtorum.

AVVS neptis nomine quam ex filio habebat, dotem promiſit, & pactus eſt, ne à ſe, neue à filio dos peteretur: ſi à cohærede filij dos petatur, ipſe quidem exceptione conuentionis tuendus non erit: filius verò exceptione conuentionis rectè vtetur: quippe hæredi conſuli conceſſum eſt. nec quicquam obſtat vni tãtum ex hęredibus prouidere, ſi hæres factus ſit: cæteris autem non conſuli.

1 *Pater filio quam actionem adquirat?*

a l. & hæredi. §. non autē. l. quod dicitur. ff. de verbo. obligat.
b l. cum qui ita. §. ſe & titiū. ff. de verbo. obligat.
c l. Arrian⁹. ff. de actio. & obligatio.
d l. obligatio nū fere. §. placet. ff. de actio. & obligatio.
e l. cùm à matre. C. de rei vē. authē. de inc. iur. à mori. §ſ. in princip.
f l. iuriſgentiū. §. pactorū.
g l. continuus §. ſi. ff. de verbo. obligatio.
h l. 2. §. ex his. l. 4. §. cate. ff. de verbo. obliga.
i l. iura ſanguinis. ff. de reg. iur.
k l. tutelas. ff de capit. dimi. Bart. in d. l. 2. ff. de accuſ.
l g. in. §. quod autem. inſt. de capi. dimi. Deci. i. l. iura ſanguinis.
m Iaſ. i. l. miles. ff. de re iu. di. l. 4. & 5. ſi in 2. lib. 4. ordi. l. 79. tauri.
n l. 1. in pri. ff. de cēſib. l. 1. C. de aure. anulo.
o l. ſi quis cre diderit. infrà. vbi Paul.
p g. in. c. ſi q. teſtium. de teſtib. Roma. ſingul. 170.
q l. ad egregias. ff. de iur. iurand.
r c. 2. verſ. pe. d. tid. i. 6. Cyn. in l. nec honore. C. de epiſ. audi. Roma. ſingul. 169. Iaſ. in

2 *Pacta liberatoria ab obligatorijs differunt.*
3 *Liberatio fauorabilior eſt.*
4 *Pacta cum defuncto contracta perpetua ſunt.*
5 *Hæredi vni paciſci poſſumus.*

1 A Filio.) Vt hærede, tunc enim ei directū ius quærit, vbi vt filio vtile vbi vt extraneo nullum[a]. CONCESSVM eſt.)
2 Per pactum liberatorium, per obligatorium, vni tantùm neq; conſuli, neq; noceri poteſt[b]. Siue q̄a liberatio fauorabilior[c],
3 ſiue quia obligatio ſemel cum defuncto
4 contracta, perpetua eſſe debet[d], & ad ſingulos hæredes pro hæreditaria portione tranſit, ſiue quia hęres quilibet pro ea portione defunctum repreſentat[e], quo ad cæteras, habetur velut extraneus, pactaque liberatoria perſonalia magis eſſe poſſunt[f], quę Accurſij, Petri, Bartolique rationes
5 ſunt, & iungi ſat poſſunt. Cæterùm & vni tantùm paciſci non poſſe in obligationibus dandi verum eſt, aut facti diuidui, illæ enim ad hæredes pro portionibus hæreditarijs tranſeunt, in obligationibus facti in diuidui, ſecus eſt[g], vt pote in quibus quilibet hęredum, defunctum inſolidum repreſentat[h].

XXXIIII. MODESTINVS. Lib. V. Regularum.

IVS adgnationis non poſſe pacto repudiari, non magis, quàm vt quis dicat nolle ſuū eſſe, Iuliani ſententia eſt.

1 *Iura adgnationis vel ſanguinis quādo pacto repudiari poſſint?*
2 *Nobiliū priuilegiū an pacto repudiari poſsit?*
3 *Nobilitatis ius non iure naturali, ſed iure ciuili competit.*
4 *Renuntiare an poſsit quis priuilegio ne pro debito detrudatur in carcerem?*
5 *Nobilis pauper an renūtiare poſsit priuilegio ne de domo dicturus teſtimoniū extrahatur?*
6 *Legitima, an minui vel tolli poſsit per ſtatutū?*
7 *Communes opiniones contrariæ.*
8 *Filij vnde dicti?*
9 *Liberi vnde ſic appellati?*
10 *Liber pro filio in ſingulari numero.*
11 *Iuſtinianus latinitatis malus eſt auctor.*
12 *Florentini codicis fides expenſa.*
13 *Filium vnicū qui habet, ſine liberis non eſt.*
14 *Suitatis iura, an pacto renuntiari poſſint?*

IVS adgnationis.) aut ſanguinis[i], modò 1
id ſit, quod iure, rationéue naturali, ad aliquem pertinet[k], qualia agnatio ipſa, & in agnatos dilectio, quod verò iure ciuili pertinet, re-
pudiabile eſt[l]. Quo iure quod nobilibus 2
priuilegium eſt, ne in carcerem detrudantur pro debito pecuniario[m], pacto ab his repudiari poſſe, obtinuit: q̄uis enim nobilitatis iura, ſanguinis, & adgnatiōis iure ad
nos ſpectēt[n], iure tn̄ ciuili, priuilegiū id no 3
bilibus, nō iure naturę cōceſſum eſt. Quid
q̄ et pro debito eū in carcerem duci poſſe, 4
qui ei priuilegio renūtiauerit, expreſſum ferè eſt[o], vt ſcrupulū tn̄ inijcere ex eo poſ-
ſimus, q̄ nobiles pauperes, qui inter egre- 5
gias perſonas cōnumerantur[p], priuilegio tn̄ ne de domo dicturi extrahātur[q], minimè renūtiare poſſunt[r], de quo alibi quoq; dicturus ſum[s]. Sed & eadē ratione, contro
uerſus alter articulus cōponitur. Dubitatū 6
em̄ eſt, an legitima filiorū minui, & tolli poſsit p̄ ſtatutū? Et minui poſſe oēs cōſentiunt[t]. An & tolli prorſus? variant, Dynus[v] enim poſſe arbitratur, cuius opinionē cōmunē Imola[x], Alexāder, Decius[y], & Alcia
tus[z] aiunt, cōtrà Rotę[a] deciſum eſt, quę ſen 7
tentia Iaſoni[b] Socino[c], Decio[d], & alijs[e], communis dicitur. Igitur quidā[f] ita cōponūt, quatenus alimēta ea portio reſpicit, tolli nō poſſe, quia iure naturali debētur, quatenus alimentorū modū excedit, tolli poſſe, q̄ exceſſus ille iuris ciuilis ſit, quæ certè concordia, à vero & coi huius legis ſenſu, vel maximè cōfirmatur. Et hæc nūc ſatis, alibi em̄ & de hoc ipſe dixi multis[g]. SVVM liberū.) Filij ab amore ſic dicti q̄-
ſi φίλιοι, liberi verò ad ſeruorū differentiā, 8
q̄ ſimiliter in patriſſ. poteſtate ſunt. Quare 9
& liber pro filio in ſingulari numero inter 10
dū ponitur, quod ſe Bartolus alibi quàm in pręſentia neſcire fatet. Paulus & Iaſon
apud Iuſtinianū[h] non ſemel notāt, ſed ma- 11
lus eſt latinitatis auctor Iuſtinian⁹. Alciat⁹[i] vulgari loquēdi cōſuetudini (ſicut & alibi nō ſemel[k]) tribuiſſe hîc notat Iurecōſultū. Idem[l] tamen alibi, etiam apud Vlpianum, notat[m], qui, locupletior non eſt (inquit) qui liberū adquiſierit, quomodo & Noricus
codex habet, ſed Florentinus libertum, 12
quā lectionem Accurſius etiam agnoſcit.

Adde q̄

d. l. ad egregias. colum. 2.
t in l. pactum inter. infrà. in l. vnica. C. de cenſ.
s Imo. in l. Titie centum. §. Titio genero. n. 11. ff. de cōdi. & demonſt.
v Dyn. in regul. indulcum de regu. in. 6
x Imo. & Alex. in l. quod de bonis. §. fin. ff. ad l. falcid.
y Deci. i. l. iura ſanguinis. & conſ. 19.
z Alci. reg. 1. præſump. 8.
a Rota. in an tiq. deciſ. 476 in ue. deciſ. 18.
b Iaſ. in auth. nouiſſima. & in l. quoniam. vbi Rod. n. 11. C. de inof. teſt. Iaſ. in. l. ſi pater. n. 21. C. de inſti. & ſubſ.
c Soci. i. 1. vol. conſ. 5. & 30. & 150.
d Dec. conſ. 106. num. 4.
e Ioan. Leci. de primog. par. 2. q. 16. colum. fi.
f Deci. in. l. iura ſanguinis.
g i. l. ſi vt allegas. C. ad l. fal.
h l. ſi q̄s filiū. C. de inof. teſt. l. ſi q̄s prioris. § fi. C. de ſecū. nu. §. hac quoq. inſti. p̄ quas p̄ſo. nob. aq.
i Alci. lib. 4. de verb. ſign.
k l. 1. ff. de var. & extraor. cognit. l. publia. ff. depo.
l Alci. i. l. nū eſt ſine liberis. ff. de verb. ſig.
m l. nemo p̄do. §. locupletior. ff. de regu. in.

Adde ꝙ & in Norico & in Florentino, dictio, liberũ, hîc deſyderatur. Quintilian⁹ tñ declaratione .ij. dubio procul, in numero ſingulari effert, liberi ac parentis, nõ alius mihi videtur affectus, quàm quo rerum natura quo mundus ipſe conſtrictus eſt.

13 Cæterùm, & qui vnicum filium habet, nõ eſſe ſine liberis dicitur[a], quod & Gellius oſtendit lib. noct. Attic. 2. cap. 13. Et ſunt[b] qui æquè, filij vel liberi appellatione omnes filios contineri exiſtiment, vt qui filio prouideat, non vni, ſed omnibus prouidiſſe dicatur, atque ita illud[c] intelligendum, filij appellatione liberos omnes intelligi, ſed enim vt id verum eſt[d], ſic ad Pauli reſponſum[e] vix quadrat, neque enim dixit filios intelligimus ſed liberos. quo fit vt receptiorem intelligentiam ad illum locum magis ipſe probem, filij ſcilicet appellatione, non primi tantùm gradus filios cõtineri, ſed vlteriores. Sanè Florentinus

14 & Noricus codex, ſcriptum hîc habent, nolle ſuum eſſe, vt diximus, quæ lectio argumẽtum præſtat, ne ſuitatis iura pacto renuntiari poſsint, de quo ſtatim.

a l. non eſt ſine liberis.
b Conna. libr. 10. cõmen. iur. ciui. capit. 2.
c l. filij appellatione. ff. de verb. ſignif.
d l. ſi quis ita §. ſi quis filio. ff. de teſta. tut.
e d. l. filij.

XXXV. IDEM. Lib. II. Reſponſorum.

TRes fratres Titius, & Mæuius, & Seia communem hæreditatem interſe diuerſerunt, inſtrumentis interpoſitis, quibus diuiſiſſe maternam hæreditatem dixerunt: nihilꝗ ſibi commune remanſiſſe cauerunt. ſed poſtea duo de fratribus, ideſt Mæuius & Seia, qui abſentes erant tẽpore mortis matris ſuæ, cognouerunt pecuniam auream à fratre ſuo eſſe ſubtractam, cuius nulla mentio inſtrumento diuiſionis continebatur. quæro, an poſt pactũ diuiſionis, de ſubrepta pecunia fratrib⁹ aduerſus fratrem competit actio. MODESTINVS reſpõdit, ſi agentibus ob portionem eius, quod ſubreptum à Titio dicitur, generalis pacti conuenti exceptio his, qui fraudem à Titio commiſſam ignorantes tranſegerunt, obIciatur de dolo vtiliter replicari poſſe.

1 *Fratris appellatione an contineatur ſoror?*
2 *Accuſare ſoror an poßit fratrem ſine metu pœnæ, quæ fratri accuſanti imponitur?*
3 *Pœnalia iura an extendantur?*
4 *Correlatiui caſus faciliùs extenduntur.*
5 *Confeſsio ex cauſa liberationis pactum inducit.*
6 *Confeſsio non ſimiliter in iure perſonali vt in reali pactum inducit.*
7 *Familiæ herciſcundæ actio pro his datur, quæ cohæredes vel ſurripiunt vel dilapidant.*
8 *Filius, qui viuo patre furto res aliquas ſubtraxit, quomodo computet?*
9 *Studiorum cauſa filio data quando mortuo patre imputentur?*
10 *Hæredes an præſumantur ſcire contenta in teſtamento?*
11 *Communes opiniones contrariæ.*
12 *Codicillis contenta hæredes ignorare præſumuntur.*
13 *Diuiſio cuiuſmodi contractus ſit?*
14 *l. 30. titul. 11. part. 3.*
15 *Tranſactio ſuper alia re, vel cum alia perſona quando noceat?*
16 *Tranſactio generalis an reſtitutionem comprehendat?*
17 *Specialis proſecutio generalem ſententiam, cõpromiſſum, & tranſactionem reſtringit.*

TRes fratres.) Fratris appellatione ſororẽ contineri Accurſius & omnes hinc colligunt, quo in 1
articulo ampliando reſtringendoque Iaſon diffunditur. Nos è multis vnum illud non omittemus. Reſpondit etenim Fulgoſius, legem[f], quæ fratrem exilio punit, qui 2
fratrem, de magno crimine accuſet, in ſorore locum etiam habere, legis noſtræ argumento. Negat Iaſon[g], qui priùs ſequutus eſt. Negat autẽ eo vel præcipuo duct⁹, ꝙ pœnalia iura non extẽdantur[h]. Ego Fulgoſio magis aſſentior. Cur enim fœminæ 3
melioris in hoc conditionis ſint[i]? Cur Iaſon, ſic diuidit, vt ſoror accuſare vt frater non poſsit, puniri ſoror vt frater nequeat? nam pœnalia non extendi, verum non eſt, cùm eadẽ ratio ſubeſt[k], quinimo; & ſi ſimilis[l], ad exẽplũ enim leges (pœnales licèt) extẽdi bene Baldus notat[m], in ijs 4
pręſertim caſib⁹, qui correlatiui vocãtur[n], qualis hic fratris atq; ſororis eſt.

NIHILQVE SIBI cõe remanſiſſe.) Sed quomodo pactũ hoc eſt, cũ nihil dandum, vel faciendum contineat[o]? Et Ac

f l. ſi magnũ. C. quiaccuſ. nõ poſſ.
g Iaſ. hic colum. 2.
h l. ſanctio. ff de pœn.
i l. fœmina. ff de regul. iur.
k g. 2. vbi Bal. in l. ſi quis id quod. ſ. de iur. om. iud. Iaſ. in ſequens. n. 6. Inſt. de actio.
l l. famoſi. §. penul. ff. ad. l. iuli. maieſt.
m ea. 2. §. ſed quia natura. ꝙ fue. pri. can. be neſ. amit.
n l. ſi. ff. de acc ept. l. ſi. C. de iudi. vid. ſolli.
o l. 5. §. ſtipulatio. ff. de verbo. oblig.

contractum innominatum. Interim com-
14 munia hæc, latè ſumpto vocabulo hoc pro
cedunt.

a l. 30. titu. 11. part. 3.

DE DOLO vtiliter.) Iure Hiſpaniæ[a], ipſo iure hæc non valere videntur.

b l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. & hic.
c l. licet. l. ſicut tibi. C. de iudi.
d l. ſub prætex tu. C. de tranſa.

15 REPLICARI poſſe.) Si petitio & tranſactio ſpeciales ſint, in alia re, alijue perſonæ non nocent, ſiue extra iudicium, ſiue in iudicio tranſactum ſit[b], niſi res, quæ nouiter petũtur, earum acceſſoriæ fuerint, quæ prius petitæ ſunt[c]. Si fuerit vtrunq; generale, in omnibus tranſactio nocebit[d], niſi aliquid ſubtractum ſit, aut niſi res eſſet, cuius quæſtio à teſtamento dependeat, neq; enim tranſactio tunc aliter obeſt, quàm ſi cognitis inſpectiſque teſtamenti verbis fiat[e].

e l. non eſt ferendus. l. de his ff. de tranſact.
f l. ſi ei cui. ff. de lib. legat.
g arg. d. l. ſub prætextu.
h d. l. ſi ei cui.

Sed & credit Bartolus, ſi quid abſque dolo tuo, cæteriſq; cum quibus tranſigas id ignorantibus, penes te remanſerit, generalem tranſactionem nihil obſtare quo minus rem illam reſtituat, quaſi à dolo & culpa tranſactio liberet, non à reſtitutio-
16 ne rei[f]. Fulgoſius, Paulus & Iaſon contrà[g], generalem enim tranſactionem, & ad rei quoque reſtitutionem extẽdi, neque Bartolum eo quo mouetur reſpõſo[h] adiuuari. Intelligi enim illud, cùm liberatio ex cauſa ſingularis actionis fiat, putà locati, depoſiti, commodati, nunc de generali aut vniuerſali loquimur. Si petitio ſpecialis fuerit, & tranſactio generalis, reſtringitur illa ad ſpeciem petitam[i], ſicut & per contrarium petitio generalis, à tranſactione ſpeciali reſtringitur[k]. Illud hîc notandum eſt, ſicut ſententiam[l] & compromiſſum[m],
17 ſic & tranſactionem, ſi generalia ſunt, ſecũdùm ſpecialem proſecutionem reſtringi. Idem eſſe & in his quæ malignè quis proſecutus nõ eſt[n], malitioſam enim omiſſionem in propoſito ſpeciali proſecutioni comparamus. Id quod Bartolus[o], Baldus[p], & Aretinus[q], ſingulare in iure noſtro fatentur.

i l. ſi de certa. C. de tranſact.
k l. age. C. de tranſact.
l l. licet. C. de iudic.
m l. de rebus. ff. de arbit.
n d. l. de reb⁹. verſicu. fin.
o Bart. in l. 2. C. de vſu.
p Bal. in l. ſi. §. ſed ſi quis. nu. 24. C. commu. delegat.
q Aret. in §. ſed iſta. nu. 9. inſt. de actio.

XXXVI. PROCVLVS. Lib. V. Epiſtolarũ.

SI cum fundum meum poſsides, conueniſſet mihi tecum vt eius poſſeſsioné Attio traderes: vindicantem eum fundum à te nõ aliter me conuentionis exceptione excludi debere, quàm ſi aut iam tradidiſſes, aut ſi tua cauſa id inter nos conueniſſet, & per te non ſtaret quominus traderes.

1 *Exempla duo huius legis, & vtrũ melius ſit?*
2 *Exceptio conuentionis pro exceptione intentionis aliquando ponitur.*
3 *Sententiæ declaratoriæ effectus quis ſit in præſentia?*
4 *Pactum de re alij tradenda vim mandati habet.*
5 *Mandatum gratia poſſeſſoris vel debitoris cuius naturæ ſit?*
6 *Conſilium non obligat actiuè, aut paſsiuè.*
7 *Leges conſilium dantes non obligant.*
8 *Mandatum gratia debitoris, vel creditoris factum quando reuocari poſsit?*
9 *Pœnitentiæ locus quando ſit re integra?*
10 *Contractus innominatus ex interuallo vitiatur.*
11 *Interuallum quos contractus vitiet?*
12 *Res integra quando faciat locum pœnitentiæ?*
13 *Contractus innominati non reſpectiui à reſpectiuis differunt.*
14 *Contractus innominati interdum vnius tantùm gratia fiunt.*
15 *Tranſactio re integra reuocari pœnitentia non poteſt.*
16 *Tranſactio, contractus innominatus non reſpectiuus.*
17 *Permutatio quando re integra faciat locum pœnitentiæ?*
18 *Permutatio contractus innominatus non reſpectiuus.*
19 *Permutatio vix diſcernitur à do vt des.*
20 *Bartoli intellectus præter cæterorũ traditionem declaratur.*
21 *Pacta incontinenti appoſita difficiliùs reuocantur, quàm quæ ex interuallo ponuntur.*

VT eius poſſeſsionem Attio traderes.) Dupli 1
citer hanc conuentionem Accurſius & alij exemplo ſubijciunt. Primũ cõueniſſe hoc, inter me & te, vt fundũ meum, quẽ ipſe poſsidebas, Attio traderes: ſecundũ, hoc conueniſſe, ne à te aliud debitũ petam, vt fundum, quẽ poſsidebas, traderes Attio, hoc ſecũdũ verbis legis nõ quadrat, primũ rurſus lex duo

bus exemplis figurat, in priori, res integra
non eſt, in poſteriori erat, eiq; fortes oppo
ſitiones obſtant.

CONVENTIONIS exceptione.)
Sed cũ traditione facta hic nec poſsideat,
nec dolo poſsidere d̃ſierit, quid eſt ꝙ ipſo
2 iure tutus non eſt? Et cõmuniter exceptio
nem conuentionis accipiunt, exceptionẽ
intentionis ſiue facti propter cõuentionẽ,
quæ expoſitio noua nõ eſt[a]. Verùm & hoc
ſenſu, in priori legis exemplo exceptio in
tentionis, in poſteriori propria cõuentio-
nis exceptio obſtabit, neq; id item in iure
noſtro nouũ[b]. Sed mihi Iaſonis placet con
ſideratio admonentis, etiam in priori exẽ
plo, de exceptione propria conuentionis
nos poſſe intelligere, ſiquidem vẽdicatio
domino datur, etiam ſi conuentus fundũ
non poſsideat, declarabiturq; actor domi-
nus, reus verò abſoluetur, effectuſq; ſentẽ
3 tiæ huius declaratoriæ hic erit, vt ſi quan
do reus poſsidere repertus ſit, abſq; nouo
proceſſu, ſententia illa aduerſus eum exe-
cutioni mandari poſsit. Quæ Accurſij[c] ſeo
tentia eſt cum primis notanda[d], quæ tamẽ
ita demum procedit, ſi reus quo tempore
cõueniebatur, in iudicio, vel extraiudiciũ
poſsidere ſe dixerat[e]. Cęterũ hęc vt primo
legis intellectui obſtant, ſic & ſecũdo, ſo-
lutiõe em̃ eius, qđ debetur, vel alterius rei
creditore nolẽte, ipſo iure obligatio tolli-
tur[f], quo ergo reo pacti cõuenti exceptio?
Igit̃ Bartol[o], cui alij aſſentiũt, tres caſus di-
ſtinguit, aut em̃ creditori ſoluitur, & tũc ſi
ue idem, ſiue aliud eo volente ſolutum ſit,
liberatio contingit: aut idem debitum, &
tunc, ſiue eidem, ſiue alij ſoluatur, ipſo iu-
re etiam debitor tutus erit[g]: aut aliud alij
creditore volente ſoluitur, & liberatio nõ
ipſo iure, ſed ope exceptionis contingit[h].
4 PER TE non ſtatet.) Cùm hoc pactũ
de re alij tradenda, vim mandati habeat[i],
quid eſt quòd reuocari vt mandatum non
5 potuit? Et Bartolus quum gratia poſſeſſo-
6 ris vel debitoris mandatum ſit, conſilium
potiùs eſſe notat[k], ac proinde neque acti-
7 uè neque paſsiuè obligare[l], ſicuti neque
leges, quæ conſilium dant, vel in foro, vel
ad peccatum obligant[m]. Cur igitur in præ
ſentia obligatur mandans ne re integra re
8 uocet, qui gratia poſſeſſoris mandauit? Et
reſpondet idem, (neque eſt qui diſſentiat)
quia de re mandantis mandatum eſt, quã
cùm poſsideret alter, videtur velut iure
quodam donationis, aut (quod mihi vi-
detur) gratuitę liberationis, poſſeſſori ius
iam quæſitum, quod meritò reuocari ne-
queat. Quòd ſi gratia creditoris mandatũ
eſſet, ſiue ex interuallo, ſiue incontinenti
pactum apponeretur, & tacitè & expreſſè
reuocari poſſet[n]. Sed & cùm hîc res inte- 9
gra eſſet, cur non pœnitentiæ locus eſt[o]?
Et Bartolus Accurſij ſenſum obſcurũ ſic
interpretatus, regulæ locum tunc eſſe ait,
cùm in continenti contractus innomina- 10
tus perficitur, nõ cùm ex interuallo, vitia
ri enim interuallo contractum innomina 11
tum, ſicut & ſtipulationem[p], qui intelle-
ctus, magno omnium aſſenſu communis
eſt[q]. Vt obijciat tamen Socinus, quòd ali- 12
bi neque aut probatur, neque aut relatus
ſit, quòdque inter contractus nominatos
(quos regulariter interuallum nõ vitiat[r])
& innominatos differentiæ ratio reddi
vix poſsit, præſertim cùm hi nominato-
rum, quibus ſimiliores ſint, naturam ſequã
tur, Baldus, pœnitentiæ locum non eſſe
in contractibus innominatis re integra, ni
ſi tendant ad liberandum[s], qui mihi intel-
lectus (& ſi à quibuſdam reprehendatur)
ſat placet. Idem Baldus regulæ locum eſſe
notat, cùm res integra eſt, verùm hîc in-
tegram non eſſe, quia fauore liberatio-
nis[t], oblatio habeatur loco implementi.
Iaſon vbique poſt Romanum & Imolam
longè aliter explicat. Nempè in contra- 13
ctibus innominatis non reſpectiuis, qui
multi ſunt[v], re integra pœnitentiæ locum
non eſſe, contractum hîc innominatum
non reſpectiuum fuiſſe. Paulus poſt quoſ-
dam antiquos pœnitentiæ locum hîc non
fuiſſe notat, quia contractus hic (licet in- 14
nominatus) non vtriuſque tamen, ſed v-
nius tantùm gratia, celebratus ſit. Cùm
itaque cardo diſputationis in eo verſetur,
quo modo in pręſentia re integra pœni-
tentiæ locus non ſit, Bartolus quia con-
tractus hic (propter interuallum) innomi-
natus non fuerit, Baldus vel quia fauore
liberationis, innominati re integra non
reuocentur, vel quia fauore liberationis
oblatio faciat, ne res integra ſit, Paulus, qa
vnius tantùm gratia contractus hic inno-
minatus fieret, Iaſon, quia innominatus
non reſpectiuus eſſet. Qui omnes ſuſtine-
ri ſat poſsũt, & ſinguli velut limitationes
regulæ

a Bar. in l. in perſonã. §. qui pecuniã. ſuprà
b l. 2. cum gl. ff. de offi. procõſ.
c gl. in l. ſi à te. §. 1. ff. d excep. rei iudi.
d Iaſ. hic col. fin. Are. in ru bri. Inſt. de exce pt. num. 38.
e l. ſi autem in princip. ff. d rei vendi. Iaſ. in §. omnium. num. 23. Inſtit. de actio.
f in princip. inſti. quib. mo. tolli oblig at.
g l. ſolutam. ff. de ſolut.
h hic, & l. fi. §. fi. ff. d verb. obligat.
i l. ſi cum cor nelius. ff. de ſolut. l. manda tum. C. mãda.
k d. l. ſi cũ cor nelius.
l Sali. in l. 1. § ſi plures. col. 2. ff. de exerci.
m Paul. in d. legis virtus. ff de legi. Alex. in 1. conſi. 27. num. 11.
n l. hoc iure. §. ſi quis dederit. ff. de dona.
o l. dedi. ĩ prĩ ci. l. ſi pecuniã. ff. de condi. ob cauſ.
p l. continuus in princip. ff. de verb. oblig.
q Iaſ. hic. & in d. l. iuris gẽ tium. in princ. col. fi. ĩ in. l. ſi pecuniam. col. 1. & 2. in. l. de di. §. idem erit ff. de condit. ob cau. in. l. 1. § g praſens. col. 3. vbi Soci. nu. 3. ff. de ver. obli.
r l. ſi ſtipuler. §. fi. ff. de ver. obligatio.
s arg. l. quamuis. C. de trãſ.
t l. Arrianus ff. de actio. & obligat.
v l. ſenatus § 1. ff. de donat. cau. mor.

regulæ ſunt[a],quales & aliæ plereq; notan
tur.Pro vltimo verò & illud notari poteſt
quod Bartolns alibi[b], differentiam inter
15 cæteros contractus innominatos, & tranſ
actionem ponit,quòd hæc re integra, re-
uocari pœnitentia non poſsit[c]. Etenim ſi
in omnibus hoc, non reſpectiuis admitti-
16 mus,& in tranſactione(quæ & ipſa non re
ſpectiuus eſt[d]) admittamus oportet. Sed
me vnum, vel maximè de hoc Iaſonis in-
tellectu ſollicitat,quòd alibi Accurſio[e] o-
17 mnes dant,in permutatione re integra lo-
cum eſſe pœnitentiæ. Atquiu(vt commu
18 niter etiam fatentur[f]) permntatio contra
ctus innominatns,non reſpectiuus eſt? Ni
ſi fortè in ea ſpeciale dicimus, quòd vix à
19 do vt des diſcernitur[g]. Sanè & Bartoli in-
tellectus ita declarandus videtur, vt con-
20 tractum in hac lege innomiuatum non re
ſpectiuum fuiſſe ſentiat, negat enim re-
ſpectiuum, non reſpectiuum non negat,
& ſi quis ab eo quæreret,ſcio reſpouſurus
ſic erat, quem enim aliū diceret, pactum
hoc,cùm ſit pactū inter non reſpectiuos[h]?
Illud difficile eſt ſecundùm hunc intelle-
ctum, quòd interuallo vitiari contractus
innominatot ſupponit, qnod (cum alibi
non probetur, neq, aut hîc niſi diuinādo)
21 certè quàm durum eſt. Nam & videmus
reuocari difficiliut pacta de ſoluendo alte
ri in continenti apppoſita, quàm quæ ex
interuallo apponuntur[i], & efficaciora vi-
demus[k]. Nec Bartoli ſolutio placet,qui no
minatos ab innominatis(nulla ratione red
dita) differre in hoc ait,

a l. ſi ego. in prin. ff. de iu. doti. Iaſo. in l. ſi pecuniam.
b Bar. in l. naturalis. §. & ſi faciam. nu. 3.
c l. quāuis. C. de tranſac.
d Bart. in l. 1. §. cōuentionis. ſuprà.
e Gl. in l. iuris gentiū. in prin. in gl. facias
f Iaſ. in. l. iuris gentiū. in prin. nu. 7.
g Gl. in rub. & in l. 1. C. de rer. permut.
h Gl. in l. 1. in gl. mag. ff. de actio. & obli.
i L. lecta. ff. & ſolut.
k l. lecta. ff. ſi cert. pet.

XXXVII. PAPIRIVS IVSTVS, Lib. II. de conſtitutionibus.

IMperatores Antonnus & Verus reſcripſerunt, debitori rei publicæ à curatore permitti pecunias nō poſſe: & cùm Philippenſibus remiſſæ eſſent, reuocandas.

1 *Reip. debita quemadmodum curatores eius remittere poſſint?*
2 *Compromittere de rebus ad Remp. pertinentibus an hi poſſint, qui res eius adminiſtrant?*
3 *Compromiſſum an fieri poßit ſuper rebus reſtitutioni ſubiectis.*
4 *Prælatus an in ſucceſſoris pr... promittat de rebus eccleſiæ.*
5 *Minor an compromittere poßit?*
6 *Maioratus ſucceſſor an in præiudicium ſequētis compromittat?*
7 *Compromiſſa quando ſucceſſoribus noceant?*

NON POSſe.) Debitū liquidū Reip. 1
curatores pacto gratuito
remittere non poſſunt, be-
ne tamen ſi per negligentiam, præſcriptio
nem currere ſinant[l]. Sed & debitum non
liquidum tranſactione remittunt[m], & de-
niq; confeſsione pecuniæ receptæ Reip.
nocere ipſi poſſunt[n]. Qnid de compromiſ 2
ſo? Et Angelus, neq; de iure neq; de facto
huiuſmodi adminiſtratores compromit-
tere poſſe ait. Quo exemplo & illud aiūt, 3
ſuper ijs bonis, quæ reſtitutioni ſubiecta
ſunt, compromiſſum fieri non poſſe. Sic 4
nec prælatus ſuper re eccleſiæ alienari pro
hibita, in ſucceſſoris præiudicium cōpro-
mittet[o]. Sic nec minor abſq; ſolennitate, 5
quæ in alienando requiritur, compromit-
tet[p]. Sic neq; ſucceſſor maioratut, quod ex 6
facto ſæpiſsimè reſponſum eſt[q]. Quinimò 7
vt in his ſuper dominio compromiſſa nō
fiunt, ſic neq; ſuper fructibus futuris, licèt
ſuper præteritis fiant[r]. Eò amplius & ſi iu
ratum compromiſſum fuerit, poſſeſſori in
vita ipſius, non ſucceſſoribus nocebit[s].

l l. aduerſus. C. de vſur.
m l. præſes. C. de tranſac.
n l. ne caſu. C. de defenſſor. lib. 10.
o Hoſt. in ca. peruenit. de arbit. & ibi Io. Andr.
p Cyn. in l. nō ſolū. C. de pdi. mino.
q Anton. & Abb. in c. cū tēpore. de arb. & Hoſt. in ſumma. tit. de arbit. §. de qua re. Abb. in c. contingit. de tranſac.
r cap. venissent. vbi Anto. de inſtitut. c. veniens. vbi Hoſt. de tranſact.

XXXVIII. PAPINIANVS, Lib. II. Quæſtionum.

IVs publicum priuatorum pactis mutari non poteſt.

1 *Vs publicum quòd ſit, quod pacto priuatorū mutari non poteſt.*
2 *Fideiuſſores dotium quare non dentur?*
3 *Fideiuſſores de dote reſtituenda an dari non poßint?*
4 *Communes opiniones contrariæ.*
5 *Renuntiari an poßit iuri ne fideiuſſores dotiū dentur.*
6 *Pacta odio alicuius prohibita pacto contrahentium non tolerantur.*
7 *Renuntiare an poßit cum iuramēto legi, quæ ex cauſa publicæ vtilitatis aliquid ſtatuat?*
8 *Salmanticenſis academiæ mos in Bartoli ſcriptis interpretandis.*

9 *Legi ex cauſa publicæ vtilitatis aliquid ſta-*
tuenti an poſsit renuntiari iuramento?

IVs publicum.)
1 Naturale[a], ciuile, quo for-
ma præſcripta ſit[b], ciuile,
quod publicam vtilitatem
directò principaliterq́; reſpiciat[c], ciuile, cu
ius non ſit cauſa præcipua, paciſcentium
vtilitas, vt ea pacta, quę quia cõtra bonos
mores eſſent, vetantur[d], & ea quæ idcirco,
2 quoniam ad delinquendũ inuitant[e]. Quo
modo, & fideiuſſores dotium dari nõ poſ-
ſunt, ne perfidiæ occaſio in matrimonio
præbeatur, ea enim ratio à Iuſtiniano red
dita eſt[f], quam pleriq; ſic interpretantur,
perfidiæ occaſionem præberi, quia confi-
dere de marito, vxorque ſe illi credidit nõ
videatur, cui fideiuſſores pro dote dãtur.
Bartolus[g] perfidiam in eo potiùs eſſe, ꝙ
hoc velut facto vxoris, maritus creditoris
fit ſeruus[h]. Alciatus[i], ad tori fidem ſiue
perfidiam retulit, facilè enim futurum, vt
mariti in vxorum pudicitia conniuerent,
dum fideiuſſoribus, quos de dote darent,
morem gerere in hoc ipſi vellent. Dari au
tem non poſſunt[k], magno omnium con-
ſenſu[l], fideiuſſores de dote conſeruanda,
3 An neq; de reſtituenda? Et hoc quoq; af-
firmat Accurſius, cui° eſt, auctore Raphaē
le[m], opinio communis. Odofredus & alij
permulti contrà de reſtituẽda dari poſſe,
quanuis de conſeruanda non dentur, eãq́;
4 opinionem Imola[n] & Crotus communẽ
affirmant. Alexander[o] opinionum repu-
gnantia notata, priori aſſentit, quam &
ipſe didici magis communem[p], adeò vt
vel ſpõte marito offerẽte, fideiuſſores do
tis aut cõſeruandæ aut reſtituẽdæ, omniũ
5 conſenſu[q], dari non poſsint. Sed nunquid
iuri huic renũtiari poteſt? Et Bartolus alij
q́; negant, quia contra bonos mores tale
pactum eſſet, quod ego de renuntiatione
ſimplici intelligo, cum iuramento verò
fieri eam poſſe, frequentiores[r] cõueniũt.
Sed & permulti alij caſus notantur, in qui
bus dotium fideiuſſores dari iure poſsũt[s].
6 Iam verò quæ pacta odio alicuius prohibi
ta ſunt. pacto cõtrahẽtiũ nõ tolerãtur, cu-
iuſmodi eſt, ne mutua pecunia detur filio
familias[t], & in pignoribus pactum legis cõ
miſſoriæ, odio creditoris reprobatũ, quia
vſuram ſapiat[v]. Poſtremò, & quæ pacta à
lege prohibentur, quæue à lege ſtatuũtur 7
ex cauſa publicæ vtilitatis, quanuis princi
paliter priuatam vtilitatem reſpiciant, pa
cto mutari nequeunt[x]. Sunt & tractatus
huius variæ declarationes à recẽtioribus[y]
traditæ, ſed noſtri inſtituti pro more aca- 8
demiæ Salmanticenſis ea perſequi eſt,
quæ ad textus declarationem cum Barto
lo pertinere potiſsimùm videantur. Qua- 9
re & quod ille ſubdit legi quæ ex cauſa pu
blicæ vtilitatis aliquid ſtatuat, etiam cum
iuramento renuntiari non poſſe, ſimplici
ter verum non eſt[z], quàmlibet regulariter
locum habeat.

a l. ius agnationis. ſuprà. b l. nemo. ff. de lega. 1. l. 1. §. ſi quis ita. ff. de ver. oblig. c l. iuris gentium. §. ſi paciſcar. ſuprà. d l. abla. §. eleganter. ff. ſol. mat. l. ſi vn°. §. pacta quæ contra. ſuprà. e l. ſi vnus. §. illud. ſuprà. l. conuenire. ff. de pact. dot. f l. 2. C. ne fideiuſſo. dot. den. g Bar. in. l. ſi cõſtãte. §. quotiés. ff. ſol. ma. h l. fideicommiſſa. §. ſi rẽ. ff. de leg. 1. l. 3. cum. gl. C. de nouat. i Alcia. lib. 4. parer. c. 26. k l. 1. C. ne fideiuſſ. dot. dẽ. l Imo. i. c. cũ contingat. nu. 88. de iur. iur. m Raph. in. l. ſi conſtante. §. quotiens. ff. ſo. mat. n Imo. in. l. ſi conſtante. in prin. colum. 3. Crot. in. 2. lect. nu. 72. o Alexã. i. §. quotiens. col. 3. p Ripa. in. l. ſi cõſtante. n. 12. q Imol. in. d. c. cũ cõtingat. nu. 88. Lup. in c. per veſtras. §. quinto cũ decis. colũ. 2. cum ſeq. de donat. inter vir. & vxo. r Imo. in. d. c. cum cõtingat. Alex. in. d. §. quotiens. col. 3. Lup. in. dict. §. quinto.

s Bald. nouel. de dote. fo. 17. col. 2. verſ. vigeſimum. t l. Tametſi. ff. ad macedo. v l. fin. C. de pac. pig. Iaſ. i l. quæ Romæ. i prin. nu. 25. et in l. ſi ita quis. §. ſeca. n. 15. ff. de verb. obli. x l. de die. ff. de pact. dot. l. quemadmodũ C. de agric. & cenſ. lib. 11. y Alcia. Parpur. Curt. in. l. pacta quæ cõtra. C. de pac. z Bar. & decio. in. l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. in. l. nemo. ff. de leg. 1.

XXXIX. IDEM, Lib. V. Quæſtionum.

VEteribus placet pactionem
obſcuram vel ambiguam,
venditori, & qui locauit, no
cere: in quorum fuit poteſta
te legem apertius conſcribere.

1 *Obſcura ab ambiguis quantum differant?*
2 *Libellus alternatiuus qua ratione non proce-*
dat?
3 *Incerta ab ambiguis & obſcuris quomodo*
differant?
4 *Generalis ſermo ambiguus, obſcurus an in-*
certus ſit?
5 *Venditori an emptori obſcura pactio noceat?*
6 *L. ſi in emptione. in princi. ff. de contrahen.*
emptio.
7 *Interpretatio in contractibus & teſtamen-*
tis per iudicem fit, in beneficijs & priuilegijs
à Principe.
8 *Clauſula ambigua ab altera, quæ clarior eſt,*
declaratur.
9 *Filiorum maſculorum mentione prius facta*
deinde de filijs, non videtur repetita qualitas
maſculorum.
10 *Petitiones obſcuræ cur ſecundùm actoris in-*
tentionem declarentur?
11 *Interpretatio ferè ſemper fit aduerſus eos,*
qui obſcurè loquuntur.
12 *Perſuſoriè loqui.*
13 *Dolus latet in occulto ſermone.*

VETERibus.) Inter quos Labeo fuit.
OBSCVRAM vel ambi-
guam.)

1 guam.) Cùm diſiuncta inter res diuerſas
ponantur[a], argumentum Papinianus hîc
præſtat, vt obſcura ab ambiguit differre
opinemur. Igitur Accurſius, in eo differẽ-
tiam conſtituit, quòd ambiguitas in ora-
tione ſit, obſcuritas in dictione[b], atq; adeò
in diſpoſitione vel generali vel alternan-
2 ti[c]. Qua ratione & libellus alternatiuus
non procedere dicitur, quia obſcurum di-
ſiunctio faciat[d], niſi quòd articuli huius
reſtrictiones variæ notantur. Sed hæc in
tranſcurſu. Bartolus obſcuritatem in di-
3 ctione, ambiguitatem in oratione ponit,
incertudinem in generali ſermone ſiue di
ſiuncto, in quo Accurſium ipſe reprehen-
dit. Mihi neutrius traditio probabilis viſa
eſt. Nam (vt alia omittam) conceptio illa,
Ne luminibus officiatur, ambigua primũ,
generalis deinde à iuriſconſulto dicitur[e].
Non ergo obſcuritas tantùm (quod Accur
ſius credidit,) ſed & ambiguitas in genera
4 li ſermone eſt, neq; generalis ſermo (quod
Bartolus opinatur) incertus, ſed & ambi-
guus ſat dici poteſt. Alciatus[f] ambigua eſ-
ſe dicit, quæ in ambas partes agi poſsint,
obſcura quæ in quamplurimas, quæ non
magis conſtanter ab ea traduntur. Nam
ambigua, quæ ad vtrunq;[g] & quæ ad mul-
ta[h] referri poſsint, rectè dici, notauim[o]. Igi
tur ipſe (ſi qua tenenda eſt) Baldi[i] magis
traditionem amplector, is obſcuritas (in-
quit) eſt, quando de ſignificatu non con-
ſtat, ambiguitas quando ſignificatum mul
tiplex eſt. Et hæc quidem cùm de verbo-
ru proprietate agimus, alioqui (vt Accur-
ſius & cæteri notant) ſæpiſsime hæc con-
funduntur, vnumq; pro alio poſitum eſt.
Nam & quid mirare, qui hæc legis, ſi de
obſcuro & ambiguo inter noſtros non cõ
uenit, cùm neq; inter ſũmos Philoſophos
ſatis olim conuenerit? Chryſippus omne
verbum ambiguũ dicebat, Diodorus (cui
Crono cognomentum fuit) nullum, ſed ſi
quæ non ſatis intelligerentur, obſcura ma
gis eſſe, quàm ambigua[k], cuius rei Gellius
meminit. lib. xj. noct. Attic. cap. xij.
VENDITORI.) Imò emptori[l]. Quæ
5 difficilis antinomia eſt. Et alij legem con
6 trariam, eo caſu intelligunt, quo obſcuri-
tas non in re principali eſt, ſed in acceſsio-
ne. Sed hoc frequentiores non probant,
quandoq; enim etiam in acceſſorijs inter
pretatio contra venditorem fit[m]. Alij, il-
lic pactum ab emptore appoſitum, hîc à
venditore, quaſi contra eum pactio obſcu
ra ſemper ſit declaranda, qui obſcurè di-
xit. Neq; obeſt, quòd in venditione inſulę
pactum à venditore quandoq;[n] poſitum,
pro eo tamen declaratur, nulla enim illic
ambiguitas, ſed tacitæ hypothecæ acceſſo
riam conuentionem ſecundùm principa-
lem interpretamur[o]. Alij, pactum in lege
contraria, gratia emptoris appoſitum di-
cunt, hîc venditoris, quod Bartolus ea ra-
tione reprehendit, quia hîc non tam con-
ſyderat lex, cuius gratia pactum fuerit ap-
poſitum, quàm à quo proferatur cui hoc
imputat, quòd legem potuit dicere aper-
tius. Soluit itaq; ipſe, hîc conſtare pactum
à venditore appoſitum, in lege contraria
dubium eſſe, ſed quia ab emptore profe-
rebatur, in dubio contra eum declarari ꝑ
quo profertur, quia cùm pacto ſuam inten
tionem fundat (niſi plenè probet) ſuccum
bet[p], quam rationẽ Paulus & Iaſon expreſ
ſim probant. Iidem & cæteri ſolutionem
ſequuntur. Ego & hanc & ſecundam pro-
bo, veriſimile enim eſt, ab emptore pactũ
appoſitum, vt fundi venditioni Stichus ac
cederet. Veriſimile etiã ab emptore pro-
ferri poti[q] quàm à vẽditore, cùm illi quàm
huic ſit vtilius. Quocirca ex ſupradictis le
gis noſtræ regula duobus caſibus reſtrin-
gitur, vt pactio obſcura venditori noceat,
niſi ab emptore appoſita ſit, aut niſi ab em
ptore profertur. Sed & cùm incertitudo
ex alternatiua reſultat, venditoris electio
erit[q]. Sicut & cùm incerta res de certis eli
genda eſt, quomodo Baldus[r] difficilem il
lam ſuperiorem antinomiam[s] diſſolui ma
uult. Præterea, & cũ diſpoſitio alioqui red
deretur inutilis[t], proferenti prodeſt ma-
gis quàm nocet, quo fit vt Calẽdis promiſ
ſum, primis debeatur[v]. Quinetiam licet
in dubio interpretatio contra proferentẽ
fiat, prius tamen illud inſpicitur, quod ve-
riſimiliter actum eſt[x]. Illudq; non omittẽ 7
dum eſt, ꝙ in contractibus dubijs ſicut &
in teſtamentis[y], interpretatio per iudicem
fiet, qui propter hoc principaliter adiri
poteſt[z], in beneficijs verò, & priuilegijs
principum, interpretatio ad principem
ipſum ſpectat[a]. Declarat autem clauſulam 8
vnam ambiguam, alia quę clarior ſit[b]. Idq;
vel maximè eos qui declarant, attendere
oportet, niſi quòd interdum aliæ conie-
cturæ

a Gl. in rubr. ff. de iur. & fac. igno.
b l. ita fidei. ff. de in. fiſ.
c l. prætor. §. quod autẽ. ff. de in. iur.
d Maria. in c. ſignificanti- bus. col. 2. de lib. oblat.
e l. ſi ſeruitu. ff. d ſer. vrba. præd.
f Alcia. in l. nepos proculo. ff. d verb. ſig.
g l. in ambi- guo. ff. de reg. iuris.
h l. vbi. ff. de reb. dub.
i Bal. hic. in 2. lect.
k Soci. in l. 3. ff. de reb. dub. Alcia. in d. l. nepos.
l l. ſi in em- ptione. in pri. ff. de cõtrahẽ. empt.
m l. cum in ale ge. ff. de con- trah. empt. l. ſi arborem. §. fi. ff. de ſer. vrb. præd.
n l. inſulam. ff. qui potio. in pign. habe.
o l. 2. C. per quas perſo. nob. acqui.
p l. nõ nudis. l. non epiſtolis. C. de probat. l. non hoc. C. vn de cog.
q l. ſi ita. ff. d contrah. emp.
r Bal. hic. in 2. lect.
s d. l. ſi i em- ptione.
t l. quotiens. ff. de reb. dub.
v l. cũ qui Ca lendis. i prin. ff. de verborũ oblig.
x l. ſemper in ſtipulationib. ff. de reg. iur.
y l. volunta- tis. C. de fidei- com.
z Bar. hic. & i. l. ſtipulatio. §. in ſtipulatio nibus. ff. d ver bo. oblig.
a l. ex facto. cum gl. inter- pretari. & ibi Bar. col. 2. ff. d vulg. Iaſ. hic.
b l. qui filia- bus. in prin. l. ſi ſeruus plu- rium. §. fin. de leg. 1. l. ſi. §. cui dulcia. ff. trit. vin. oleo leg.

ſturæ fortiores ſunt. Vt in eo, qui de filijs
9 maſculis in prioribus ſubſtitutionibus mẽtionẽ fecerat, in poſteriori de filijs. Ex facto enim Anania[a] (Abbate licèt reclamante[b]) reſpondet, maſculinam qualitatem nõ repetitam[c], quod & Iaſon probat[d].
10 E I qui locauit) In iudicijs ſecundùm actoris intentionem obſcuræ petitiones declarantur[e], ne alioqui reo facilè ſit ſubterfugere.
I N quorum fuit poteſtate.) Obſcura & ambigua pactio illi nocet, qui legem potuit dicere apertiùs re integra[f], ſicq́, fit, vt
11 ferè aduerſus eos, qui obſcurè & non planè[g] & (vt aliquando raro verbo lex ait[h])
12 perfuſoriè loquuntur, conuentiones interpretemur, dolus enim latet in ſermone ob
13 ſcuro, as qui per dictionis obſcuritatem, interpretationem ſibi reſeruat, propter dolum ſuum, ipſam in alium transfert. Quæ Baldi[i] æqua ſubtilisq́; ratio eſt.

a *Ana. cõſil. 22.*
b *Abb. cõſil. 36.*
c *Arg. l. cũ prætor. ff. de iudic.*
d *Iaſ. in d. l. qui filiab[?]. & in 2. vol. cõſil. 142. col. fi.*
e *l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de ver. obli.*
f *l. Labeo. 1. ff. de contrahen. empt.*
g *l. 1. §. fi. ff. d act. emp.*
h *l. qui libertatis. §. fi. ff. d euict.*
i *Bal. in. l. fi. nu. 34. C. d heres. inſti.*

XL. IDEM, libro primo Reſponſorum.

TALE pactum, PROFITEOR TE NON TENERI, non in perſonam dirigitur: ſed cùm generale ſit, locum inter hæredes quoque litigantes habebit.

1 *Pactum an ſit ſine duorum conſenſu?*
2 *Profeßionis verbo confeßio ſiue aſſeueratio ſignificatur.*
3 *Pronomen hoc. tu. quando perſonale pactum inducat?*
4 *Executionis an obligationis verbo taxatiua dictio adijciatur quantum interſit.*
5 *Dictio taxatiua, pactum merè perſonale inducit.*
6 *Conuentiones naturaliter futurum tempus reſpiciunt.*
7 *Pacta omnia aut expreſſè aut tacitè in futurum concipiuntur.*
8 *Pactum generale qua ratione dicatur?*
9 *Pacta faciliùs in hæredem tranſeunt, quando in eis verba obligatoria ponuntur.*
10 *Confeßio ſine cauſa fauore liberationis valet.*
11 *Enuntiatiua verba fauore liberationis extra iudiciom diſpoſitionem inducunt.*
12 *Præſenti pactiones magis quàm abſenti proficiunt.*
13 *Abſentis nomine qui confeßionem acceptare poſsint?*
14 *Confeßio in libro rationom facta quando creditori præiudicet?*
15 *Confeßio ex cauſa obligationis abſenti facta, an proſit illi iure canonico?*
16 *Stipulari alteri alter quando poßit iure canonico?*
17 *Communes opiniones contrariæ.*
18 *l. 3. tit. 8. lib. 3. ordin.*
19 *Liberatio an proficiat præſenti quo ad iura perſonalia & realia?*
20 *Confeßio ex cauſa obligatoria quatenus proſit abſenti?*
21 *Confeßio ex cauſa obligatoria ſatis eſt vt reus ſubijci poßit tormentis, quanuis obſente parte confiteatur.*
22 *l. fin. tit. 13. parti. 3.*
23 *Indicium vnum magnum ad tormenta ſatis eſt.*
24 *Suſpicionis magnæ appellatione indicium magnum, vel ſemiplenam probationem ſignificari.*
25 *Confeſsio extra iudicium abſente parte facta quando noceat?*
26 *Confeſsio iurata fortior eſt.*
27 *Confeſsio geminata potentior eſt, quàm ſimplex.*
28 *Confeſsio ſine cauſa quando confitenti non noceat?*
29 *Confeſsio iudicialis ſine cauſa confitenti nocet.*
30 *Confeſsio iudicialis vt ſit, quæ requirantur?*
31 *Confeſsio iudicialis cur plus noceat?*
32 *Iudicij calore quæ fouentur efficaciora ſunt.*
33 *Confeſsio extraiudicialis ſine cauſa non nocet.*
34 *Confeſsio ſine cauſa indiſcreta vocatur.*
35 *Confeſsio ſine cauſa ad liberandum confitenti nocet.*
36 *Liberatio cauſæ vicem obtinet.*
37 *Iura perſonalia à realibus in materia confeſſionis differunt.*
38 *Iure proprio an iure alterius quis confiteatur multùm refert.*
39 *Confeſsio extra iudicium facta ſemiplenè nocet.*
40 *Confeſsio facta in inſtrumento guarentigio an noceat confitenti?*
41 *Guarentigia inſtrumenta iudiciorum inſtar obtinere dicuntur.*
42 *Baldi repugnantia componitur.*
43 *l. 4. tit. 8. lib. 3. ordin.*

Tale

TA Le pactum.)
1 Sed quomodo pactum hoc
eſt, cùm non ſit duorum cō-
ſenſus[a]? Et Accurſius quæ-
dam ſubaudit, quibus paciſcentis volūtas
appareat, quam ſubauditionem Bartolus
& cæteri non admittunt, tacitum enim pa-
ctum hîc fuit, quo ſe non petiturum ſigni-
ficauit, quia debitorem non teneri profeſ-
ſus eſt.
2 PROFITEOR.) Frequens hoc, vt pro-
feſsionis verbo, confeſsionem, ſiue aſſeue
rationem alicuius leges ſignificent[b]. De
quo nos alibi multis.
3 TE.) Pronomen hoc, perſonale pactum
ſuadebat, ſed quia non verbo executionis,
ſed obligationis adijcitur, perſonale non
4 fuit[c]. Sicq; Paulus & Iaſon declarant. Ad-
de cùm verbum executionis ſimpliciter
ponitur, pactum perſonale eſſe, cùm verò
5 ei taxatiua aliqua dictio adijcitur, merè
perſonale dici. Hoc neq; viuo, neq; mor-
tuo eo, qui paciſcitur perſonam eius egre-
ditur, illud (quanuis mortuo eo ad hære-
des non tranſeat) viuo egreditur[d].
6 NON teneri.) Cùm conuentiones ſuapte
natura futurum tempus reſpiciant[e], quid
eſt quòd hæc, quæ in preſens vel præteri-
tum conſertur, pactum vocatur? Et Accur-
ſius differe in hoc à pactis ſtipulatiōis ait,
quod alijs non placet, neq; enim ratio dif-
7 ferentiæ ſat reddi poteſt. Placet ergo ſolu-
tio Bartoli, qui pacta omnia, aut expreſſè[f]
aut tacitè[g], in futurum cōcipi notat, quod
frequentiores ſequuntur.
NON in perſonam dirigitur.) Non per-
ſonale eſt.
8 GENERALE.) Generale vocat, quia
ad debitoris perſonam non reſtringitur.
9 Non reſtringitur porrò, quoniam verbum
obligatorium poſitum eſt, teneri, ac proin
de in hæredem faciliùs tranſitus fit[h].
10 HABEBIT.) Sed cùm confeſsio ſine
cauſa hæc fuerit, quo iure valet[i]? Et cōmu
niter reſpondent, fauore liberationis[k] id
11 eſſe, alioqui indiſcreta eſſet. Quo modo
& illud etiam excluditur, quòd enuntiati-
ua verba extra iudicium diſponere mini-
mè ſoleant[l], quæ nunc diſponunt. Sed &
12 illud otioſum non fuit, quod debitoris ve
lus præſentis mensio in pactione fiat, neq;
13 enim abſenti proficeret[m], niſi fortè nun-

a l. 1. ſuprà.
b l. nō nudis. C. de probat. l. neq; profeſſio. C. de teſtam. l. pen. ff. de probat.
c l. iuris gentium. §. pactorum. ſuprà.
d Bar. in d. l. ni ſi. ſuprà.
e l. 5. §. ſtipulatio. ff. de ver. oblig.
f §. ſtipulatio
g Hic, & in l. quia dicit. ff. de euict.
h l. cū à matre. C. de rei vē dica.
i l. cùm de in debito. §. fi. ff. de probat.
K l. Arrianus. ff. de act. & obliga.
l l. publia. §. fi. ff. depo.
m Bar. hic. et ī. l. nō ſolū. §. ſi liberatiōis. ff. de libe. leg.
n d. l. publica. § fin.
o Bar. in l. cū qs decedēs. §. codicillis. de le ga. 3.
p l. ſi ege. ff. de neg. geſt.
q Bal. in l. rationes. colū. 2. ad fi. C. de probatio.
r l. nuda. ff. de donat.
s l. diuus. §. fi. ff. ad l. Corn. de falſ. l. qui per aliū. ff. de reg. iuris.
t Iaſo. in §. ſi minus. colū. 2. inſt. de actio.
v Bart. in d. l. nuda. colū. 3.
x Ant. in c. ſi cautio. de fi. inſtru.
y Gl. ī c. quotiens cordis. 1. queſt. 7.
z Fel. in c. ſi cautio. nu. 26.

tius, aut epiſtola interueniret[n], aut coram
notario fieret, qui abſentis nomine confeſ
ſionem reciperet[o]. Idemq; eſſet, ſi procu-
ratore, aut negotiorum geſtore acceptan-
te, modò abſens poſteà ratum habeat[p]. Idē 14
ſi coram ſacerdote in ſacramento pœnitē
tiæ[q]. Idem & ſi in libro rationum ſuarū cre
ditor confiteatur[r], idq; ſiue ſua manu, ſiue
manu alteri[s] ſcripſerit[t], quæ cōmunis opi
nio eſt[t], quāuis Bartolus ſenſiſſè dicatur, re
ferre ſua, an alterius manu, ille ſcripſerit[v]. 15
Sed nūquid iure canonico cōfeſsio ex cau
ſa obligationis abſenti facta non prodeſt?
Et prodeſſe tenuit Antonius[x], eorū maxi
mè argumēto, quæ gloſſator alibi notat[y],
alteri alterum ſtipulari poſſe, cùm ver- 16
ba promiſsionis ad ſtipulantem, executio
nis ad alterum referuntur, quam opinionē
Felinus[z] communem ait. Contrà frequen 17
tiores[a], non eſſe inter ius ciuile & canoni-
cum differentiam, quos & ipſe ſequor. Nā
& opinio illa gloſſatoris, quæ Antonium
mouit, communiter reprobata eſt[b]. Ve- 18
reor tamen ne non iure noſtro[c], Antonij
opinio procedat, ſtatuit enim lex, obligari
quem, etiam ſi inter abſentes obligari ſe
velle oſtendat. Sit tamen in hoc delibera-
tioni locus. Illud planè conſtat, præſenti li 19
beratione proficere, quoad iura perſona-
lia, non quoad realia, vt ſuprà dictum eſt[d].
Abſenti præterea confeſsio, (etiam ex cau 20
ſa obligatoria,) quanuis non profit ad pro
bationem plenam, proficiet ad ſemiple-
nam[e] omnium conſenſu[f], ſicut & illud cō 21
ſtat, ſatis ſuperq; eſſe eam confeſsionem,
vt reus ſubijci poſsit tormentis[g], quanuis
abſente parte confeſſus ſit[h]. Idque & lex
quoque Regia[i] ſignificat, quæ magnam 22
ſuſpicionem ex huiuſmodi confeſsione
aduerſus reum eſſe ait. Vnum autem ma- 23
gnum indicium quin ad tormēta ſufficiat,
dubium non eſt[k]. Sed & magna ſuſpicio il 24
lic, ad ſemiplenam probationem alludit.
Cæterùm & plenè nocet confeſsio extra 25
iudicium abſente parte, ſi iurata ſit[l], ma-
gna etenim vis eſt iuramenti[m], aut etiam 26
ſi geminata[n], arguit enim ſecunda confeſ- 27
ſio animi deliberationem quandam maio
rem[o]. Sed & quod dicitur, cōfeſsionem ſi 28
ne cauſa, confitenti minimè nocere, latiùs
ſic declarari oportet, aut enim iudicialis
confeſsio eſt, aut extra iudicium. Illa ſine 29
dubio nocet[p], vt omnes fatentur[q], Sed vt
iudicialis

de fi. inſtr.
a Gl. in d. c. ſi cautio. Iaſ. hic col. 1. Alexā. 2. vol. cōſ. 180. colum. 3.
b Iaſ. in l. ſtipulatio. §. ſi ſtipuler. n. 10. ff. de ver. oblig. gl. 2. in §. alteri. inſt. de inut. ſtipul.
c l. 3. titul. 8. lib. 3. ord.
d in l. tres fratres. vbi Bart. in. 1. opp.
e l. capite quinto. ff. ad l. Iul. de adult. c. fi. de ſucceſſ. ab inteſta.
f Iaſ. in repe. l. admonendi. nu. 158. ff. de iuiuran.
g Bern. regu. 86.
h Luc. de pe. in l. 1. C. de numer. & actu. lib. 11.
i l. fi. titu. 13. par. 3.
K Gl. ī l. ſi qs alicui. in gl. cō uictus. C. ad l. Iul. maieſt. gl. fi. in l. fi. ff. de quaſt. vbi Barte. nu. 6.
l Bal. in rub. C. res iter ali. act.
m l. cū pater. §. filius matrē. ff. de leg. 2.
n Bar. in l. cū ſcimus. C. de agric. & cenſ. lib. 11.
o l. 2. C. de plus petitio.
p Glo. pen. ad fi. ī l. 1. ff. de inter. act. gl. ī l. certū. in gl. nō puto. poſt pri. ff. de cōfeſſ. gl. 1. in c. 2. de confeſſ.
q Fel. ī d. c. ſi cautio. nu. 10.

30 iudicialis ſit, non ſatis eſt in iudicio factã, niſi coram iudice fiat, aut coram eo, cui iudex receptionem eius cõmiſerit, hoc amplius & in figura iudicij facienda eſt, vt Accurſius[a] verè[b] ſentit, cui alij aſſentiunt[c], iu-
31 dicialem porrò nocere mirum adeò non
32 eſt, ſiquidem efficaciora ferè ea eſſe ſolẽt,
33 quæ iudicij calore foventur[d]. Extraiudicialis certè non nocet[e], cumque ſine cauſa
34 emittitur, indiſcreta vocatur[f], niſi ad li-
35 berandum quis profiteatur, vt in hac lege,
36 liberatio enim ipſa cauſæ vicem habet.
37 Sed id quoad iura tantùm perſonalia,
38 non quoad realia[g], vt diximus. Præterea & cùm quis iure proprio, non cùm iure alterius cõfitetur, verbi gratia procurator[h].
39 Sed & extra iudicium confeſsionem factã ſemiplenè nocere, Accurſij[i] notanda[k] & approbata ſententia eſt[l]. Tandem & hoc
40 credidit Baldus[m], ſi confeſsio in inſtrumẽto guarẽtigio (vt vocant) fiat, nocere eam
41 confitenti, quia videlicet, id genus inſtrumenta, iudicij inſtar obtinere creduntur. At repugnat ſibi ipſi idem ſcriptor[n], & regulæ etiam hoc caſu inhæret, repugnantiam Rodericus[o] è noſtris notat, neq; diſſoluit. Ego Imolæ[p] probo concordiã, quã
42 & Iaſon[q] ſequitur, referre ſcilicet, quibus verbis lex lata eſt. Si enim eiuſmodi inſtrumentis exceptionem aliquam non poſſe opponi dixerit, neq; hæc opponi poterit, confeſsionis ſine cauſa factę. Quòd ſi dixerit, ne aduerſus ea inſtrumenta aliqua exceptio admittatur, tunc hæc opponi ſat po-
43 terit, ſecundùm quæ & lex Regia[r] declaranda eſt, quæ exceptiones contra hæc inſtrumenta, non eſſe admittẽda ſtatuit. Pone enim in inſtrumẽto publici notarij manu confecto te (ſine cauſa tamen) confiteri, eiuſq; confeſsionis executionem aduerſum te peti, an exceptionem iuuari hac poſsis, ſi non ſine cauſa extra iudicium cõfeſſus ſum? Et ego reſpondi iuuari te illa poſſe. Neq; obſtat, quòd certæ exceptiones ibi ponuntur, quæ opponi poſsint, neque enim ſimiles lex excludit[s].

a Gl. in. l. in-bemus. C. de li be. cau.
b Arg. l. po-nul. C. de fide-iuſſ.
c Bal. ĩ. l. hac conſultiſſima. §. penult. C. de teſtam. Iaſ. in l. ius iurandũ quod ex cõuẽtione. §. pupil-lus. nu. 11. ff. de iu. iur. Hippo. ĩ pract. ĩ ver. poſtquã. n. 17.
d l. pacta no-uiſſima. C. de pact.
e l. generali-ter. C. de non nume. pec. c. ſi cautio. de fide inſtru.
f d. l. cùm de indebito. §. fi.
g d. l. tres fra tres.
h l. non abſtu lit. C. ð nouat. Bal. in rub. de pac. nu. 14.
i Glo. in. l. 3. §. eiuſdẽ. ĩ gl. ſpeciẽ. ff. de te ſtib. gl. in. l. fi. in gl. vanita-te. C. de conne. fiſ. ibi. lib. 10.
K Matheſ. not. 13.
l Feli. in. d. c. ſi cautio. n. 10.
m Bal. in. l. ſi cut. C. ð repu. bare.
n Bald. in. l. ſi non ſortem. §. 1. ff. ð cõd. ind.
o Roder. in. l. poſt rẽ. f. 140. ff. de re iudi.
p Imo. in. l. fi. col. 7. verſ. 7. limitat. ff. à qb. appel. lic.
q Iaſ. hic. col. penul. & ĩ. d. l. ficus.
r l. 4. ti. 8. lib. 3. ordin.
s Dec. in. c. ex parte. de off. ð leg.

QVI prouocauit, pactus eſt intra diẽ certum pecuniã, quam tranſegerat, non ſoluta, iudicatis ſe ſatisfacturum: iudex appellationis nullo alio de principali cauſa diſcuſſo iuſtam conuentionem velut confeſsi ſequetur.

1 *Eſt & non vitam hominum verſant.*
2 *Quid & quis difficultatem intellectus huius legis mouent*
3 *Accurſij intellectus diſcuſſus.*
4 *Appellatio quomodo ſententiam extinguat?*
5 *Pactum nudum quomodo hìc proficiat ad executionem.*
6 *Appellatio ſicuti per lapſum fatalium, ita per tranſactionem videtur deſerta.*
7 *Appellatione deſerta iudex à quo exequitur.*
8 *Iudex delegans exequitur, quando cauſa delegata executioni mandanda eſt.*
9 *Appellationis deſertionẽ fieri propter lapſum fatalium, vel propter renuntiationem, vel pactum multùm refert.*
10 *Appellatione deſerta per lapſum anni vel biennij nihil coram iudice appellationis actũ eſt.*
11 *Appellatione deſerta pacto vel tranſactione conuentiones coram iudice quid operentur?*
12 *Pactum de non parendo ſententiæ habet executionem paratam ſicut ſententia.*
13 *Pactum nudum ad actionem aliquando prodeſt.*
14 *Iuſta conuentio ideſt legitima.*
15 *Conuentiones regulariter iure communi executionem paratam non habent.*
16 *Bartoli intellectus expenſus.*
17 *Executionem paratam inſtrumenta de iure ciuili multis caſibus habent.*
18 *Teſtamentum paratam executionem habet.*
19 *Depoſitum paratam habet executionem.*
20 *Stipulatio iudicatum ſolui paratam habet executionem.*
21 *Stipulationes prætoriæ paratam executionem habent.*
22 *Iuramentum habet executionem paratam.*
23 *Sententia habet executionem paratam.*
24 *Confeſsio iudicialis habet executionem paratam.*
25 *Pactum nudum executionem paratam hìc habet.*
26 *Appellatio ſuſpendat an extinguat ſententiam.*
27 *Iuſtum pactum quod dicatur?*
28 *Obligatio naturalis pacto etiam nudo tollitur.*
29 *L. Stichum. §. naturalis. ff. de ſolu.*

QVi prouocauit.) Vt vitam hominum (quod Vergilius in ludicro ait) duo mono 1 ſyllaba

ſyllaba verſant, Eſt, & non, ſic duo alia rurſus in præſenti mouent, Quid, & Quis,
2 Quid videlicet exequendum? Quis exequatur? Sunt igitur varij propter hoc intellectus, ſed duo præcipui, Bartoli vnus, Accurſij alter. Ille de executione conuentionis intelligit, hic de executione primæ ſen
3 tentiæ, de quo primùm videamus. Executioni ſecundùm eum mandabitur in propoſito prima ſententia, exequeturq; Iu
4 dex appellationis. Sed cùm primam illam ſententiam appellatio extinxerit[a], pactũ
5 verò nudum non ad obligationem efficacem, nedum ad executionem ſat ſit, quonam modo ſententiæ executio fiet? Et aiunt, vel pactum à principio quidem fuiſſe nudum, poſtea veſtitum rei interuẽtu[b]. Conueni enim, vt ſi à lite deſiſtam, des mihi centum. Condemnabitur itaq; qui pactus eſt, ex pacto. At ex ſentẽtia executio fiet, vel ſi pactum nudum ſemper proponimus, executionem ſententiæ ideo peti di
6 cunt, quia per tranſactionem ſicuti per lapſum fatalium, appellatio videtur deſerta, ac proinde ſententia reuiuiſcit, quæ antea extincta, nunc ſuſpenſa fuiſſe cẽſenda eſt. Quis ergo tũc exequetur? Et lex iudicem
7 appellationis apertiſsimè ait. Cùm autem appellatione deſerta, non iudex appellationis, ſed iudex à quo appellatum eſt, exequi ſoleat[c], quid eſt quòd hoc intellectu,
8 iudici appellationis executio tribuitur? Et reſpondent, cauſam hîc delegatam, appellatumq; (vt fieri debuit[d]) ad delegantem, eundemq́, etiam exequi. Quæ (vt alia argumenta omittam) manifeſta diuinatio eſt[f]. Et tamen fuit hic intellectus, ſaltim vſq; ad Bartoli tempora communis[g], fuit
9 & ſecundus Guilielmi, qui in iudice ordinatio intellexit, referre opinatus, appellatio propter lapſum fatalium deſerta ſit, an propter renuntiationem vel pactum. In priori enim ſpecie iudicis primi[h], in poſteriori iudicis appellationis, executionem eſſe, hîc ergo & prima ſententia executioni mandatur, & eam iudex appellationis (quamuis ordinarius) executioni mandat. Sed cùm de ratione differentiæ Iacobus et
10 Bartolus dubitent, alij hanc reddidére, quod vbi per lapſum anni vel biennij appellatio deſeritur, nihil coram iudice appellationis actum eſt, cùm verò pacto & tranſactione deſerta eſt, conuentiones coram iudice

a l. 1. §. fin. ff. ad Turpil.
b Gl. facias. § l. iuris gentiũ. in prin.
c l. 5. §. illud. C. de temp. appel. gl. 1. l. eos. in princi. C. de appellat.
d l. vnica. cũ gloſ. C. qui pro ſua iuriſd. l. 1. in prin. ff. quis & à quo appelletur.
e l. à diuo pio in princi. ff. de re iudi.
f l. ſi putator. ff. ad l. Aquil. l. ſi fideiuſſor conuentus. verſ. ignoſcendum. ff. mand.
g Bal. Ang. & Iaſ. hic.
h l. fin. §. pen. C. de temp. appel.

geſtæ, ius hoc illi tribuiſſe videri poſſunt, vt ipſe exequatur. Verùm & hæ non mino 11
res diuinationes ſunt. Quare Odofredus, nihil hîc de executione, tantùm de pronũtiatione agi contendit, & legis hunc eſſe ſenſum, iudicem appellationis, hoc declaraturum bene pronũtiatum, maleq́; appellatum fuiſſe, in quem ferè ſenſum, licèt diuerſimodè, Angelus pronuntiaturum iudicem ait, appellationem deſertam. Quæ quidem intelligentię verę ſunt, ſed & ipſę æquè diuinant, quod enim, vel minimum verbum in lege eſt, vnde ſic fuiſſe pronuntiatum colligi poſsit? Bartolus itaque non de executione ſententiæ, ſed de executio 12
ne conuentionis intelligit. Vt pactum de parendo ſententiæ, ſi tranſactioni non pareatur, habeat executionem paratam ſicut ſententia & confeſsio. Vnde duo 13
ſingularia notantur. Primum, quòd pactum nudum hîc ad actionem proderit, 14
diceturq; tunc (vt exiſtimat) conuentio iuſta, id eſt legitima, quia à lege confirmata eſt[i], quo modo & iuſta ætas, ea vocatur 15
quæ legitima eſt[k]. Secundum, quòd conuentio hæc paratam executionem habet, cùm alioqui conuentiones regulariter iure communi paratam non habeant[l]. Sic autem communiter declarant, quaſi voluerit Bartolus, conuentionem in propoſito, 16
in iudicio eſſe factam, quod ex eo colligere potuerunt, quòd ſententiæ, confeſsioni iudiciali, & ſtipulationi iudicatum ſolui, pactum iſtud æquiparauit. Cæterùm obijciunt huic intellectui Angelus, Salicetus, Fulgoſius, Romanus, ſequentia. Primum diuinationem, quòd de executione verbũ nullum hîc ſit. Sed Bartolus, non tam verbum, Sequetur, ponderauit, quàm illa, Velut confeſsi. Rurſus, diuinatorium etiam contendunt, quia non ſit, vnde colligi poſſit, conuẽtionem hanc in iudicio factã. Reſpondeo, & hoc quoq; ſatis ſignificari, eiſdem illis verbis velut confeſsi. Quanquã neque hoc ipſe mihi perſuadeo Bartolum de ſola conuentione in iudicio facta intelligere, generaliter enim loquitur, notabiliorq; eius intellectus tunc redditur, ſi de conuentione extra iudicium accipimus, nam quòd ſententiæ, confeſsioni, ſtipulationi æquiparauit, nil prorſus obſtat, quæ ſimilitudinis cauſa afferuntur[m]. Præterea & illud quoq; Bartoli intellectui opponitur,

i l. legitimæ. ſupra.
k l. quod ſeruius. ff. de cõdi. ob cau. l. cum filiuſ. ff. de legat. 3.
l l. Minor. xxv. annis cui fideicõ. in pri. ff. de minor.
m l. quod dotis. ff. de dote.

tur, quòd ſecundùm eum, magna illa diffi
cultas non tollitur, cur videlicet iudex ap
pellationis hîc exequatur[a]? Reſpondeo,
id eſſe hoc ſenſu, vel cū primis ſingulare,
quòd iudex appellationis, conuentionem
exequitur, qui ſententiam in priori inſtan
tia latam minimè exequeretur. Poſtremò
& illud opponunt, quòd iure communi cō
uentiones, aut inſtrumenta executionem
17 paratam non habent[b]. Reſpondeo verum
id eſſe, ſed multis caſibus non procedit, ha
18 bet enim teſtamentum paratam executio
nem, ſiue hæres ex teſtamento agat[c], ſiue
19 legatarij aut fideicommiſſarij aduerſus hę
20 redem[d], habet contractus depnſiti[e], ſtipu
21 latio iudicatum ſolui[f], atq; adeò ſtipulatio
22 nes cæteræ prætoriæ[g], habent iuramentū
23 vt communiter[h] traditum eſt, ſententia[i],
24 confeſsio iudicialis[k], quorum exemplo
mirum non eſt, ſi ſecundùm Bartoli intel-
lectum conuentio hęc habuerit, niſi quòd
25 hic caſus præ cæteris videtur notandus, cū
in eo cōuentio, alioqui inefficacior[l], ideſt
nuda, paratam executionem habet. His igi
tur, quæ Bartolo obijciebantur, minimè
obſtantibus, ſuus hic intellectus crebrius
receptus eſt[m]. Sanè & quod in præſentia
26 diffuſè, ſed latiùs quàm cæteri Baldus tra-
ctat, appellatio extinguat ne primam ſen-
tentiam, an potiùs ſuſpendat, frequentio-
res[n] in hunc modum diffiniunt, extingui
eam in præſens tempus, ſuſpendi inſpecto
futuro euentu, etenim ſi vel appellatio de
ſerta fuerit, vel cōfirmata prior ſententia,
reuiuiſcit illa tunc, idq; per fictionem ma-
gis quàm ſecundùm veritatem.

PACTVS eſt.) Pacto nudo, aut veſtito ſecundùm diuerſas intelligentias.

TRANSEGERAT.) Tranſactione primùm facta, pactus deinde eſt. Sed et poteſt vtrunq; de vnica conuentione intelligi.

IVDEX appellations.) Delegans ſecundùm Accurſij intellectum, aut etiam ordinarius alter, ſecundùm intellectus aliorū.

27 IVSTAM conuentionem.) Exiſtimauit
non ſemel Alciatus[o], iuſtum pactum veſti
tum eſſe, idq; eſſe quod Papinianus[p] ait,
naturalem obligationem iuſto pacto tol-
li. Coraſius[q], Iuſtum pactum, ideſt non ini
quum, non improbatum iuridicum, quo-
modo & hîc iuſta conuentio dicitur. Ego
huic quoque magis aſſentior, nam præter

a d. §. illud.
b d. l. minori. xxv. annis.
c l. fina. C. de edic. di. ad. tol len.
d Authē. de hær. & fal. §. illud. in gl. de creto. & ibi Angel.
e l. penult. C. depo.
f l. 1. ff. iudic. ſol.
g Ange. & Iaſ. colū. ſi.
h Iaſo. in l. 2. col. 1. ff. de iu. iuran.
i l. 1. C. de exe cu. rei iudi.
k l. poſt rem. ff. de re iudi. l. vnica. C. de cō feſſ.
l l. iuris gentium. verſ. igi tur nuda.
m Iaſ. hic. colū. antep. & in l. 2. nu. 18. ff. de iu. iurā.
n Pau. col. 2.
o Alciā. lib. 4. parad. c. 7. & in l. lege obue nire. ff. de ver bo. ſig. in l. pa cta nouiſsima col. 2. C. de pac.
p l. ſtichū. §. naturalis. ff. de ſolut.
q Coraſ. libr. 3. miſcellā. c. 1.

quàm quòd obligationem naturalem pa-
cto etiam nudo tolli, omnes fatentur[r], de
nudo Papinianum non minus quàm de ve
ſtito ſentire ratio ſubiecta ſat indicat, quia
(inquit) vinculum ęquitatis, quo ſolo ſuſti
nebatur, æquitate conuentionis diſſolui- 28
tur, ideſt æquitas obligationis naturalis,
æquitate alterius naturalis, quam pactum
nudum producit, nihil enim tam naturale
eſt[s]. Adde quòd & iuſtum pactum pro nō
iniquo neq; contra bonos mores, apud Pa
pinianum Bartolus primùm accepit[t]. Ad 29
de quòd & hîc iuſta conuentio, pro lectio
num differentia aut nudam aut veſtitam
comprehendit.

VELVT confeſsi.) in iudicio.

r l. ſi vnus. §. pactus ne pete ret.
s l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur.
t Bart. in l. 1. & exceptioné. §. ſi. ff. de condi. indeb.

POſt diuiſionem bonorum & æris alieni, ſinguli creditores à ſingulis hæredibus nō interpoſitis delegationibus inſolidum, vt conuenerat, vſuras acceptauerunt. actiones, quas aduerſus omnes pro partibus habent, impediendę non erunt, ſi non ſinguli pro fide rei geſtæ totum debitum ſingulis offerant.

1 *Creditoribus quando noceant pacta interpoſita inter emptorem hæreditatis & venditorem.*
2 *Solutionis receptio ab actionis intētione qua ratione differat?*
3 *Delegationum interpoſitio facit, vt creditoribus noceat pactio emptoris & venditoris hæreditatis.*
4 *Creditori tacita pactio nocet, cùm agit aduerſus eum, qui nomen eius acceperat.*
5 *Solutionis receptio creditori non nocet, quia pro hæreditarijs portionibus debitoris hæredes conuenit.*
6 *Solutionis receptio neceſſaria eſt.*
7 *Debitor inuitus non ſolùm ſolutione verùm etiam obſignatione & oblatione liberatur.*
8 *Creditori inuito fieri pro debitore ſolutio poteſt.*
9 *Acceptilatio creditorum facta in vſuris ad ſortem non extenditur.*
10 *Acceptilatio actus voluntarius eſt.*
11 *Actus voluntarij non extenduntur.*
12 *Vſurarum receptio quoad ſortem quomodo non noceat?*
13 *Vſuras ſortemq; ſimul eiuſdem temporis quis habere non poteſt.*

Impedien

IMpediẽdæ nõ
erunt.) Sed cur alibi[a] credi-
tores, qui aduerſus empto-
rem hæreditatis agunt ex-
ceptione taciti pacti, à venditore hære-
ditatis repelluntur? Et Bartolus alijq́; re-
ſpondent, quoniam qui agit, ſponte actio-
2 nes intendit, qui ſolutionem recipit, neceſ
ſariò recipit[b]. Diſtinguendi itaq; quatuor
3 caſus ſunt. Primus, cùm interpoſitæ dele-
gationes fuerint, tunc enim pactio credi-
4 toribus nocet[c]. Secundus, cùm creditor a-
git contra eum, qui nomen eius accepe-
rat, nam & hîc tacita quadam pactione, ſi
bi nocet, cùm agit[d]. Tertius, de creditore
5 eſt, qui ſolutionem recipit, ille verò ſibi
nil nocet quominus pro hæreditarijs por-
6 tionibus debitores hæredes conueniat, ne
ceſſaria enim ſolutionis receptio eſt,[e] non
ſolùm ſi vnus ex hæredibus pro cohære-
de ſoluet, verùm etiã ſi extraneus quiuis.
Proditumq́ue eſt, obſignatione atq; obli-
gatione pecuniæ debita[f], nedum ſolutio-
7 ne[g], quam extraneus faciat, debitorem in-
uitũ liberari, quomodo & paragraphi hu-
8 ius argumento, creditori inuito fieri pro
debitore ſolutio poteſt, neq; enim bonam
fidem agnoſcit creditor durus, qui non ni
ſi de manu debitoris recipere vult. Quar-
9 tus caſus, de acceptilatiõe creditorũ eſt, ea
ſiquidem ſecundũ vnum huius textus ſen
10 ſum, acceptum ferenti (quãuis actus volũ
tarius) ideò nõ obſtat, quia in vſuris facta
eſt, id eſt acceſſorijs quibuſdam, ac proin-
de ad ſortem, id eſt principale minimè ex
11 tenditur.[h] Nam & actus voluntarij, vltra
quã petatur[i], agatúrue[k] extendi non ſolẽt.
12 Cæterùm & receptionem vſurarum non
nocere quo ad ſortem hoc ſenſu procedit,
ne quo ad ſortis petitionem omnino no-
ceat, nocet tamen quantum ad dilationẽ
petendi, etenim pro eo tempore qno vſu-
ræ præſtantur, ſortis petitio non eſt, quia
eiuſdem temporis vſuras[l] ſortemq́; ſimul
13 habere quiſquam non poteſt[m]. Sed & no-
cet vſurarum receptio debitori in hoc, quod
ea ſortis promiſsionẽ præceſsiſſe arguit[n].
OFFERANT.) Hæc vera lectio eſt, ex
Florentinis pandectis, offerre itaq; nedũ
ſoluere extraneus inuito creditori pro de
bitore poteſt.

a l.2.C.de pactis.
b l. fideicommiſſa. §. ſi rẽ. de leg. 3.
c vt hic. et l. 2.C. de hæred. vel act. vend. verſ. ſi.
d l.2.C.de pactis.
e vt hic. iunc. dic. §. ſi rem.
f l. qui decem §.1.ff. de ſolut. l. cũ poſtlimi-nio.C. de Capt. ſalic. n. l. obſignatiõe. C. de ſolut.
g l. ſoluendo. C. de neg. geſ. l. ſolutionem. C. de ſolut.
h l. ſi pacto quo pœnã. l. pe tens. C. de pac. l. ex pupillari. ff. de vulg.
i Barto. in l. Titium. §. alte ro. Col. pen. ff. de admi. tut.
k l. nec oẽs. ff. ſi cert. peta.
l l. qui in fu-turum. in prin cip. infrà. l. 2. verſ. nec ma-le. ff. de doli except.
m l. lecta. ver. nec ante. ff. ſi cert. peta.
n l.2.C. de dot. promiſ.

PAter, qui dotem promiſit, pactus eſt
vt poſt mortem ſuam in matrimonio
ſine liberis defuncta filia portio dotis a
pud heredem ſuum fratrẽ remaneret.
ea conuentio liberis à ſocero poſtea ſu-
ſceptis & hæredibus teſtamẽto relictis
per exceptionem doli proderit: cum in-
ter contrahentes id actum ſit, vt hære-
dibus conſulatur: & illo tempore, quo
pater alios filios non habuit, in fratrem
ſuum iudicium ſupremum contuliſſe
videatur.

1 *Remaneo verbum commune eſt.*
2 *Legata an conſeruentur filio præterito à patre ignoranter?*
3 *Auth. ex cauſa. C. de liberis præteritis. an habeat locum in præteritione paterna.*
4 *Communes opiniones contrariæ.*
5 *Legitimatio naturalis, vel ſpurij an reuocetur ſi poſtea filios legitimos & naturales pater ſuſcipiat?*
6 *Exceptio doli quomodo hîc opponatur?*
7 *Renuntiari an poßit beneficio legis, qua donationes reuocantur?*
8 *Communes opiniones contrariæ.*
9 *Mandatum Epiſcopo an ad ſucceßorem eius tranſeat?*
10 *Heredem appellans in diſpoſitione inter viuos an videatur eum heredem facere?*
11 *Vltima voluntas an ſit dicenda nominatio vtcunq; facta ad pias cauſas, vel fauore militum, vel inter liberos.*

PROMISIT.)
Genero.
REMANERET.) Haloã-
der legit maneret, ſed priorẽ
lectionem vetuſti codices & Pandectæ
Florentinæ confirmãt. Dupliciter autem
exponi põt, dote nõ ſoluta propriè, dote
ſoluta impropriè, eſt eñ verbũ hoc ex eo
rũ numero quæ cõia dicuntur, & vel dire 1
ctò, vel per obliquum accipi poſſunt[o].
LIBERIS.) Et datiui & ablatiui caſus
hæc eſſe poſſunt.
POSTEA SVSCEPTIS.) Colli-
git Bartolus argumentnm vt filio à patre 2
præterito ignoranter, legata ex Nouella
Iuſtiniani cõſtitutione[p], non conſeruen-
tur. Quæ opinio & verior[q], & magis admiſ
ſa eſt[r], quicquid Accurſius[s] ſentiat, niſi quod
hui' opinio, nõ paucis caſibns ſuſtineri po
teſt, quos Imola, Iaſonq́; notant. Sed nun-

o l. ſi cùm ante. C. de donat. ante nupt.
p auth. ex cauſa. C. de lib. præte.
q hic. & l. ſi vnquam. C. de reuoc. donat. l. ſi cùm vel in vtero. C. de to ſta. mili. l. generaliter. §. cũ aũt. C. de inſtitu. & ſubſti. l. cum auus. ff. de condit. & demonſtrat.
r Imo. in l. ſi lio. on. 16. ff. de iniuſ. rup. Iaſ. in d. auth. ex cauſa. nu. 4.
s gloſ. ſi. in l. vxorem. ff. de manu. teſta.

quid (quod tanquam non dubium ſuppo-
3 nere Bartolus hîc videtur) verum ne eſt,
nouellam conſtitutionem in prçteritione
patris procedere? Et Accurſius negat[a].
Quid igitur? præteritionis verbum ad ma
4 trem aut aſcendentium per lineam mater
nam referri credit, quam opinionem Cy-
nus[b] cõmunem ait. Raphael (vt Corneus[c]
refert) vel ineptior, qui veram contendit,
vt De⁹ in cœlis eſt. Cæteri enim crebrius[d]
contrariam ſecuti ſunt, generaliter enim
5 de cauſa præteritionis lex loquitur. Sed
quid ſi naturalem aut ſpurium pater legiti
mari faciat, deinde legitimos & naturales
ſuſcipiat, an legitimatio reuocabitur? Et
reuocari, Gulielmus Albericuſque credi
dere, contra quos crebrior opinio eſt[e]. Si-
quidem filij poſtea ſuſcepti ſtatum natu-
ralis mutare nõ poſſunt, quamlibet diſpo
ſitiones circa bona reuocentur.
6 PER EXCEPTIONEM
doli.) Dote ſoluta, ea exceptio marito da-
bitur, ſi is à teſtatoris fratre conueniatur.
Dote verò non ſoluta, filij teſtatoris mari-
to eam exceptionem opponunt.
I D actum ſit.) Quid ſi & hoc ageretur, vt
licèt liberis ſuſceptis dos apud fratrem ma
7 neret? Et quæſtio in eo ſita eſt, an etiam be
neficio legis[f], qua donationes reuocãtur,
renuntiari poſsit. Quòd Oldradus[g] negat,
neque deſunt, qui eam opinionem com-
munem credãt[h]. At eſt cõtraria receptior[i]
8 quam & ipſe ſequor. Igitur & in propoſi-
to idem dicendum erit. Sit tamen in hoc
deliberationi locus.
V T HAEREDIBVS conſu-
9 latur.) Argumentum Accurſius hinc ſumi
dicit, vt mandatum epiſcopo, à Summo
Pontifice, ad ſucceſſorem epiſcopi tran-
ſeat, diſtinguique oportere Bartolus cre-
dit, noĩe proprio, an appellatiuo, an vtroq;
cõmiſſio fiat. Quam opinionẽ Iaſ.[k] ſimpli
citer communẽ fatetur. Ego cum alijs la-
tiùs diſtinguebam[l], ſed illa nunc repeten-
da non ſunt.
10 I V D I C I V M ſupremum.) Notat
Bartolus, ſi quis in diſpoſitione inter vi-
uos, alium hæredem ſuum appellet, vide-
ri eum hæredem facere, & iudicium ſuum
ſupremum in illum conferre. Sed id Pau-
lus & multi vix eſt vt admittant, poſſunt
enim hæc, de fratris deſtinatiõe intelligi,
aut per quandam anticipationem. Et quid

a g. in authẽ. vt cùm de appe. cog. §. aliud in g. præterire.
b Cyn. in d. l. filio præterito.
c Corn. in authen. ex cauſa num. 6.
d Bald. & Imo. in l. filio. num. 7. & 13. Iaſ. in authẽ. ex cauſa. nu. 1.
e Iaſ. hic. n. 8.
f dict. l. ſi vnquam.
g Oldr. conſ. 173.
h Soci. in d. l. cũ auus. col. 19. ff. de condit. & demonſtra.
i Soci. 1. 2. vol. conſ. 263. n. 11. Tiraq. in. l. ſi vnquã. n. 86. & nu. 169. et in verſi. libertis. num. 92.
k Iaſ. hic colum. fin.
l in. l. & 94. ff. de iur. om. iudic.

ſi (quod & vero ſimilius eſt) fratrem fratri
hæredem teſtamento reliquerat, cùm fi-
liam nuptui tradebat, vnde meritò hære-
dem appellauit? Quod ipſe probo. Sed nũ 11
quid ad pias cauſas[m], fauore militũ[n], inter
liberos[o] nominatio vtcunque facta, ad vlti
mam voluntatem refertur? Et Bartolus in
præſentia credidit, ſed res cõtrouerſa eſt,
vt Iaſon notat. Ego hoc ſecurius opinor,
vt his caſibus id ita demum procedat, cùm
non extra expreſſa in iure trahantur, alio
qui corruet ferè teſtamentorum pote-
ſtas[p].

m c. ſi. de ſucceſ. ab inteſta.
n l. licet. C. de pact.
o l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. C. de teſtam. l. fi. C. famil. h.
p l. hæreditas C. de pact. conuent.

XLI. IDEM, Libro vndecimo Reſponſorum.

INTRA ILLVM DIEM DEBITI PARTEM MIHI SI SOLVERIS, ACCEPTVM TIBI RESIDVVM FERAM, ET TE LIBERABO. licet actionem non habet, pacti tamen exceptionem competere debitori conſtitit.

1 *Contractus innominati non per modum tantùm, verùm per conditionem concipi poſſe.*
2 *Communes opiniones contrariæ.*
3 *Pactum nudum fauore liberationis non ſemper actionem parit.*
4 *Pacta nuda legis auxilio non veſtiuntur ſiue ad obligandum ſiue ad liberandum ordinentur.*
5 *Pactum rei traditione veſtitum an ad actionem ſemper proficiat.*
6 *Pacta nuda rei interuentu an ſemper veſtiantur.*
7 *Accurſij opinio expenſa.*
8 *Contractus innominati à modo implendi an à modo ineundi iudicentur?*
9 *Actio de dolo non ſemper datur ex cõtractu innominato facio vt des.*
10 *Contractus innominatus facio vt des aliquã do actionem de dolo, aliquando præſcriptis verbis producit.*
11 *Actio de dolo cum quibus remedijs non concurrat.*
12 *Certi condictio generalis, & actio de dolo cõcurrunt.*

13 *Exce-*

13 *Exceptio doli cum alijs aut actionibus aut exceptionibus bene concurrit.*

1 INtra.) Notant Accurſius & Bartolus ex his verbis, contractus innominatos non per modum tantùm, verùm & per conditionem concipi poſſe. Variat idem Accurſius[a]. Doctores (Bartolo teſte) in ea opinione ſunt, vt ſi ex eo quod per cõditionem apponitur, aliquid parti adſit, per conditionem concipi poſ-
2 ſint. Sed Bartolus generaliùs (ſi conditio impleta ſit) per conditionem eos concipi poſſe, quæ ſententia videtur magis communis[b].

a g. in l. ſi quis cum debitore. ff. de iur. iur.

b Iaſ. in l. naturalis. in princip. col. 2. ff. de praeſ. ver. & in d. l. ſi quis cum debitore. colum. 2.

LICET actionem non habeat.) Et ſi pactum nudum cùm ad obligandum tendit, actionem non pariat[c], videri tamen po-
3 tuit, aliud dicendum, fauore liberationis[d]. Sed contrà eſt, vt hîc Angelus notat, quòd
4 pacta nuda legis auxilio non veſtiantur, ſiue ad obligandum, ſiue ad liberandum (vt inquit Angelus) ordinentur, idque ſiue pactum ad liberandum in præſens conceptũ ſit[e], ſiue in futurum, quomodo hîc accipitur, in quo illud meritò Bartolus notat, quòd cùm pactum de liberando in futurum ſit, producit tamen exceptionem in præſenti. Secunda dubitandi ratio inde ſu-
5 mitur, quòd pactum hîc rei traditione, id eſt ſolutione veſtitum[f], [illegible] actionem proficere debuit. Sed decidendi ratio vera illa eſt, quòd traditio hîc fieret ex neceſſitate conuentionis præcedentis. Quare & illud receptum eſt, vt ſiue in continenti, ſeu ex interuallo traditio fiat, pactum in hac lege non veſtiat. Sed & illud hinc Bartolus & alij notant, per contrarium, ſi neceſſitas tradendi non omnino ſubeſſet, (puta quia obligatio naturalis tantùm contracta eſt, vel debitor dilationem haberet) pactum eo caſu traditione veſtiri. Tertia denique ratio dubitationis inde ſumitur, quod
6 pacta nuda rei interuentu, ſiue implemento conditionis veſtiri ſoleant[g]. Sed cõmuniter, huic quoq; difficultati reſpõdent, ceſſare etiam illa veſtimenta, cũ ex neceſſitate conuentionis præcedentis interuenit,
7 vel impletur conditio. Nam quòd Accurſius ceſſare actionem hîc dicit, quia contractus fuit innominatus facio vt des, vnde actio de dolo naſcitur, quæ ceſſat, ſi alia remedia ſubſint, expendẽdum eſt. Aut enim contractus innominati, do vt facias, & facio vt des, à modo implendi & non à 8
modo ineundi iudicantur, aut quod eſt receptius in quolibet, duo contractus ſunt, ex parte dantis do vt facias, ex parte faciẽtis, facio vt des, de quibus opinionibus dixi ſuprà ſuo loco ſatis[h]. Sed ſiue hoc ſiue illo modo cognoſcatur, nil certè vetat, quin hic contractus non minus, do vt facias diceretur, quàm facio vt des. Quid quod 9
actionem de dolo dari ex facio vt des non erit perpetuum, competit enim ea vbi daturus dare ceſſat, non ſi det[i]. Competit inſuper actio præſcriptis verbis ex facio vt 10
des, cùm dare ceſſat, ſed ei ex facto facientis aliquid adeſt, quæ omnia (quoniam alibi à me latiùs tractata ſunt) nunc repetenda non erunt, tantùm illud in propoſito non omiſero, actionem de dolo (vt Bartolus ſentit) non competere, cùm alia reme- 11
dia dentur, verbi gratia actio ſpecialis[k], exceptio, officium iudicis[l], concurrere tamẽ eam cum certi condictione generali[m], ex 12
Accurſij opinione, quam omnes probãt[n]. Sicut & illud conſtat[o], doli exceptionem 13
cum alijs aut actionibus aut exceptionib[9] rectè concurrere.

c l. iuris gentium. verſic. igitur. ſuprà.
d l. arrianus. ff. de actio. & obligat.
e l. tale pactũ in princip. ĩi.
f l. legem quã l. traditionib[9] C. de pact. l. diuiſionis. l. itra diriumbas. infrà.
g l. iuris gentiũ. §. 1. ĩ. l. ex placito. l. reb[9]. C. de rer. permut.
h in l. iuris gentium. §. & ideo.
i d. verſi. & ideo.
k l. 1. §. fin. ff. de dolo.
l g. in l. de tutela. in g. probata. C. de reſtit. in integ. l. diuus. ff. de reſtit. in integr.
m g. in d. l. 1. §. 1. in gl. ciuilis. ff. de dolo.
n Iaſ. in l. certi condictio. in princ. n. 20. ff. ſi cer. petat.
o l. apud celſum. §. labeo. et ſi ex ſtipulatu ff. de do. excep. Ang. in prin. inſt. de excep. num. 20.

XLII. IDEM, Libro ſeptimodecimo Reſponſorum.

INter debitorem & creditorẽ conuenerat vt creditor onus tributi prædij pignorati non adgnoſceret, ſed eius ſoluendi neceſſitas debitorem ſpectaret. talem conuentionem quantum ad fiſci rationem nõ eſſe ſeruandam reſpondi: pactis etenim priuatorum formam iuris fiſcalis conuelli non placuit.

1 *Tributarij prædij poſſeſſor ad functiones & tributa tenetur.*
2 *Fiſco non præiudicant conuentiones factæ inter creditorem & debitorem.*
3 *Immunitas à tributis vni præſtita, an cæteros oneret?*
4 *Hæres præterita tributa præſtat.*
5 *Legatarius tributa ſoluit.*
6 *Vſufructuarius in dubio ſoluit tributa.*

1 NON eſſe ſeruã-
dam.) Tributarij prædij poſ-
ſeſſor ad functiões & tributa
tenetur[a], neq; fiſco conuẽtio-
2 nes inter creditorẽ debitorẽq; factæ præiu
dicant, ipſis inter ſe præiudicãt[b]. Si itaq; fa-
bro villa immunitatem à tributis promit-
tat, villa ciuitati aut domino pro fabro ex
3 oluet[c]. Contrà ſi dominus, vni ex vicanis
aut ciuibus immunitatẽ à tributis præſtet,
qui decem contribuere ſolitus ipſe ſit, cũ
omnes ad centum tenerentur, vicani, ſiue
ciues tanto minus, id eſt nonaginta præſta
4 bunt[d]. Sanè hæres præterita vectigalia, ſa-
5 laria, & tributa præſtat[e], legatarius futura[f],
6 vſufructuarius in dubio, non proprietarius
ea ſubiturus eſt[g].

a l. in ſumma C. de pignor. l. l. ſi. C. de præd. & omnib. reb. nauic. lib. xj. l. 1. l. ſi C. ſine cẽ. vel reliq. l. imperatores. ff. de public.
b l. epiſtola. §. fin. infrà.
c §. in. l. vacuatis. i. §. 1. & decor. lib. x. Aug. hic.
d l. omnes. C. de anno. lib. x. l. actores. C. de exac. tribut. li. x. Angel. in l. ſi vnus. §. it[e] ſi pactus. ī.
e l. apud Iuliam. §. hæres. de legat. 1.
f l. quæro. ff. de vſu. & vſuf. leg. l. hactenus. §. 1. ff. de vſuf.
g l. ſi pendentes. §. ſi quid cloacary. ff. de vſu fruct.

XLIII. PAVLVS, Libro quinto Quæſtionum.

IN emptionibus ſcimus quid
præſtare debitor debeat, quid
q; ex contrario emptor. quòd
ſi in cõtrahendo aliquid exceptum fue
rit, id ſeruari debebit.

1 *Subſtantialia contractus quæ dicantur?*
2 *Naturalia contractus quæ ſint?*
3 *Accidentalia contractus quæ vocentur?*
4 *Pacta contra ſubſtantialia naturalia vel accidentalia contractus quando valeant?*
5 *Pacta ſuper ſubſtantialibus ſemper ineſſe dicuntur.*
6 *Pactum vbi fit contra ſubſtantialia, nouus cõtractus eſt.*
7 *Subſtantialia contractus arbitrio alterius nõ committuntur, naturalia vel accidentalia cõmitti poſſunt.*
8 *Pacta contra ſubſtantiam matrimonij carnalis vel ſpiritualis non valent.*
9 *Monaſterium ingreſſus pacto ſibi propria retinere non poteſt.*
10 *Monacho repugnat habere proprietatem.*

1 ID ſeruari debe-
bit.) In contractibus ſubſtantia
lia quędam ſunt, ſine quibus cõ
tractus fieri non poteſt, vt in emptione pre
2 tium[h]. Quædam naturalia, quæ etiam ſi
non exprimantur, de natura tamen con-
tractus appoſita intelliguntur, vt in vendi
3 tione præſtatio euictionis[i]. Quædam ac-
cidentalia, cuiuſmodi in venditione fun-
di, promiſsio ſeruitutum, quæ fundo de-
beantur[k]. Pacta igitur contra ſubſtantialia 4
contractus non valent[l], cõtra naturalia ſeu
accidentalia valebunt, quod hęc lex ſigni
ficat. Hinc eſt, vt quæ ſuper ſubſtãtialibus 5
fiunt, ſiue in continenti, ſeu ex interuallo
fiant, ineſſe dicantur[m], vt ſi contra ſubſtan 6
tialia pactum fiat, nouus cõtractus eſſe in-
cipiat[n], ſi eſſe poteſt, quæ Accurſij[o] & cre-
brior opinio eſt, vt ſubſtantialia, arbitrio 7
alterius ſeu extranei committi nequeant,
naturalia accidentaliaq; poſsint[p]. Vt neq;
paciſci in matrimonio carnali, contra ma- 8
trimonij ſubſtãtiã maritus & vxor queãt[q],
neq; in ſpirituali, contra religionis ſubſtã-
tiam, qui religionem ingrediuntur. Quo
circa receptum eſt, ſi quis monaſterium in 9
grediatur hoc pacto, vt ſibi proprium reti
neat, ingreſſum quidem valere, pactum vi
tiari[r], etenim proprietatem habere mona 10
cho repugnat vſq; adeo, vt qui in vita pro-
prium habuiſſe conuincantur, in ſterquili
nio ſepeliendi ſint[s].

h l. 1. l. nec emptio. l. in venditionibus. ff. de contrahen. emptio.
i l. non dubitatur. C. de euic. l. ſi in princ. ff. de euic.
k l. in vendẽdo. ff. de cõtra hen. empt. l. ponol. ff. de euic.
l l. pacta conuenta. ff. de cõ trahẽ. empt. l. cum precario. 1. ff. de prec.
m l. iuris gentium. §. adeò. ī. Paul. in. l. 1. C. quan. lic. ab empt. diſce.
n l. vbi ita donatur. ff. de do na. cauſ. mort. vbi Bart. in 2. oppo.
o §. mag. poſt princ. in. d. l. pacta. & ibi ſalic.
p l. hac venditio. l. quod ſæpe. §. 1. ff. de cõ trah. empt. Salic. in. l. ſi ſic. eo. 1. ff. de lega. 1.
q c. vls. de cõ dit. appoſ.
r §. in authẽ. de monach. §. illud. §. in authen. ingreſsi. C. de ſacroſ. ec cleſ. gl. in. l. ſi pater. in. gl. 2. ſuprà. & adep. §. in. c. ſolet. 32. q. 2. Doc. in. d. repit. fin.
s c. cũ ad monaſterium. in princ. de ſtat. mona. Imo. in l. defuncto. colum. 1. ff. de publi. iud.

XLIIII. SCAEVOLA, Libro quinto Reſponſorum.

CVM in eo eſſet pupillus, vt ab
hęreditate patris abſtineretur,
tutor cum pleriſque credito-
rib⁹ decidit vt certã portionẽ acciperẽt.
idem curatores cum alijs fecerũt. quæ
ro an & tutor idemq; creditor patris eã
dem portionem retinere debeat. Reſpõ
di eum tutorem, qui cęteros ad portio-
nem vocaret, eadem parte contentum
eſſe debere.

1 *Tutor pupilli quando poſsit eſſe qui creditor ipſius eſt?*
2 *Creditor hæreditatis iacentis curator bonis dari poteſt.*
3 *Curatorum appellatio quos hîc comprehẽdat?*
4 *Tutorum & curatorum cum creditoribus pupilli tranſigentium ſi & ipſi creditores ſint, quomodo partes conſyderentur?*
5 *Tutori ſuum officium damnoſum eſt.*

IN eo eſſet.)
Eius propoſiti.
ABSTINERETVR.)
AEris alieni metu.
TVTOR.) Tutor pupilli, qui ip- 1
ſius creditor eſſet olim ſine diſtinctione
eſſe

eſſe poterat, ideſt ſiue debitum tutela, ſeu
contrà tutela debitum fortè præcederet,
hodie[a] ſi debitum præcedat, tutor non eſt,
erit ſi poſt tutelam contractum ſit. Sed &
mater auiaq́; tutrices ſunt, etiã ſi credito
res ſint[b], & ſi debitum valde modicum[c] ſit,
poterit quis eius tutelam adminiſtrare, cu
ius creditor eſt[d]. Idemq́; Baldus ait, ſi de-
bitum finiatur[e], redibit enim creditor ad
tutelam. Poteſt & teſtamento dari tutor,
is qui pupilli creditor ſit, cùm enim eius
ſit fides à patre approbata, nil vetat credi-
torem eſſe, quæ opinio (Baldo hîc aucto-
2 re) aduerſus Accurſium[f] cõmunis eſt. De-
niq;, & poteſt creditor hæreditatis iacen-
tis, dari curator bonis[g], neq; id iure nouiſ-
ſimo immutatum[h] eſt, vt Albericus notat.
DECIDIT.) Tranſegit.
IDEM curatores cum alijs fecerunt.)
3 Accurſius de curatoribus intelligit, qui tu
toribus adiungãtur. Haloander hanc clau-
ſulam de medio ſuſtulit. Ego delendam
non cenſeo, nam & eam Florentinæ Pan-
dectæ non reſpuunt, accipio autem hîc
curatores, eoſdem qui nondum viri poten
ti tutores fuiſſent, quod Scæuola[l] idem a-
lio in loco apertiſsimè oſtendit.
4 EADEM parte.) Quid ſi exterorũ par
tes diuerſæ ſint? Et Accurſius, mediũ tenẽ
dum exiſtimat, mandantis, mandatarijq́;
ſingulari exẽplo[k]. Baldus[l] & alij, plurimũ
partem conſyderandam. Sed vtraq; opi-
nio facilè ad concordiam reduci poteſt.
5 CONTENTVM eſſe debere.) Et
hîc tutori ſuum officium damnoſum, vt de
ciſioni cum creditoribus particulatim ab
eo factę ſtare ipſe teneatur, cui alioqui cre
ditores, ſi de remittendo debito conueniſ
ſent, nocere iure communi poterant[m].

a auth. minoris. C. qui tuto. da. poſſ.
b auth. vt ſi. ne prohib. ma.
c l. ſcio. ff. de reſti. in integ.
d l. ab ætat. §. dat remiſſionem. ff. de ex cuſ. tuto.
e l. ſi impuberi. ff. de tuto. et curato. dat. ab his.
f g. in l. pater filio. in. gl. i. ff. de procur. g. in auth. vt hi q obligatas. i. gl. ad curationem
g l. debitor. vbi Alber. ff. de nego. geſt.
h d. authen. minoris.
i l. cùm hæreditas. ff. de ad mi. tuto.
k l. ſi fundũ cum. l. ſeq. ff. manda. Iaſ. in §. ſequent. nu. 36. inſt. de act.
l arg. d. l. cùm hæreditas.
m l. & ſuum ſupra.

XLV. HERMOGENIANVS
Libro ſecundo, Iuris epitomarum.

DIuiſionis placitum niſi traditione, vel ſtipulatione ſumat effectum, ad actionem, vt nudum pactum, nulli prodeſſe poterit.

1 *Diuiſio generis nomen eſt.*
2 *Diuiſio cur dicatur contractus innominatus?*
3 *Traditione facta obligatio & liberatio aliquãdo reſultat.*
4 *Effectus diuerſos aut contrarios vnus actus aliquando inducit.*

DIVISIOnis.) Diuiſio generis nomen eſt, 1
alia enim animi[n], alia fundo
rum gratia cõmodioris cul-
turæ[o], alia ędium[p], alia hęreditatis, alia rei
communis, quò fit, vt diuiſio contractus 2
innominatus dicatur, non reſpectiuus, ſi-
cut & permutatio, tranſactio, pactum, de
quibus ſupra à me dictum eſt[q].
PLACITVM.) Sic alibi placitũ per-
mutationis[r].
TRADITIONE.) Sed cùm tradi- 3
tione tradens liberetur, & eum cui tradi-
tio fit, ſibi obliget, quid eſt, q̃ vnus hîc act᷒
diuerſos aut potiùs contrarios effectus in
ducit[s]? Et dupliciter ob hoc doctores diſ-
ſoluunt, primũ, traditam hîc à ſocio rem 4
aliam non communem, ſecundum traditã
partem communis, eiusq́; reſpectu libera-
tionem naſci, alterius verò reſpectu, eum
obligar, icui traditio fit.

n l. 1. §. conuentionis. ſuprà.
o l. cains. §. fi. ff. de legat. 2.
p l. ſolutum. § ſolutam. ff. de pign. actio.
q in l. iuriſgẽtium in princ.
r l. ex placito. C. de re. perm.
s l in numerationibus. ff. de ſolut.

XLVI. TRIPHONINVS Libro ſecundo
Diſputationum.

PActum inter hæredem & legatarium factum ne ab eo ſatis accipiatur, cum in Semeſtribus relata eſt conſtitutio Diui Marci, ſeruari in hoc quoque defuncti voluntatem: validum eſſe conſtat. nec à legatario remiſſa hæredi ſatiſdatio per pactionem, ex pœnitentia reuocari debet: cum liceat ſui iuris perſecutionẽ, aut ſpẽ futuræ perceptionis deteriorẽ conſtituere.

1 *Semeſtria Diui Marci quæ ſint?*
2 *Theophili locus.*
3 *Argumentum à teſtamentis ad cõtractus & contrà.*
4 *Falcidiam teſtator olim remittere nõ poterat, hæres poterat & cur?*
5 *Falcidiam teſtator cur hodie prohibere poſsit?*
6 *Trebellianicæ quartæ retentionẽ an poſsit prohibere teſtator.*
7 *Leges correctoriæ quando extendi poſsint?*
8 *Cautionem, vel ſatiſdationem de legatis præſtandis legatarius & teſtator remittunt.*
9 *Cautionem de vtendo fruendo boni viri arbitrio legatarius & teſtator non remittunt.*
10 *Cautionis de legatis præſtandis & de vtendo fruendo differentia.*
11 *Inuitari ad delictum quis non debet.*

 12 *Vſus*

bus exemplis figurat, in priori, res integra non eſt, in poſteriori erat, eiq; fortes oppoſitiones obſtant.

CONVENTIONIS exceptione.) Sed cũ traditione facta hic nec poſsideat, nec dolo poſsidere ďſierit, quid eſt ꝙ ipſo
2 iure tutus non eſt? Et cõmuniter exceptionem conuentionis accipiunt, exceptionẽ intentionis ſiue facti propter cõuentionẽ, quæ expoſitio noua nõ eſt[a]. Verùm & hoc ſenſu, in priori legis exemplo exceptio intentionis, in poſteriori propria cõuentionis exceptio obſtabit, neq; id item in iure noſtro nouũ[b]. Sed mihi Iaſonis placet conſideratio admonentis, etiam in priori exẽplo, de exceptione propria conuentionis nos poſſe intelligere, ſiquidem vẽdicatio domino datur, etiam ſi conuentus fundũ non poſsideat, declarabiturq; actor dominus, reus verò abſoluetur, effectuſq; ſentẽ
3 tiæ huius declaratoriæ hic erit, vt ſi quando reus poſsidere repertus ſit, abſq; nouo proceſſu, ſententia illa aduerſus eum executioni mandari poſſit. Quæ Accurſij[c] ſententia eſt cum primis notanda[d], quæ tamẽ ita demum procedit, ſi reus quo tempore cõueniebatur, in iudicio, vel extraiudiciũ poſsidere ſe dixerat[e]. Cæterũ hęc vt primo legis intellectui obſtant, ſic & ſecũdo, ſolutiõe em eius, qđ debetur, vel alterius rei creditore nolẽte, ipſo iure obligatio tollitur[f], quo ergo reo pacti cõuenti exceptio? Igiť Bartol[g], cui alij aſſentiũt, tres caſus diſtinguit, aut em creditori ſoluitur, & tũc ſiue idem, ſiue aliud eo volente ſolutum ſit, liberatio contingit: aut idem debitum, & tunc, ſiue ei idem, ſiue alij ſoluatur, ipſo iure etiam debitor tutus erit[g]: aut aliud alij creditore volente ſoluitur, & liberatio nõ ipſo iure, ſed ope exceptionis contingit[h].

PER TE non ſtaret.) Cũm hoc pactũ de re alij tradenda, vim mandati habeat[i], quid eſt quòd reuocari vr mandatum non
5 potuit? Et Bartolus quum gratia poſſeſſo-
6 ris vel debitoris mandatum ſit, conſilium potiùs eſſe notat[k], ac proinde neque acti-
7 uè neque paſsiuè obligare[l], ſicuti neque leges, quæ conſilium dant, vel in foro, vel ad peccatum obligant[m]. Cur igitur in præſentia obligatur mandans ne re integra re
8 uocet, qui gratia poſſeſſoris mandauit? Et reſpondet idem, (neque eſt qui diſſentiat) quia de re mandantis mandatum eſt, quã cùm poſsideret alter, videtur velut iure quodam donationis, aut (quod mihi videtur) gratitę liberationis, poſſeſſori ius iam quæſitum, quod meritò reuocari nequeat. Quòd ſi gratia creditoris mandatũ eſſet, ſiue ex interuallo, ſiue incontinenti pactum apponeretur, & tacitè & expreſſè reuocari poſſet[n]. Sed & cùm hîc res inte- 9
gra eſſet, cur non pœnitentiæ locus eſt[o]? Et Bartolus Accurſij ſenſum obſcurũ ſic interpretatus, regulæ locum tunc eſſe ait, cùm in continenti contractus innomina- 10
tus perficitur, nõ cùm ex interuallo, vitiari enim interuallo contractum innomina- 11
rum, ſicut & ſtipulationem[p], qui intellectus, magno omnium aſſenſu communis eſt[q]. Vt obijciat tamen Socinus, quòd ali- 12
bi neque aut probatur, neque aut relatus ſit, quòdque inter contractus nominatos (quos regulariter interuallum nõ vitiat[r]) & innominatos differentiæ ratio reddi vix poſsit, præſertim cùm hi nominatorum, quibus ſimiliores ſint, naturam ſequãtur, Baldus, pœnitentiæ locum non eſſe in contractibus innominatis re integra, niſi tendant ad liberandum[s], qui mihi intellectus (& ſi à quibuſdam reprehendatur) ſat placet. Idem Baldus regulæ locum eſſe notat, cùm res integra eſt, verùm hîc integram non eſſe, quia fauore liberationis[t], oblatio habeatur loco implementi. Iaſon vbique poſt Romanum & Imolam longè aliter explicat. Nempe in contra- 13
ctibus innominatis non reſpectiuis, qui multi ſunt[v], re integra pœnitentiæ locum non eſſe, contractum hîc innominatum non reſpectiuum fuiſſe. Paulus poſt quoſdam antiquos pœnitentiæ locum hîc non fuiſſe notat, quia contractus hic (licet in- 14
nominatus) non vtriuſque tamen, ſed vnius tantùm gratia, celebratus ſit. Cùm itaque cardo diſputationis in eo verſetur, quo modo in præſentia re integra pœnitentiæ locus non ſit, Bartolus quia contractus hic (propter interuallum) innominatus non fuerit, Baldus vel quia fauore liberationis, innominati re integra non reuocentur, vel quia fauore liberationis oblatio faciat, ne res integra ſit, Paulus, quia vnius tantùm gratia contractus hic innominatus fieret, Iaſon, quia innominatus non reſpectiuus eſſet. Qui omnes ſuſtineri ſat poſsũt, & ſinguli velut limitationes regulæ

a Bar. in l. in perſonã. §. qui pecuniã. ſuprà
b l. 2. cum. gl. ff. de offi. procon ſ.
c gl. in l. ſi à te. §. 1. ff. de excep. rei iudi.
d Iaſ. hic col. fin. Are. in rubri. Inſt. de exc ept. num. 38.
e l. ſi autem in princip. ff. de rei vendi. Iaſ. in §. omnium. num. 23. Inſtit. de actio.
f in princip. inſti. quib. mo. tolli oblīgat.
g l. ſolutam. ff. de ſolut.
h hic, & l. fi. §. fi. ff. de verb. obligat.
i l. ſi cũ cornelius. ff. de ſolut. l. mandatum. C. mãda.
k d. l. ſi cũ cornelius.
l Bald. in l. 1. § ſi plures. col. 2. ff. de exerci.
m Paul. in l. legis virtus. ff de legib. Alex. in 1. conſ. 27. num. 11.
n l. hoc iure. § ſi quis dederit. ff. de dona.
o l. dedi. in prĩci. l. ſi pecuniã. ff. de condi. ob cauſ.
p l. continuus in princip. ff. de verb. oblig.
q Iaſ. hic. & in d. l. iuris gẽtium. in princ. col. fi. & in l. ſi pecuniam. col. 1. & 2. in l. dedi. §. idem erit ff. de condit. ob cau. in l. 1. § g praſens. col. 3. vbi Socin. nu. 3. ff. de ver. obli.
r l. ſi ſtipuler. §. fi. ff. de ver. obligatio.
s arg. l. quamuis. C. de trãſ.
t l. Arrianus ff. de actio. & oblıgat.
v l. ſenatus § 1. ff. de donat. cau. mor.

regulæ ſunt[a], quales & aliæ plereq; notan
tur. Pro vltimo verò & illud notari poteſt
quod Bartolus alibi[b], differentiam inter
15 cæteros contractus innominatos, & tranſ
actionem ponit, quòd hæc re integra, re-
uocari pœnitentia non poſsit[c]. Etenim ſi
in omnibus hoc, non reſpectiuis admitti-
16 mus, & in tranſactione (quæ & ipſa non re
ſpectiuus eſt[d]) admittamus oportet. Sed
me vnum, vel maximè de hoc Iaſonis in-
tellectu ſollicitat, quòd alibi Accurſio[e] o-
17 mnet dant, in permutatione re integra lo-
cum eſſe pœnitentiæ. Atquin (vt commu
18 niter etiam fatentur[f]) permutatio contra
ctus innominatus, non reſpectiuus eſt? Ni
ſi fortè in ea ſpeciale dicimus, quòd vix à
19 do vt des diſceruitur[g]. Sanè & Bartoli in-
tellectus ita declarandus videtur, vt con-
20 tractum in hac lege innominatum non re
ſpectiuum fuiſſe ſentiat, negat enim re-
ſpectiuum, non reſpectiuum non negat,
& ſi quis ab eo quæreret, ſcio reſponſurut
ſic erat, quem enim aliū diceret, pactum
hoc, cùm ſit pactū inter non reſpectiuos[h]?
Illud difficile eſt ſecundùm hunc intelle-
ctum, quòd interuallo vitiari contractus
innominatos ſupponit, quod (cum alibi
non probetur, neq, aut hîc niſi diuinādo)
21 certè quàm durum eſt. Nam & videmus
reuocari difficilius pacta de ſoluendo alte
ri in continenti apppoſita, quàm quæ ex
interuallo apponuntur[i], & efficaciora vi-
demus[k]. Nec Bartoli ſolutio placet, qui no
minatos ab innominatis (nulla ratione red
dita) differre in hoc ait,

a l. ſi ego. in prin. ff. de iu. doti. Iaſo. in l. ſi pecuniam.
b Bar. in l. naturalis. §. q ſi faciam. nu. 3.
c l. quānis. C. de tranſac.
d Bart. in l. 1. §. cōuentionis. ſuprà.
e Gl. in l. iuris gentiū. in prin. in gl. factas
f Iaſ. in l. iuris gentiū. in prin nu. 7.
g Gl. in rub. & in l. 1. C. de rer. permut.
h Gl. in l. 1. in gl. mag. ff. de actio. & obli.
i l. alumnus ff. de solut.
k l. lecta. ff. ſi cert. pet.

XXXVII. PAPIRIVS IVSTVS, Lib. II. de conſtitutionibus.

IMperatores Antonnus & Verus reſcripſerunt, debitori rei publicæ à curatore permitti pecunias nō poſſe: & cùm Philippenſibus remiſſæ eſſent, reuocandas.

1 *Reip. debita quemadmodum curatores eius remittere poſſint?*
2 *Compromittere de rebus ad Remp. pertinentibus an hi poſsint, qui res eius adminiſtrant?*
3 *Compromiſſum an fieri poſsit ſuper rebus reſtitutioni ſubiectis.*
4 *Prælatus an in ſucceſſoris pr... promittat de rebus eccleſiæ.*
5 *Minor an compromittere poſſit?*
6 *Maioratus ſucceſſor an in præiudicium ſequētis compromittat?*
7 *Compromiſſa quando ſucceſſoribus noceant?*

NON POS-
ſe.) Debitū liquidū Reip.
curatores pacto gratuito
remittere non poſſunt, be-
ne tamen ſi per negligentiam, præſcriptio
nem currere ſinant[l]. Sed & debitum non
liquidum tranſactione remittunt[m], & de-
niq; confeſsione pecuniæ receptæ Reip.
nocere ipſi poſſunt[n]. Quid de compromiſ 2
ſo? Et Angelus, neq; de iure neq; de facto
huiuſmodi adminiſtratores compromit-
tere poſſe ait. Quo exemplo & illud aiūt, 3
ſuper ijs bonit, quæ reſtitutioni ſubiecta
ſunt, compromiſſum fieri non poſſe. Sic 4
nec prælatus ſuper re eccleſiæ alienari pro
hibita, in ſucceſſoris præiudicium cōpro-
mittet[o]. Sic nec minor abſq; ſolennitate, 5
quæ in alienando requiritur, compromit-
tet[p]. Sic neq; ſucceſſor maioratus, quod ex 6
facto ſæpiſsimè reſponſum eſt[q]. Quinimò 7
vt in his ſuper dominio compromiſſa nō
fiunt, ſic neq; ſuper fructibus futuris, licèt
ſuper præteritis fiant[r]. Eò amplius & ſi iu
ratum compromiſſum fuerit, poſſeſſori in
vita ipſius, non ſucceſſoribut nocebit[s].

l l. aduerſus. C. de vſur.
m l. præſes. C. de tranſac.
n l. ne caſu. C. de defenſor. lib. 10.
o Hoſt. in ca. peruenit. de arbit. & ibi Io. Andr.
p Cyn. in l. nō ſolū. C. de ꝓdi. mino.
q Ant. in. & Abb. in. c. cū tēpore. de arb.
r Hoſti. i ſumma. tit. de arbit. §. de qua re. Abb. in. c. contingit. de tranſac.
s c. cū veniſſent. vbi Anto. de inſtitut. c. veniens. vbi Hoſt. de tranſact.

XXXVIII. PAPINIANVS, Lib. II. Quæſtionum.

IVs publicum priuatorum pactis mutari non poteſt.

1 *Vs publicum quòd ſit, quod pacto priuatorū mutari non poteſt.*
2 *Fideiuſſores dotium quare non dentur?*
3 *Fideiuſſores de dote reſtituenda an dari non poſsint?*
4 *Communes opiniones contrariæ.*
5 *Renuntiari an poſsit iuri ne fideiuſſores dotiū dentur.*
6 *Pacta odio alicuius prohibita pacto contrahentium non tolerantur.*
7 *Renuntiare an poſsit cum iuramēto legi, quæ ex cauſa publicæ vtilitatis aliquid ſtatuat?*
8 *Salmanticenſis academiæ mos in Bartoli ſcriptis interpretandis.*

9 *Legi ex cauſa publicæ vtilitatis aliquid ſta-
tuenti an poſſit renuntiari iuramento?*

IVs publicum.)
1 Naturale[a], ciuile, quo for-
ma præſcripta ſit[b], ciuile,
quod publicam vtilitatem
directò principaliterq́, reſpiciat[c], ciuile, cu
ius non ſit cauſa præcipua, paciſcentium
vtilitas, vt ea pacta, quę quia cõtra bonos
mores eſſent, vetantur[d], & ea quæ idcirco,
2 quoniam ad delinquendũ inuitant[e]. Quo
modo, & fideiuſſores dotium dari nõ poſ-
ſunt, ne perfidiæ occaſio in matrimonio
præbeatur, ea enim ratio à Iuſtiniano red
dita eſt[f], quam pleriq; ſic interpretantur,
perfidiæ occaſionem præberi, quia confi-
dere de marito, vxorquę ſe illi credidit nõ
videatur, cui fideiuſſores pro dote dãtur.
Bartolus[g] perfidiam in eo potiùs eſſe, ꝙ
hoc velut facto vxoris, maritus creditoris
fit ſeruus[h]. Alciatus[i], ad tori fidem ſiue
perfidiam retulit, facilè enim futurum, vt
mariti in vxorum pudicitia conniuerent,
dum fideiuſſoribus, quos de dote darent,
morem gerere in hoc ipſi vellent. Dari au
tem non poſſunt[k], magno omnium con-
ſenſu[l], fideiuſſores de dote conſeruanda,
3 An neq; de reſtituenda? Et hoc quoq; af-
firmat Accurſius, cui' eſt, auctore Raphaë
le[m], opinio communis. Odofredus & alij
permulti contrà de reſtituẽda dari poſſe,
quanuis de conſeruanda non dentur, eãq;
4 opinionem Imola[n] & Crotus communẽ
affirmant. Alexander[o] opinionum repu-
gnantia notata, priori aſſentit, quam &
ipſe didici magis communem[p], adeò vt
vel ſpõte marito offerẽte, fideiuſſores do
tis aut cõſeruandæ aut reſtituẽdæ, omniũ
5 conſenſu[q], dari non poſſint. Sed nunquid
iuri huic renũtiari poteſt? Et Bartolus alij
q́; negant, quia contra bonos mores tale
pactum eſſet, quod ego de renuntiatione
ſimplici intelligo, cum iuramento verò
fieri eam poſſe, frequentiores[r] cõueniũt.
Sed & permulti alij caſus notantur, in qui
bus dotium fideiuſſores dari iure poſſũt[s].
6 Iam verò quæ pacta odio alicuius prohibi
ta ſunt. pacto cõtrahẽtiũ nõ tolerãtur, cu-
iuſmodi eſt, ne mutua pecunia detur filio
familias[t], & in pignoribus pactum legis cõ
miſſoriæ, odio creditoris reprobatũ, quia
vſuram ſapiat[v]. Poſtremò, & quæ pacta à
lege prohibentur, quæue à lege ſtatuũtur 7
ex cauſa publicæ vtilitatis, quanuis princi
paliter priuatam vtilitatem reſpiciant, pa
cto mutari nequeunt[x]. Sunt & tractatus
huius variæ declarationes à recẽtioribus[y]
traditæ, ſed noſtri inſtituti pro more aca- 8
demiæ Salmanticenſis ea perſequi eſt,
quæ ad textus declarationem cum Barto
lo pertinere potiſsimùm videantur. Qua- 9
re & quod ille ſubdit legi quæ ex cauſa pu
blicæ vtilitatis aliquid ſtatuat, etiam cum
iuramento renuntiari non poſſe, ſimplici
ter verum non eſt[z], quàmlibet regulariter
locum habeat.

XXXIX. IDEM, Lib. V. Quæſtionum.

VEteribus placet pactionem
obſcuram vel ambiguam,
venditori, & qui locauit, no
cere: in quorum fuit poteſta
te legem apertius conſcribere.

1 *Obſcura ab ambiguis quantum differant?*
2 *Libellus alternatiuus qua ratione non proce-
dit?*
3 *Incerta ab ambiguis & obſcuris quomodo
differant?*
4 *Generalis ſermo ambiguus, obſcurus an in-
certus ſit?*
5 *Venditori an emptori obſcura pactio noceat?*
6 *L. ſi in emptione. in princi. ff. de contrahen.
emptio.*
7 *Interpretatio in contractibus & teſtamen-
tis per iudicem fit, in beneficijs & priuilegijs
à Principe.*
8 *Clauſula ambigua ab altera, quæ clarior eſt,
declaratur.*
9 *Filiorum maſculorum mentione prius facta
deinde de filijs, non videtur repetita qualitas
maſculorum.*
10 *Petitiones obſcuræ cur ſecundùm actoris in-
tentionem declarentur?*
11 *Interpretatio ferè ſemper fit aduerſus eos,
qui obſcurè loquuntur.*
12 *Perſuſoriè loqui.*
13 *Dolus latet in occulto ſermone.*

VETERibus.) Inter quos Labeo fuit.
OBSCVRAM vel ambi-
guam.)

a L. ius agnationis. ſuprà. b L. nemo. ff. de lega. 1. l. 1. §. ſi quis. ff. de ver. oblig. c L. ius gentium. §. ſi paciſcar. ſuprà. d l. alia. §. eleganter. ff. ſol. mat. l. ſi vnus. §. pacta quæ contra. ſuprà. e L. ſi vnus. §. illud. ſuprà. l. conuenire. ff. de pact. dot. f L. 2. C. ne fideiuſſo. dot. den. g Bar. in l. ſi cõſtãte. §. quotiés. ff. ſol. ma. h L. fideicommiſſa. §. ſi rẽ. ff. de leg. 3. l. 3. cum. gl. C. de donat. i Alcia. lib. 4. parer. c. 26. k L. 2. C. ne fideiuſſ. dot. dẽ. l Imo. i. c. cũ contingat. nu. 88. de iur. iur. m Raph. in l. ſi conſtante. §. quotiens. ff. ſo. mat. n Imo. in l. ſi conſtante. in prin. colum. 3. Crot. in 2. lect. nu. 72. o Alexã. i. §. quotiens. col. 3. p Ripa. in l. ſi cõſtante. n. 12. q Imol. in d. c. cũ cõtingat. nu. 88. Lup. in c. per veſtras. §. quinto cũ di cit. colũ. 2. cum ſeq. de donat. inter vir. & vxo. r Imo. in d. c. cum cõtingat. Alex. in d. §. quotiens. col. 3. Lup. in dict. §. quinto.

s Bald. nouel. de dote. fo. 17. col. 2. verſ. vigeſimum. t L. Tametſi. ff. ad macedo. v L. fin. C. de pac. pig. taſ. ĩ l. quæ Romæ. ĩ prin. nu. 25. et in l. ſi ita quis. §. ſcia. n. 25. ff. de verb. oblig. x l. de die. ff. de pact. dot. l. quemadmodũ C. de agric. & cenſ. lib. 11. y Alcia. Par par. Curt. in l. pacta quæ cõtra. C. de pac. z Bar. & doct. in l. ſi quis procu. ff. de fideiuſſ. in l. nemo. ff. de leg. 1.

s guam.) Cùm diſiuncta inter res diuerſas ponantur[a], argumentum Papinianus hîc præſtat, vt obſcura ab ambiguis differre opinemur. Igitur Accurſius, in eo differẽtiam conſtituit, quòd ambiguitas in oratione ſit, obſcuritas in dictione[b], atq; adeò in diſpoſitione vel generali vel alternan-
2 ti[c]. Qua ratione & libellus alternatiuus non procedere dicitur, quia obſcurum diſiunctio faciat[d], niſi quòd articuli huius reſtrictiones variæ notantur. Sed hæc in tranſcurſu. Bartolus obſcuritatem in di-
3 ctione, ambiguitatem in oratione ponit, incertudinem in generali ſermone ſiue diſiuncto, in quo Accurſium ipſe reprehendit. Mihi neutrius traditio probabilis viſa eſt. Nam (vt alia omittam) conceptio illa, Ne luminibus officiatur, ambigua primũ, generalis deinde à iuriſconſulto dicitur[e]. Non ergo obſcuritas tantùm (quod Accurſius credidit,) ſed & ambiguitas in genera-
4 li ſermone eſt, neq; generalis ſermo (quod Bartolus opinatur) incertus, ſed & ambiguus ſat dici poteſt. Alciatus[f] ambigua eſſe dicit, quæ in ambas partes agi poſſint, obſcura quæ in quamplurimas, quæ non magis conſtanter ab ea traduntur. Nam ambigua, quæ ad vtrunq;[g] & quæ ad multa[h] referri poſſint, rectè dici, notauim'. Igitur ipſe (ſi qua tenenda eſt) Baldi[i] magis traditionem amplector, is obſcuritas (inquit) eſt, quando de ſignificato non conſtat, ambiguitas quando ſignificatum multiplex eſt. Et hæc quidem cùm de verborũ proprietate agimus, alioqui (vt Accurſius & cæteri notant) ſæpiſsime hæc confunduntur, vnumq; pro alio poſitum eſt. Nam & quid mirare, qui hæc legis, ſi de obſcuro & ambiguo inter noſtros non cõuenit, cùm neq; inter ſũmos Philoſophos ſatis olim conuenerit? Chryſippus omne verbum ambiguũ dicebat, Diodorus (cui Crono cognomentum fuit) nullum, ſed ſi quæ non ſatis intelligerentur, obſcura magis eſſe, quàm ambigua[k], cuius rei Gellius meminit. lib. xj. noct. Attic. cap. xij.

VENDITORI.) Imò emptori[l]. Quæ
5 difficilis antinomia eſt. Et alij legem con-
6 trariam, eo caſu intelligunt, quo obſcuritas non in re principali eſt, ſed in acceſsione. Sed hoc frequentiores non probant, quandoq; enim etiam in acceſſorijs interpretatio contra venditorem fit[m]. Alij, illic pactum ab emptore appoſitum, hîc à venditore, quaſi contra eum pactio obſcura ſemper ſit declaranda, qui obſcurè dixit. Neq; obeſt, quòd in venditione inſulę pactum à venditore quandoq;[n] poſitum, pro eo tamen declaratur, nulla enim illic ambiguitas, ſed tacitæ hypothecæ acceſſoriam conuentionem ſecundùm principalem interpretamur[o]. Alij, pactum in lege contraria, gratia emptoris appoſitum dicunt, hîc venditoris, quod Bartolus ea ratione reprehendit, quia hîc non tam conſyderat lex, cuius gratia pactum fuerit appoſitum, quàm à quo proferatur cui hoc imputar, quòd legem potuit dicere apertius. Soluit itaq; ipſe, hîc conſtare pactum à venditore appoſitum, in lege contraria dubium eſſe, ſed quia ab emptore proferebatur, in dubio contra eum declarari ꝓ quo profertur, quia cùm pacto ſuam intentionem fundat (niſi plenè probet) ſuccumbet[p], quam rationẽ Paulus & Iaſon expreſſim probant. Iidem & cæteri ſolutionem ſequuntur. Ego & hanc & ſecundam probo, veriſimile enim eſt, ab emptore pactũ appoſitum, vt fundi venditioni Stichus accederet. Veriſimile etiã ab emptore proferri poti' quàm à vẽditore, cùm illi quàm huic ſit vtilius. Quocirca ex ſupradictis legis noſtræ regula duobus caſibus reſtringitur, vt pactio obſcura venditori noceat, niſi ab emptore appoſita ſit, aut niſi ab emptore proferatur. Sed & cùm incertitudo ex alternatiua reſultat, venditoris electio erit[q]. Sicut & cùm incerta res de certis eligenda eſt, quomodo Baldus[r] difficilem illam ſuperiorem antinomiam[s] diſſolui maluit. Præterea, & cũ diſpoſitio alioqui redderetur inutilis[t], proferenti prodeſt magis quàm nocet, quo fit vt Calẽdit promiſſum, primis debeatur[v]. Quinetiam licet in dubio interpretatio contra proferentẽ fiat, prius tamen illud inſpicitur, quod veriſimiliter actum eſt[x]. Illudq; non omittẽ- 7
dum eſt, ꝙ in contractibus dubijs ſicut & in teſtamentis[y], interpretatio per iudicem fiet, qui propter hoc principaliter adiri poteſt[z], in beneficijs verò, & priuilegijs principum, interpretatio ad principem ipſum ſpectat[a]. Declarat autem clauſulam 8
vnam ambiguam, alia quę clarior ſit[b]. Idq; vel maximè eos qui declarant, attendere oportet, niſi quòd interdum aliæ coniecturæ

a Gl. in rubr. ff. de iur. & fac. igno.
b l. ita fidei. ff. de iu. fiſ.
c l. prætor. §. quod autẽ. ff. de in. iur.
d Maria. in c. ſignificantibus. col. ũ. ſi. de lib. oblat.
e l. ſi ſeruitus. ff. de ſer. vrba. præd.
f Alcia. in l. nepos proculo. ff. de verb. ſig.
g l. in ambiguo. ff. de reg. iuris.
h l. vbi. ff. de reb. dub.
i Bal. hic. in 2. lect.
k Soci. in l. 3. ff. de reb. dub. Alcia. in d. l. nepos.
l l. ſi in emptione. in pri. ff. de cõtrahẽ. empt.
m l. cùm in lege. ff. de contrah. empt. l. ſi arborem. §. fi. ff. de ſer. vrb. præd.
n l. inſulam. ff. qui potio. in pign. habe.
o l. 2. C. per quas pſo. nob. acqui.
p l. nõ nudis. l. non epiſtolis. C. de probat. l. non hoc. C. vnde cog.
q l. ſi ita. ff. de contrah. emp.
r Bal. hic. in 1. lect.
s d. l. ſi ĩ emptione.
t l. quotiens. ff. de reb. dub.
v l. eũ qui Calendis. i prin. ff. de verborũ oblig.
x l. ſemper in ſtipulationib'. ff. de reg. iur.
y l. voluntatis. C. de fideicom.
z Bar. hic. & ĩ. l. ſtipulatio. §. in ſtipulationibus. ff. de verbo. oblig.
a l. ex facto. cum gl. interpretari. & ibi Bar. col. 2. ff. de vulg. Iaſ. hic.
b l. qui filiabus. in prin. l. ſi ſeruus plurium. §. fin. de leg. 1. l. ſi. §. cui dulcia. ff. trit. vi. oleo leg.

ſturæ fortiores ſunt. Vt in eo, qui de filijs
9 maſculis in prioribus ſubſtitutionibus mẽ
tionẽ fecerat, in poſteriori de filijs. Ex facto enim Anania[a] (Abbate licèt reclamante[b]) reſpondet, maſculinam qualitatem nõ repetitam[c], quod & Iaſon probat[d].
10 E I qui locauit) In iudicijs ſecundùm actoris intentionem obſcuræ petitiones declarantur[e], ne alioqui reo facilè ſit ſubterfugere.
I N quorum fuit poteſtate.) Obſcura & ambigua pactio illi nocet, qui legem potuit dicere apertiùs re integra[f], ſicq; fit, vt
11 ferè aduerſus eos, qui obſcurè & non planè[g] &(vt aliquando raro verbo lex ait[h])
12 perfuſoriè loquuntur, conuentiones interpretemur, dolus enim latet in ſermone ob
13 ſcuro, at qui per dictionis obſcuritatem, interpretationem ſibi reſeruat, propter dolum ſuum, ipſam in alium transfert. Quæ Baldi[i] æqua ſubtiliſq; ratio eſt.

a Ana. cõſil. 22.
b Abb. cõſil. 36.
c Arg. l. cũ pretor. ff. de iudic.
d Iaſ. in d. l. qui filiab. & in. 2. vol. cõſil. 142. col. fi.
e l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de ver. obli.
f l. labeo. 1. ff. de contrahen. empt.
g l. 1. §. fi. ff. d act. emp.
h l. qui libertatis. §. fi. ff. d euict.
i Bal. in. l. fi. nu. 34. C. d ba re. inſti.

XL. IDEM, libro primo Reſponſorum.

TALE pactum, PROFITEOR TE NON TENERI, non in perſonam dirigitur: ſed cùm generale ſit, locum inter hæredes quoque litigantes habebit.

1 *Pactum an ſit ſine duorum conſenſu?*
2 *Profeſſionis verbo confeſſio ſine aſſeueratio ſignificatur.*
3 *Pronomen hoc. tu. quando perſonale pactum inducat?*
4 *Executionis an obligationis verbo taxatiua dictio adijciatur quantum interſit.*
5 *Dictio taxatiua, pactum merè perſonale inducit.*
6 *Conuentiones naturaliter futurum tempus reſpiciunt.*
7 *Pacta omnia aut expreſſè aut tacitè in futurum concipiuntur.*
8 *Pactum generale qua ratione dicatur?*
9 *Pacta faciliùs in hæredem tranſeunt, quando in eis verba obligatoria ponuntur.*
10 *Confeſſio ſine cauſa fauore liberationis valet.*
11 *Enuntiatiua verba fauore liberationis extra iudicium diſpoſitionem inducunt.*
12 *Præſenti pactiones magis quàm abſenti proſiciunt.*
13 *Abſentis nomine qui confeſſionem acceptare poſsint?*
14 *Confeſſio in libro rationum facta quando creditori præiudicet?*
15 *Confeſſio ex cauſa obligationis abſenti facta, an proſit illi iure canonico?*
16 *Stipulari alteri alter quando poſſit iure canonico?*
17 *Communes opiniones contrariæ.*
18 *l. 3. tit. 8. lib. 3. ordin.*
19 *Liberatio an proficiat præſenti quo ad iura perſonalia & realia?*
20 *Confeſſio ex cauſa obligatoria quatenus proſit abſenti?*
21 *Confeſſio ex cauſa obligatoria ſatis eſt vt reus ſubijci poſſit tormentis, quamuis abſente parte confiteatur.*
22 *l. fin. tit. 13. parti. 3.*
23 *Indicium vnum magnum ad tormenta ſatis eſt.*
24 *Suſpicionis magnæ appellatione indicium magnum, vel ſemiplenam probationem ſignificari.*
25 *Confeſsio extra iudicium abſente parte facta quando noceat?*
26 *Confeſsio iurata fortior eſt.*
27 *Confeſsio geminata potentior eſt, quàm ſimplex.*
28 *Confeſsio ſine cauſa quando confitenti non noceat?*
29 *Confeſsio iudicialis ſine cauſa confitenti nocet.*
30 *Confeſsio iudicialis vt ſit, quæ requirantur?*
31 *Confeſsio iudicialis cur plus noceat?*
32 *Iudicij calore quæ fouentur efficaciora ſunt.*
33 *Confeſsio extraiudicialis ſine cauſa non nocet.*
34 *Confeſsio ſine cauſa indiſcreta vocatur.*
35 *Confeſsio ſine cauſa ad liberandum confitenti nocet.*
36 *Liberatio cauſæ vicem obtinet.*
37 *Iura perſonalia à realibus in materia confeſſionis differunt.*
38 *Iure proprio an iure alterius quis confiteatur multùm refert.*
39 *Confeſsio extra iudicium facta ſemiplenè nocet.*
40 *Confeſsio facta in inſtrumento guarentigiæ an noceat confitenti?*
41 *Guarentigia inſtrumenta iudiciorum inſtar obtinere dicuntur.*
42 *Baldi repugnantia componitur.*
43 *l. 4. tit. 8. lib. 3. ordin.*

Tale

T A Le pactum.)
1 Sed quomodo pactum hoc eſt, cùm non ſit duorum cõſenſus[a]? Et Accurſius quædam ſubaudit, quibus paciſcentis volũtas appareat, quam ſubauditionem Bartolus & cæteri non admittunt, tacitum enim pactum hîc fuit, quo ſe non petiturum ſignificauit, quia debitorem non teneri profeſſus eſt.

2 PROFITEOR.) Frequens hoc, vt profeſsionis verbo, confeſsionem, ſiue aſſeuerationem alicuius leges ſignificent[b]. De quo nos alibi multis.

3 T E.) Pronomen hoc, perſonale pactum ſuadebat, ſed quia non verbo executionis, ſed obligationis adijcitur, perſonale non
4 fuit[c]. Sicq; Paulus & Iaſon declarant. Adde cùm verbum executionis ſimpliciter ponitur, pactum perſonale eſſe, cùm verò
5 ei taxatiua aliqua dictio adijcitur, merè perſonale dici. Hoc neq; viuo, neq; mortuo eo, qui paciſcitur perſonam eius egreditur, illud (quanuis mortuo eo ad hæredes non tranſeat) viuo egreditur[d].

6 NON teneri.) Cùm conuentiones ſuapte natura futurum tempus reſpiciant[e], quid eſt quòd hæc, quæ in preſens vel præteritum confertur, pactum vocatur? Et Accurſius differe in hoc à pactis ſtipulatiõis ait, quod alijs non placet, neq; enim ratio dif-
7 ferentiæ ſat reddi poteſt. Placet ergo ſolutio Bartoli, qui pacta omnia, aut expreſſè[f] aut tacitè[g], in futurum cõcipi notat, quod frequentiores ſequuntur.

NON in perſonam dirigitur.) Non perſonale eſt.

8 GENERALE.) Generale vocat, quia ad debitoris perſonam non reſtringitur.
9 Non reſtringitur porrò, quoniam verbum obligatorium poſitum eſt, teneri, ac proinde in hæredem faciliùs tranſitus fit[h].

10 HABEBIT.) Sed cùm confeſsio ſine cauſa hæc fuerit, quo iure valet[i]? Et cõmuniter reſpondent, fauore liberationis[k] id
11 eſſe, alioqui indiſcreta eſſet. Quo modo & illud etiam excluditur, quòd enontiatiua verba extra iudicium diſponere minimè ſoleant[l], quæ nunc diſponunt. Sed &
12 illud otioſum non fuit, quod debitoris velut præſentis mentio in pactione fiat, neq;
13 enim abſenti proficeret[m], niſi fortè nuntius, aut epiſtola interueniret[n], aut coram notario fieret, qui abſentis nomine confeſſionem reciperet[o]. Idemq; eſſet, ſi procuratore, aut negotiorum geſtore acceptante, modò abſens poſteà ratum habeat[p]. Idẽ 14
ſi coram ſacerdote in ſacramento pœnitẽtiæ[q]. Idem & ſi in libro rationum ſuarũ creditor confiteatur[r], idq; ſiue ſua manu, ſiue manu alteri[s] ſcripſerit[t], quæ cõmunis opinio eſt[u], quãuis Bartolus ſenſiſsè dicatur, referre ſua, an alterius mano, ille ſcripſerit[v]. 15
Sed nũquid iure canonico cõfeſsio ex cauſa obligationis abſenti facta non prodeſt? Et prodeſſe tenuit Antonius[x], eorũ maximè argumẽto, quæ gloſſator alibi notat[y], alteri alterum ſtipulari poſſe, cùm ver- 16
ba promiſsionis ad ſtipulantem, executionis ad alterum referuntur, quam opinionẽ Felinus[z] communem ait. Contrà frequen- 17
tiores[a], non eſſe inter ius ciuile & canonicum differentiam, quos & ipſe ſequor. Nã & opiuio illa gloſſatoris, quæ Antonium mouit, communiter reprobata eſt[b]. Ve- 18
reor tamen ne non iure noſtro[c], Antonij opinio procedat, ſtatuit enim lex, obligari quem, etiam ſi inter abſentes obligari ſe velle oſtendat. Sit tamen in hoc deliberationi locus. Illud planè conſtat, præſenti li- 19
berationẽ proficere, quoad iura perſonalia, non quoad realia, vt ſuprà dictum eſt[d].
Abſenti præterea confeſsio, (etiam ex cau- 20
ſa obligatoria,) quanuis non proſit ad probationem plenam, proficiet ad ſemiplenam[e] omnium conſenſu[f], ſicut & illud cõ- 21
ſtat, ſatis ſuperq; eſſe eam confeſsionem, vt reus ſubijci poſsit tormentis[g], quanuis abſente parte confeſſus ſit[h]. Idque & lex quoque Regia[i] ſignificat, quæ magnam 22
ſuſpicionem ex huiuſmodi confeſsione aduerſus reum eſſe ait. Vnum autem ma- 23
gnum indicium quin ad turmẽta ſufficiat, dubium non eſt[k]. Sed & magna ſuſpicio il- 24
lic, ad ſemiplenam probationem alludit.
Cæterùm & plenè nocet confeſsio extra 25
iudicium abſente parte, ſi iurata ſit[l], magna etenim vis eſt iuramenti[m], aut etiam 26
ſi geminata[n], arguit enim ſecunda confeſ- 27
ſio animi deliberationem quandam maiorem[n]. Sed & quod dicitur, cõfeſsionem ſi- 28
ne cauſa, confitenti minimè nocere, latiùs ſic declarari oportet, aut enim iudicialis confeſsio eſt, aut extra iudicium. Illa ſine 29
dubio nocet[p], vt omnes fatentur[q], Sed vt iudicialis

a l. 1. ſuprà.
b l. nõ nudis. C. de probat. l. neq; profeſsio. C. de teſtam. l. pen. ff. de pbat.
c l. iuris gentium. §. pactorum. ſuprà.
d Bar. in d. l. nõ ſi. ſuprà.
e l. 5. §. ſtipulatio. ff. de ver. oblig.
f §. ſtipulatio
g Hic, & in l. quia dicit. ff. de emct.
h l. cũ à matre. C. de rei vẽdica.
i l. cùm de in debito. §. ſi. ff. de probat.
k l. Arrianus. ff. de act. & obliga.
l l. publia. §. ſi. ff. depo.
m Bar. hic. et in l. nõ ſolũ. §. ſi liberationis. ff. de libe. leg.
n d. l. publica. §. fin.
o Bar. in l. cũ qs decedẽs. §. codicillis. de lega. 3.
p l. ſi ego. ff. de neg. geſt.
q Bal. in l. rationes. colũ. 2. ad fi. C. de probatio.
r l. nuda. ff. de donat.
s l. diuus. §. ſi. ff. ad l. Corn. de falſ. l. qui per aliũ. ff. de reg. iuris.
t Iaſo. in §. ſi minus. colũ. 2. inſt. de actio.
v Bart. in d. l. nuda. colũ. 3.
x Ant. in c. ſi cautio. de fi. inſtru.
y Gl. in c. quotiens cordis. 1. quæſt. 7.
z Feli. in c. ſi cautio. nu. 26.

de fi. inſtr.
a Gl. in d. c. ſi cautio. Iaſ. hic col. 1. Alexã. in 2. vol. cõſ. 180. colum. 3.
b Iaſ. in l. ſtipulatio. §. ſi ſtipuler. n. 10. ff. de ver. oblig. gl. 2. in §. alteri. inſt. de inut. ſtipul.
c l. 3. titul. 8. lib. 3. ordi.
d In l. tres fratres. vbi Bart. in. 1. opp.
e l. captte quæſtio. ff. ad l. Iul. de adult. c. ſi. de ſucceſſ. ab inteſta.
f Iaſ. in repe. l. admonendi. nu. 158. ff. de iuiuran.
g Bern. regu. 86.
h Luc. de pe. in l. 1. C. de numer. & actu. lib. 11.
i l. ſi. titu. 13. par. 3.
k Gl. in l. ſi qs alicui. in gl. cõmiſſus. C. ad l. Iul. maieſt. gl. ſi. in l. ſi. ff. de quæſt. vbi Barto. nu. 6.
l Bal. in rub. C. res inter ali. act.
m l. cũ pater. §. filius matrẽ. ff. de leg. 2.
n Bar. in l. cũ fcimus. C. de agric. & cenſ. lib. 11.
o l. 1. C. de plus petitio.
p Glo. pen. ad fi. in l. 2. ff. de inter. act. gl. in d. certũ. in gl. nõ puto. poſt prĩ. ff. de cõfeſſ. gl. 1. in c. 1. de confeſſ.
q Feli. in d. c. ſi cautio. nu. 10.

ſyllaba verſant, Eſt, & non, ſic duo alia tur
bas in præſenti mouent, Quid, & Quis,
2 Quid videlicet exequendum? Quis exe-
quatur? Sunt igitur varij propter hoc intel
lectus, ſed duo præcipui, Bartoli vnus, Ac-
curſij alter. Ille de executione conuentio-
nis intelligit, hic de executione primæ ſen
3 tentiæ, de quo primùm videamus. Execu-
tioni ſecundùm eum mandabitur in pro-
poſito prima ſententia, exequeturq; Iu-
4 dex appellationis. Sed cùm primam illam
ſententiam appellatio extinxerit[a], pactũ
5 verò nudum non ad obligationem effica-
cem, nedum ad executionem ſat ſit, quo-
nam modo ſententiæ executio fiet? Et
aiunt, vel pactum à principio quidem fuiſ
ſe nudum, poſtea veſtitum rei interuẽtu[b].
Conueni enim, vt ſi à lite deſiſtam, des mi-
hi centum. Condemnabitur itaq; qui pa-
ctus eſt, ex pacto. At ex ſẽtẽtia executio
fiet, vel ſi pactum nudum ſemper proponi
mus, executionem ſententiæ ideo peti di-
6 cunt, quia per tranſactionem ſicuti per la-
pſum fatalium, appellatio videtur deſerta,
ac proinde ſententia reuiuiſcit, quæ antea
extincta, nunc ſuſpenſa fuiſſe cẽſenda eſt.
Quis ergo tũc exequetur? Et lex iudicem
7 appellationis apertiſsimè ait. Cùm autem
appellatione deſerta, non iudex appella-
tionis, ſed iudex à quo appellatum eſt, exe
qui ſoleat[c], quid eſt quòd hoc intellectu,
8 iudici appellationis executio tribuitur? Et
reſpondent, cauſam hic delegatam, appel-
latumq; (vt fieri debuit[d]) ad delegantem,
eundemq; etiam exequi. Quæ (vt alia ar-
gumenta omittam) manifeſta diuinatio
eſt[f]. Et tamen fuit hic intellectus, ſaltim
vſq; ad Bartoli tempora communis[g], fuit
9 & ſecundus Guilielmi, qui in iudice ordi-
nario intellexit, referre opinatus, appella-
tio propter lapſum fatalium deſerta ſit, an
propter renuntiationem vel pactum. In
priori enim ſpecie iudicis primi[h], in poſte
riori iudicis appellationis, executionem
eſſe, hic ergo & prima ſententia executio-
ni mandatur, & eam iudex appellationis
(quanuis ordinarius) executioni mandat.
Sed cùm de ratione differentiæ Iacobus et
10 Bartolus dubitent, alij hanc reddidêre, quod
vbi per lapſum anni vel biennij appellatio
deſeritur, nihil coram iudice appellatio-
nis actum eſt, cùm verò pacto & tranſactio
ne deſerta eſt, conuentiones coram iudice
geſtæ, ius hoc illi tribuiſſe videri poſſunt,
vt ipſe exequatur. Verùm & hæ non mino 11
res diuinationes ſunt. Quare Odofredus,
nihil hic de executione, tantùm de pronũ
tiatione agi contendit, & legis hunc eſſe
ſenſum, iudicem appellationis, hoc decla-
raturum bene pronũtiatum, maleq; appel
latum fuiſſe, in quem ferè ſenſum, licèt di-
uerſimodè, Angelus pronuntiaturum iudi
cem ait, appellationem deſertam. Quæ
quidem intelligentiæ veræ ſunt, ſed & ipſæ
æquè diuinant, quod enim, vel minimum
verbum in lege eſt, vnde ſic fuiſſe pronun
tiatum colligi poſsit? Bartolus itaque non
de executione ſententiæ; ſed de executio 12
ne conuentionis intelligit. Vt pactum de
parendo ſententiæ, ſi tranſactioni non
pareatur, habeat executionem paratam
ſicut ſententia & confeſsio. Vnde duo 13
ſingularia notantur. Primum, quòd pa-
ctum nudum hic ad actionem proderit, 14
diceturq; tunc (vt exiſtimat) conuentio iu-
ſta, id eſt legitima, quia à lege confirmata
eſt[i], quo modo & iuſta ætas, ea vocatur 15
quæ legitima eſt[k]. Secundum, quòd con-
uentio hæc paratam executionem habet,
cùm alioqui conuentiones regulariter iu-
re communi paratam non habeant[l]. Sic au
tem communiter declarant, quaſi volue-
rit Bartolus, conuentionem in propoſito, 16
in iudicio eſſe factam, quod ex eo collige-
re potuerunt, quòd ſententiæ, confeſsioni
iudiciali, & ſtipulationi iudicatum ſolui,
pactum iſtud æquiparauit. Cæterùm obij-
ciunt huic intellectui Angelus, Salicetus,
Fulgoſius, Romanus, ſequentia. Primum
diuinationem, quòd de executione verbũ
nullum hic ſit. Sed Bartolus, non tam ver-
bum, Sequetur, ponderauit, quàm illa, Ve
lut confeſsi. Rurſus, diuinatorium etiam
contendunt, quia non ſit, vnde colligi poſ
ſit, conuẽtionem hanc in iudicio factã. Re
ſpondeo, & hoc quoq; ſatis ſignificari, eiſ-
dem illis verbis velut confeſsi. Quanquã
neque hoc ipſe mihi perſuadeo Bartolum
de ſola conuentione in iudicio facta intel-
ligere, generaliter enim loquitur, notabi-
liorq; eius intellectus tunc redditur, ſi de
conuentione extra iudicium accipimus,
nam quòd ſententiæ, confeſsioni, ſtipula-
tioni æquiparauit, nil prorſus obſtat, quæ
ſimilitudinis cauſa afferuntur[m]. Præterea
& illud quoq; Bartoli intellectui opponi-
tur,

a l. 2. §. fin. ff. ad Turpil.

b Gl. fatias. in l. iuris gentiũ. in prin.

c l. ſi. §. illud. C. de temp. ap pel. gl. in l. eos. in princi. C. de appellat.

d l. vnica. cũ gloſ. C. qui pro ſua iuriſd. l. 2. in prin. ff. quis & à quo appelletur.

e l. à diuo pio in princi. ff. de re iudi.

f l. ſi putator. ff. ad l. Aquil. l. ſi fideiuſſor conuetus. verſ. ignoſcendum. ff. mand.

g Bal. Ang. & Iaſ. hic.

h l. ſi. §. pen. C. de temp. ap pel.

i l. legitima. ſuprà.

k l. quod ſeruius. ff. de cõdi. ob cau. l. cum filio. ff. de lega. 3.

l l. Minor. xxv. annis cui fidei cõ. in prĩ. ff. de minor.

m l. quod an na. ff. de ſo.

tur, quòd ſecundùm eum, magna illa diffi
cultas non tollitur, cur videlicet iudex ap
pellationis hîc exequatur[a]? Reſpondeo,
id eſſe hoc ſenſu, vel cū primis ſingulare,
quòd iudex appellationis, conuentionem
exequitur, qui ſententiam in priori inſtan
tia latam minimè exequeretur. Poſtremò
& illud opponunt, quòd iure communi cō
uentiones, aut inſtrumenta executionem
17 paratam non habent[b]. Reſpondeo verum
id eſſe, ſed multis caſibus non procedit, ha
18 bet enim teſtamentum paratam executio
nem, ſiue hæres ex teſtamento agat[c], ſiue
19 legatarij aut fideicommiſſarij aduerſus hę
20 redem[d], habet contractus depoſiti[e], ſtipu
21 latio iudicatum ſolui[f], atq; adeò ſtipulatio
22 nes cæteræ prætoriæ[g], habent iuramentū
23 vt communiter[h] traditum eſt, ſententia[i],
24 confeſsio iudicialis[k], quorum exemplo
mirum non eſt, ſi ſecundùm Bartoli intel-
lectum conuentio hęc habuerit, niſi quòd
25 hic caſus præ cæteris videtur notandus, cū
in eo cōuentio, alioqui inefficacior[l], ideſt
nuda, paratam executionem habet. His igi
tur, quæ Bartolo obijciebantur, minimè
obſtantibus, ſuus hic intellectus crebrius
receptus eſt[m]. Sanè & quod in præſentia
26 diffuſè, ſed latiùs quàm cæteri Baldus tra-
ctat, appellatio extinguat ne primam ſen-
tentiam, an potiùs ſuſpendat, frequentio-
res[n] in hunc modum diffiniunt, extingui
eam in præſens tempus, ſuſpendi inſpecto
futuro euentu, etenim ſi vel appellatio de
ſerta fuerit, vel cōfirmata prior ſententia,
reuiuiſcit illa tunc, idq; per fictionem ma-
gis quàm ſecundùm veritatem.

PACTVS eſt.) Pacto nudo, aut veſtito ſecundùm diuerſas intelligentias.

TRANSEGERAT.) Tranſactione primùm facta, pactus deinde eſt. Sed et poteſt vtrunq; de vnica conuentione intelligi.

IVDEX appellationis) Delegans ſecundùm Accurſij intellectum, aut etiam ordinarius alter, ſecundùm intellectus aliorū.

27 IVSTAM conuentionem.) Exiſtimauit
non ſemel Alciatus[o], iuſtum pactum veſti
tum eſſe, idque eſſe quod Papinianus[p] ait,
naturalem obligationem iuſto pacto tol-
li. Coraſius[q], Iuſtum pactum, ideſt non ini
quum, non improbatum iuridicum, quo-
modo & hîc iuſta conuentio dicitur. Ego
huic quoque magis aſſentior, nam præter

a d. §. illud.
b d. l. minori. xxv. annis.
c l. fina. C. de edic. di. ad. tol len.
d Authē. de her. & fal. §. illud. in gl. de trebe. & ibi Angel.
e l. penult. C. depo.
f l. 1. ff. iudic. sol.
g Angel. & Iaſ. col. 11. fi.
h Iaſo. in l. 2. col. 2. ff. de iu. iuran.
i l. 1. C. de exe cu. rei iudi.
K l. poſt rem. ff. de re iudi. l. vnica. C. de cō feſſ.
l l. iuris gentium. verſ. igi tur nuda.
m Iaſ. hic. co lū. antep. & in l. 2. nu. 18. ff. de iu. iurā.
n Pan. col. 2.
o Alcia. lib. 4. parad. c. 7. & in l. lege obuenire. ff. de ver bo. ſig. in l. pa cta nouiſſima col. 2. C. de pac.
p l. ſtichū. §. naturalis. ff. de ſolut.
q Coraſ. lib. 1. miſcellā. c. 1.

quàm quòd obligationem naturalem pa-
cto etiam nudo tolli, omnes fatentur[r], de
nudo Papinianum non minus quàm de ve
ſtito ſentire ratio ſubiecta ſat indicat, quia
(inquit) vinculum ęquitatis, quo ſolo ſuſti
nebatur, æquitate conuentionis diſſolui- 28
tur, ideſt æquitas obligationis naturalis,
æquitate alterius naturalis, quam pactum
nudum producit, nihil enim tam naturale
eſt[s]. Adde quòd & iuſtum pactum pro nō
iniquo neq; contra bonos mores, apud Pa
pinianum Bartolus primùm accepit[t]. Ad 29
de quòd & hîc iuſta conuentio, pro lectio
num differentia aut nudam aut veſtitam
comprehendit.

VELVT confeſsi.) in iudicio.

r l. ſi vnus. §. pactus ne pete ret.
s l. nihil tam naturale. ff. de regu. iur.
t Bart. in l. & exceptionē. §. 1. ff. de condi. indeb.

POſt diuiſionem bonorum & æris alieni, ſinguli creditores à ſingulis hæredibus nō interpoſitis delegationibus inſolidum, vt conuenerat, vſuras acceptauerunt. actiones, quas aduerſus omnes pro partibus habent, impedienđ non erunt, ſi non ſinguli pro fide rei geſtæ totum debitum ſingulis offerant.

1 *Creditoribus quando noceant pacta interpoſita inter emptorem hæreditatis & venditorem.*
2 *Solutionis receptio ab actionis intētione qua ratione differat?*
3 *Delegationum interpoſitio facit, vt creditoribus noceat pactio emptoris & venditoris hæreditatis.*
4 *Creditori tacita pactio nocet, cùm agit aduerſus eum, qui nomen eius acceperat.*
5 *Solutionis receptio creditori non nocet, quin pro hæreditarijs portionibus debitoris hæredes conueniat.*
6 *Solutionis receptio neceſſaria eſt.*
7 *Debitor inuitus non ſolùm ſolutione verùm etiam obſignatione & oblatione liberatur.*
8 *Creditori inuito fieri pro debitore ſolutio poteſt.*
9 *Acceptilatio creditorum facta in vſuris ad ſortem non extenditur.*
10 *Acceptilatio actus voluntarius eſt.*
11 *Actus voluntarij non extenduntur.*
12 *Vſurarum receptio quoad ſortem quomodo non noceat?*
13 *Vſuras ſortemq; ſimul eiuſdem temporis quia habere non poteſt.*

Impedien

IMpedíẽdæ nõ
erunt.)Sed cur alibi[a] credi-
tores, qui aduerſus empto-
rem hæreditatis agunt ex-
ceptione taciti pacti, à venditore hære-
ditatis repelluntur? Et Bartolus alijq́; re-
ſpondent, quoniam qui agit, ſponte actio-
2 nes intendit, qui ſolutionem recipit, neceſ
ſariò recipit[b]. Diſtinguendi itaq; quatuor
3 caſus ſunt. Primus, cùm interpoſitæ dele-
gationes fuerint, tunc enim pactio credi-
toribus nocet[c]. Secundus, cùm creditor a-
4 git contra eum, qui nomen eius accepe-
rat, nam & hîc tacita quadam pactione, ſi
bi nocet, cùm agit[d]. Tertius, de creditore
5 eſt, qui ſolutionem recipit, ille verò ſibi
nil nocet quominus pro hæreditarijs por-
6 tionibus debitores hæredes conueniat, ne
ceſſaria enim ſolutionis receptio eſt,[e] non
ſolùm ſi vnus ex hæredibus pro cohære-
de ſoluet, verùm etiã ſi extraneus quiuis.
Proditumq́ue eſt, obſignatione atq; obli-
gatione pecuniæ debita[f], nedum ſolutio-
7 ne[g], quam extraneus faciat, debitorem in-
uitũ liberari, quomodo & paragraphi hu-
8 ius argumento, creditori inuito fieri pro
debitore ſolutio poteſt, neq; enim bonam
fidem agnoſcit creditor durus, qui non ni
ſi de manu debitoris recipere vult. Quar-
9 tus caſus, de acceptilatiõe creditorũ eſt, ea
ſiquidem ſecundũ vnum huius textus ſen
10 ſum, acceptum ferenti (quãuis actus volũ
tarius) ideò nõ obſtat, quia in vſuris facta
eſt, id eſt acceſſorijs quibuſdam, ac proin-
de ad ſortem, id eſt principale minimè ex
11 tenditur.[h] Nam & actus voluntarij, vltra
quã petatur[i], agatúrue[k] extendi non ſolẽt.
12 Cæterùm & receptionem vſurarum non
nocere quo ad ſortem hoc ſenſu procedit,
ne quo ad ſortis petitionem omnino no-
ceat, nocet tamen quantum ad dilationẽ
petendi, etenim pro eo tempore quo vſu-
ræ præſtantur, ſortis petitio non eſt, quia
eiuſdem temporis vſuras[l] ſortemq́; ſimul
13 habere quiſquam non poteſt[m]. Sed & no-
cet vſurarum receptio debitori in hoc, ꝙ
ea ſortis promiſsionẽ præceſsiſſe arguit[n].
OFFERANT.) Hæc vera lectio eſt, ex Florentinis pandectis, offerre itaq; nedũ ſoluere extraneus inuito creditori pro debitore poteſt.

a l.2.C.de pactis.
b l.fideicommiſſa.§.ſi rẽ.de leg.3.
c vt hic.et.l.2.C.de hæred. vel act. vend. verſ.ſi.
d l.2.C.de pactis.
e vt hic.iunc.dic.§.ſi rem.
f l.qui decem §.1.ff.de ſolut. l.cũ poſtliminij.C.de Cape. Salic.n.l.obſignatiõe.C.de ſolut.
g l.ſoluendo.C.de neg.geſ. l.ſolutionem.C.de ſolut.
h l.ſi pacto quo pœnã.l.petens.C.de pac. l.ex pupillari.ff.de vulg.
i Barto.in.l.Titium.§.alter.Col.pen.ff.de admi.tut.
k l.non obs.ff.ſi cert.peta.
l l.qui in futurum.in princip.infrà.l.2.verſ.non malè.ff.de doli except.
m l.lecta.verſ.nec ante.ff.ſi cert.peta.
n l.2.C.de dot.promiſſ.

PAter, qui dotem promiſit, pactus eſt vt poſt mortem ſuam in matrimonio ſine liberis defuncta filia portio dotis apud heredem ſuum fratrẽ remaneret. ea conuentio liberis à ſocero poſtea ſuſceptis & hæredibus teſtamẽto relictis per exceptionem doli proderit: cum inter contrahentes id actum ſit, vt hæredibus conſulatur: & illo tempore, quo pater alios filios non habuit, in fratrem ſuum iudicium ſupremum contuliſſe videatur.

1 *Remaneo verbum commune eſt.*
2 *Legata an conſeruentur filio præterito à patre ignoranter?*
3 *Auth. ex cauſa. C. de liberis præteritis. an habeat locum in præteritione paterna.*
4 *Communes opiniones contraria.*
5 *Legitimatio naturalis, vel ſpurij an reuocetur ſi poſtea filios legitimos & naturales pater ſuſcipiat?*
6 *Exceptio doli quomodo hîc opponatur?*
7 *Renuntiari an poßit beneficio legis, quæ donationes reuocantur?*
8 *Communes opiniones contrariæ.*
9 *Mandatum Epiſcopo an ad ſucceßorem eius tranſeat?*
10 *Heredem appellans in diſpoſitione inter viuos an videatur eum heredem facere?*
11 *Vltima voluntas an ſit dicenda nominatio vtcunq; facta ad pias cauſas, vel fauore militum, vel inter liberos.*

PROMISIT.) Genero.
REMANERET.) Haloãder legit maneret, ſed priorẽ lectionem vetuſti codices & Pandectæ Florentinæ confirmãt. Dupliciter autem exponi põt, dote nõ ſoluta propriè, dote ſoluta impropriè, eſt eñ verbũ hoc ex eo
rũ numero quæ cõia dicuntur, & vel dire 1
ctò, vel per obliquum accipi poſſunt[o].
LIBERIS.) Et datiui & ablatiui caſus hæc eſſe poſſunt.
POSTEA SVSCEPTIS.) Colli-
git Bartolus argumentum vt filio à patre 2
præterito ignoranter, legata ex Nouella Iuſtiniani cõſtitutione[p], non conſeruentur. Quç opinio & verior[q], & magis admiſſa eſt[r], quicquid Accurſius[s] ſentiat, niſi ꝙ huius opinio, nõ paucis caſibus ſuſtineri poteſt, quos Imola, Iaſonq́; notant. Sed nun-

o l.ſi cùm ante.C.de dona.ante nupt.
p auth. ex cauſa.C.de libe.præte.
q hic.& l.ſi vnquam.C.de reuoc.donat.l.ſi cùm vel in vtero.C.de teſta.mili.l.generaliter.§.cũ aũt.C.de inſtitu.& ſubſti.l.cùm auus.ff.de condit.& demonſtrat.
r Imo.in.l.ſi filio.nu.16.ff.de iniuſ.rup.Iaſ.in.d.auth.ex cauſa.nu.4.
s gloſ.ſi.in.l.vxorem.ff.de manu.teſta.

quid (quod tanqnam non dubium ſuppo-
3 nere Bartolus hîc videtur) verum ne eſt, nouellam conſtitutionem in prçteritione patris procedere? Et Accurſius negat[a]. Quid igitur? præteritionis verbum ad ma-
4 trem aut aſcendentium per lineam maternam referri credit, quam opinionem Cynus[b] cõmunem ait. Raphael (vt Corneus[c] refert) vel ineptior, qui veram contendit, vt De[us] in cœlis eſt. Cæteri enim crebrius[d] contrariam ſecuti ſunt, generaliter enim
5 de cauſa præteritionis lex loquitur. Sed quid ſi naturalem aut ſpurium pater legitimari faciat, deinde legitimos & naturales ſuſcipiat, an legitimatio reuocabitur? Et reuocari, Guilielmus Albericusque credidere, contra quos crebrior opinio eſt[e]. Siquidem filij poſtea ſuſcepti ſtatum naturalis mutare nõ poſſunt, quamlibet diſpoſitiones circa bona reuocentur.

a g. in authẽ. vt cùm de appel. cog. §. aliud in. g. præteritere.
b Cyn. in d. l. filio præterito.
c Corn. in authen. ex cauſa num. 6.
d Bald. & Imo. in l. filio. num. 7. & 13. Iaſ. in authẽ. ex cauſa. nu. 1.
e Iaſ. hic. n. 8.

6 PER EXCEPTIONEM doli.) Dote ſoluta, ea exceptio marito dabitur, ſi is à teſtatoris fratre conueniatur. Dote verò non ſoluta, filij teſtatoris marito eam exceptionem opponunt.

I D actum ſit.) Quid ſi & hoc ageretur, vt licèt liberis ſuſceptis dos apud fratrem ma-
7 neret? Et quæſtio in eo ſita eſt, an etiam beneficio legis[f], qua donationes reuocãtur, renuntiari poſsit. Quod Oldradus[g] negat, neque deſunt, qui eam opinionem communem credãt[h]. At eſt cõtraria receptior[i]
8 quam & ipſe ſequor. Igitur & in propoſito idem dicendum erit. Sit tamen in hoc deliberationi locus.

VT HAEREDIBVS conſu-
9 latur.) Argumentum Accurſius hinc ſumi dicit, vt mandatum epiſcopo, à Summo Pontifice, ad ſucceſſorem epiſcopi tranſeat, diſtinguique oportere Bartolus credit, noīe proprio, an appellatiuo, an vtroq; cõmiſſio fiat. Quam opinionẽ Iaſ.[k] ſimpliciter communẽ fatetur. Ego cum alijs latiùs diſtinguebam[l], ſed illa nunc repetenda non ſunt.

f dict. l. ſi vnquam.
g Oldr. conſ. 73.
h Soci. in l. cũ auus. col. 19. ff. de condit. & demonſtra.
i Soci. l. 2. vol. conſ. 263. n. 11. Tiraq. in. l. ſi vnquã. n. 86. & nu. 169. et in verſi. libertis. num. 92.
k Iaſ. hic column. fin.
l in. l. & q4. ff. de iur. om. iudic.

10 I V D I C I V M ſupremum.) Notat Bartolus, ſi quis in diſpoſitione inter viuos, alium hæredem ſuum appellet, videri eum hæredem facere, & iudicium ſuum ſupremum in illum conferre. Sed id Paulus & multi vix eſt vt admittant, poſſunt enim hæc, de fratris deſtinatiõe intelligi, aut per quandam anticipationem. Et quid ſi (quod & vero ſimilius eſt) fratrem fratri hæredem teſtamento reliquerat, cùm filiam nuptui tradebat, vnde meritò hæredem appellauit? Quod ipſe probo. Sed nũ 11
quid ad pias cauſas[m], fauore militũ[n], inter liberos[o] nominatio vtcunque facta, ad vltimam voluntatem refertur? Et Bartolus in præſentia credidit, ſed res cõtrouerſa eſt, vt Iaſon notat. Ego hoc ſecurius opinor, vt his caſibus id ita demum procedat, cùm non extra expreſſa in iure trahantur, alioqui corruet ferè teſtamentorum poteſtas[p].

m c. ſi. de ſucceſ. ab inteſta.
n l. licet. C. de pact.
o l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. C. de teſtam. l. fi. C. famil. her.
p l. hæreditas C. de pact. conuent.

XLI. IDEM, Libro vndecimo Reſponſorum.

INTRA ILLVM DIEM DEBITI PARTEM MIHI SI SOLVERIS, ACCEPTVM TIBI RESIDVVM FERAM, ET TE LIBERABO. licet actionem non habet, pacti tamen exceptionem competere debitori conſtitit.

1 *Contractus innominati non per modum tantùm, verùm per conditionem concipi poſſe.*
2 *Communes opiniones contrariæ.*
3 *Pactum nudum fauore liberationis non ſemper actionem parit.*
4 *Pacta nuda legis auxilio non veſtiuntur ſiue ad obligandum ſiue ad liberandum ordinentur.*
5 *Pactum rei traditione veſtitum an ad actionem ſemper proficiat.*
6 *Pacta nuda rei interuentu an ſemper veſtiantur.*
7 *Accurſij opinio expenſa.*
8 *Contractus innominati à modo implendi an à modo ineundi iudicentur?*
9 *Actio de dolo non ſemper datur ex cõtractu innominato facio vt des.*
10 *Contractus innominatus facio vt des aliquãdo actionem de dolo, aliquando præſcriptis verbis producit.*
11 *Actio de dolo cum quibus remedijs non concurrat.*
12 *Certi condictio generalis, & actio de dolo cõcurrunt.*

13 *Exce-*

13 *Exceptio doli cum alijs aut actionibus aut exceptionibus bene concurrit.*

1 INtra.) Notant Accurſius & Bartolus ex his verbis, contractus innominatos non per modum tantùm, verùm & per conditionem concipi poſſe. Variat idem Accurſius[a]. Doctores (Bartolo teſte) in ea opinione ſunt, vt ſi ex eo quod per cōditionem apponitur, aliquid parti adſit, per conditionem concipi poſ-
2 ſint. Sed Bartolus generaliùs (ſi conditio impleta ſit) per conditionem eos concipi poſſe, quæ ſententia videtur magis communis[b].
LICET actionem non habeat.) Et ſi pactum nudum cùm ad obligandum tendit, actionem non pariat[c], videri tamen po-
3 tuit, aliud dicendum, fauore liberationis[d].
Sed contrà eſt, vt hîc Angelus notat, quòd
4 pacta nuda legis auxilio non veſtiantur, ſiue ad obligandum, ſiue ad liberandum (vt inquit Angelus) ordinentur, idque ſiue pactum ad liberandum in præſens conceptū ſit[e], ſiue in futurum, quomodo hîc accipitur, in quo illud meritò Bartolus notat, quòd cùm pactum de liberando in futurum ſit, producit tamen exceptionem in præſenti. Secunda dubitandi ratio inde ſu-
5 mitur, quòd pactum hîc rei traditione, id eſt ſolutione veſtitum[f], id actionem proficere debuit. Sed decidendi ratio vera illa eſt, quòd traditio hîc fieret ex neceſſitate conuentionis præcedentis. Quare & illud receptum eſt, vt ſiue in continenti, ſeu ex interuallo traditio fiat, pactum in hac lege non veſtiat. Sed & illud hinc Bartolus & alij notant, per contrarium, ſi neceſſitas tradendi non omnino ſubeſſet, (puta quia obligatio naturalis tantùm contracta eſt, vel debitor dilationem haberet) pactum eo caſu traditione veſtiri. Tertia denique ratio dubitationis inde ſumitur, quòd
6 pacta nuda rei interuentu, ſiue implemento conditionis veſtiri ſoleant[g]. Sed communiter, huic quoq; difficultati reſpōdent, ceſſare etiam illa veſtimenta, cū ex neceſſitate conuentionis præcedentis interuenit,
7 vel impletur conditio. Nam quòd Accurſius ceſſare actionem hîc dicit, quia contractus fuit innominatus facio vt det, vnde actio de dolo naſcitur, quæ ceſſat, ſi alia remedia ſubſint, expendēdum eſt. Aut enim contractus innominati, do vt facias, & facio vt des, à modo implendi & non à 8
modo ineundi iudicantur, aut quod eſt receptius in quolibet, duo contractus ſunt, ex parte dantis do vt facias, ex parte faciē tis, facio vt des, de quibus opinionibus dixi ſuprà ſuo loco ſatis[h]. Sed ſiue hoc ſiue illo modo cognoſcatur, nil certè vetat, quin hic contractus non minus, do vt facias diceretur, quàm facio vt des. Quid quòd 9
actionem de dolo dari ex facio vt des non erit perpetuum, competit enim ea vbi daturus dare ceſſat, non ſi det[i]. Competit in ſuper actio præſcriptis verbis ex facio vt 10
des, cùm dare ceſſat, ſed ei ex facto facientis aliquid adeſt, quæ omnia (quoniam alibi à me latiùs tractata ſunt) nunc repetenda non erunt, tantùm illud in propoſito non omiſero, actionem de dolo (vt Bartolus ſentit) non competere, cùm alia reme- 11
dia dentur, verbi gratia actio ſpecialis[k], exceptio, officium iudicis[l], concurrere tamē eam cum certi condictione generali[m], ex 12
Accurſij opinione, quam omnes probāt[n].
Sicut & illud conſtat[o], doli exceptionem 13
cum alijs aut actionibus aut exceptionib. rectè concurrere.

a g. in l. ſi qs cum debitore. ff. de iur. iur.
b Iaſ. in l. naturalis. in princip. col. 2. ff. de praſ. ver. & in d. l. ſi quis cum debitore. colum. 2.
c l. iurisgentium. verſic. igitur. ſuprà.
d l. arrianus. ff. de actio. & obligat.
e l. tale pactū in princip. ē.
f l. legem quā l. traditionib. C. de pact. l. diuiſionis. l. traditionibus. infrà.
g l. iurisgentiū. §. 1. ē. l. ex placito. l. reb. C. de rer. permut.

h in l. iurisgentium. §. & ideo.
i d. verſi. & ideo.
k l. 1. §. fin. ff. de dolo.
l g. in l. de tutela. in g. probata. C. de reſtit. in integ. l. diuus. ff. de reſtit. in integr.
m g. in d. l. 1. §. 1. in. gl. ciuilis. ff. de dolo.
n Iaſ. in l. certi condictio. in princ. n. 20. ff. ſi cer. petat.
o l. apud celſum. §. labeo. et ſi ex ſtipulatu ff. de do. excep. Ang. in prin. inſt. de excep. num. 20.

XLII. IDEM, Libro ſeptimodecimo Reſponſorum.

INter debitorem & creditorē conuenerat vt creditor onus tributi prædij pignorati non adgnoſceret, ſed eius ſoluendi neceſſitas debitorem ſpectaret. talem conuentionem quantum ad fiſci rationem nō eſſe ſeruandam reſpondi: pactis etenim priuatorum formam iuris fiſcalis conuelli non placuit.

1 *Tributarij prædij poſſeſſor ad functiones & tributa tenetur.*
2 *Fiſco non præiudicant conuentiones factæ inter creditorem & debitorem.*
3 *Immunitas à tributis vni præſtita, an cæteros oneret?*
4 *Hæres præterita tributa præſtat.*
5 *Legatarius tributa ſoluit.*
6 *Vſufructuarius in dubio ſoluit tributa.*

1 NON eſſe ſeruã-
dam.) Tributarij prædij poſ-
ſeſſor ad functiões & tributa
2 tenetur[a], neq; fiſco conuẽtio-
nes inter creditorẽ debitorẽq; factæ præiu
dicant, ipſis interſe præiudicãt[b]. Si itaq; fa-
bro villa immunitatem à tributis promit-
tat, villa ciuitati aut domino pro fabro ex
3 oluet[c]. Contrà ſi dominus, vni ex vicanis
aut ciuibus immunitatẽ à tributis præſtet,
qui decem contribuere ſolitus ipſe ſit, cũ
omnes ad centum tenerentur, vicani, ſiue
ciues tanto minus, id eſt nonaginta præſta
4 bunt[d]. Sanè hæres præterita vectigalia, ſa-
5 laria, & tributa præſtat[e], legatarius futura[f],
6 vſufructuarius in dubio, non proprietarius
ea ſubiturus eſt[g].

a l. in ſumma C. de pignor. l. l. ſi. C. de præd. & omnib. reb. nauic. lib. xj. l. 2. l. ſi C. ſine cẽ. vel reliq. l. imperatores. ff. de public.
b l. epiſtola. §. fin. infrà.
c g. in. l. vacuatis. i. g. 1. d detur. libr. x. Ang. hic.
d l. omnes. C. de annon. lib. x. l. actores. C. de exact. tribut. li. x. Angel. in l. ſi vnus. §. itẽ ſi pactus. 3.
e l. apud Iulianum. §. hæres. de legat. 1.
f l. quæro. ff. de vſu. & vſuf. leg. l. hactenus. §. 1. ff. de vſuf.
g l. ſi pendentes. §. ſi quid ſ loa cary. ff. de vſufruct.

XLIII. PAVLVS, Libro quinto Quæſtionum.

IN emptionibus ſcimus quid præſtare debitor debeat, quid ꝗ ex contrario emptor. quòd ſi in cõtrahendo aliquid exceptum fuerit, id ſeruari debebit.

1 *Subſtantialia contractus quæ dicantur?*
2 *Naturalia contractus quæ ſint?*
3 *Accidentalia contractus quæ vocentur?*
4 *Pacta contra ſubſtantialia naturalia vel accidentalia contractus quando valeant?*
5 *Pacta ſuper ſubſtantialibus ſemper ineſſe dicuntur.*
6 *Pactum vbi fit contra ſubſtantialia, nouus cõtractus eſt.*
7 *Subſtantialia contractus arbitrio alterius nõ committuntur, naturalia vel accidentalia cõmitti poſſunt.*
8 *Pacta contra ſubſtantiam matrimonij carnalis vel ſpiritualis non valent.*
9 *Monaſterium ingreſſus pacto ſibi propria retinere non poteſt.*
10 *Monacho repugnat habere proprietatem.*

1 ID ſeruari debe-
bit.) In contractibus ſubſtantia
lia quędam ſunt, ſine quibus cõ
tractus fieri non poteſt, vt in emptione pre
2 tium[h]. Quædam naturalia, quæ etiam ſi
non exprimantur, de natura tamen con-
tractus appoſita intelliguntur, vt in vendi
3 tione præſtatio euictionis[i]. Quædam ac-
cidentalia, cuiuſmodi in venditione fun-
di, promiſsio ſeruitutum, quæ fundo de-
beantur[k]. Pacta igitur contra ſubſtantialia 4
contractus non valent[l], cõtra naturalia ſeu
accidentalia valebunt, quod hęc lex ſigni
ficat. Hinc eſt, vt quæ ſuper ſubſtãtialibus 5
fiunt, ſiue in continenti, ſeu ex interuallo
fiant, ineſſe dicantur[m], vt ſi contra ſubſtan 6
tialia pactum fiat, nouus cõtractus eſſe in-
cipiat[n], ſi eſſe poteſt, quæ Accurſij[o] & cre-
brior opinio eſt, vt ſubſtantialia, arbitrio 7
alterius ſeu extranei committi nequeant,
naturalia accidentaliaq; poſsint[p]. Vt neq;
paciſci in matrimonio carnali, contra ma- 8
trimonij ſubſtãtiã maritus & vxor queãt[q],
neq; in ſpirituali, contra religionis ſubſtã-
tiam, qui religionem ingrediuntur. Quo
circa receptum eſt, ſi quis monaſterium in 9
grediatur hoc pacto, vt ſibi proprium reti
neat, ingreſſum quidem valere, pactum vi
tiari[r], etenim proprietatem habere mona 10
cho repugnat vſq; adeo, vt qui in vita pro-
prium habuiſſe conuincantur, in ſterquili
nio ſepeliendi ſint[s].

h l. 1. l. nec emptio. l. in venditionibus. ff. de contrahen. emptio.
i l. non dubitatur. C. de euic. l. ſi in prĩc. ff. de euic.
k l. in vendẽdo. ff. de cõtrahen. empt. l. ponul. ff. de euic.
l l. pacta conuenta. ff. de cõtrahẽ. empt. l. cum precario. 1. ff. de prec.
m l. iuris gentium. §. adeò. 3. Paul. in l. 1. C. quan. lic. ab empt. diſce.
n l. vbi ita donatur. ff. de dona. cauſ. mort. vbi Bart. in l. oppo.
o g. mag. poſt princ. in. d. l. pacta. & ibi Salic.
p l. hac venditio. l. quod ſæpe. §. 1. ff. de cõtrah. empt. Sali. in. l. ſi ſic. eo. 1. ff. de lega. 2.
q c. vls. de cõdit. appoſ.
r g. in authẽ. de monach. §. illud. g. in authen. ingreſſi. C. de ſacroſ. eccleſ. gl. in. l. ſi pater. in. gl. 2. ſuprà. ð adop. g. in. 1. ſolet. 32. q. 2. Dot. in. d. capit. fin.
s c. cũ ad monaſterium. in princ. de ſtat. mona. Imo. in l. defuncto. eo lum. 1. ff. de publican.

XLIIII. SCAEVOLA, Libro quinto Reſponſorum.

CVM in eo eſſet pupillus, vt ab hęreditate patris abſtineretur, tutor cum pleriſque creditorib⁹ decidit vt certã portionẽ acciperẽt. idem curatores cum alijs fecerũt. quæro an & tutor idemꝗ creditor patris eã dem portionem retinere debeat. Reſpõdi eum tutorem, qui cęteros ad portionem vocaret, eadem parte contentum eſſe debere.

1 *Tutor pupilli quando poſsit eſſe qui creditor ipſius eſt?*
2 *Creditor hæreditatis iacentis curator bonis dari poteſt.*
3 *Curatorum appellatio quos hîc comprehẽdat?*
4 *Tutorum & curatorum cum creditoribus pupilli tranſigentium ſi & ipſi creditores ſint, quomodo partes conſyderentur?*
5 *Tutori ſuum officium damnoſum eſt.*

IN eo eſſet.) Eius propoſiti. ABSTINERETVR.) AEris alieni metu.

TVTOR.) Tutor pupilli, qui ip- 1
ſius creditor eſſet olim ſine diſtinctione
eſſe

eſſe poterat, ideſt ſiue debitum tutela, ſeu contrà tutela debitum fortè præcederet, hodie[a] ſi debitum præcedat, tutor non eſt, etit ſi poſt tutelam contractum ſit. Sed & mater auiaq́; tutrices ſunt, etiã ſi creditores ſint[b], & ſi debitum valde modicum[c] ſit, poterit quis eius tutelam adminiſtrare, cuius creditor eſt[d]. Idemq́; Baldus ait, ſi debitum finiatur[e], redibit enim creditor ad tutelam. Poteſt & teſtamento dari tutor, is qui pupilli creditor ſit, cùm enim eius ſit fides à patre approbata, nil vetat creditorem eſſe, quæ opinio (Baldo hîc aucto-
2 re) aduerſus Accurſium[f] cõmunis eſt. Deniq;, & poteſt creditor hæreditatis iacentis, dari curator bonis[g], neq; id iure nouiſſimo immutatum[h] eſt, vt Albericus notat.

D E C I D I T.) Tranſegit.

I D E M curatores cum alijs fecerunt.)
3 Accurſius de curatoribus intelligit, qui tutoribus adiungãtur. Haloander hanc clauſulam de medio ſuſtulit. Ego delendam non cenſeo, nam & eam Florentinæ Pandectæ non reſpuunt, accipio autem hîc curatores, eoſdem qui nondum viri potenti tutores fuiſſent, quod Scæuola[i] idem alio in loco apertiſsimè oſtendit.

4 E A D E M parte.) Quid ſi cæterorũ partes diuerſæ ſint? Et Accurſius, mediũ tenẽdum exiſtimat, mandantis, mandatarijq́; ſingulari exẽplo[k]. Baldus[l] & alij, plurimũ partem conſyderandam. Sed vtraq; opinio facilè ad concordiam reduci poteſt.

5 C O N T E N T V M eſſe debere.) Et hîc tutori ſuum officium damnoſum, vt deciſioni cum creditoribus particulatim ab eo factę ſtare ipſe teneatur, cui alioqui creditores, ſi de remittendo debito conueniſſent, nocere iure communi poterant[m].

a auth. minoris. C. qui tuto. da. poſſ.
b auth. vt ſi. ne prohib. ma.
c l. ſcio. ff. de reſti. in integ.
d l. nihil etas. §. dat remiſsionem. ff. de excuſ. tuto.
e l. ſi impuberi. ff. de tuto. et curato. dat. ab his.
f g. in l. pater filio. in gl. i. ſ. de procur. g. in auth. vt hi q obligatas. i. gl. ad curationem
g l. debitor. & ibi Alber. ff. de nego. geſt.
h d. authen. minoris.
i l. cùm hæreditas. ff. de admi. tuto.
k l. ſi fundũ cum. l. ſeq. ff. manda. inſ. in §. ſequent. nu. 36. inſt. de act.
l arg. d. l. cùm hæreditas.
m l. & ſuum ſuprà.

XLV. HERMOGENIANVS Libro ſecundo, Iuris epitomarum.

DIuiſionis placitum niſi traditione, vel ſtipulatione ſumat effectum, ad actionem, vt nudum pactum, nulli prodeſſe poterit.

1 *Diuiſio generis nomen eſt.*
2 *Diuiſio curdicatur contractus innominatus?*
3 *Traditione facta obligatio & liberatio aliquã do reſultat.*
4 *Effectus diuerſos aut contrarios vnus actus aliquando inducit.*

DIVISIOnis.) Diuiſio generis nomen eſt, 1 alia enim animi[n], alia fundorum gratia cõmodioris culturæ[o], alia ędium[p], alia hęreditatis, alia rei communis, quò fit, vt diuiſio contractus 2 innominatus dicatur, non reſpectiuus, ſicut & permutatio, tranſactio, pactum, de quibus ſupra à me dictum eſt[q].

P L A C I T V M.) Sic alibi placitũ permutationis[r].

T R A D I T I O N E.) Sed cùm traditione tradens liberetur, & eum cui traditio fit, ſibi obliget, quid eſt, q vnus hîc act[9] diuerſos aut potiùs contrarios effectus inducit[s]? Et dupliciter ob hoc doctores diſſoluunt, primũ, traditam hîc à ſocio rem 4 aliam non communem, ſecundum traditã partem communis, eiusq́; reſpectu liberationem naſci, alterius verò reſpectu, eum obligat, cui traditio fit.

n l. 1. §. conuẽtionis. ſuprà.
o l. caius. §. fi. ff. de legat. 2.
p l. ſolutum. § ſolutam. ff. de pign. actio.
q in. l. iuriſgẽtium in princ.
r l. ex placito. C. de re. perm.
s l. in numerationibus. ff. de ſolut.

XLVI. TRIPHONINVS Libro ſecundo Diſputationum.

PActum inter hæredem & legatarium factum ne ab eo ſatis accipiatur, cum in Semeſtribus relata eſt conſtitutio Diui Marci, ſeruari in hoc quoque defuncti voluntatem: validum eſſe conſtat. nec à legatario remiſſa hæredi ſatiſdatio per pactionem, ex pœnitentia reuocari debet: cum liceat ſui iuris perſecutionẽ, aut ſpẽ futuræ perceptionis deteriorẽ conſtituere.

1 *Semeſtria Diui Marci quæ ſint?*
2 *Theophili locus.*
3 *Argumentum à teſtamentis ad cõtractus & contrà.*
4 *Falcidiam teſtator olim remittere nõ poterat, hæres poterat & cur?*
5 *Falcidiam teſtator cur hodie prohibere poſsit?*
6 *Trebellianicæ quartæ retentionẽ an poſsit prohibere teſtator.*
7 *Leges correctoriæ quando extendi poſsint?*
8 *Cautionem, vel ſatiſdationem de legatis præſtandis legatarius & teſtator remittunt.*
9 *Cautionem de vtendo fruendo boni viri arbitrio legatarius & teſtator non remittunt.*
10 *Cautionis de legatis præſtandis & de vtendo fruendo differentia.*
11 *Innitari ad delictum quis non debet.*

16 iudice, deinde confeſsio & renuntiatio ſequatur, fit enim tunc confeſsio irreuocabilis[a]. Adijcit[b] & hoc quoq; cautius eſſe, vt iudex antea q̃ pœnam exequatur, interlocutoriã ſententiam proferat, qua declaret, reũ, qui defenſionibus poſt renuntiationẽ vti vult, per calumniã id petere. Quæ Baldi dicta meritò poſteriores ſecuti ſunt. Iaſon & quoſdã caſus adiecit, in quibus defenſionibus renũtiare poſſumus, quos per
17 ſequi inſtituti noſtri non eſt. Non poteſt etiam pacto hoc agi, ne debitum probetur niſi per teſtes, quod Paulus hîc apud Ac-
18 curſium[c] notat, quem alij ſequũtur[d]. Egregiæ quoq; perſonæ priuilegio quod habẽt (vt ad earum domum iudex mittat) renũtiare nõ poſſunt[f], de quo ſuprà quoque dictum eſt[g].

XLVII. SCAEVOLA, Lib. I. Digeſtorum.

EMptor prædij viginti cauerat ſe ſoluturum, & ſtipulanti ſpoponderat. poſtea venditor cauit ſibi conueniſſe vt contentus eſſet tredecim: & vt ea intra præfinita tempora acciperet. debitor ad eorum ſolutionem cõuentus, pactus eſt ſi ea ſoluta intra præfinitum tempus non eſſent, vt ex prima cautione ab eo petitio eſſet. quęſitum eſt an cũ poſteriore pacto ſatisfactum non ſit, omne debitum ex prima cautione peti poteſt. Reſpondi ſecũdum ea, quæ proponerentur, poſſe.

1 *Reformatio cur hîc non fiat, cùm pactum ſit ſuper ſubſtantialibus emptionis?*

STipulanti.) Hæc ſtipulatio facit, vt primus contractus, per ſecundum pactum ſuper pretio factũ non reformetur.

POSTEA.) Secundo pacto.

PACTVS eſt.) Hoc tertium fuit pactũ.

1 POSSE.) Sed cùm ſuper ſubſtãtialibus emptionis pactum ſecundum fiat, ideſt ſuper pretio, quid eſt, ꝙ prima conuentio non reformatur[h]? Et alij, quia hoc actum fuerit, quæ ſolutio vt vera eſt[i], ita diuinat. Alij, non reformari primam conuentionẽ quia ſtipulatione vallata erat, quæ ſolutio communis eſt[k].

a gl. in l. ex litteris. in gl. ad monita. de diuor.
b Bald. in l. à præcedente. in vlt. not. C. de dilatio.
c gl. in auth. vt ſine prohi. mat. in §. ſenatus conſulto.
d Maria. in c. ſi diligenti. n. 16. de fo. comp. Iaſ. in authen. iubemus. col. 2. C. de iudic.
e l. ad egregias. ff. de iur. iuran. c. ſi qui teſtium. in §. ſ. de teſti. Roma. ſing. 170.
f Cyn. i. l. nec honore. C. de epiſ. audi. Roma. ſing. 169. arg. capi. 2. de iudic. in 6.
g l. clauſagnationis. ſuprà.

h l. iuriſgentiũ. §. adeo. ĩ.
i l. 1. §. ſi cõueniat. ff. depo.
k Paul. & Iaſ. hic.

LVcius Titius Gaius Seium menſularium, cum quo rationem implicitã habebat propter accepta & data, debitorem ſibi conſtituit: & ab eo epiſtulam accepit in hæc verba. Ex ratione menſæ, quam mecum habuiſti in hũc diẽ, ex contractibus plurimis remanſerunt apud me ad menſam meam treecenta octaginta ſex, & vſuræ, quæ competierint. ſummã aureorum, quam apud me tacitam habes, refundam tibi. ſi quod inſtrumentum à te emiſſum ideſt ſcriptum, cuiuſcunq; ſummæ ex quacunq; cauſa apud me remanſit, vanum & pro cancellato habebitur. Quæſitum eſt, cũ Lucius Titius ante hoc chirographum Seio nummulario mandauerat vti patrono eius trecenta redderet, an propter illa verba epiſtulæ, quibus omnes cautiones ex quocunq; contractu vanæ & pro cancellato vt haberentur cautum eſt, neque ipſe, neque filij eius eo nomine conueniri poſſunt. Reſpondi, ſi tantùm ratio accepti atque expenſi eſſet cõputata, ceteras obligationes manere in ſua cauſa.

1 *Menſularij ſiue menſarij qui ſint?*
2 *Trapezitæ qui?*
3 *Nummularij qui dicantur?*
4 *Implicita ratio quæ ſit?*
5 *Intricare rationes quid ſit?*
6 *Epiſtola interdũ præſenti mittitur.*
7 *Epiſtola probat ſtipulationẽ inter præſentes fa (ctã.*
8 *Epiſtolæ receptione ſibi quis nocet.*
9 *Confeſsio probatur per receptionem epiſtolæ.*
10 *Subſcribens videtur approbare quæ in ſcriptura continentur.*
11 *Executionem paratam ſicut habet cautio ſcripta manu debitoris, ita & ab eo ſubſcripta.*
12 *Statutorum verba propriè intelligenda ſunt.*
13 *Subſcriptio totius ſcripturæ inſtar obtinet, per fictionem.*
14 *Pragmatica anni 1534. cap. vltim.*
15 *Executionem an impediat promiſsio recognitionis faciendæ?*
16 *Exceptioni nõ numeratæ pecuniæ in cõtinenti renuntiari non poteſt.*
17 *l. 9. titul. 1. partit. 5.*
18 *Subſcriptio teſti non nocet.*

 19 *Subſcri-*

19 *Subſcriptio non nocet ei, qui non legit ſcripta.*
20 *Schedulæ vacuæ ſubſcriptio an noceat.*
21 *Refundere quid ſit? Et de varia eius ſignificatione.*
22 *Emiſſum inſtrumentum quod dicatur?*
23 *Emiſſa manus quæ ſit?*
24 *Chirographum qua ratione probet pro ſcribente?*
25 *Scriptura quibus caſibus pro ſcribente fidem faciat?*
26 *Cancellare verbo & non facto quando ſufficiat?*
27 *Verba generalia quando generaliter accipi debeant?*

1 MEnſulariũ.) Menſularij, ſiue mē-
2 ſarij, q & Græcè τραπεζῖται ijdē ſunt, & nummularij dicti[a]. Qua-
3 re & quidam codices hîc nummularij legunt.
4 IMPLICITAM.) Non liquidam, ſed obſcurã, intricare verò rationes[b], aliud
5 eſt, aliud implicare.
EPISTOLAM accepit.) Notat hîc
6 Bartolus mitti aliquãdo epiſtolã[c] pręſenti, quãuis frequentius id ſit vt abſenti mittatur[d], probat etiã epiſtola ſtipulationem in-
7 ter præſentes factam[e]. Sed quoniã diuinatio iſta eſt, Baldus Iaſonq; vero propiores
8 receptione ipſa epiſtolæ Lucium Titium
9 ſibi nocuiſſe notãt[f], hic eſt enim extorquẽdæ confeſsionis modus notãdus[g]. Nam & non minor diuinatio eſt, Lucium Titium q̃ epiſtolæ à mẽſulario ſcriptæ ſubſcripſerit, idcirco ſibi nocere. Verumtamen hoc
10 eſt, eum qui ſubſcribat, cenſeri approbaſſe
11 ea quæ alterius manu ſcribantur[h], ſufficereq; vnicam ſubſcriptionem, vt præcedentia mille inſtrumenta confirmari dicantur[i]. Sed & hinc Angelus[k], Imola, Alexander, Aretinus, & recentiores notant, ſi ſta tuto cautum ſit, vt cautio manu propria debitoris paratam executionem habeat, habituram & eam quoq; cautionem, quæ manu alterius ſcripta, ſed à debitore ſubſcripta ſit. Idem Angelus alibi[l] dubitat, ꝙ
12 ſtatutorum verba propriè, non per fictionem intelligi debeant[m], ſubſcriptionem
13 verò totius ſcripturæ inſtar, per fictionem obtineat[n]. Et tamen prior opinio æquior eſt[o], & dubio procul hodie tenenda, in e-
14 ius pragmaticæ[p] propoſito, quæ cautiones à debitore cognitas executioni mandari iubet. Tum quòd illa lex eſt, nõ ſtatutum, tum etiam quia ſimpliciter loquitur de cautionibus recognitis, neque exigit, vt propria debitoris manu ſcribantur. Quærere tamen in propoſito libet, quid illa iuri communi addiderit[q], quo cautiones ex interuallo agnitæ exceptionem non numeratæ pecuniæ excludunt? Et hoc in prõptu eſt, addidit enim, vt executio peti poſſit, quæ niſi exceptis quibuſdam caſibus parata non eſt[r], de quibus alibi[s] diximus. Sed & illud tractari potuit, cùm confeſſio iudicialis iure communi paratam executionem habeat[t], quid eſt quod noui pragmatica illa ſanctio attulerit, quæ hoc velut nouum aliquid ſtatuit? Et de hoc
quoque ſuo loco diximus[v]. Poſtremò & 15
illud dubitari poteſt, num promiſsio recognitionis faciendæ à principio interpoſita creditori noceat, & executioni impedimento ſit? Et hoc Baldus[x] & Salicetus cenſuerunt, Innocentiumq́ue[y] & Cynum[z] ad idem citant. Addit Andreas Siculus[a], duas in hoc articulo prolatas ſententias, & ex-
pectari tertiam. Ipſe dubito vehementer, 16
quòd eos hoc moueat, quia vt exceptioni non numeratæ pecuniæ in continenti renuntiari non poteſt, quia eadem fraus ſeu facilitas in renuntiatione quæ in con-
feſsione mutui pręſumitur, ſic & in pro- 17
miſsione recognitionis. At iure nõ[b], exceptio non numeratæ pecuniæ etiam in continenti renuntiari poteſt. Quocirca, & recognitionis promiſsio in continenti facta procedet. Sit tamen in hiſce deliberatio-
ni locus. Illud omittendum non eſt (vt il- 18
luc vnde abij reuertar) ſubſcriptionem ei non nocere, qui ſe ſubſcripſit vt teſtis[c],
non etiam ei, qui quæ ſubſcripta ſunt, mini- 19
mè legit[d]. Atq; ita Innocentius[e] & communiter[f] alij cõcludunt, pro his notantes, qui
ſchedulis vacuis (vt Principes facere ſo- 20
lent) ſubſcribunt.
TACITAM.) Secretò depoſitam.
REFVNDAM.) Soluam. Id enim re- 21
fundere eſt[g], alibi[h] reſtituere, alibi[i] legatũ refundere, ideſt à legato recedere, ſignificationes certè ſunt, quæ apud alios auctores vix inueniãtur, niſi fortè ſemel apud Liuium, bona refundere.
EMISSVM id eſt ſcriptum.) Haloander expunxit dictiones duas, ideſt ſcriptum.

Florẽ

a l. ſi veteri. §. in bonis. ff. de priuil. credit.
b l. ſumma cũ ratione. in principff. de pecu.
c l. vlt. ff. de conſti. pecu.
d l. 1. cum gl. C. de contrah. empti.
e l. ea quæ. ff. de donat. inter vir. & vxor.
f l. ſi filius f. 1. ff. ad macedo.
g Bar. in l. Titius. §. fin. ff. de cõſti. pecu. Bar. in l. cũ tabernã. §. idẽ quæſit. ff. de pign. Bart. in l. quo enim. §. 1. ff. rẽ ra. hab. Math. not. 22.
h In princip. Inſt. de empt. & ven. l. fide iuſſor. §. pater. ff. de pig. auth. de iu. iur. à mori. §. 1.
i Bal. in aut. ſed nouo. C. ſi cert. peta.
k Ang. & doct. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de ver. obli.
l Ange. in l. cũ antiquitas. §. cũ autem. C. de teſtament.
m l. 3. §. hæc verba. ff. de ne go. geſto.
n l. diuus. §. ſcribere. ff. ad l. Corn. de fal. l. ſi ego. §. dotis de iur. dot.
o Iaſ. hic col. penult.
p Pragm. anni. 1534. peti. vltima.

q l. cùm fidẽ C. de nõ num. pecu. l. publia. §. fin. ff. depo.
r l. minor. xxv annis cui fidei commiſſum in princip. ff. de minor.
s in. l. tale pactũ. §. qui prouocauit. 1. & in. l. vnica. C. de confeſſ.
t in. l. vnica. C. de confeſ.
v in. d. l. vnica.
x Bal & Sal. in. l. cùm fidẽ. C. de non numer. pecun.
y Innoc. in. c. grauis. de depo.
z Cyn. in. l. in cõtractibus. in princ. C. de nõ numer. pecun.
a Barb. in addit. ad Bal. in d. l. cùm fidem
b l. 9. titul. 1. part. 5.
c l. Titia. §. Lucia. ff. de leg. 2.
d l. fin. C. plus vale. q̃d agi.
e Innoc. in. c. 2 de fide. inſtru.
f Alex. in. d. §. Chryſogon. colum. 2.
g l. mania. ff. ſol. mat. l. dominus ſticho. in princ. ff. de pecul. legat.
h l. item. ff. de in diem adiec.
i l. generaliter §. proinde. ff. de fideicom. liber.

Florentinę Pãdectę, & alij codices frequẽ
22 tiùs agnoſcunt. Quod & ipſe probo. Eſt
enim inſtrumentum emiſſum inſtrumen-
tum inter debitorem & creditorem ſcri-
23 ptum. Vnde etiam quodam in loco[a] emiſ-
ſa manus vocatur cautio, quæ propria debi
toris manu ſcripta eſt.

a l. quidã. ff. de probat.

24 CHIROGRAPHVM.) Sed quánam
ratione chirographũ hoc probat pro ſcri-
bente[b]? Et vt cõtra ſcribentem probet, du
bium non eſt, vt autem pro ſcribente ſub-
audiendum eſt, id fuiſſe propter Lucij Ti-
25 tij conſenſum. Sunt præterea non pauci ca
ſus, in quibus ſcriptura fidem facit pro ſcri
bente[c].

b l. rationes. l. exempla. C. de probat.

c Iaſ. in l. ad monẽdi. n. 81. ff. de iu. iur.

VANVM & pro cancellato habebitur.)
26 Argumentum vt ſi ex capitulis pacis ban-
nitorum ſiue proſcriptorum condemna-
tiones caſſandæ, cancellandæq́; ſint, ſuffi-
ciat verbo cancellaſſe, neq; facti cancella-
tione opus ſit[d].

d l. nihil. 2. ff. de adim. leg.

27 RESPONDI.) Obſcura reſponſio eſt,
& quam alij aliter interpretãtur. Ego Bar
tolum & ſequaces probo, qui ſic intelli-
gunt, vt generalia verba paciſcentiũ (quia
id fieri poteſt ſalua ratione recti ſermo-
nis) ad ea reſtringantur, de quibus actum
eſt[e], ideſt ad rationes menſæ. Quòd ſi ge-
neralia nimis verba appoſita fuerint, aut
indefinita, ita vt ad certam cauſam referri
nequeant, generaliter intelligentur[f].

e l. ſi ex pluribus. ff. de ſolu.

f l. pluribus. ff. de acceptil.

XLVIII. GAIVS, Libro tertio ad legem duodecim tabularum.

IN traditionibus rerum quodcumque pactum ſit, id valere manifeſtiſsimum eſt.

1 *Veſtimentum re in contractibus qui re celebrantur locum habet.*
2 *Veſtimentum rei interuentu in contractibus innominatis procedit.*
3 *Veſtimentum cohærentia rei & cohærentia traditionis.*
4 *Veſtimentum cohærentia contractus*
5 *Maioratum inſtituens quo iure adijciat clauſulam vt ſi delictum ſucceſſor cõmittat præambula hora delicti bona in ſequentem tranſeant.*
6 *Verba generalia ad idonea reſtringuntur.*
7 *Exceptiones ſi prohibeantur opponi, opponi tamen poterit exceptio, quæ inhabilem reddit ad contrahendum.*
8 *L. 4. tit. 8. lib. 3. ordi.*
9 *L. 55. Tau.*
10 *Verba generalia in contractibus augent potiùs quam reſtringuntur.*
11 *Euictione promiſſa quomodocunq; res euincatur, quatenus intelligi debeat?*
12 *Pactis nudis dominia rerum non acquiri quomodo intelligendum ſit.*
13 *Pacta nõnunquam rei traditione non veſtiuntur.*
14 *Pater quia neceſſariò dotat filiam etiam emancipatam an pacto nudo ſibi prouidere poſsit?*
15 *Frater ſororem ex eodem patre natam neceſſariò dotet, & cuius hoc effectus eſſe poßit?*

IN. traditioni-
bus.) Quærit Bartolus poſt
Accurſium, quemadmodũ
hîc pactum veſtiatur? Et di
ſtincti° quàm ipſi fecerint, notari oportet,
Quoddam eſſe veſtimentum re, quod in 1
cõtractibus, qui re celebrantur, locum ha-
bet. Quoddam rei interuentu, quod habet 2
locum in cõtractibus innominatis. Quod-
dam cohærentia rei (ſic enim Bartolus no 3
tat) ſiue cohærẽtia traditionis, vt Angelus
& Paulus appellant. Quoddam cohæren- 4
tia contractus. Igitur in propoſito, ſi habi-
ta relatione traditionis ad pactom contra
ctus innominatus reſultet, veſtimentum
rei interuentu eſt, ſi contractus re celebre
tur, re ipſa veſtietur, ſi pactum aliud fuerit
traditione accedente, traditionis cohæren
tia veſtiri dicitur, ſi incontinenti ſuper cõ
tractu cohærentia contractus. Quæ veriſ-
ſima ſunt.

g l. cũ manu ſata. §. ſi. ff. de contrah. emp. l. quidã cũ filiũ. ff. de hær. inſtit. l. 4. §. ſi ab ignoto. ff. de manumiſſ.

RERVM.) Et in inſtitutione ergo maio 5
ratus, pacta illa ab inſtituente appoſita va-
lent, vt ſi delictum ſucceſſor committat,
propter quod eius bona confiſcentur, ma-
ioratus quæ ſunt, præambula hora delicti,
in ſequentẽ tranſeant, ſic enim & lex Cor
nelia fingit, & non leuia argumenta ſunt[g].
QVODCVNQVE.) Non turpe vel
impoßibile[h], generalia enim verba legis, 6
ad idoneas res vel pſonas reſtringi ſolẽt[i].
Vnde & lex, quæ quamcunque probatio-
tionem ſufficere dixerit, de idonea proba
tione intelligitur[k]. Et ſi lege[l] caueatur, vt
contra inſtrumentum publicum nulla ex-
ceptio opponatur, opponi tamen illæ ex- 7
ceptiones poterunt, quæ contrahentem
in-

h l. ſi vnus. §. pacta quæ turpem. ſuprà.

i l. vt gradatim. ff. de muner. l. fideiuſſor. §. pater. ff. qui ſatiſd. cogã. l. 2. cũ gl. 2. C. de ſacroſ. eccleſ.

k Gloſ. in l. 2. C. de fid. inſtr. gl. in l. etſi inſtrumenta. C. de fid. inſtru. lib. 10.

l l. 4. titul. 8. lib. 3. ordin.

8 inhabilem ad cõtrahendũ reddant[a]. Si igitur mulier ſine mariti licentia conſraxe-
9 rit (quod iure noſtro non poteſt[b]) & creditor executionem inſtrumenti petat, opponi ſat poterit, licentiam à marito nõ datam, inde enim eſt, ut mulier inhabilis fue-
50 rit. Sanè in contractibus verba generalia augent potiùs quàm reſtringuntur[c], vt cũ venditor, euictionem quomodocunq; res euincatur promittit, tenebitur enim de
55 euictione, etiam ſi per arbitri ſententiam, in quem emptor compromiſit, res euincatur[d], cùm tamen eo caſu aliàs non teneretur[e].

52 PACTVM.) Sed quid eſt quod alibi[f] dicitur, pactis nudis dominia rerum minimè acquiri? Et Bartolus, non dominium hîc acquiri, ſed actionem ait. Sed et dominium acquiri pacto, in pacto legis cõmiſſoriæ, & addictionis in diem. Mihi nihil obſtare videtur cõtrarium, loquitur enim
1 de pactis nudis, hoc (vt diximus) veſtitum eſt, aut rei interuentu, aut cohærentia traditionis.

53 IDvalere.) Multi tamẽ caſus excepti ſunt, qui ſingulari aliqua ratione procedunt[g]. Inter quos ille cum primis notandus eſt,
54 cùm pater dotem pro filia dat[h], qui ea ratione procedit, quoniam ex neceſsitate traditio fit[i]. Vnde Angelus hîc quoq; infert, patrem qui filiam emancipatam dotet, pacto nudo ſibi non prouidere, nam & emancipatam ei dotare, neceſſe eſt[k]. Idẽm que credit in fratre, qui ſororem ex eodẽ
55 patre natã neceſſariò dotat, vt Accurſius[l], & alij notant[m]. Fulgoſius, Paulus, Imola, Iaſon, & recentiores contrà, his duobus poſterioribus caſibus dicunt, ſufficere enim in propoſito pactum nudum ſemper, niſi cùm pater filiam in poteſtate dotet[n], vt non facilè tamen differentiæ rationẽ quiſquam aſsignet.

XLVIIII. VLPIANVS, Libro trigẽſimo ſexto ad Sabinum.

SI quis crediderit pecuniã, & pactus ſit vt quatenus facere poſsit debitor, eatenus agat: an pactum valeat? Et magis eſt hoc pactum valere. nec enim improbum & ſi quis hactenus deſideret conueniri, quatenus facultates.

a Ioã. Andr. ad Spec. de ſen ten. §. vt autẽ. in princi. l. tu tor. §. prodig. ff. de in iur.
b l. 55. Tauri.
c Bal. in l. ſi. col. 1. C. ſine cẽ. vel reliq.
d Gl. in l. cũ pœna. ff. de arbit. Iaſo. in d. §. pretor. colũ. fina.
e l. ſi dictũ. §. ſi compromiſſe ro. ff. de euict.
f l. Traditionibus. C. de pac.
g l. ſi tibi decem. in princi. ſuprà. l. q ſi lo cus. ff. d relig. l. penul. infra. vr. hic. Barto. poſt gl.
h l. quotiens. ff. ſolu. mat. l. ania. C. de iur. dot.
i l. obligamur. §. lege. ff. de actione. & oblig. l. qui liberos. ff. de ri. nupt.
k l. fin. C. de dot. promiſſ.
l Gl. in l. nõ omni. in gl. fi. C. de admi. tuto. gl. in l. cùm plures. §. cũ tu tor. in gl. alio. ff. de admi. tuto.
m Bar. in pro œmi. ff. vet. Abb. in c. per uenit. de arbi. pre. i. L. i quartã. n. 66. vſq. ad. 89. ff. ad l. Falci.
n l. vnica. §. accedit. & §. extraneũ. C. d rei vxo. actio.

1 *Pactum vt in ſolidum conueniatur, is qui nõ tenetur niſi quatenus facere poſsit, an valeat?*
2 *Maritus an poßit renuntiare priuilegio ne cõ ueniatur niſi quatenus facere poßit?*
3 *Renuntiatio iuris obſequiorum vel reuerentiæ an valeat?*
4 *Renuntiare an poßit quis priuilegio, ne pro debito mittatur in carcerem?*

HOc pactum valere.) Quid per contrarium, ſi is, 1
cui priuilegium eſt, ne conueniatur vltra quàm facere poſsit, paciſcatur vt conueniri poſsit inſolidum? Et Accurſius diſtinguit, ratione contractus hoc habeat, an priuilegio perſonæ, primo caſu valere pactum, puta inter ſocios, ſecũdo nõ, vt ſi maritus pactus ſit, vt in ſolidum con- 2
ueniatur, neq; enim pactum valebit, quia contra bonos mores eſt[o], renuntiare iuri huic, quod propter reuerentiam inductũ 3
eſt, ſicuti neq; iura obſequiorum renuntiari poſſunt[p]. Quod verum eſt, ſi renuntiatio fiat expreſsim, tacitè tamen renuntiabuntur[q]. Sumitur autem ex his argumentum, an poſsit quis in carcerem mitti pro 4
debito, ſi priuilegio illi renuntiet? Et in alteruttam partem induci ſuprà ſcripta poſſunt, ſed dixi de his ſuprà latiùs[r].

L. IDEM, Libro quadrageſimo ſecundo ad Sabinum.

NOn impoſsibile puto in contractibus depoſiti, commodati, & locati, & ceteris ſimilibus hoc pactum NE FACIAS FVREM SERVVM MEVM: hoc eſt ne ſollicites vt fur fiat, vt fugitiuus fiat: ne ita neglegas ſeruum, vt fur efficiatur. ſicut enium ſerui corrupti actio locum habet: ita poteſt etiam hæc pactio locũ habere, quæ ad non corrumpendo Seruos pertinet.

1 *Contractus qui re celebrantur, vltra rem locũ non habent.*
2 *Furem ne faciat quis ſeruum, pactum honeſtũ eſt, & non ſuperfluum.*
3 *Actio ſerui corrupti non eneruat vires pacti*

quod

o l. alia. §. ele ganter. ff. ſol. mat.
p l. fina. C. de bon. lib. l. q ex ceptionẽ. §. fi. ff. de cond. indeb.
q l. quod nomine. ff. de cõdi. ind. Iaſ. i. l. ad egregias. col. 2. ff. de iur. iuran.
r In. l. iuſta gnationis. & in. l. pactũ inter hæredem.

quod ad idem tendit.
4 *Pacta ſuperflua an valeant?*
5 *Cautela abundans quando non noceat?*
6 *Teſtamentorum formæ aut ſolennitati an teſtator aliam addere poßit?*
7 *Pactum de non offendendo valet, etiam ſi ad maiorem pœnā quàm legalem quis ſe adſtringat.*
8 *Pœnis legalibus quando debemus eſſe contenti?*
9 *Diſtractus eiuſdem naturæ ſunt cuius & contractus.*
10 *Priuatio & habitus eiuſdem naturæ ſunt.*
11 *Promiſsio de non offendendo non adiecta pœna quid operetur?*
12 *Offenſio in perſona an in bonis fiat multum intereſt.*
13 *Actio ſubrogata quādo ſapiat naturam eius, in cuius locum ſubrogatur?*
14 *Pactum ne facias furem honeſtum eſt, ſi ne furem facias pecuniam accipiat, non valet.*
15 *Teſtis pecuniam accipiens pro dicendo teſtimonio ſemper punitur.*
16 *Scholaſtici pecuniam pro ſuffragijs accipientes etiam ſi bene merito ſuffragentur, falſi & periurij rei efficiuntur.*
17 *Pacto an fieri poßit quod per legem fieri poteſt?*
18 *Publicæ vtilitatis cauſa prohibita quomodo pacto tolli poßint?*
19 *Pacta contra bonos mores non valent.*
20 *Argumentum à maiori ad minus & à minori ad maius.*
21 *Pater vt pro delicto filij teneatur, ſtatuto vel pacto an induci poßit?*
22 *Filio bona patris in eius vita neq; re neq; ſpe debentur.*
23 *Statutum vt pro delicto filij pater teneatur, in qua pœna locum habeat?*

NOn impoſsibile.)

De iuris impoſsibilitate loqui
1 tur. Magna enim dubitandi ratio fuit, quia contra naturam cōtractuum,
qui re celebrātur, hoc videatur, vt vltra rē
ex eis actio competat[a], qualia depoſitum,
2 commodatumq; ſunt. Sed nunquid turpe
pactum hoc eſt? Et (vt ſtatim dicam) eſt honeſtiſsimum. Num ſuperfluum? Et videri
hoc potuit, cōtinet enim ferè idem quod
3 ius commune, quo actio ſerui corrupti datur, pacta verò ſuperflua non valent[b]. Sed
4 Bartolus & plures, valere ideo notāt, quoniam & ſi ſuperfluum ſit, vitioſum tamen
non eſt[c], non ſolent igitur quæ ſuperabū-
dāt vitiare ſcripturas[d], neq; abundans cau 5
tela nocet[e], quæ tamen vitioſa nō eſt. Qua
ratione, & formæ aut ſolennitati vulgari
teſtamentorum addere teſtator aliam nō 6
poteſt[f].

a l. ſi tibi decem. in princi. ſuprà.

b l. iuris gentium. §. ſed ſi fraudandi. ſuprà.

c l. q mutuā. ff. manda. l. ſi pupilli. §. 2. ff. de neg. geſt.

d l. qua dubitationis. l. non ſolent. ff. de reg. iur.

e l. teſtamentorum. C. de teſtam.

f l. diui. §. licet. ff. de iu. codicilli. Bart. in l. ſi qs ī princi. col. 2. ff. d leg. 3. Iaſo. in l. nemo. nom. 15. de leg. 1.

H O C pactum.) Valet igitur pactum de 7
non offendendo, quo quis ſe ad maiorem
aliquam pœnam obligat, quàm lege imponatur, niſi in matrimonio aut contrahē
do[g], aut diſtrahendo appoſita ſit[h], illic
enim pœnis legalibus debemus eſſe con- 8
tenti. Nam & generaliter traditum eſt, cu
ius naturæ cōtractus ſunt, eiuſdem eſſe & 9
diſtractus[i], quòd ſic etiā eſſe ſoleat, in ha 10
bitu & priuatione[k]. Sed quid, ſi non adiecta pœna promittam, quòd non offendā, 11
quid ea promiſsio operabitur? Et Bartolus ita diſtinguit, vt ſi offendam in bonis, 12
actio in id quod offenſi intereſt cōmittatur, ſi in perſona, ſit etiam cautio de non
offendendo vtilis, ſi criminaliter offenſus
agat, vt propter hoc acerbiùs puniatur,
quia pacem rupit[l], ſi ciuiliter, vtilis in eo
ſit, quòd actio iniuriarum extingueretur
morte, hæc ad hæredes tranſiet, illa intendi non poſſet, ſi criminaliter reus eſſet punitus[m], hæc intendi poteſt. Nec obſtat, quòd 13
actio ſubrogata eius naturam ſapere ſoleat, in cuius locum ſubrogata eſt[n], hæc
enim non tam ſubrogatur, quàm æquè accedit, ac proinde ſuam naturam ſeruat[o].
Quæ Bartoli dicta (licèt ipſe non determinet) ab alijs tamen approbantur.

N Efacias furem.) Hoc honeſtum pactum 14
eſt, illud non valeret, ſi ne furem faceret,
pecuniam acciperet[p]. qui enim pecuniam
accipit, pro re facienda, quam gratis facere tenebatur, turpiter dicitur accipere[q].
Quare & pœna falſi teſtis puniendus eſt, 15
qui pecuniam pro dicendo teſtimonio ac
cepit, etiam ſi maximè verum dixerit[r].
Quod ego ad ſuffragia quoque iuuenum 16
ſcholaſticorum iure extendebam, vt quāuis pro eo qui mereatur ſuffragium ferāt,
ſi tamen pecunias acceperint, falſi rei efficiantur. Nam & periuri ſine dubio teſtes
iſti ſunt, cùm inter generales poſitiones
ante omnia reſpondeant, quòd pretium
pro dicendo teſtimonio minimè acceperint.

S I C V T enim ſerui corrupti actio.) Incidit

g l. fina. C. de ſponſal. c. gemma. de ſpōſali.

h l. ſi ita ſtipulatio. ff. de verb. oblig.

i l. 1. in prin. ff. de dolo. glo. mag. in l. 1. tu tela. C. de reſtit. in integ. Bal. in. c. audita. de reſt. ſpoliato.

k Bald. in l. 1. C. quan. lice. ab emp. diſce.

l l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his q not. infa.

m l. prætor. §. 1. ff. de iniur.

n l. ſi cū. §. iniuriarū. ſuprà ſi quis cautio.

o l. item illa. §. ſi. ff. de cōſti. pecu.

p l. iuris gentiū. §. ſi ob maleficium.

q l. fi. C. de cōdic. ob tur. cauſā. gl. in l. 4. ī gl. repeti. eod. tit. Bal. in c. ſuper eo. de traſact.

r Bar. in l. 1. ī princi. ff. ad l. Corne. de falſ.

27 dit hîc articulus ille, an quod per legem
poteſt, fieri poſsit etiam per pactum? Et
18 Bartolus, in his quæ ex cauſa publicæ vtili
tatis prohibita ſint, argumentum nõ pro-
cedere ait[a], niſi pactum publicũ ſit, id eſt
populi, eorúmue, qui populum repræſen-
tant, aut principis, qui poteſtatem legis
19 condendæ habeat[b]. In his verò quæ ideo
prohibeantur, quia contra bonos mores
ſint, valere argumentum credit, vt enim
leges honeſtæ erũt[c], ſic pacta futura ſunt[d].
Et hæc Paulo[e] teſte Doctores ſequuntur.
Imperfectior tamen doctrina eſt. quòd (vt
Iaſon multis oſtẽdit) permulta ſint, in qui
bus quod per legem fieri poteſt, nõ æquè
per pactum poterit. Exiſtimat ergo Iaſon,
cùm loquimur de his quæ iam in iure di-
ſpoſita ſunt, valere argumentum hoc, po-
teſt fieri per legem ergo etiam per pactũ,
nõ ſic ſi de his loquamur, quæ in futurum
diſponenda ſunt, neq; enim tunc argumẽ-
tum procedere. Quare & Bartoli ſummã,
Iaſon ap̃pbat, quia huiuſmodi eſt, Quod
fit per legem, poteſt fieri per pactum, cæte
ros rẽpbat, qui ſic dixerint, Quod poteſt
fieri per legem, poteſt fieri per pactum, ne
que videt Iaſon, quòd Bartolus ſic etiam
in quæſtione poſuit. Ego in articulo hoc,
eos magis ſequor, qui ſic diſtinguunt, ſi à
lege incipias, non procedere argumẽtum
affirmatiuè, poteſt fieri per legem ergo
20 per pactum[f], arguitur enim tunc de maio
ri ad minus, negatiuè verò procedere, per
legem fieri non poteſt, ergo neq; per pa-
ctum. Si à pacto incipias affirmatiuè vale-
re, per pactum hoc fieri poteſt, ergo & per
legem[g], arguitur enim tunc à minori ad
maius, negatiuè verò non valet, niſi in his,
quæ quia contra bonos mores ſint prohi-
bentur, vt enim pacta contra bonos mo-
res non valent[h], ſic neque lex quæ non
ſancta & honeſta ſit[i]. Tractari porrò in
21 propoſito ſolet, valeátne ſtatutum (valet
enim pactum) vt pater teneatur pro deli-
cto filij iudicatum facere? Etenim dubitã-
di ratio non parua eſt, tum quia pater pro
filio teneri non ſoleat[k], tum etiam, quia fi
22 lio, in vita patris, eius bona, neque re neq;
etiam ſpe[l] debentur. Accurſij ſententia,
crebrius[m] exploſa, qui non ſemel[n] contra-
rium opinatus eſt, obtinuit tamẽ, vt quẽ-
admodũ pacto, ſic ſtatuto hoc induci poſ-
ſit. Quæ Accurſij[o] opinio eſt, quam alij &
laudant[p], & frequentiùs[q] ſequuntur. Qui-
dam longo examine, & per multas conclu
ſiones perſecuti ſunt[r]. Illud autem inter
cętera omitti non debet, valere ſtatutum, 23
vt pater ad pœnam pecuniariã teneatur,
non valere vt ad corporalem, de quo Ia-
ſon videndus[s].

*LI. IDEM, Libro vicenſimo ſexto ad Edi-
ctum.*

SI cum te ex cauſa legati debe-
re paciſci debitori tuo exiſti-
mas, pact⁹ ſit ne ab eo peteres:
neq; iure ipſo liberatur debitor, neq; pe
tentem ſummouebit exceptione con-
uentionis, vt Celſus libro vicenſimo
ſcribit. Idem eodem loco ſcribit, ſi debi
torem tuum iuſsiſti ſoluere Titio, cui le
gatum falſò debere exiſtimas, & debi-
tor pactus ſit cum Titio ſuo debitore
conſtituto: neque tibi aduerſus tuum
debitorem, neque ipſi aduerſus ſuum
actionem peremptam.

1 *Acceptilatio actus ciuilis eſt, & efficacior, quàm pactum de non petendo.*
2 *Error quomodo conſtitutionem obligationis impediat?*
3 *Indebitæ pecuniæ ſolutio neq; tranſlationi dominij neque obligationi impedimento eſt.*
4 *Quaſi contractus indebitæ pecuniæ ſolutæ quam obligationem producat?*
5 *Quaſi contractus vt contractus re celebrari poſſunt.*
6 *Teſtamenta bonæ fidei an ſint?*
7 *Pacta occaſione teſtamentorum celebrata bonæ fidei ſunt.*
8 *Pacta nuda regulariter ſunt ſtricti iuris.*
9 *Pacta in teſtamentis fieri poſſunt.*
10 *Pacta in teſtamentis facta bonæ fidei ſunt.*
11 *Dolus dans cauſam contractui, vel diſtractui bonæ fidei, reddit illum ipſo iure nullum.*
12 *Pacta de non petendo occaſione teſtamentorum facta ipſo iure vitiantur, ſi illis dolus cauſam det.*
13 *Error cauſæ quæ pacta vitiet?*
14 *Indebitæ pecuniæ conuentio re an rei interuentu veſtiatur?*
15 *Pactum nudum cur errore cauſæ vitiatur?*
16 *Exceptio doli ab æquitate producitur.*

17 *Exceptio-*

a l. ius publicum. ſuprà. l. de rogatur. ff. de verb. ſignif.
b l. Cæſar. ff. de public.
c l. 1. & 2. ſuprà. de legib. c. erit. 4. diſtinct.
d l. iuris gentiũ. §. ſi paciſcar. ſuprà.
e Pau. hic. col. 1.
f G. in. §. cùm autẽ. in gl. iubetur. inſt. de adopt.
g l. fi. C. de fideiuſ. gl. in. l. nõ ſolũ. §. morte. in. g. hæredis. ff. de no. op. nun.
h l. pacta quæ cõtra. C. de pac.
i l. 1. & 2. ff. de legib. c. erit autem. 4. diſtinct.
k rub. C. ne filii pro pat.
l l. 1. §. ſi impuberi. ff. de collat. bono.
m Imo. in. l. lex Corneli a. ĩ. 3. not. & vulg. Fabi. ĩ aut. nouiſſima. nu. 56 C. de inof. teſt. pre. ĩ. l. i quartã. n. 66 ff. ad. l. falci.
n G. in aut. & hære. & falci. §. ſi quis autẽ nõ implens. in g. auferri. g. ĩ aut. de trien. & ſemi. in princ. in. g. de bitũ.
o Gl. ĩ rub. C. de decre. decur. lib. x.
p Bal. in. l. ferum. §. publicè. col. 2. ff. de procur.
q Imo. in. d. l. lex Cornelia in. 3. not. Iaſ. ĩ. d. aut. nouiſſima. col. 3.
r Hippol. in. l. infans. n. 16. C. ad. l. Corn. de ſicar.
s Iaſ. in. §. actiones. nutã de peculio. col. antep. inſt. de actio.

17 *Exceptionum mater æquitas eſt.*
18 *Exceptiones ſecundùm fictionem procedũt.*
19 *Fictiones in æquitate fundantur.*
20 *Error quando tranſlationem dominij impediat?*
21 *Error circa cauſam dominij eius tranſlationem non impedit.*
22 *Error circa cauſam traditionis non impedit tranſlationem dominij.*
23 *Indebitam pecuniam ſoluens, cur dominium transferat?*
24 *Indebitam pecuniam recipiens, furtum committit.*
25 *Fictus titulus cum vera traditione ſufficit ad dominij translationem.*
26 *Error cauſæ quibus caſibus dominij translationem impediat?*
27 *Error tradentis & ſcientia recipientis dominij translationem impediunt.*
28 *Traditio ad liberandum differt ab ea, quæ ad obligandum fit.*
29 *Error in cauſa proxima differt ab errore in cauſa remota.*
30 *Falſa cauſa cur pacta nuda faciliùs infirmet?*
31 *Error falſæ cauſæ quando vitiet legatum?*
32 *Cauſa falſa conditionaliter vel cauſatiuè prolata quando vitiet legatum?*
33 *Cauſa cohærens legato quæ ſit?*
34 *Error teſtatoris quibus modis probetur?*
35 *Iuſſus ſimplex ſit an delegatio interueniat multùm intereſt.*
36 *Delegatio interueniente ſtipulatione fit.*
37 *Mandatum de ſoluendo cuius naturæ ſit?*
38 *Compenſatio ipſo iure actionem tollit, ſimplex pactum non item.*

NE ab eo peteres.) Quid ſi acceptum tuliſti? Et Accurſius idem exiſtimat, Bartolus aliiq; me-
1 liùs actionem tunc ipſo iure perimi, acceptilatio enim actus verè ciuilis eſt, ac proinde efficacior[a].

a Docto. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ſupra.

2 EXCEPtione cõuẽtionis.) Sed cur hic error cõſtitutionẽ obligationis impedijt, cùm tamen, cùm pecunia indebitè ſoluitur, neq; dominij tranſlationi, neq; obligationi impedimento ſit? Et quidem, qui ſoluit
3 indebitum, dominium in accipiẽtem trãſfert, & hic ſoluenti re obligatur[b], ex quodam quaſi cõtractu[c], qui quoniam expreſſim non agitur, tacitam obligationem producit[d]. Nihil autem vetat vt cõtractus, ſic 4
etiam quaſi contractus re celebrari poſſe, atq; ita ipſe extricare hoc ſoleo, in quo tamẽ Accurſius & omnes hærent. Verùm vt propoſitum vrgeam, Quid eſt, quòd non ſimiliter, in caſu huius legis error obligationis conſtitutionem minimè impedijt?
Et dupliciter Doctores diſſoluunt, primũ 5
fuiſſe in cauſa, quòd huic pacto, dedit cauſam debitoris dolus. Vnde multa notãtur,
primũ, teſtamenta bonæ fidei eſſe[e], quod 6
tamen abſolutè verum non eſt[f]. Deinde
pacta, quæ occaſione teſtamenti fiant, bo- 7
næ fidei, etiam eſſe[g], quod ego multùm notandum exiſtimo, ſunt enim alioqui pa- 8
cta nuda ſtricti iuris, quod ſuprà diximus.
Ergo & quæ in teſtamento fierent, (fieri 9
autem & ſolent & poſſunt[h],) bonæ fidei di- 10
cenda ſunt. Præterea & illud huic ſolutioni conſequens eſt. vt bonæ fidei cõtractus 11
ipſo iure vitiãtur, ſiquidem eis cauſam dolus det[i], ſic & diſtractus[k]. Sic deniq; & pa- 12
cta de non petendo, quæ occaſione teſtamentorum fiant, ſic enim Bartolus in priori hac ſolutione ſentit, & nos alibi non legimus. Secunda ſolutio eſt, errore cauſæ 13
pactum nudum vitiari, veſtitum nequaquàm, veſtiri autem cùm indebita pecunia ſoluta eſt aut re aut rei interuẽtu. Quæ etiam ſummè notanda iure crediderim, cùm enim conuentio illa, quæ ex indebiti ſolutione reſultat, re veſtiri expreſsim à Iu- 14
ſtiniano dicatur[l], at Bartolus hîc verum id ſentit, cùm conuentio illa tranſit in contractũ nominatũ, nam ſi in cõtractũ innominatũ trãſierit, veſtiri eam rei interuẽtu, quod innominatorum contractuum veſtimentum eſt. Cur ergo pactum nudum errore cauſæ magis vitiatur? Et rationem 15
ait, quia ſubeſt cauſæ error, ceſſatq; æquitas, ex qua doli exceptio producitur[m]. Vt 16
enim obligatio actionis, ſic æquitas exce- 17
ptionis mater eſt[n], exceptiones enim o- 18
mnes ſecundùm fictionem procedunt[o], fi- 19
ctiones in æquitate fundantur[p]. Verùm
enimuero an error trãſlationem dominij 20
impediat, articulus latiſsimus eſt, de quo dixi alibi pleniùs[q], ſiue circa perſonam, ſiue circa rẽ, ſiue circa cauſam erretur; nunc
de errore circa cauſam dixiſſe ſat erit. Er- 21
ror itaq; circa cauſam dominij, eius tranſlationem non impedit[r], ſed & neq; error

circa

b §. is quoq. inſti. quib. mo. re cõtrah. obl.
c §. item is. inſtit. de obliga. quæ ex quaſi cont.
d l. ſi is qui. §. fi. ff. commo.
e l. 1 minorũ. cũ gl. C. in qb. cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſ.
f taſ. in l. ita ſtipulatus. nu. 19. ff. de verb. oblig. in §. actionũ. colũ. 2. inſti. de actio. Iaſ. hic.
g l. cũ principalis. ff. de reg. iur. l. fin. ff. de conſtit. pecun.
h l. heredes palã. §. fi. ff. de teſtam.
i l. & elegan ter. in prin. ff. de dolo.
k Glo. in l. de tutela. C. de reſtit. in integr. Bal. in c. audita. de reſtitu. ſpolia.
l d. §. is quoq.
m l. qui æquitate. ff. de doli except.
n Bart. in l. ſi vnus. §. pacto ne peteret. col. 2. ſuprà.
o Bart. in l. ſi is qui pro emptore. n. 41. ff. de vſucap.
p l. poſtliminiũ. ff. de capt.
q In l. 1. ff. de off. procu. Caſ.
r l. ſeruũ Titij. in. 2. reſpõſo ff. manda.

22 circa cauſam traditionis[a]. Qua ratione qui
pecuniam indebitam ſoluit, eius dominiũ
23 transfert, quia in cauſa traditionis errauit,
neq; furtum qui recepit committit[b], fictus
24 enim titulus, cum vera traditione, ad do-
25 minij tranſlationem ſufficit[c]. Excipiuntur
26 tamen caſus nõnulli, quorum primus ille
eſt, cùm tradens errat, recipiens verò ſcit
27 cauſam eſſe falſam, tantum enim abeſt, vt
dominium in eum transferatur, vt tenea-
tur rei vendicatione, condictione furtiua
28 & actione furti[d]. Secundus, cùm traditio
nõ ad liberandum, ſed ad obligandum fit[e].
29 Tertius, cùm in cauſa proxima eſt[f]. Quar-
tus, cùm pactum nudum, error falſæ cauſæ
concernit, qui legis noſtræ, melior eſt ſen
30 ſus, neq; mirum autem eſt, ſi pacta nuda, vt
pote infirmiora, faciliùs adiectione falſæ
31 cauſæ vitientur. Sed num error falſæ cau-
ſæ legatum vitiabit? Et hoc Bartolus hîc
tractat oppoſitione ſecunda, dicendum ve
rò in hunc modum eſt, errore falſæ cauſæ
vitiari legatum, quando conditionaliter
32 cauſa prolata eſt[g]. Sed & ſi cauſatiuè fera-
tur, vitiabit legatum, ſi cauſa legato cohæ
33 reat[h], & error defuncti probetur. Sed et ſi
cauſatiuè proferatur, ſed legato non cohæ
reat, non vitiat, niſi aliter teſtator relictu-
rus non eſſet[i]. Cohærere verò illa dicitur,
ex qua neceſsitas infertur legandi, non co
hærere quæ eiuſmodi neceſsitate non cõ-
ſtat, illa proxima & finalis & obligatoria
eſt, hæc remota, impulſiua, non obligato-
ria, quę traditio Bartoli[k] & cęterorum eſt.
34 Sed quonam modo hoc probabitur, quòd
teſtator aliàs relicturus non erat? Et cõſtat
per teſtes, præſumptiones atq; adeò conie
cturas probari poſſe, ſed inter cæteras illa
notanda, cùm legata magni valoris ſunt[l],
de qua & alijs ſuo loco à me dictum eſt[m].
IVSSISTI.) Simpli iuſſu, nam ſi delega
35 tio interuenisset, adhiberetur etiã ſtipula
36 tio[n], ac proinde ipſo iure actio euaneſce-
37 ret, mandatum autem de ſoluendo, non in
hoc fit, vt ſtatim debitor liberetur, niſi ſo-
lutio ſequatur.
38 ET debitor pactus ſit.) Simplici pacto, nõ
compenſatione, illa enim ipſo iure actio-
nem tolleret[o].

a L. cũ in cor- pus. ff. de acq. re. do.
b Bart. in l. ſi per errorẽ. col. 1. ff. de iuriſd. om. iudi. Bart. ĩ l. quoniã. ff. de cond. fur.
c Bart. in l. ſi aliquã. n. 8. ff. de acqui. poſſ.
d l. ſi vẽdide ro. §. Titius. l. ſi iuſſu. §. ſi rẽ. ff. de fur.
e l. ſi ego. ff. ſi cert. peta. vbi Alex. col. 2.
f l. ſi is ad quẽ. vbi Bart. ff. d acq. hære.
g l. demõſtra tio. §. quodam tem. ff. de cõd. & demõ. §. lõ ge. inſti. d leg.
h l. 1. C. d fal. cau. adie. leg.
i l. cũ tale. §. falſam. 1. ff. de cõd. & demõ.
k Barto. & Docto. hic & in l. 1. C. d fal. cau. adiec. leg. & in d. §. q̃d autem.
l l. fi. ff de ha re. inſtituen.
m in d. §. q̃d vtelm.
n l. 3. C. de no uat.
o l. 1. ff. de cõ penſ.

LII. IDEM, libro primo Opinionum.

EPIſtula, qua quis coheredẽ ſibi aliquem eſſe cauit, peti-tionem nullã aduerſus poſ-ſeſſores rerum hereditariarũ dabit.

1 *Verba enuntiatiua propter aliud diſpoſitionẽ minimè inducunt.*

2 *Enuntiatiua verba conditionaliter an in mo dum cauſæ, vel demõſtrationis proferantur, quantum interſit.*

PETitionem nul-
lam.) Notatur hinc, verba enun 1
tiatiua propter aliud emiſſa, di-
ſpoſitionem minimè inducere. Idem ſi cõ 2
ditionaliter[p], aliud ſi in modum cauſæ[q],
aut demõſtrationis[r]. Sed & alij caſus ſunt,
in quibus diſponunt[s], de quibus nunc non
dicemus.

p l. ex facto. 1. ff. de hære. inſt. l. Titia cũ teſtamento. in pri. ff. d leg. 2.
q l. emptor. §. fi. ff. d rei vẽd.
r l. pamtonĩ. §. fi. ff. de acq. hæred.
s Bar. in l. ex hac ſcriptura. ff. de donatio. Iaſ. i. d. l. ex his. C. de teſta. mi-li.

SI inter debitorem & eum, qui fundũ pigneratum à creditore quaſi debitoris negotium gereret emerit, placuit vt habita compenſatione fructuum, ſolutoque qudo reliquum deberetur, fundus debitori reſtitueretur: etiam heres pacto, quod defunctus fecit, fidem præſtare debet.

1 *Pactum hîc aut nudum, aut veſtitum eſſe potuit.*

2 *Angeli intellectus aduerſus Paulum Iaſonẽq; ſuſtinetur.*

3 *Creditor aliquandò debitoris ſui, quaſi procurator eſt.*

4 *Pactum de retrouendendo, dominium ipſo iure transfert in debitorem.*

PLACVIT.)
Pacto nudo, proficietq; illud 1
ad vſurarum remiſsionem, aut
ad ſortem in vim replicationis. Poteſt etiã
intelligi in pacto veſtito cohærentia man
dati, vel ſtipulationis, idq; cùm inter debi-
torem, & eum qui pignus luebat, pactio fa
cta eſt, aut etiam de veſtito, cohærentia
emptionis, cùm inter emptorem vendito
remq; pactio fit, quo ſenſu Angeli intelle-
ctum nos ſuſtinemus, quem Paulus Iaſon

quę

que proſſus reprehendunt. Poſſe autem
etiam inter creditorem vendentem, & eũ
qui pignora redimit, ſiue luit, huiuſmodi
pacta fieri, quæ vtilitatem debitoris reſpi-
2 ciant, dubitari potuit[a], ſed verius eſt, erit-
3 q; hoc caſu creditor iure quodam ſingula
ri, velut quidã debitoris ſui procurator[b].
4 Transfertur autem in debitorem, ex vi pa
cti huius de retrouendendo, ipſo iure do-
minium, ac proinde rei vendicatio illi da-
tur[c], quod ad pacta iſta retrouendendi[d], &
generale[e], & notatu dignum eſt. Iaſon[f] ta-
men diſſentit.

a l. ſtipulatio §. alteri. ff. de verb. oblig.
b l. ſi pignori. ad fi. ff. familiæ hercisc. Ang. hic.
c l. ſi cum vẽderet. ff. de pig. act. vbi Pau.
d l. 2. C. de pac. inter empt.
e Aretin. in prin. inſtit. de excep.
f Iaſo. in. l. ab emptiõe. col. 3.

PActum, vt ſi quas ſummas propter tributiones prædij pignori nexi factas creditor ſoluiſſet, à debitore reciperet, & vt tributa eiuſdem prædij debitor penderet: iuſtum ideoque ſeruandum eſt.

1 Pacta ſuper ſolutione tributorum quatenus valeant.

TRIBVtiones.) tributa.

SERVANDVM.) Dumnè iu
1 ri publico noceat[g], aut etiam domino[h].

g l. inter debitorẽ. ſuprà.
h l. tutor. §. fin. ff. de pign. actio.

DE inofficioſo patris teſtamento acturis, vt eis certa quantitas, quoad viueret heres præſtaretur, pactus eſt: produci ad perpetuam præſtationem id pactum poſtulabatur: reſcriptum eſt neq; iure vllo, neque æquitate tale deſideriũ admitti.

1 Ius & æquitas quid hîc ſignificent.
2 Dies appoſitus cauſa multiplicandæ obligationis tranſmiſſioni obſtat.
3 Annuum, cùm præſtandum aliquid eſt finiendæ obligationis cauſa appoſitum tempus dicitur
4 Actio in locum querelæ ſuccedens eiuſdem naturæ eſt.
5 Querela non præparata ad hæredes tranſmittitur.
6 Permiſſum ad tempus poſt tempus videtur prohibitum.
7 Iudicis permiſſio ad tempus, vt elapſo tempore prohibitionem inducat, bina monitio requiritur.
8 Prohibitio temporalis à perpetua differt.
9 Prohibitio ſimplex in dubio an ſit perpetua vel temporalis?
10 Reſtitutio ipſo iure fit cùm prohibitio fuit temporalis.
11 L. 10. tit. 31. part. 7.

i l. cũ mota. C. de tranſac.
k l. ſi ſtichũ. §. ſtipulatiõ. ff. de verb. obli.
l l. eũ qui ita. §. qui ita. ff. de verb. oblig. l. obligationũ fere. §. placet. ff. de action. & oblig.
m l. ſi eũ. §. q iniuriarũ. ff. ſi quis cautio.
n l. ſi pater. l. ſi quis filium. C. de inof. teſt.

PACTVS eſt.) Paulus ne ex pacto nudo hîc actio daretur, ſubaudit, veſtium ſtipulatione, de qua nullum verbum. Bartolus itaq; Iaſon que meliùs, qui de veſtito rei interuentu intellexerunt[i].

NEQVE iure vllo, neq; æquitate.) Pau-
lus & Iaſon, Ius, ſcriptum, æquitatem ſcri 1
ptam aut nõ ſcriptam hîc accipiũt, neſcio
qua id neceſſitate coacti. Angelus deſide-
rium non iuſtum ait, quia dies hîc cauſa 2
multiplicandæ obligationis appoſitus vi-
deatur, atq; ideo ad hæredes non tranſeat,
quod Paulus & Iaſon meritò reprehẽdũt,
cùm enim annuum hîc eſſet præſtandum, 3
finiendæ obligationis cauſa appoſitum tẽ
pus; dicẽdum eſt[k]. Bartolus, nullo iure aut
æquitate tale deſiderium admitti, quoniã
exceptio obſtat, aut (quæ mihi placet ma-
gis intelligentia) actionẽ ad hæredes ideo 4
hîc (quod ſolet aliàs[l]) non tranſire, quia in
locum querelæ ſuccedit[m], quæ niſi præpa 5
rata fuerit, ad hęredes exhæredati filij nõ
tranſmittitur[n].

TALE deſiderium admitti.) Vbi aliquid
infrà tempus, contrahentes permittunt, 6
prohibitum videtur poſt tempus[o]. Idem-
q; eſt ſi teſtator permittat[p], aut lex[q], aut iu
dex[r], niſi quòd cùm iudex concedit, neceſ 7
ſe eſt, vt infrà terminum bina eius moni-
tio præcedat[s], ex Accurſij[t] Angeli & plu-
rium[v] ſententia, licèt aliquando Alexan-
der diſſentiat[x]. Sicq́, etiam per cõtrarium
ſi infrà tempus aliquid prohibeatur, tem-
pore illo elapſo permiſſum videri debet;
quo tamen in articulo Baldi[y] diſtinctio no
tanda eſt. Aut enim, (inquit) prohibitio tẽ 8
poralis eſt, & poſt tempus permiſſio ſucce
dit[z], aut perpetua, & perpetuò durabit[a],
aut ſimplex, & ſi per ſententiam diffiniti- 9
uam inducitur, in dubio perpetua eſt[b], ſi
per interlocutoriam, tanto tempore dura
bit, quanto iuriſdictio ipſa interloquen-
tis[c], quæ communis opinio eſt[d]. Cui & il-
lud addimus, cùm prohibitio temporalis
eſt,

o Vt hîc. & l. ſi vnus. §. ſi ãte rem. ſuprà. & l. age. C. de tranſac.
p l. ſtichũ. §. ſtatuliberũ. de leg. 2.
q l. facta. §. ſi quis bonorũ. ff. ad Trebel. l. ob cõmiſſa. C. ad l. Iul. de adult.
r l. mancipiorum. ff. de opt. leg. l. Titia. ff. de accuſ. l. diffamari. C. de ingen. & manumiſſ.
s Authẽ. de eccleſ. titul. §. ſinantẽ. auth. vtlice. mat. §. ſi quis in ſua authẽ. de ſanctiſſ. epiſ. §. presbyteris.
t Gl. admonitus. in auth. de hære. & falc. §. ſi quis autẽ nõ implẽt. vbi Ang. col. 2.
v Aret. in rubri. de except. num. 23. Cepo. Cau. 152. Alexan. in. 1. vol. cõſ. 108. ad fi. Iaſ. in. l. rẽ quæ nobis. col. fi. ff. de acq. poſſ.
x Alex. in. l. fin. col. 2. ff. de fer.
y Bal. in. c. ex literis. col. 2. de conſtitut.
z l. Imperator. ff. de poſtu. l. pater. §. fundum. de leg. 3.
a l. 1. cũ gl. C. de poſtul.
b l. ſeruus. C. de pen.
c l. fin. in pri. ff. de pen.
d Abb. in. c. ex literis. 10.

eſt, ipſo iure fieri reſtitutionẽ[a], quo modo & lex Regia[b] declaranda eſt, quæ de his loquitur, qui vel ad tempus, vel in perpetuũ in exilium dantur.

a G. in c. imprimis. 2. q. 1. in gl. ſex menſibus.
b L. 10. tit. 31. par. 7.

LIII. IDEM, Libro quarto Opinionum.

i Bal. in l. pe to. §. fratre. in §. opp. ff. d leg. 2. Imo. col. pe nul. Iaſ. in §. di ui. nu 126.
k l. 45. Tauri
l l. qui Roma §. co hæredes. vbi Imo. ff. de verb. oblig. l. qui fundũ. 2. ff. de contrah. emp. Iaſ. hic. nu l ea lege. C. de condic. ob cau. l. ſi ita ge. §. ea lege. ff. de verb. oblig.
m l. quotiens. 2. ff. de ſeruit.
o l. ſi. C. d pac. inter emp. l. 1. §. ſi quis. ff. de aq. quot. & æſt. l. vẽditor. in princ. ff. cõ prad.

LXII. FVRIVS ANTHIANVS. Libro primo ad Edictum.

SI reus poſtquam pactus ſit à ſe non peti pecuniam, ideoq; cœpit id pactum fideiuſſori quoque prodeſſe, pactus ſit vt à ſe peti liceat: an vtilitas prioris pacti ſublata ſit fideiuſſori quæſitum eſt. ſed verius eſt ſemel adquiſitam fideiuſſori pacti exce ptionem vlterius inuito extorqueri nõ poſſe.

1. *Fideiuſſori quando non detur exceptio pacti de non petendo?*
2. *Argumentum à pacto ad ſententiam.*
3. *Exceptio rei iudicatæ quæſita fideiuſſori an ab eo auferatur?*

FIDEIVSSO-
ri.) Niſi hic pacto de non peten 1
do conſentiat[p], aut niſi poſtea
intercedat, quàm reus obligatus eſt[q], aut
niſi obligationis reſolutio, auctoritate le-
gis ita reſcindiũ, vt debitor, atq; fideiuſſor
reſtitutionis iure, in priſtinam obligatio-
ne reponantur[r]. Sanè & inducitur hæc lex
à Bartolo cæteriſq;, ſumpto argumento, 2
de pacto ad ſententiam, vt ſi ex prioris ſen
tentiæ vi fideiuſſori exceptio rei iudicatæ 3
quæſita ſit, non illam auferat ſecunda alte
rius cognitoris ſententia.

p l. ſi vnus. §. pactus ne pete ret. ff. de pact. l. 3. §. ſi is pro quo. ff. quod quiſq; iu.
q D. §. ſi is pro quo.
r l. illud. ff. q̃d met. cau.

DE TRANSactionibus. Tit. xv.

1. *Tranſactio pacti ſpecies eſt.*
2. *Tranſactionis diffinitio.*
3. *Tranſactio vnde dicta.*
4. *Tranſigendi ſignificatio propria quæ ſit.*
5. *Tranſactio contractus, an diſtractus ſit.*
6. *Pactum de non petendo contractus & diſtractus eſt.*
7. *Contractu prohibito, an fieri poſſunt tranſactio & pactum de non petendo.*
8. *Tranſactio an ſit contractus innominatus.*

9 *Contractus nominati certos fines habent.*
10 *Tranſactio certos fines habet.*
11 *Contractus nominati quomodo impleantur.*
12 *Tranſactionis implementum quod ſit.*
13 *Contractus nominati quidam rei implementum deſiderant.*
14 *Tranſactio contractus innominatus non reſpectiuus.*
15 *Tranſactio in quo differat à cæteris contractibus innominatis.*
16 *Contractus innominati reſpectiui à non reſpectiuis differunt.*
17 *Tranſactio ſtipulatione interpoſita cuiuſmodi contractus ſit.*

SVPRA de pactis in genere & in ſpecie dictum eſt, nunc in ſpecie. Tranſactio
1 enim pacti quædam ſpecies eſt, ſi pactum in generali ſignificatio
2 ne ſumas. Eſt autem tranſactio, de re dubia, & lite incerta, pactio nõ gratuita[a]. Adijciunt quidam[b], aliquo dato, vel retento, vel promiſſo, vel remiſſo, vel permiſſo, ſed hæc mihi ſuperflua in diffinitione videntur, cùm omnia, pactionis non gratuitæ appellatione ſatis comprehendantur.
3 Dicta tranſactio auctore Baldo[c], quaſi trãſitus actionis, vt enim agere actor dicitur,
4 qui id petit, quod ſibi debetur[d], ſic tranſigere qui actionem tranſit, ſeu ab actione recedit[e]. Et tranſactum quod omnino per actum, perfectumq́; & iudicati auctoritatẽ obtineat: vera enim & propria tranſigendi ſignificatio, in cõuentionibus hominũ eſt: nec ijs tamen omnibus reperitur, ſed quæ cœptæ controuerſiæ finem imponant, hæc que eſt etymologia receptior[f]. Cui cónſequenter ab Accurſio[g] notatum aiunt, trãſactionem propriè ex parte actoris dici, quanuis et in larga ſignificatione
5 reus quoq; tranſigat. Sed eſt ne contractus tranſactio? Et eſſe dubium non eſt[h], nam & vltro citroq́; tranſigentes obligantur[i]. Veriſsimè tamen Baldus[k] conſyderauit, & diſtractum eſſe, ſi enim inſpicies actorem reumq́; obligari, contractus eſt, ſi quod à lite diſcedunt, diſtractum ſapit. Neq; autẽ nouum, id eſſe, & generaliter probari po-
6 teſt[l], & ſpecialiter in pacto de non petendo[m], obligat enim naturaliter ad non petendum, & hac ex parte contractus eſt, tollit naturalem obligationem, qua debitor tenebatur, eiq́; etiam exceptionem parat, quo reſpectu, diſtractum eſſe, omnes conſentiunt[n]. Qua ratione ex facto conſultus 7
Baldus[o] reſpondit, ſi lege municipij, contractus fieri, ſuper aliqua re prohibeantur, valere tamen pactum de nõ petendo atq; tranſactionem, quatenus diſtractus ſunt. Qualis ergo cõtractus tranſactio, qua parte contractus eſt? Et innominatum Accur 8
ſius ſentit[p], cui Bartolus, & cæteri aſſentiunt, an quia ſic legiſlatori placuit? Sed hæc ratio imperioſa[q] eſt. An quia nomina 9
ti certos fines habent, quos non tranſgrediuntur, verbi gratia in emptione vt venditor tradat rem, emptor det pretiũ, in tranſactione hæc nõ præſcribãtur, modò enim actor, modò reus, modò vterque pretium dant[r]? Et Bartolus hanc rationem valde 10
probat. Ego & tranſactioni certos video fines dari, quo ab alijs conuentionibus diſtinguitur, quanuis non ijdem huic qui emptioni locationi ve præſcribãtur. An quia 11
nominati eo ipſo quod fiunt implentur[s], Tranſactio non niſi re interueniente[t]? Et hoc etiã Bartolo placuit. Mihi diſplicuit, 12
quia nominati quidam ſunt, qui rei implementum deſyderant, quales hi ſunt qui re contrahuntur. An quia tranſactionis no- 13
men generale valde eſt[v]? Et hoc ipſe magis probo, ſic enim pactũ nudum[x], permutatio[y], diuiſio[z], cõtractus innominati dicũtur. Vt intelligas tamen & hos, & tranſ- 14
actionem quoque ipſam, ex eorum numero non eſſe, qui innominati reſpectiui dicũt, ſed magis eorũ, qui nõ reſpectiui, quãuis ad vnam aliquam reſpectiuorum ſpeciem, tranſactio ſemper reduci poſsit[a]. Vnde ſatis apparet, non omnino rectè à Bartolo[b] dici, trãſactionẽ à cæteris innomina 15
tis in hoc differre, quòd in illis locus pœnitẽtiæ eſſe poſsit[c], in trãſactiõe nequaquã[d]. Vt enim hoc fateor, trãſigẽtibus nõ eſſe licitam pœnitentiam, ſic illud negare poſſum, ſpeciale eſſe in tranſactione. Quid igi 16
tur? Certè in hoc innominati non reſpectiui, à reſpectiuis differre notantur[e], quod ſuo ipſe loco latiùs explicui. Sanè & trãſ- 17
actio cùm ſup ea ſtipulatio interponit[f], cõtractus nominatus eſt[g], quod ego tamen ſic intelligo, vt iuxta naturam contractuũ nominatorum conuentio iudicetur, quoniam ſtipulatio interpoſita eſt[h].

a l.2. infrà l. 2. l. tranſactio C. de tranſac. l. ſuus. C. de re pu. hare.
b Caccial. de tranſact. qõ. 1.
c Bald. in l. 2. ff. de iur. iurã. col. 2. in lectu.
d §. 1. inſti. de actio.
e Alcia. ĩ rubri. C. de tranſact.
f Curt. ĩ rub. C. de tranſac.
g Gl. 1. in l. 2. C. de tranſac.
h l. cum te. C. de tranſact.
i l. labeo. §. cõtractum. ff. de verb. ſig. Bar. in l. fine apud. num. 20. C. de tranſact.
k Bal. ĩ d. l. 2. l. ĩ numeratio nibus. ff. de ſolut.
m l. ſi vnus. §. pactus. ſuprà de pact.

n Curt. ĩ rub. C. de tranſact.
o Caccial. de tranſact. q. 4.
p Gl. mag. ad fi. i. l. fine apẽ actã. C. de trãſac. vbi Bart. nu 21.
q l. quia poterat. ff. ad treb.
r l. 2. l. ſi ſup poſſeſsione. C. de tranſact.
s l. iuris gentium. in prin. ſuprà. de pac.
t d. l. fine apud. vbi Bart. nu. 22.
v l. 1. §. conuẽtionis. l. iuriſgentiũ. ĩ prin. ſuprà. de pac. l. 2. ff. de in. in. & vbiq́; Bar.
x Gloſ. in l. 2. ff. de actio. & oblig.
y Cl. in rubr. C. de re per.
z l. diuiſiõis. ſuprà. de pac.
a Alciat. in rub. C. de tranſac. col. 2. Caccial. q. de tranſact. q. 5.
b Bar. in l. naturalis. §. q ſi faciam. ff. de præſ. ver.
c l. ſi pecuniã ff. de cõdic. ob cau.
d l. quãuis. C. de tranſac.
e Gl. Sau. & Iaſo. in l. ſi cũ fundum. ff. de pact.
f l. cum propo nas. 2. C. d pact.
g Alciat. in rub. C. de tranſac. col. 2.
h Bar. in l. 2. ad fi. C. de con. ob cau.

Vlpianus

VLPIANVS, Lib. I. ad Edictum.

QVI tranſigit, quaſi de re dubia, & lite incerta neq; finita tranſigit. qui vero paciſcitur, donationis cauſa rem certam & indubitatam liberalitate remittit.

1 *Tranſactio cuiuſmodi remedium.*
2 *Tranſactio quæ vt tranſactio non valet, an valeat vt pactum ſimplex.*
3 *Enormis vel enormiſſima læſio an tranſactionem reſcindat.*
4 *Communes opiniones contrariæ.*
5 *Dictio, quaſi, aliquando veritatem exprimit.*
6 *Tranſactio ſuper incognitis quando fieri poſſit.*
7 *Tranſactio ſuper litigioſis & non litigioſis fit.*
8 *Finita quæ dicantur.*
9 *Pactum quoddã gratuitum quoddam neceſſarium eſt.*
10 *Donatio non ſemper gratuita eſt.*
11 *Litigioſa res an poſſit pacto gratuito remitti?*
12 *Litis & belli dubius euentus.*
13 *Aduocato pecunia promiſſa an debeatur ſi partes tranſegerint?*
14 *Aduocato non licet accipere palmaria.*

TRANSI-
1 git.) Eſt tranſactio ſicut & iuſiurandum finiendarum litium remedium[a], ac proinde ſuper re clara, non incerta, aut finita nõ fit. Sed quid ſi tranſactio, vt trauſactio non valeat, an valere poſsit vt pactum ſim
2 plex? Et non valituram Bartolus & alij, rectè conſentiunt, niſi fortè iuramentum acceſſerit[b], eius enim naturæ iuramentũ eſt, vt faciat rem valere omni meliori modo
3 quo poteſt[c]. Sed quid ſi ex tranſactione enormis aut etiam enormiſsima læſio reſultet? Et Bartolus quẽ multi ſequuti ſunt, non finiri tunc litem credidit, ſed ſi dubij litis euentus reſpectu læſus tranſigens ſit, tranſactionem reſcindi poſſe[d], quam
4 opinionẽ Fabianus[e], Seruerinus[f], Decius[g] communem affirmant. Contrà etiam dubij illius euentus, reſciſsioni non eſſe locum[h], nõ pauciores cum Dyno affirmant, eaq; opinio Alexandro[i], Iaſone[k], Alciato[l], & alijs auctoribus[m] receptior eſt, inuenta enim tranſactio (ut hîc videmus) vt litium finis aliquis ſit. Mihi placet concordia[n] læſionem magnam à parua diſtinguentium. Neq; dubito, quin ratione enormiſsimæ, reſciſsio deť, ſicut & illud admitto, quod & multis placuiſſe video, vt faciliùs mulieribus, minoribus, & ruſticis concedatur.
QVASI.) Poteſt ſic accipi, vt ſit nota im 5
proprietatis, poteſt & ſic quoq; vt veritatem expreſſerit.
RE dubia.) Aliquando etiam de incogni- 6
ta. Si Aquiliana ſtipulatio ſubiecta eſt[o], addit Accurſius, cui alij aſſentiũt, & hoc quoq; in tranſactione requiri, vt qui tranſigit, ſiue actor, ſiue reus iuſtam cauſam ſe fouere credat[p].
ET lite incerta.) Frequentius hoc vt tranſactio ſuper ijs fiat, de quibus lis mota eſt.
Aliquando tamen & ſuper ijs, quę extra iu 7
dicium dubia reddantur[q], litis etiam motę ſiue mouendæ[r], de facto, vel de iure, ſuper parte vel ſuper toto[s].
NEQVE.) Finita verò dicentur, quæ vel 8
per ſententiam finita ſunt, quæ in rem iudicatam tranſierint[t], vel confeſsionem, quæ reuocari nequeat[v], vel ex inſtrumento debeantur, quod paratam executionem habeat.
DONATIONIS cauſa.) Fit pactũ, vt 9
in plurimum donationis cauſa, atq; liberaliter, aliquando etiam ex neceſsitate[x], ſeu propter aliquam vtilitatem[y]. In dubio verò, donatio non eſt præſumenda[z], fieri autem poſſe pactum, non meræ donationis cauſa, quid mirum eſt? cùm & donatio ipſa 10
interdum non prorſus liberalis ſit, ſed ob cauſam, aut benemerita.
REM certam & indubitatam.) Quid ſi 11
quis rem pacto gratuito remittat, ſuper qua lis pendeat? Et pacto locum non eſſe videri potuit, quòd litis, ſicut belli, dubius euentus eſt[a]. Qua ratione, ſi clientulus ad 12
uocato, in caſum victoriæ centum promittat, & ille tranſigat, in dubio pecunia aduocato danda non eſt[b]. Nam & vacillare, du 13
bitareq; de iure ſuo præſumitur, quiſquis ille eſt, cui lis moueatur[c]. Adeò vt vel prouerbio à noſtris celebretur, dubi⁹ litis euẽtus[d]. Accurſius tamen, Bartolus, & cæteri ſubtiliter, valere pactum exiſtimant, quia litigium ipſum, quod certum eſt, remittatur.

a l.2. & 2. ff. de minor. l. fratris. C. de tranſac. l. trãſacta ff. de verb. ſig.
b l. ſi quis maior. vbi Bart. C. de tranſac.
c l. cũ pater. §. filius. ff. de leg. 2.
d l. ſi ſuperſtite. C. de dolo.
e Iaſ. i. l. ſi quis quãliter. nu. 13. ff. de verborũ oblig.
f Alci. ĩ. l. interpoſitas. C. de tranſac.
g Deci. conſ. 60.
h l. lucius. §. fi. ff. ad treb.

i Alex. cõſ. 42. vol. 1.
k Iaſ. in d. l. ſi quis cũ aliter. n. 13. & in l. fratris. C. de tranſact.
l Alcia. ĩ d. l. fratris. & ĩ l. interpoſitas.
m Math. deciſ. 220. colũ. 1. Pantal. in l. 2. n. 42. C. de reſ. ven.
n Deci. conſ. 216. col. 1.
o l. cũ Aquiliana. infrà.
p l. i. ſumma. in princi. ff. de cond. indeb.
q l. de fideicõmiſſo. C. de trãſact.
r l. cauſas. C. de tranſac.
s l. 2. C. de trãſact.
t l. ſi cauſa. C. de tranſac.
v l. vnica. C. de confeſſ. l. error. C. de iu. & fac. igno.
x l. contra iuris. §. fin. ff. de pactis.
y l. ſi conuenerit. ſuprà. de pac. l. 4. §. nũc de effectu. ff. de lib. leg.
z l. cum de indebito. ff. de probat.
a l. quod debetur. ff. de pecul. gl. in l. lucius. §. fi. ff. ad treb.
b Bal. ĩ. l. vnica. col. fin. C. de ſuffrag.
c Bal. & Angel. in l. nemo. ad fi. C. de acq. poſſ.
d Alcia. lib. 2. de verb. ſig.

34 Igitur, litis quidem euẽtus dubius, litigiũ ipſum certum eſt, ac proiude pacto remit ti poteſt. Cæterùm Palmaria hæc, (& quas vulgus Albricias appellat) aduocati alia ratioue, iure nou capiunt[a]. De quo ſuprà nõ ſemel à me dictum eſt.

a L.1.§. aduocatos. ff. de var. & extraordi. cognit.

II. IDEM, Lib. LXXIIII. ad Edictum.

TRanſactum accipere quis poteſt, nõ ſolum ſi Aquiliana ſtipulatio fuerit ſubiecta, ſed & ſi pactum conuentum fuerit factum.

1 *Aquiliana ſtipulatio quemadmodum concipiatur?*
2 *Stipulatio an mutet tranſactionis naturam?*
3 *Pupillus ſine tutoris auctoritate quando obligetur?*
4 *Stipulatio non ſemper certas res continet.*

SI Aquiliana ſtipu
1 latio.) Sed cùm ſtipulatione, res efficiatur certa, quomodo tranſ actio, ſtipulatione interueniẽte fit? Et Baldus[b], Aquilianam ſtipulationem, generaliter concipi debere ait. Quicquid te mihi dare facere oportet[c], &c. vnde non magis
2 reddatur res certa. Iaſon iu præſentia, etiã ſi ſtipulatio certum quid contineat, valere tamen trãſactionem exiſtimat, quoniã illa defunctoriè obiterq́;[d] fit. Sic enim & pupillus, qui ſine tutoris auctotitate obli-
3 gari nequit[e], ad effectum tamen cõſequẽdæ, per acceptilationem liberationis, obligari poteſt[f]. Quæ conſyderatio (quanuis id Iaſon[g] tacuerit) ante eum Caccialupi[h] eſt. Addit que hîc argumenta in eam rem non pauca[i]. Mihi, labi omnes in eo videntur, quòd certam rem fieri arbitrentur, ſtatim, atque ſtipulatio ſubiecta eſt. Didici enim duas eſſe pro ſtipulatione actiones ex ſtipulatu cùm incerta res, certi condi-
4 ctio, cùm incerta promiſſa eſt[k]. Quinetiã ſtipulari nos poſſe, res incertas, ſexcenta probãt[l]. Nihilominus tamen, Caccialupi Iaſoniſq́, probo intellectum, vt etiam ſiquis certum ſtipuletur, tranſactio tameu procedat.

b Bal. ĩ. l. vbi pactũ. ĩ. 2. opp. C. de tranſac.
c l. & vno. §. 1. ff. de accep.
d l. qui ſic. ff. de ſolut.
e l. obligari. ĩ prin. ff. de aucto. tuto.
f l. 2. cum gl. ff. de accep.
g Iaſ. in d. l. potuit. col. 1. C. de in. deli. Iaſ. in l. is cui bonis. col. 2. ff. de ver. oblig. Iaſ. ĩ. l. cõtra iuris. ĩ prĩ. col. 2. ff. de pac.
h Caccial. de tranſact. q. 6.
i l. non oĩs. in prin. ff. ſi cert. pet. l. cõtract[o]. C. de fi. inſt. l. cum Aquiliana. infra.
k In princi. inſt. de verbo. obliga.
l l. triticũ. l. interdũ. l. ita ſtipulatus. l. vbi autem. ff. de verb. oblig.

III. SCAEVOLA. Lib. I. Digeſtorum.

IMperatores Antonius & Verus ita reſcripſerunt. Priuatis pactionibus non dubium eſt, non lædi ius cæterorum. quare tranſactione, quæ inter heredem & matrem defuncti facta eſt, neq; teſtamentum reſciſſum videri poſſe, neq; manumiſsis, vel legatarijs actiones ſuæ ademptæ. quare quidquid ex teſtamento petunt, ſcriptum heredem conuenire debent: qui in tranſactione hereditatis, aut cauit ſibi pro oneribus hereditatis, aut ſi non cauit, non debet negligentiam ſuã ad alienam iniuriam referre.

1 *Pacta & tranſactiones vnius, alij non nocẽt.*
2 *Executio inſtrumenti paratam executionem habentis à creditore principali & contra debitorem principalem, nõ aduerſus extraneos petenda eſt.*
3 *Matri exheredatæ quæ remedia competant?*

NOn lædi ius cæte-
rorum.) Hæc regula & in pacto 1
& in tranſactione eſt[m]. Cuius ar
gumento, bene Iaſon poſt Baldum notat[n]; 2
ſi lege inſtruméta paratam executiouem habeant, peterè eam poſſe creditorẽ priucipalem, non alium, etiam ſi eius interſit. Sicq́; etiam per contrarium, aduerſus debitorem principalem, nõ aduerſus poſſeſſores tertios, petenda eſt[o].

AD alienam iniuriam referre.) Erat dubitandi ratio, quòd vtiliter negotium legatariorum videbatur geſtum, quorum hoc 3
iure legata caduca efficerentur[p]. Si mater in querela obtinuiſſet, competebat autem matri querela eodem iure ſiue exhæredata ſiue preterita eſſet. Quinimo & hodie quoq; niſi cùm ſine cauſa præterita eſt[q]. Decidendi ratio vel hæc, ne ſcriptus hęres negligentiam ſuam, ad legatariorum iniuriam referat, vel quia tranſactio, cùm alijs facta alijs non noceat, vel quia, ſibi hæres imputare debet, quæ Angeli, Pauli, & Iaſonis rationes ſunt.

m l. ſi tibi decem. §. pen. l. ſi vnus. §. ante omnia. ſuprà. de pac. & infra ea. l. §. fi.
n Iaſ. hic, poſt Bal. in d. l. ſi prote. C. de dot. promiſſ.
o Glo. ĩ clem. 1. in gl. cõtra. de reiud. Iaſo. in l. certi condictio. §. quoniã. nu. 11. ff. ſi cert. pe. Soci. in d. l. n. 93. ff. ſol. matri.
p l. Papinianus. §. penult. ff. de inof. teſt.
q Authẽ. de hære. & falc. §. ex heredetes.

CVM tranſactio propter fideicõmiſſum facta eſſet, et poſtea codicilli reperti ſunt: quęro

an

an quanto minus ex tranſactione conſecuta mater defuncti fuerit, quàm pro parte ſua eſt, id ex fideicommiſsi cauſa conſequi debeat. reſpondit debere.

1 *Codicillis relicta an præſumatur ignorare, is cui relicta ſunt.*

2 *Hæres an præſumatur ſcire contenta in teſtamento.*

3 *Bonorum poſſeſsio contra tabulas extra teſtamentum eſt.*

4 *Tranſmiſsio extrinſecum quid eſt, teſtamenti reſpectu.*

1 CODIcilli reperti ſunt.) Præſumitur quis ea ignorare, quæ codicillis cõtinentur, ſiue legatarius, ſeu hæres ſit[a], omnium conſenſu[b], in his quæ teſtamento conti-
2 neantur. Adhibeoda diſtinctio eſt, hæres enim extraneus ea ſcire præſumitur[c], debet enim eſſe certus, qui adit de viribus teſtamenti[d], idq; etiam omnes fatentur[e], hęres neceſſarius, contrà ignorare præſumitur, ipſo iure enim hæres[f] fit. An & ſuus hęres? Et hoc Bartolus exiſtimauit[g], quod et hic ipſo iure hæres fiat[h]. Sed recentiores Alexandro auctore[i] reprehendunt, quia ſuis beneficium abſtineodi, Prætor conceſſerit[k]. Nihilominus tamen Bartoli opinionem frequentiores ſequũtur[l], limitantes cùm ſuus ex teſtamento ſe adire dixerit, ea enim adiectio facit, vt ſcire tunc præſumatur[m].

RESPONDIT debere.) Prętérquam ſi omnis vltima voluntas producta eſſet[n], aut eſſet aliquid extra teſtamentum, id cu-
3 ius occaſione tranſactio fiat, verbi gratia, bonorum poſſeſsio contra tabulas[o], vide-
4 tur enim ea, ſicut trãſmiſsio[p], quid extrinſecum. Nam inter ſententiam, tranſactionemq́;, differentiam conſtituere, vix cæteri (certiſsimis moti[q] argumẽtis) admittũt.

a Vt hic, & l. non eſt ferẽdus. infrà l. ſi. §. ſi. ff. de leg. 2.
b Iaſ. in l. et qui in prouincia. §. quod ſi ſtipulatus. col. 3. ff. ſi cer. pet.
c Gl. in d. l. cũ hæres. ff. de lib. leg. gl. in l. quãdã ita. §. ſi qs filiũ. ff. ad Trebel.
d l. ſed et ſi de ſua. ff. de ac qui. hære.
e Deci. in d. §. quod ſi ſtipulat⁹. col. 2.
f §. 1. inſti. de hære. qual. & diffe. l. neceſſarys. ff. de acq. hære.
g Bar. in d. §. quod ſi ſtipulat⁹.
h d. §. 1.

DEbitor, cuius pignus creditor diſtraxit: eum Mæuio, qui ſe ligitimũ creditoris heredem eſſe iactabat, minimo tranſegit: poſtea teſtamento prolato Septicium heredem eſſe apparuit, quęſitũ eſt ſi agat pigneratitia debitor cum Septicio, an is vti poſsit exceptione tranſactionis factæ cum Mæuio, qui heres eo tempore nõ fuerit. poſsitq; Septicius pecuniam, quę Męuio vt heredi à debitore numerata eſt, cõdictione repetere, quaſi ſub prætextu hereditatis acceptã. reſpondit ſecundum ea, quę proponerentur, non poſſe: quia neque cum eo ipſe tranſegit, nec negotium Septicij Mæuius gerens accepit.

1 *Tranſactio facta cum creditore, quando ad hæredem porrigatur.*

2 *Putatiuus titul⁹, parui aut nullius momẽti eſt.*

3 *Petitio hæreditatis, quando detur aduerſus titulo poſsidentem.*

4 *Pro hærede an vſucapiat hæres putatiuus.*

MInimo.) modica pecunia

TRANSEGIT.) Aut ſuper ſorte, aut ſuper pignoribus.

EXCEPTIONE trãſactionis.) Quod 1
videbatur, quaſi tranſactio facta cum creditore ad verum hæredẽ porrigi debeat[r]. Sed reſpondit Scæuola contrà, lex autem contraria non de exceptione pacti, ſed doli intelligenda eſt, quę faciliùs alteri acquiritur[s]. Vel de tranſactione, quæ non perſonæ contemplatione fiat, ſed vt hæreditas adiretur, ac proinde in rem ſit[t].

POSSITQVE.) Hæc ſecunda quæſtio eſt.

CONDICTIONE repetere.) Et hoc etiam videbatur, quia condicere petitor à poſſeſſore poteſt, id quod illi ſolutũ eſt[v]. Sed & hoc caſu contrà reſpondit Scæuola. Neq; lex contraria obſtabit, etenim Accurſius, Bartolus, & frequentiores reſpondent[x], illic hæredem ratificaſſe geſta cum poſſeſſore ſtatim ac ſciuit, hic ratihabitionem non eſſe factam, quod vt verum
eſt, rationeq; nititur, ita vtriuſq; legis ver- 2
bis (niſi diuinando) non quadrat.

NON poſſe.) Ferè quæ cum eo geruntur qui titulũ habet, quem putatiuum vocamus, parui, aut nullius momenti cẽſeotur. Sic donatio marito putatiuo facta, cum effectu non valet[y]. Nec fructus dotis putatiuæ mariti efficiuntur[z]. Nec habet maritus putatiuus priuilegium, quod verus, id eſt ne

i Alex. in d. § quod ſi ſtipulat⁹. nu. 8.
k §. ſed hic permittit. Inſti. de hære. qual. & diffe.
l Iaſ. in. §. quod ſi ſtipulat⁹. co. 3. Ale. in verſ. ſed rũderi.
m Bar. in l. quod Roma. §. duo fratres. in 3. q. ff. de ver. obli.
n l. lucius. §. ſi. ff. ad Treb.
o l. 2. ff. de ex cep. rei iudi.
p l. 3. C. de in. deli.
q l. de his. l. non eſt ferendus. infrà. l. 2. in pric. ff. quẽad. teſta. aper.
r l. imperator ſuprà. de pac.
s l. & ſun. §. ſi. ff. de pac.
t qui in futurũ. §. ſi. ſuprà. de pac.
v l. ſi bona ſi dei. §. petitor. l. Senatus. cõſ. ff. de pet. hær.
x Iaſ. hic.
y l. ſi ex volũtate. C. de donat. inter vi. & vxo. l. cùm hic ſtatus. §. ſi quis ſponſam. ff. de donat. inter vi. et vxo. Bal. in l. eã. col. 6. C. de fideic.
z l. inſulã. §. 1. ff. ſol. mat.

a l.maritum. ff.ſolut.mat.
b Abba. & doct. in.c.2. de donat.iter vi. & vxo.Soci. reg.314.incip. marit[a]. Aret. i.§.ſed et quod principi.col.2. inſt. d in. nat. gen.& ciui.
c l.hæreditatis. C. de petit hære.
d G.in.l.2.in. gl.vſucaptum ff.quo bono.
e Iaſ.i.§.actionũ.n.222. inſt. de act.
f G.in.l.fi.in g.fi.ff. pro lega.
g l.pen. C.de vſuc.probare.

ne conueniatur, vltra quàm facere poſsit[a]. Atq; ita vtriuſque iuris doctores concludunt[b]. Sic etiam petitio hæreditatis (quæ 3 aduerſus titulo poſsidentem dari non ſolet[c]) aduerſus eũ rectè intẽditur, cuius titulus putatiuus ſit, Accurſij[d] recepta[e] opinione, quanuis idem alibi[f] cõtrarium ſentiat. Sic deniq; putatiuus hæres titulo pro hęrede non vſucapiet[g], quod ipſe explicui ſuo 4 loco latiùs, nunc ſatis iſta ſint.

IIII. VLPIANVS, Lib. XLVI. ad Sabinum.

AQuiliana ſtipulatio omnino omnes præcedentes obligationes nouat, & perimit: ipſaque perimitur per acceptilationem, & hoc iure vtimur: ideoq; & legata ſub cõditione relicta, in ſtipulationem Aquilianam deducuntur.

1 *Gallus Aquilius magnus formularum inuentor.*
2 *Tranſactio an poßit fieri ſuper incognitis?.*
3 *Acceptilatio quas obligationes perimat.*

h l.& vno.§. 2.ff. de accept.
i l.1.§.1.ff. de dolo.
k l.Gallus.

1 AQuiliana ſtipulatio.) à Gallo Aquilio inuenta[h], magnus enim ille formularum inuentor fuit, quare & illæ de dolo[i] & illæ, qua poſthumi alieni inſtituerentur[k], ab eo inuentæ dicuntur.

l l.2.infrà.
m l.1.ſuprà.

OMNINO omnes.) iuris gentium vel ciuiles. Excipe tamẽ eas, de quibus nõ eſt cogitatum. Niſi & hoc actum eſt[l], quan- 2 quam enim de re dubia fieri debeat tranſactio[m], dubitari autem ſuper ijs minimè poſsit, quæ incognita ſunt, poſſunt tamen occaſione tranſactionis incognita in conuentionem deduci, quod hîc Bartolus bene declarat & alij ſequuntur.

n §.eſt autem inſt. q̃b. mod. re cõtrah. obli.
o l.in vné.§.iſt quacunq.ff.de rei. ven. Pau. hic.
p Bar.in.l.an inutilis.§.fi.ff. de accept. Iaſ. hic.

3 PER acceptilatiõem.) Non perimit acceptilatio obligationes iuris gentium. Sed neq; ciuiles, quæ verbis non contrahantur, has verò perimit[n], quòd ſimilitudinem inter ſe habeãt[o]. An quia acceptilatio ad aliũ finẽ dirigitur, quàm obligatio præcedẽs? Et hoc Bartolus[p] voluiſſe videtur, qui eam differentię rationem inter acceptilationẽ, & nouationem conſtituit. Tollit tamen acceptilatio etiam eas, quæ iuris gentium ſunt, ſi priùs in ſtipulationem deducãtur.

V. VLPIANVS, Lib. I. Definitionum.

CVM Aquiliana ſtipulatio interponitur, quę ex conſenſu redditur: lites, de quibus non eſt cogitatum, in ſuo ſtatu retinentur: liberalitatem enim captioſam interpretatio prudentium fregit.

1 *Acceptilatio iuris gentium eſt.*
2 *Captioſæ tranſactiones, quæ dicantur.*
3 *Acceptilationem generalem creditor facere non compellitur.*
4 *Creditor debitorem cogere poteſt, vt faciat vel reficiat inſtrumentum.*
5 *Arbiter non cogit partes vt generalem liberationem faciant.*
6 *Arbiter quatenus ad alia quàm ſuper quibus compromiſſum eſt, manus porrigat.*

EX conſenſu redditur.) An quia & hoc iure vtimur iuris gentium ſit acceptilatio[q]. 1

LIBERALITATEM enim captioſã interpretatio prudẽtiũ fregit.) Captioſæ 2 igitur tranſactiones dicuntur, quæ generalem liberationem inducant. Vnde Bartolus[r] & cæteri aiunt, non poſſe creditorem 3 à debitore compelli, vt generalem ei acceptilationem faciat[s]. Sed hæc tantùm vt de ſolutis apocham det[t], ſicut & per contrarium debitorem creditor cogere poteſt, vt vel inſtrumentum conficiat, vel reficiat 4 amiſſum[v]. Sed & ex eadem ratione illud eſt, in quo ijdem conueniunt, non poſſe 5 eos, qui in arbitrum compromiſerint, ab eo compelli, vt generalem liberationem inuicem faciant, cùm enim captioſæ iſtæ conuentiones ſint, ad boni viri arbitrium minimè ſpectant[x]. Niſi fortè hoc ſpecialiter in compromiſſo exprimatur. Sic & cũ 6 de re certa compromiſſum ſit, arbiter ad res alias manus non porriget[y], etiam ſi plenũ pleniſsimúmue cõpromiſſum fieret[z]. Niſi & hoc ſpecialiter ei concedat, circa rem tamen, ſuper qua arbitrium ſumitur, arbitrator, ſiue arbiter maior poteſtas eſt, vt rem videlicet pro re det, & pro re pecuniam,

q l.an inutilis.§.fi.ff.de accept.l.cum amplius.§.is natura.ff. de reg.iu.
r Angel. & Pau.
s l.3.§.contrariũ.ff.de cõtra. et vti.ac.tute.
t l.plures apochis.C. de fi. inſtr.l.ſicut datam.C. de lib. cau.
v G.in.l.2.C. de diſcuſſor. lib.x.
x l.vñ ſine. infrà. pro ſocio.
y l.non diſtinguemus.§. de officio.ff.de arbit.
z l.ſi cum dies §.plenum.ff.de arbit.

niã[a], pecunia enim cæteræ res æſtimãtur[b], hæ autem Bartoli deciſiones ſunt, quas (vt ait Iaſon) aduocati adorant.

a §. eadẽ. inſt. de off. iud. l. ſi eum fundo. §. ſi fundus. ff. de iur. dot.
b l. ſi ita fideiuſſorem. ff. de fideiuſſ.

VI. CAIVS. Lib. XVII. ad Edictum prouinciale.

DE his controuerſijs, quæ ex teſtamento proficiſcuntur, neq; tranſigi, neque exquiri veritas aliter poteſt, quàm inſpectis cognitiſq; BerVis teſtamenti.

1 *Ratio dubitandi & decidendi in hac lege quæ fuerit.*
2 *l. 1. tit. 2. par. 6.*
3 *Tranſactio ſuper contractu ad incognita porrigi poteſt.*
4 *Pactum ſimplex & tranſactio in propoſito æquiparantur.*
5 *Obligatio naturalis non naſcitur cùm lex reſiſtit.*
6 *Verbum, poteſt, negatione præcedente quid inducat.*
7 *Teſtamenti verba quatenus inſpici oporteat cùm tranſactio fit.*
8 *Perſecutio, id eſt fideicommiſſum.*
9 *Inſpicere quando quis dicatur.*
10 *Certiorari quomodo quis poſſit.*
11 *Cæci tranſigere poſſunt ſuper his quæ teſtamẽto relicta ſunt.*
12 *Oculis intellectus nõ minus quàm corporeis inſpicimus.*
13 *Tranſactio quomodo ſuper re dubia fiat.*

QVAE ex teſta
1 mento vel codicillis.) Dubi
tandi ratio, quod ſuper ijs
controuerſijs, quæ ex cõtra
ctu proficiſcuntur, neceſſe non ſit, verba
inſpicere, ſiue cognoſcere, de cõtractibus
autem ad teſtamenta, ſoleat valere argu-
mentum[c]. Decidendi, vel quia teſtamenta
riæ ſcripturæ maior ſit fides[d]. Vel quia o-
dioſi iſti ſint, qui teſtamenta occultãt, quę
ratio impulſiua eſt. Vel fauor publicus in
cauſa eſt, qui in eo vertitur, vt deficiẽtium
voluntates executioni mandentur[e], quę ra
tio finalis eſt, omnes autem communiter
2 approbantur. Lex certè Regia[f], vrgẽtiori
ratione dicitur, quia nondum apertis tabu
lis, ignorari veritas ſolet, ac proinde facilè
ſit, vt tranſigentes decipiantur.

c l. ſeruũ qui. §. cum q chirographũ. ff. de leg. 1.
d l. in his. ff. de cõdi. & demonſt. gl. hic.
e l. vel negare. ff. quẽad. teſta aper. l. ſi pars. ĩ prin. ff. d inoff. teſta.
f l. 1. titulo 2. par. 6.

TRANSIGI.) Hoc in cõtrouerſijs, quæ
ex teſtamento proficiſcuntur. Nam in ijs, 3
quæ ex contractu ſecus eſt[g], & vel ad inco
gnita porriguntur[h]. Sed quid in pacto ſim 4
plici? Et idẽ eſſe par ratio eſt. Quid ſi quin
decim relicta ſint, & ſuper decem tranſ-
actio fiat, an in ea ſumma trãſactio valeat?
Et verius eſt, in nihilũ eam valere, reſiſtit
enim lex, ac proinde etiam naturalis obli- 5
gatio non naſcitur[i].
POTEST.) Cùm verbum hoc, negatio 6
præcedat, argumẽtum eſt, legem hoc pro-
hibere[k], cui conſequens eſt, vt renuntiari
eius diſpoſitioni non poſſit, quæ antiquo-
rum recentiorumq; etiam aduerſus Accur
ſium concors ſententia eſt[l].
INSPECTIS.) Sufficiet autem, aliàs ſci 7
re quid teſtamento contineatur, etiam ſi
quo tempore tranſactio fit, teſtamenti ver
ba non legantur[m]. Sic enim & de perſecu- 8
tione, id eſt fideicommiſſo Aquiliana ſti-
pulatio interponitur[n], & inſpicere is dici- 9
tur qui ſcit[o], & aliunde ſat eſt de re certio 10
rari[p], quæ declaratio communis eſt[q], cui
& illud cõſequens quod Baldus voluit, vt 11
cæci ſuper controuerſijs, quæ ex teſtamen
to pendent, tranſigere poſſint, inſpicere
enim per alium poſſunt[r], & oculis intelle- 12
ctus inſpiciunt[s].
COGNITISQ;.) Sed cùm trãſactio nõ 13
niſi ſuper re dubia fiat[t], viſis, cognitiſq; te
ſtamenti verbis, quod dubium ſit? Et facti
quæſtio iſta eſt. Quid enim (vt notat Ac-
curſius) ſi denarij centum legati ſint, quos
hæres minoris legatarius maioris pretij in
telligi velint[v].

g l. ſub prætextu. C. d tranſact.
h l. cũ Aquiliana.
i l. ſi non ſortem. in pric. ff. de con. inde. l. ſi vxor. §. ſi ſponſus. ff. de dona. inter vi. & vxo. Bart. in l. 2. §. 1. n. 2. ff. de dona.
k l. nõ põt. ff. de furt. l. Gallus. in pri. vbi Bar. ff. de libe. & poſth.
l Bartol. Pan. Iaſ. nu. 9.
m l. 1. l. cũ proponas. C. d pac. l. cũ Aquiliana. ſuprà.
n l. & vno. §. 1. ff. d accep. Bar. in l. q Romæ. §. duo fratres. q. 5.
o l. ſcire. l. in ciuile. ff. de legit.
p l. hæredes. §. pen. ff. de teſtamen.
q Iaſo. nu. 15. Guil. in c. Raynuntius. ĩ ver. ſi abſq; liberis. 2. de fideicom. ſubſt. n. 131. de teſtam.
r l. 1. § fi. ff. de verb. oblig.
s l. Maius. §. duorum. ff. de leg. 2. vbi Bar. gl. in c. quorũdam. de elect. in 6.
t l. 1. ſuprà.
v l. Paulus. ff. de ſolut.

VII. VLPIANVS, Lib. VII. Diſputationum.

ET poſt rem iudicatam tranſactio valet: ſi vel appellatio interceſſerit, vel appellare potueris.

1 *Differentia inter ius ciuile & canonicum.*
2 *Sententiæ & res iudicata in quo differant.*
3 *Appellationem interpoſitam & eſſe infra tẽpora appellandi paria ſunt.*

REM iudicatam.)
Pontificij (vt hîc Paulus notat) 1
rem iudicatam tunc eſſe dicũt,
cùm

cùm ſentētia in rem iudicatam tranſijt, ſentētiam, cùm aut appellatio interpoſita eſt, aut partes infra tēpora appellandi ſint. Noſtri promiſcuè ſententiam & rem iudicatā accipiunt. Quare nobis titulus de re iudicata iuſcribitur, illis de ſenteutia & re iudicata. Sed Pontificijs hæc lex vel maximè
2 obſtat. Ego etiam iu hoc Bartolum & eos magis ſequor, qui differre ſic dicunt, quaſi decidens & deciſum. Sententiæ enim verbum ad iudicem, rei iudicatæ ad cauſam deciſam refertur. Paria igitur hęc ſunt, ap-
3 pellationem iuterpoſitam, & eſſe iufra tēpora appellandi.

SI fideiuſſor conuentus & condemnatus fuiſſet, mox reus tranſegiſſet cum eo, cui erat fideiuſſor cōdēnatus: an trāſactio valeat, quæritur. & puto valere: quaſi omni cauſa & aduerſus reū, et aduerſus fideiuſſorem diſſoluta. ſi tamen ipſe fideiuſſor condemnatus tranſegit, tranſactione nō perimit rem iudicatam. tamen eo, quod datum eſt, releuari rem iudicatam oportet. Vſque adeo autem quod datum eſt etiam ſi non proficit ad tranſactionem, extenuat tamen rem iudicatam, vt inde ſit & dictum & reſcriptum, circa alimentorum tranſactionem citra prætoris authoritatem factam, vt quod datum eſt, proficiat ad alimenta: ita vt ſi quid amplius ex cauſa alimentorum deberi poteſt, id præſtetur: quod autem datum eſt, imputetur.

1 *Fideiuſſori quādo proſit tranſactio debitoris.*
2 *Releuare quid ſit.*
3 *Solutum in vnam cauſam, in aliam proficiet.*

PVTO valere.)
1 Prodeſt fideiuſſori debitoris tranſactio etiam ea, quæ fideiuſſore iam condemnato facta eſt. Sed de hoc titulo proximo diximus[a].
2 RELEVARI.) Releuare hìc gratiam facere eſt, quo ſenſu & alibi ponitur[b], vſuſq; eſt & Cicero non ſemel & Plinius in Panegyrico. Ammianus lib. 9. rerum geſtarum, domus inuumeras, cenſuali profeſſione releuatas eſſe ait. Vtimur & vulgo Hiſpanię, iu eadem ſignificatione, ſed & Galliæ, cuius rei Tiraquellus eſt teſtis[c].
EXTENVAT.) releuat.
PROFICIAT ad alimenta.) Nouum 3
non eſt, vt quod in vnam cauſam ſolutum fuerit, in aliam proficiat[d].

a l. 1. fideiuſſoris. ſuprà de pact.
b l. ſi procuratore. infrà. de procur. l. etiā. §. 1. ff. d minor. l. nomen. §. fi. ff. de leg. 3.
c Tiraqu. de vtroq. retract. gl. 4. nu. 270.
d Bartol. & Pau. in l. 5. §. ſi. ff. de verb. oblig.

VIII. IDEM, Lib. V. De omnibus tribunalibus.

CVM hi, quibus alimenta relicta erant, facilè tranſigerent, contenti modico pręſenti: Diuus Marcus oratione in ſenatu recitata effecit, ne aliter alimentorum tranſactio rata eſſet, quàm ſi auctore pretore facta.

1 *Relinquendi verbum ad teſtamenta pertinet & inſtitutionem, an legatum ſignificet.*
2 *Legitima verbo relicti, filio relinqui poteſt.*
3 *Dotis titulus vniuerſalis eſt.*
4 *Orationibus Principes nōnunquam leges tulerunt*

RELICTA.) Teſtamēto. Notatq; Bartolus 1
hinc relinquendi verbum ad vltimas voluntates pertinere, legemque[e] ad hoc citauit, quæ nuſquam eſt, & quod magis mirari poſtis, eum allegationis errorē Paulus & Iaſon ſecuti ſunt. Sed in eo articulo ſumma concluſio eſt, ſi vniuerſitati bonurum adijciatur, inſtitutionem inducere[f], ſi certæ alicui rei, legatum ſiue fideicommiſſum[g], quæ Accurſij[h] & communis opinio[i] eſt. Paria ergo ſunt dicere, Titius hæres mihi eſto, vel, Titio bona mea relin-
quo[k]. Poteſt q; legitima dari filio ea con- 2
ceptione; filio legitimā ſuam relinquo[l],
ſed et filiæ dos[m], uam & eius titulus vni- 3
uerſalis eſt.
MODICO præſente.) Modico quod, in præſent ipſis daretur.
ORATIONE.) Orationibus aliquādo 4
Principes Romanos leges tuliſſe ad titulū de conſtitutionibus principum à me dictū eſt.

SOlet igitur prætor interuenire, & inter conſentientes arbitrari an tranſactio, vel quæ admitti debeat. Eiuſdem pretoris notio ob tranſactionem erit, ſi-

e l. verbū relinquēdi. ff. de verb. ſig. Bar. nota. i. Pau. 6, Iaſ. nu. 5.
f l. diuus. ff. d teſtam. mili.
g Authē. vt cùm de appel. §. caterùm.
h Gl. ī auth. de hær. & fal ci. §. ſi verò. in gl. relictis. gl. in. l. ſi infanti. C. de in. deli.
i Iaſ. ī auth. nouiſſima. n. 33. C. de inoffi. teſta. Iaſ. hic nu. 7.
k Gl. & Bartolo. ī. l. his verbis. ff. de hær. inſti.
l l. humanitatis. C. de ipub. & ali. Bal. ī. l. quotiens. col. 1. C. de hær. inſti. in c. Raynutius. de teſta. Iaſ. in rubr. ff. ſol. mat. nu. 8.

ue

ue habitatio, ſiue veſtiarium, ſiue de prędijs alimentum legabitur. Hæc oratio pertinet ad alimenta, quę teſtamẽto vel codicillis fuerint relicta ſiue ad teſtamẽtum factis, ſiue ab inteſtato. Idem erit dicendum & ſi mortis cauſa donata fuerint relicta: vel ab eo, cui mortis cauſa donata ſunt, relicta. Sed & ſi condicionis implendæ gratia relicta ſunt: adhuc idem dicemus. Planè de alimentis, quæ non mortis cauſa donata ſunt, licebit et ſine prætore auctore tranſigi. Siue igitur in menſes ſingulos, ſiue in dies, ſiue in annos fuerint relicta: oratio locũ hẽt. Sed & ſi nõ fuerint perpetuò relicta ſed vſq; ad annos certos, idem eſt.

1 *Donatio cauſa mortis, vltimæ voluntati an cõtractui ſimilior ſit.*
2 *Actio quæ pro donatione cauſa mortis cõpetit mixtæ natura eſt.*
3 *Falcidia detrahitur de donatione cauſa mortis.*
4 *Ius accreſcẽdi locũ hẽt in donationibus cauſa mortis.*
5 *Ius accreſcẽdi, an habeat locũ in mortis cauſa capione.*
6 *Datum cauſa conditionis implendæ quid ſit.*
7 *Mortis cauſa capio quid, & cuius naturæ.*
8 *Capax qui non eſt legati, non erit etiã dati cauſa conditionis implendæ.*
9 *Teſtamenta à contractibus qua ratione hic differant.*
10 *Legatarijs an creditoribus magis fauendum ſit.*
11 *Tranſactiones ſuper alimentis prætore inconſulto cur fieri nequeant.*
12 *Tranſactiones ſuper alimentis inconſulto prætore factæ, an iuramento confirmentur.*
13 *Bartolus ſibi repugnat.*
14 *Pœna locum non eſt, cum tranſactio non valet.*

1 ET ſi mortis cauſa.) Donationem cauſa mortis habere vltimę volũtatis inſtar aliquando notat Accurſius[a], aliquando[b] ad contractuũ magis naturã accedere. Sed receptior[c] illa traditio eſt, vt eũ ſit, æquiparetur
2 cõtractib[9], facta cũ eſt teſtamẽtis. Sicq; etiã actio pro donatione cauſa mortis cõpetẽs, mixtæ naturæ eſt, id eſt ſtricti iuris & bonę fidei[d]. Ex eo autẽ quòd facta teſta-
3 mẽto ſimilior eſt, illud euenit, vt de donatione cauſa mortis detrahatur falcidia[e], vt
4 q; in donatione cauſa mortis ſit locus iuri accreſcẽdi[f], qui in cõtractib[9] nõ eſt[g]. Quid
5 ergo in mortis cauſa capione dicemus? Et Bortolus[h] in ea quoq; locũ iuri accreſcẽdi facit. Cęteri frequẽtius[i] cõtra, nõ leui argumẽto[k]. Quo circa tñ dubitare ipſe ſoleo, quòd lex[l], ĩ vltimo elogio locũ eſſe iuri accreſcẽdi dixit. Sed & hui[9] opiniõis[m] Paul[9] hîc eſt.

SED & ſi cõditionis implẽdæ gratia relicta ſunt.) Datũ cauſa cõditionis implẽdæ,
6 neq; legatũ, neq; fideicõmiſſum[n] eſt, ijs tñ cõparatur. Vnde etiã is cui ſic aliqd relinquitur, legatarius nõ eſſe dicit[o], qđ Accurſi[9][p] & Bartolus & alij notãt. Quid ergo eſt?
7 Certè mortis cauſa capio[q], mortis verò cauſa capit, eũ ꝑpter mortẽ alicuius capiẽdi occaſio obuenit, exceptis ijs capiẽdi figuris, q̃ ꝓprio aliquo nomine appellant[r]. Vt em̃ in actionũ materia cũ vulgaria nomĩa actionũ dficiũt, actio ꝑſcriptis verbis, ſeu ĩ factũ ſuccedũt[s], ſic in hac vltimarũ volũtatũ, mortis cauſa capio ſubſidiaria eſt. Ex eo autẽ, qđ legato, fideicõmiſſoq;, datũ cauſa cõditionis implẽdæ cõparat, illud eſt, vt ſicut ex clauſulę codicillaris vi legata ĩ teſtamẽto relicta à veniẽtib[9] ab inteſtato repetit a cẽſent[t], ſic etiã quę cõditiõis implẽdę cauſa relicta ſunt. Vnde etiã & illud eſt, vt q̃ ca-
8 pacitas ad legata ſiue fideicõmiſſa, eadẽ requirat ad data cauſa cõditiõis implẽdę. Qua rõne ſpurius vel naturalis, q vltra certum modũ titulo legati nõ capiunt, neq; titulo dati gr̃a cõditionis implẽdæ ꝑcipiũt[v], q̃ Accurſij[x] nõ vno in loco & crebrior opinio[y] eſt. Deniq; & onera pariter in legato & in dato cauſa conditionis implendæ minuũtur, ſi honos minuatur[z].

9 NON mortis cauſa.) Nõ teſtamẽto, Sed cur hîc teſtamẽta à cõtractib[9] ſeparant? Et variè reſpõderi ſolet. Ego Duareni[a] rõnẽ ꝓbo, ita ius conſtitutũ, vt volũtas teſtatoris ſeruetur, quæ ratio ceſſat, cùm ex contractu alimenta debeantur.

10 LICEbit.) Hîc & ferè ſemper[b] legatarijs magis fauemus, q̃ creditoribus, in executiõe tñ teſtamẽti, magis creditorib[9][c]. Duo
11 autẽ in ea cauſa eſſe videntur, vt hæ tranſactiones, niſi prætore auctore ratę nõ ſint. Primũ eſt alimẽtorũ fauor. Secũdũ fauor vltimæ voluntatis, in quo q̃a publica vtilitas vertitur, exiſtimauit Bartolus etiã iura-
12 mẽto eas trãſactiones cõfirmari nõ poſſe, idẽ[d] alibi contra, quẽ frequẽtiores ſequun-
13 tur. Cũ enim principaliter priuati fauore fiant, neq; contra bonos mores ſint, iuramento confirmabuntur[f]. Quid tamen ſi iu-
14 ratum non ſit, ſed promiſſa pœna? Et verius[g] receptiuſq; eſt eũ tranſactio ipſa non valeat, neque pœnæ locum futurum[h].

Ii SI inte

a g. ĩ. l. ſi mortis. C. ad. l. fal.
b g. in. l. 2. in g. legatũ. ff. de dote præleg.
c Iaſ. in. l. ſi ãtiquitas. col. 2 C. de teſtamẽ. Iaſ. in. l. 2. col. 1. de lega. 1.
d g. in. l. Seia in. g. cõſtituto. ff. de dona. cau. mor. Roma. ſingu. 117. Iaſ. ĩ. § actionũ. col. 3. Inſti. de actio.
e l. in donationibus. C. ad. l. falcid.
f l. vnica. §. ſi. C. de cadu. toll.
g l. ſi mihi & Titio. ff. de ver. obligat.
h Bar. in. d. l. ſi mihi & Titio.
i Alex. in. d. l. ſi mihi & Titio. n. 9. Iaſ. in l. re coniuncti. col. pe. de leg. 3
k l. pen. ff. de condit. & demonſtra.
l d. l. vnica. § final.
m Pau. hic. n. 7.
n l. 1. §. item ſi ita. ff. ad. l. falcid. Bal. ĩ. l. eã quã. colũ. pen. C. de fideicom.
o l. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis om. cau. teſt.
p g. in. l. 3. ff. de condi. inſti. vbi Bar. idẽ in l. in quartam. ff. ad. l. falcid.
q l. id autem. ff. ad. l. falcid.
r l. mortis cauſa capimus. ff. de donat. cau. mort.
s l. quoties. ff. de præſ. verb. l. ſancimus. C. de ſacroſ. eccl.
t g. in. l. ex teſtamẽto. in. g. fin. C. de fideicom. g. in. l. ex ea. in. g. exbis. ff. de teſtamẽ. Bar. in. l. 1. in. g. ff. de in. codic. Iaſ. in. l. cũ filio. n. 120. de leg. 1. Soci. n. 34
v l. maxime. ff. de cond. & demonſtra.
x g. 2. in. l. qđ conditionis. ff. de donat. cau. mor. gl. in. l. in omnibus. ff. ad trebel.
y Aret. Alex. & Iaſ. in l. pro hærede. §. Papini. ff. de acq. hæred.
z l. plautius. ff de condit. & demonſtr. l. ab eo. C. de fideicõ.
a Frãc. Duar. lib. 1. diſpu. capit. 44.
b l. in teſtamẽtis. ff. de regu. iur.
c l. ſi. §. licentia. C. de in. de lib. l. 1. C. ad trebel.
d Bar. in. l. ſi quis pro eo. ad ſi. ff. de fideiuſ.
e Deci. in. l. de alimentis. n. 12. Alci. col. 2. C. de tranſa. Iaſ. hic.
f c. cum cõtingat. de iu. iur.
g l. qui ſidem onfrã.
h l. ſi. ff. de cõſtit. pecun.

SI integra quantitas alicui fuerit legata, vt ex vſuris eius ſe alat, & mortis tempore pecunias reſtituat: non ceſſabit oratio, licet non in annos ſingulos videatur id relictum. Sed & ſi ſit certa quantitas relicta Titio, vel res, ita vt inde alimenta Seio præſtentur: magis eſt vt tranſigere Titius poſsit: nec enim tranſactione Titij minuuntur alimenta Sei. Idem que eſt & ſi per fideicommiſſum alimenta ad hoc legatario fuerint relicta.

PECVnias reſtituat.) Hæc adiectio facit, vt pecunia legatario hîc tradatur, alioqui penes hæredem manere debuit[a].

a l. fundi trebatiani. ff. de vſu & vſuf. leg.

NEC enim.) à ratione legis ceſſante.

EAm tranſactionẽ oratio improbat, quæ idcirco fit vt quis repræſentatã pecuniam conſumat. Quid ergo ſi quis citra prætoris auctoritatem tranſegerit, vt quod per ſingulos annos erat ei relictum, conſequeretur per ſingulos menſes? aut quid ſi quod per ſingulos menſes ei relictum erat, cõſequeretur per ſingulos dies? quid deinde ſi quod cõſummato anno vt acciperet, initio anni conſequatur? & puto eam tranſactionem valere: quia meliorem condicionem ſuã alimentarius tali tranſactione facit. noluit enim oratio alimenta per tranſactionẽ intercipi. Nihil autem intereſt vtrũ libertini ſint quibus alimẽta relicta ſunt, an ingenui: ſatis locupletes, an minus.

1 *Præfationes quantum operentur.*
2 *Repræſentare quid ſit.*
3 *Ἐμπαρουσιασμὸς.*
4 *Eccleſia & minor an vendere poſsint ſine iuris ſolennitate, cùm venditio ipſis vtilis eſt.*
5 *Communes opiniones contrariæ.*
6 *Claudicat contractus aliquando.*
7 *Seruus an poſsit trãſigere ſuper alimẽtis cũ auctoritate iudicis abſq; domini ipſorũ cõſenſu.*
8 *Alimenta ſeruo relicta, domino ipſius relinqui videntur.*
9 *Serui pœnæ cur ſic dicantur.*
10 *Monachi ſeruis etiã quantum ad tranſactionem ſuper alimentis æquiparantur.*
11 *Trãſactio ſuper alimẽtis futuris, qua ratione nõ fiat.*
12 *Trãſactio ſup. decimis futuris nõ fit.*
13 *Decimæ miniſtrorum eccleſiæ alimẽta ſunt.*
14 *Alimenta diebus feriatis quæ conſtituãtur.*
15 *Citatio partis quando non requiratur in præſtatione alimentorum.*

ORatio.) Ex principio orationis generalem clauſulã reſtringit, qua dictũ eſt, ne aliter trãſactio alimẽrorũ rata eſſet, quàm prætore auctore, nouũ autẽ nõ eſt, vt præfationibus ſequẽtia reſtringãtur[b]. Nam & ex his cauſa finalis oſtẽdi[c], & dicta à rationib. limitari[d], atq; adeò ampliari ſolent[e]. 1

REPRAESENTATAM.) ante tẽpus eis partim datam, qui vt habeant, quid prodigere poſsint, modico præſenti contenti ſunt, id enim repræſentare pecuniã eſt. Sic & libertas repræſẽtari[f] dicitur, fideicõmiſſum[g], legatũ[h], debitũ[i], expẽſæ[k], cauſæ[l]. Sic & apud Fabium lib. 1. cap. quẽadmodũ ex tẽporalis facultas paret. repræſentata iudicia dicũtur. Si quidẽ (inquit) innumerabiles accidunt ſubitæ neceſsitates, vel apud magiſtratus, vel repræſentatis iudicijs cõtinuò agẽdi. Cicc. lib. xvj. epiſt. ad Tyronẽ. Cõſerua te mihi, dies promiſſorum adeſt, quẽ etiã repræſentabo, ſi adueneris. Et ruſſus ad eũdẽ. In primiſq; vt expedita ſit pẽſio, Calen. Ian. de attributione cõficies de repræſentatione. Seneca epiſtola. xvij. Repræſentat (inquit) opes ſapiẽtia &c. Et de beneſ. li. ij. Repræſentãda ſunt beneficia, quæ à quibuſdã accipere difficilius eſt, quàm impetrare. Theophilus[m], repræſentationẽ hãc ἐμπαρουσιασμὸν benè vertit. 2 3

QVIA meliorẽ conditionẽ.) Argumẽtũ Accurſ. hinc ſumit, vt vẽdere eccleſia minorq; poſsint, quãuis iuris ſolẽnitates minimè interueniant, ſi modò vtiles his alienationes ſint. Idem alibi contrà[n], quæ opinio communior eſt[o], & ſi non deſint etiam qui cõtrariam communem affirment. Illud certè admittẽdum eſt, claudicare hoc caſu contractum[p], etenim poterit eccleſia confirmare venditionem, ſi poſtea ſolennitates adhibeantur, poterit ſimiliter pupillus, quæ Innocentij[q] & approbata[r] traditio eſt. 4 5 6

LIBERTINI.) Nihil hîc mutat conditionis, ſtatuſue differentia. Sed quid ſi ſeruo alimenta relicta ſint? Et Accurſius poſſe eum, cum iudicis auctoritate tranſigere ait[s], domini ſcilicet conſenſu 8

b l. Litem quia §. fi. ſupra de pact. l. Titia § ſi de rũdit. ff. de verb. oblig.
c l. fi. ff. de bare. inſti. Bal. in 1. C. ſi. C. §. quibus. col. 2.
d l. enim pater §. dulciſsimis. de leg. 2. l. quod dictũ. ff. de pac.
e l. regula. §. ſed & ſi quis. ff. de iur. & fac. igno.
f l. ſi pura. l. Thais. §. Lucius ff. de fideicom. liber.
g l. publius. §. Titia codicillis. ff. de cõdit. & de. monſ.
h §. ſi quis debitorẽ. verſ. quod ſi in diẽ. inſt. de lega.
i l. ſi maior. 2. C. de tranſact.
k l. Cyrenẽſium C. de decur. li. 10. l. ſi filia. ff. ſol. mat.
l l. quæſitũ. ff. de lega. 2.
m l. Theophi. in §. ſi quis debitori. inſt. de lega.
n C. in l. ſi fũdus in pric. ff. de reb. eo.
o Pan. & Iaſ. hic. Iaſ. in l. cõtra iuris. in princ. ſupr. de pact.
p l. Iulianus. §. ſi quis à pupillo. ff. de action. emp.
q Innoc. in c. 1. de his quæ fi. à prela. gl. in c. 2. ne ſede vacan.
r Iaſ. hic. Matthes. not. 156.
s Arg. l. ſeruos. ff. de alim. & ciba. lega.

a Iaſ. ad ſi.
b l. ſilio f. ff. de condit. & demonſtra.
c d. l. ſeruos.
d l. in metal. lum. ff. de bis qui p nõ ſcrip.

nou expectato. Bartolus & cæteri[a] cõtrà,
quoniam alimenta ſeruo relicta, domino
ipſius relinqui videntur[b]. Igitur ſi domi-
num nullum ſeruus habeat, quales hi ſunt,
quiad cuſtodiam templi relinquuntur[c], ſi
9 vel ſerui pœnæ ſint (id eſt nullius, neq; pri
uati, neque fiſci, neque Cæſaris, ſed pœnę
ipſius[d]) trãſigere ſola prætoris auctoritate
10 poteruut. Idemq́; in omnibus, & per om-
nia in monachis etiam concludunt, ſiqui-
dem hi quoque ſeruis in propoſito com-
parantur.
SATIS locupletes an minus.) Confun-
di ex his communis doctorum traditio vi
11 detur, qua aiunt, de præteritis alimentis in
cõſulto Prætore licere tranſigere[e], de futu
ris nõ æquè, quoniam ab his vita hominis
pẽdet. Quid enim, ſi locuples alimẽtarius
ſit, ceſſat quidem ratio hæc, at non oratio
Diui Marci. Quid præterea cùm ex cõtra-
ctu debẽtur, an tunc minus, ab illis vita ho
minis pendet? & tamen licita tranſactio
eſt. Forte igitur vt in diſpoſitionibus[f], ſic
in ratione hac ad ea quę frequentius acci-
12 dunt, leges reſpiciunt. Vt autem nõ ſuper
alimentis, ſic neq; ſuper decimis futuris,
ſed ſuper præteritis tranſactiones fiunt,
ſunt enim illæ quædam miniſtrorũ eccle-
13 ſiæ alimẽta[g]. Sed & quod dicitur diebus fe
riatis Prętorem adiri poſſe, vt alimenta cõ
ſtituantur[h], de futuris, non de præteritis,
14 id priuilegiũ Albericus & Iaſon[i] accipiũt.
Et quæ fauore alimentorum lex munici-
pij induxerit, ad præterita nõ pertinebit[k].
15 In ſumma & cùm ex facto[l] valere præcep-
tum dicitur de præſtandis alimentis, licèt
partis citatio aut vocatio nulla præcedat,
ego id de alimẽtis futuris accipio, ea enim
hos fauores iure merentur.

e l. de alimen tis. C. de tranſactio.
f l. nam ad ea ff. de legib.
g g. in c. ſi. de re . . . in c. a. poſſeſſiones de reb. eccleſ. non alie. in c. ſtatut. m. c. 1. de tranſ. actio. Iaſ. in 3. vol. conſ. 19.
h l. 2. ff. de fer.
i Alber. & Iaſ. hic.
k Aret. conſil. 96.
l Thom. faſt. inter deciſ. Rota. in cauſa. 5.

VVlt igitur oratio apud prętorem de iſtis quæri: in primis de cauſa tranſactionis, dein de modo, tertiò de perſona tranſigẽtium. In cauſa hoc erit requirendum quæ cauſa ſit tranſigendi: ſine cauſa enim neminem tranſigentem audiet prætor. Cauſę ferè huiuſmodi ſolẽt allegari, ſi alibi domicilium heres alibi alimentarius habeat: aut ſi deſtinet domicilium transferre alter eorum: aut ſi cauſa aliqua vrgueat pręſentis pecunię: aut ſi à pluribus ei alimenta relicta ſint, & minutatim ſingulos conuenire difficile ei ſit: aut ſi qua alia cauſa fuit, vt plures ſolent incidere quæ prætori ſuadeãt trãſactionem admittere. Modus quoque pecuniæ, quæ in tranſactionem venit, æſtimandus eſt: vt puta quãtitas trãſactionis. nam etiam ex modo fides trãſactionis æſtimabitur. Modus autẽ pro ętate eius, qui tranſigit, arbitrandus eſt & valetudine: nam aliàs cum puero, aliàs cum iuuene, aliàs cum ſene tranſigi palam eſt. cõſtat enim alimenta cum vita finiri. Sed & perſonarum contemplatio habẽda eſt, hoc eſt cuius vitę ſint hi, quibus alimenta relicta ſunt: verum frugi vitæ hi ſint, qui aliàs ſufficere ſibi poſsint: an ſequioris, qui de alimentis pendeant. In perſona eius, à quo alimenta relicta ſunt, hæc erunt ſpecienda: in quibus ſunt facultatibus, cuius propoſiti, cuius opinionis. tunc enim apparebit numquid circumuenire velit eum, cum quo tranſigit.

1 *Arbitrio iudicis cùm aliquid cõmittitur, quẽadmodum ille procedat.*
2 *Cauſa in tranſactione alimentorum, ad quorum exempla requiratur.*
3 *Decretum interponi qui petit, cauſam exponere debet.*
4 *Teſtis quando rationẽ dicti ſui reddere debeat.*
5 *Alimenta in cuius domicilio præſtanda ſunt.*
6 *Minutatim alimenta petere & præſtare, quid ſit.*
7 *Minutæ ſummæ quæ dicantur.*
8 *Alimenta pro ætatum differentia quemadmodum æſtimentur.*
9 *Sequioris vitæ homines, qui ſint.*

IN cauſa.) Cùm quid iudicis arbitrio 1
cõmittitur, non abruptè, ſed cau
ſa cognita ille procedet[m].
SINE cauſa.) Sicut ſine cauſa is nou ad 2
mittitur, qui tranſigere vult, ſic neque ille
etiam, qui decretum interponi petit, cau- 3
ſas enim, quibus ſtrangulatur, exponet[n].
Sic neq; teſtis dictum probabit, rationem 4
dicti ſui (ſi de ea interrogetur?) non reddẽ
tis, quæ opinio (auctore in præſentia

m vt hic & l. ſed ſi hac. §. prætor. ff. de in ius voc. l. ait prætor. in princip. l. in cauſa. §. cauſa. ff. de mi nor. l. 3. §. ſi ad diem. ff. de re mili.
n l. 1. C. de pẽd. curial. libr. 2. Bal. & Ang. hic.

 Angelo)

Angelo)in iudicijs, ſcholisque approbata eſt. Sed & non interrogatus, tunc reddet, cùm ſuper ijs deponit, quæ in iure non in facto cõſiſtũt[a], verbi gratia dominio, ſunt que caſus permulti, in quibus fides teſti adhibenda non eſt, qui rationem nõ reddat, quos hîc Iaſon ponit.

a Innoc. in c. cùm cauſam. de teſtib.

5 A L I B I domiciliũ hæres.) Quærit Bartolus alimenta in domicilio hæredis, an in domicilio alimẽtarij præſtanda ſint? Et ſecurior Angeli videri poteſt traditio, licèt Iaſon diſſentiat, ſi teſtator locum expreſſerit ibi præſtanda[b]. Si non exprimat, & in præſtandis mittendisve ſumptus neceſſarij non ſint, in domum alimẽtarij mitti debere[c]. Si neceſſarij ſint, aliud eſſe[d]. Quid enim ſi in pecunia numerata debeantur? Quid rurſus ſi in tritico, vino, oleo, & ſimilibus, quę vt exportẽtur, expẽſis eſt opus? Erit igitur & in hoc Prætoris arbitrio locus, qui omnia æſtimabit, quique in alimẽtis moderandis plurimùm poteſt[e]. Quod verò diximus, ibi præſtanda alimenta vbi partes expreſſerint, tunc non procedit, cũ per eum ſtat in cuius domo pręſtãda[f] ſunt: non rurſus cùm inter eos ſiniſtra amoris, aut odij ſuſpicio emerſerit[g], vt in nouerca & priuignis ponunt, & nos in ſocero & genero ſemel in auditorio vidimus. Deniq; pro bono pacis & familiæ, alio in loco danda Prætor iure arbitratur[h]. Quod Comenſis Paulusq; notant[i].

b l. quod legatur. ff. de indi.
c l. item illa. ff. de conſtitu. pecu.
d l. 1. §. pen. ff. de peri. & cõ. rei vendi.
e l. 3. ff. vbi pupil. educ. debe.
f l. ſi ea. vbi Bal. C. de con. infer.
g l. ſi diſceptetur. vbi Iac. ff. vbi pupil. edu. deb. Iaſ. in d. l. 1. C. de legat.
h l. aquiſsimũ ff. de vſuf.
i Paul. in l. quidam cùm filium. nu. 6. de verb. obligat.

P R A E S E N T I S pecuniæ.) Pecuniæ repræſentandæ.

6 M I N V T A T I M.) Summas minutas à ſingulis exigẽdo, nam & vt huic incommoditati conſulant, ipſi inter ſe hæredes conuenire poſſunt, vt vnus alimenta præſtet[k]. Quod autẽ hîc minutatim, ſingulos conuenire alibi lex dixit, minutatim pete-

7 re alimenta, ſed & minutæ ſummæ pari ratione dictæ, de quibus ſuprà[l].

K l. 3. ff. d ali. & ciba. lega.

8 S E N E.) Quæ ratio æſtimandi alimenta pro ętatum differẽtia ſit, alio loco Deo duce dicemus[m].

l l. ſi plures. ff. de paſt.
m l. hæreditatũ. ff. ad l. fal.

F R V G I.) Frugi homo, frugi ſemper eſt.

9 S E Q V I O R I S.) Sequioris vitæ, hi dicuntur, qui de alimentis pendeant. Vt lex ſubiungit, qui videlicet ſibi ipſi ſufficere minimè valeant, niſi alterius aut opera, aut labore, aut beneficio alantur. Sic & apud Apuleium, ſequior ſexus muliebris[n].

n Alcia. lib. 4. de verb. ſigni. ſol. pen.

Sunt & qui[o] ſegnioris legant, quibus vt nõ repugno, ſic neque prorſus aſſentior. Amplius enim deliberandum.

o Frã. Duar. lib. 2. diſput. c. 31. arg. l. ſed ſi vnius. §. quod autem. ff. de iniur.

QVI tranſigit de alimentis non videbitur neque de habitatione, neq; de veſtiario trãſegiſſe: cum Diuus Marcus ſpecialiter etiam de iſtis tranſigi voluerit. Sed & ſi quis de alimentis tranſegerit, non habebit neceſſe etiã de habitatione, vel cæteris inuitus tranſigere: poterit igitur vel de omnibus ſimul, vel de quibuſdam facere tranſactionem. De calceario quoque arbitrio prætoris tranſigendum eſt.

2 *Alimentis relictis an habitatio & veſtiariũ relicta videantur.*

NEque de habitatione.) Atqui cùm alimenta re- 5
licta ſunt, & hæc quoque relicta videntur[p]. Sed communiter[q] in hunc modum concluditur, cùm relinquũtur omnia comprehendi: quia de alimentorum fauore agitur, cùm tranſactio ſit, non omnia, quoniam de alimentorum damno tractetur. Cæterùm cùm relinquũtur habitatio, veſtiarium, calcearium relicta cenſentur[r], eo amplius lectus[s], & ſi infirmus alimentarius ſit, medicinę[t]. Quid de his, quæ ad diſciplinam pertineant? Et ſi alimenta iure ſanguinis debeantur, hæc quoque præſtare oportet[v], alioqui non præſtabuntur[x].

p l. legatis. l. ſi. ff. de alim. & ciba. lega.
q Iaſ. hic.
r dict. l. fine.
s l. in ſtratum ff. de ver. ſign.
t l. verbo victus. ff. de ver. ſig. l. ſi cũ dotẽ §. ſin autem in ſaniſsimo. ff. ſolut. matrimo.
v l. de bonis. § 1. ff. de carb. edic. l. qui filiũ. ff. vbi pupil. educ. deb.
x d. l. legatis. Ang. & Iaſ. hic. Alci. in l. cætera & i. l. verbo victus. ff. d ver. ſign.

SI vni, pluribuſue fundus ad alimenta fuerit relictus, velintq; eũ diſtrahere: neceſſe eſt prætoré de diſtractione eius & trãſactione arbitrari. Sed ſi pluribus fundus ad aliméta fuerit relictus, & ij inter ſe tranſigant: ſine pręatoris auctoritate facta tranſactio rata eſſe non debet. Idem eſt & ſi ager fuerit in alimenta obligatus: nam nec pignus ad hoc datũ, in cõſulto prætore poterit liberari. Arbitratu pręatoris vel de vniuerſis alimentis vel de parte eorum tranſigi oportere, pluſquam manifeſtum eſt.

2 *Proprie-*

2 *Proprietas relicta ei videtur, cui fundus ad alimenta relinquitur.*

2 *Fundo ad vſum, vel vſumfructum, vel habitationem, vel alimenta relicto, proprietas relinqui videtur.*

3 *Emphyteutæ an abſque domini conſenſu diuidere, aut alienare poſſint.*

4 *Alimentarij cur inter ſe diuidere aut alienare non poſſint.*

5 *Alimentis à teſtatore relictis, quæ bona pro eorum præſtatione obligentur.*

FVndus ad alimenta.) Cùm fundus ad alimenta relinquitur, proprietatem alimentario relictam
2 Bartolus & cæteri hinc notant, idemq́; eſſe ſi fundus ad vſumfructum, vel habitationem, de cauſali enim intelligemus[a]. Idem & ſi ad gaudimentum[b] (vt aiunt) quæ vox barbara eſt, id eſt, vt eo fundo legatarius gaudeat. Sed & proprietas ei cui fundus ad alimenta relicta eſt, non ad vitam eius tantùm relicta videtur: licèt alimenta cum vita finiantur[c]. Sed ita vt ad hęredes quoque alimentarij tranſeat[d], quæ Bartoli & cæterorum aduerſus Accurſium crebrior opinio eſt, limitanda tamen ex his, quæ Paulus[e] & Picus[f] notant.
3 I N T E R ſe tranſigant.) An ergo ſicut non alimētarij, ſic neque emphyteutæ abſque domini conſenſu diuidere inter ſe, aut alienare poterunt? Et poſſe eos vera[g] & cõmunis[h] ſententia eſt, ſiue diuidere, ſiue a-
4 lienare (de quo dubitari plus potuit) velint. nam quod hîc alimentarijs non idem tribuatur, longè alia ratio eſt, intereſt enim ipſorum ne tranſigant, ſiue inter ſe, ſiue cũ extraneis tranſegerint, non ſic domini, ne emphyteutę inter ſe alienens, ſiquidem omnes eum recognoſcunt[i]. Atque ita ex facto in auditorio hoc obtinuit.
5 O B L I G A T V S.) Siue alimenta ſimpliciter relicta ſint, teſtatoris bona pro alimentis obligata erunt[k]. Siue ex certo fundo relicta ſint, erit fundus ille ſpecialiter obligatus[l], omnium conſenſu[m].

SI prætor aditus citra cauſę cognitionem tranſigi permiſerit, trãſactio nullius erit momenti: prętori enim ea res quærenda commiſſa eſt, non negligenda, nec donanda. Sed & ſi non de omnibus inquiſierit, quæ oratio mãdat: hoc eſt de cauſa, de modo, de perſonis tranſigentium: dicẽdum eſt quamuis de quibuſdam quęſierit, tranſactionem eſſe irritam

a l. donationis §. ſpecies. ff. de donatio.
b Bald. in l. habitatio. §. ſed ſi. ff. de vſu & habit.
c verſ. modus ſuprà.
d l. 4. ff. de alim. & cibar. leg.
e Paul. in l. ſi. C. de legat.
f Pic. in l. Titia. §. ſi. col. 9. & col. 13. vbi dixi. ff. de leg. 2.
g l. voluntas. C. de ſideicom. capit. imperialẽ. §. præterea. de probib. feu. alie.
h Iaſ. in l. ſin. nu. 114. de in. emph. Iaſ. in l. qui Romæ. §. duo fratres. n. 75. & 77. ff. de verb. oblig.
i Bar. in l. 2. C. de impo. lucr. deſcrip. lib. x.
k l. 1. & 2. C. com. de leg.
l l. Lucius. ff. de alim. & cibar. leg.
m Iaſ. hic.

1 *Alimentarij conditio deterior non fit, etiam Prætore conſulto.*

2 *Alimentorum tranſactio cur Prætoris auctoritatem requirat.*

3 *Solennitatis omiſsio, quando reddat irritam tranſactionem.*

4 *Inuentarium an vitietur, omiſſa ſolennitate.*

5 *Cæci teſtamentum non vitiatur, in quo hæredis inſtitutio non præcedit.*

6 *Solennitas magna vel leuis quæ ſit.*

NEC donãda.) Non ergo deterior conditio alimentarij fiet, etiã prætore conſulto. Quod ſi eſt, 1
quo nobis in tota hac lege Prætoris auctoritas? Nam ſi melior conditio alimentarij per tranſactionem redditur, Prætoris arbitrium minimè exquiritur[n]. Si deterior nihil illa alimentario nocet? Et Accurſius in caſu dubio prætore opus eſſe ait. Iacobus & Bartolus etiam in caſu certo, & cùm vtilis alimentario tranſactio ſit, ſi ab alimentorum forma recederetur. 2
IRRITAM.) Reddit tranſactionem irritam omiſsio ſolennitatis: quia ea ſubſtantialis eſt. Leuis ſolennitas omitti poſſet[o]. Quo exemplo Bartolus[p] & frequẽtiores inferunt, non vitiari inuentarium, in cuius initio crucis ſanctiſsimæ ſignum non apponatur. Sic neque inuentarium, quod infra dies triginta non incipiatur, ſi modò perficiatur infrà nonaginta[q]. Sic neque publicum inſtrumentum, quod ab inuocatione diuini nominis nõ incipiat[r]. Sic neque cæci teſtamentum, in quo hæredis inſtitutio non præceſſerat[s]. Quod ſe ex facto conſultum reſpondiſſe Iaſon affirmat. Sed quæ leuis aut magna ſolennitas dicetur? Et Bartolus[t] magnam eam diffinit, qua non adhibita, contingere poſſet mutatio circa actus ſubſtantiam, leuem contrà, cuius omiſsione, ſubſtantiam immutari periculum minimè ſit. 3 4 5 6

n §. eam tranſactionem.
o l. 1. §. ſi. ff. de ven. inſpic.
p Bar. hic. Alexã. in l. iuris gentiũ. §. quod ferè. colũ. 2. ſuprà de pact.
q l. ſi. §. ſin autem. C. de iu. delibe. Auth. ſed cùm teſtator. col. pen. C. ad l. falcid.
r Bart. in l. ſi quis ex argentariis. §. ſi initium. in 1. q. ff. de eden.
s l. hac conſultiſsima. C. qui teſta. fac. poſſ.
t Bar. hic & in l. 2. §. ſi plures. in 4. q. ff. de exerc.

SED nec mandare ex hac cauſa iuris dictionem, vel preſes prouinciæ, vel prętor poterit.

1 *Mixti imperij quæ ſunt, non delegantur.*

1 SEd nec mādare.) Delegari iuriſdictionem hoc caſu nō poſſe Bartolus & alij ideo dicunt, quia cauſa hæc mixti imperij eſt. Qua verò ratiōe & quomodo ea quæ mixti imperij ſunt, non delegētur, ſuprà à me dictum eſt[a].

TRanſactiones alimentorum etiam apud procuratorem Cęſaris fieri poſſunt: ſcilicet ſi à fiſco petantur alimenta ſecundum quę & apud præfectos ærarij tranſigi poterit.

1 *Teſtes ad æternam rei memoriam quomodo examinandi?*

2 *Profeſsiones filiorum apud præfectos ærarij.*

1 PRocuratorem Cæſaris.) Argumentū Bartolus ſumit, vt cùm teſtes ad ęternam rei memoriam examinātur[b], fieri ea examinatio debeat coram iudice, coram quo cauſa vertitur, quod tamen Angelus, & recentiores verū intelligunt, præterquam ſi neceſſaria aliqua cauſa vrgeat, eos coram alio iudice examinandi[c], neceſsitas enim legi non ſubeſt[d].

2 PRAEFECTOS ærarij.) Scio ego profeſsiones filiorum natorum apud præfectos ærarij Saturni, Romæ fieri ſolitas, quod Capitolinus in Mario oſtendit, quo fortè alludit iuriſconſultus, ſi de filiorum alimentis intelligamus.

SI cum lis quidem eſſet de alimentis, tranſactum autem de lite fuiſſet: tranſactio valere inconſulto prætore nō poteſt, ne circūueniatur oratio. fingi enim lites poterunt, vt tranſactio etiam citra prętoris fiat authoritatem.

1 *Affectata quæ ſunt, non proſunt.*

1 FIngi enim lites.) Affectata ſeu ficta lis, non excuſat, quod Bartolus dupliciter inducit, cui alij aſſentiunt, regula riter verò affectata nocent[e].

SI eidem alimenta & prætereà legatū præſenti die datum ſit, & tranſactum fuerit citra prętoris au ctoritatē: id quod datum eſt, imputabitur priùs in legatū quod præſenti die datum eſt: ſuperfluū in alimentariam cauſam. Si quis de alimentis trāſegerit, ſine prætoris authoritate: id quod datū eſt, in pręterita alimēta cedet. nec intereſt tantum in quantitate ſit debita, quantum datum eſt, an minus, an plus: nam & ſi minus ſit, adhuc tamen id quod in ſolutum datum eſt, in præterita alimenta imputabitur. Sanè ſi is qui de alimentis tranſegit, locupletior fact' ſit, ea ſolutione: in quod factus ſit locupletior, æquiſsimum erit in eum dari repetitionem: nec enim debet ex alieno damno eſſe locuples.

1 *Indebitè ſolutum, ob aliud debitum retineri non poteſt.*

2 *Locupletior factus quis ſit, ex mutuo, an ex ſolutione indebiti multùm intereſt.*

1 ALimentariam cauſam.) Præteritam, alioqui ſolutum indebitè ob aliud debitum retineri non poteſt[f].

2 LOCVPLETIOR.) Imò ſine diſtinctione[g]. Sed aliud eſt, cùm mutuum repetitur, quo caſu indiſtinctè reddendū eſt, aliud cùm indebitum, tunc enim ſi maior ſit, qui accepit, tenebitur, quāuis locupletior nō duret, ſi minor, ita demū ſi duret[h].

SI in annos ſingulos certa quantitas alicui fuerit relicta homini honeſtioris loci veluti ſalarium annuū, vel vſuſfructus: tranſactio & ſine prætore fieri poterit. Cæterum ſi vſuſfructus modicus alimentorum vice ſit relictus, dico tranſactionem citra prętorē factam nullius eſſe momenti.

1 *Tranſactio ſuper ijs, quæ teſtamento relicta ſunt, quomodo facienda.*

2 *Vxori, quæ domina & vſufructuaria relicta eſt, quid relictum videatur.*

3 *Vxores, dominæ vocantur.*

Homini

---

a in l. 1. ff. de offi. ei' cui mā da. eſt iuriſdi.

b l. quoniam frequenter. vt lite non cōteſt.

c l. quotiens. C. de naufragiis. lib. xi.

d l. 1. ff. de offi. conſ.

e §. item tria. inſt. de excuſ. tuto. & l. clem. l. in ver. ſcien ter. de conſan. & affinit.

f l. ſi cùm mili ti. ff. de cōpenſ.

g l. incendiū. C. ſi cer. pet.

h l. ſed an vl tro. §. 1. ff. de ne go. geſt. l. in pu pillo. ff. de ſolu.

HOmini honeſtioris loci.) Diuiti.

FIERI poterit.) Cùm quid teſtamento relinquitur. Et neq; tacitè, ne 1 que expreſsè ad alimẽta relictum eſt. Trãſactio ſine Prætoris authoritate fieri poteſt, dummodo teſtamenti verba inſpiciãtur, & cognoſcantur[a]. Quod ſi ad alimenta expreſsim relictum ſit, ſine prætore trãſactio non fiet, ſiue diues, ſiue pauper ſit legatarius[b]. In dubio verò diſtingui debet, diuiti an pauperi annuum aliquid legetur, huic enim, ad alimẽta legatum videbitur, illi nequaquam[c], cui cõſeques, vt pauper, ſine prætoris authoritate, non tranſigat, diues tranſigat.

CAETERVM.) Quid hic verſiculus à priori differat, Accurſius, Bartoluſq; declarant. Quibus alij aſſentiunt.

VSVSFRVCTVS.) Quæ ſunt hîc 2 Iaſon, poſt Baldum, quid vxori maritus relinquit, cùm eam dominam & vſufructuariam reliquit? Et illi quidem parcè. Sederebrior opinio eſt, verbo dominæ, nõ dominiũ aut proprietatem vxori relinqui, ſed honorem reuerentiamq; ſignificari, quam vxori ab hæredibus exhiberi maritus ve-3 lit[d]. Nam & in vſu eſt, vt mariti vxores dominas vocent[e]. Verbo verò vſumfructuariam ſi hæredes extraneos inſtituit, vſumfructum reliquiſſe videtur[f], ſi filios alimẽta tantùm ex vulgari cõſuetudine[g], quam doctores magno conſenſu approbant[h].

a l. de his. T.

b verſ. nihil ſuprà.

c l. ſi cui annuum. ff. de an nu. legat.

d arg. l. 1. ff. re. amo. l. 1. §. ſi vir. ff. ad ſyl.

e l. vxorẽ. in princip. ff. de leg. 3. l. Titia. § qui vxorẽ. ff. de annu. lega.

f l. vxori vſu. ff. de vſu & vſuf. leg.

g g. in auth. hoc locum. C ſi ſec. nub. nupſ.

h Alex. in 3. vol. conſ. 57. col. 1. Crem. ſingu. 8. Pic°. poſt Bart. in l. Titia §. ſi. ff. de leg. 2

SI cui non nũmus ad alimenta, ſed frumentum atq; oleum & cetera, quæ ad victũ ſunt neceſſaria, fuerint relicta, non poterit de his trãſigere, ſiue annua ſiue mẽſtrua ei relinquantur. Si tamen ita ſine prætore tranſegerit, vt in vicem eorũ nummum quot annis vel quot menſibus acciperet, & neque diem, neque modum permutauit, ſed tantùm genus, vel ex contrario ſi pactus fuerit, vt in generibus alimenta acciperet, quę in nũmis ei relicta fuiſſent, vel vinum pro oleo, vel ſi oleum pro vino, vel quid aliud commutauit, velut ſi locum permutauit, vt quæ erant Romæ ei alimenta relicta, in municipio, vel in prouincia acciperet, vel cõtra: vel perſonã, vt quod à pluribus erat accepturus, ab vno acciperet: vel alium pro alio debitorem acciperet: hæc omnia habent diſceptationem prętoris: et pro vtilitate alimentarij accipienda ſunt. Si ad habitationem certa quantitas ſit annua relicta, & ita ſit tranſactum ſine prętore, vt habitatio pręſtetur, valet tranſactio: quia fructus habitationis præſtatur, licet ruinę, vel incendio ſubiecta tranſactio eſt. Per cõtrarium quoque ſi pro habitatione, quę erat relicta, placuit certam quantitatem præſtari: tranſactio rata eſt & citra prætorem.

1 *Genus pro ſpecie.*

2 *Permutatio & tranſactio æquiparantur.*

NVmmus.) Pecunia nũerata.

INVICEM.) Permutando.

GENVS.) Genus hîc vocat, quod alibi ſæpe ſpeciem, id eſt, res cæteras præter nummum. 1

DISCEPTATIONEM.) Inquiſitionem.

PRO vtilitate.) Sicut ergo in tranſactione, ſic in permutatione hoc attenditur, vt vtilis alimentario conuentio ſit. 2

IX. IDEM, Libr. I. Opinionum.

QVI cum tutoribus ſuis de ſola portione adminiſtratæ tutelæ ſuæ egerat, & tranſegerat, aduerſus eoſdem tutores ex perſona fratris ſui, cui heres extiterat, agens, præſcriptione factæ tranſactionis non ſubmouetur. Tranſactio quæcunque fit de his tantùm, de quibus inter conuenientes placuit, interpoſita creditur.

1 *l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obligat.*

2 *Remiſsio ad ea non extenditur, quæ neque re, neque ſpe debeantur.*

CVI HAEres extiterat.) Quoniam huic legi repugnare prorſus 1

a l. qui Romæ §. duo fratres. ff. de verbor. obligat.

videtur altera[a], quæ de tranſactione etiam duorum fratrum loquitur, alij aliter ſentiunt. Sed leuioribus omiſsis, præcipuæ duæ ſolutiones ſunt. Prima, vt vtrobique fratrem fratri iure fideicommiſsi ſuccedere intelligamus, ita tamen vt in lege cõtraria, ſententia iniuſtè prolata ſit, quem intellectum Angelus & Paulus[b] communem fatentur. Secunda vt in lege contraria per fideicommiſſum hic ab inteſtato ſucceſſio delata fuerit, cui tranſigens non renun
2 tiauerit, quia ea neque re neq; ſpe tunc deberetur[c], remiſſa enim ea videri, quę aut re aut ſpe deberentur, non quæ nullo modo[d], qui etiam intellectus communis eſt[e].

b Ange. hic. Paul. in l. tres fratres ſuprà de pact.

c l. poſt emancipationem. ff. de liber. lega. l. 2. §. ſi impuberi. ff. de collat. bono.
d l. cum pater §. hæreditatẽ. 2. de legat. 2. l. Paulo. §. pomponius herennippus. de legat. 3.
e Iaſ. hic.

QVi per fallaciam cohæredis ignorans vniuerſa, quæ in vero erant, inſtrumentum tranſactionis, ſiue Aquiliana ſtipulatione interpoſuit, non tam paciſcitur, quàm decipitur.

1 *Aquiliana ſtipulatio dolum excludit.*
2 *Dolus ceſſare creditur, cùm omnis vltima voluntas inſpecta eſt.*

IN vero.) In veritate.
1 SIVE Aquiliana.) Aliud ergo eſſet, Aquiliana ſtipulatione interueniente, de qua ſuprà diximus[f].
2 QVAM dicipitur.) Niſi omnis vltima voluntas, cognita inſpectaq; ſit[g].

f in l. aquiliana.
g l. lutius. §. fi. ff. ad trebel.

EI qui nondum certus ad ſe querellã contra patris teſtamẽtum pertinere, de alijs cauſis cum aduerſarijs pacto trãſegit: tantùm in his interpoſitum pactũ nocebit, de quibus inter eos actum eſſe probatur. His tantùm tranſactio obeſt, quamuis maior annis vigintiquinque eam interpoſuit, de quibus actum probatur. nam ea quorum actiones competere ei poſtea compertum eſt, iniquũ eſt peremi pacto. id de quo cogitatum non docetur.

1 *Tranſactio præterita & futura comprehendens.*

EI.) Minori, ne ſuperfluere ſequentia videantur.
1 TANTVM in his.) Niſi vel Aquiliana ſtipulatio interpoſita eſt[h], vel tranſactio præſentia & futura quoque comprehendat[i].

h l. & vno. § 1. ff. de accepti.
i l. cùm ſtipulamur. l. ſi a colono. ff. de verber. obligatio.

X. IDEM, Libro primo Reſponſorum.

DE re filiorum, quos in poteſtate non habuit, tranſigentem patrem minimè eis obeſſe placet.

1 *Patris pactum filiò emancipato nõ nocet, filio in poteſtate nocet.*
2 *Pater & filius eadem perſona reputantur.*

QVos in poteſtate non habuit.) Vt emancipatis nocere non poteſt, qui extraneorum locum habentur: ſic ijs, qui ſub poteſtate ſunt, contrà nocet, quia iuris fictione, eadem perſona cenſeri ſoleant[k]. 1 2

k l. vlt. C. de impub. & aliis ſubſtit.

XI. IDEM, Libro quarto ad Edictum.

POſt rem iudicatam etiam ſi prouocatio non eſt interpoſita, tamẽ ſi negetur iudicatum eſſe, vel ignorari poteſt an iudicatũ ſit: quia adhuc lis ſubeſſe poſsit, tranſactio fieri poteſt.

1 *Negatio facit rem dubiam.*
2 *Tranſactio poſt ſententiam quibus caſibus fieri poſsit.*
3 *Exceptiones quæ poſt ſententiam opponuntur.*
4 *Tranſactio non fit, vbi lis ſubeſſe non poteſt.*
5 *Compromiſſum non fit ſuper re liquida.*
6 *Liquida res quibus caſibus dicatur.*
7 *Pragmatica. anni. 1534. & l. 4. tit. 8. lib. 3. ordin.*
8 *Reſtitutio in integrum, an impediat tranſactionem fieri poſſe poſt ſententiam.*
9 *Reſtitutionis conceſsio, quàm appellationis facilior eſt.*

ETIAM SI.) Qui caſus dubitationem maiorem habet.
SI negetur.) Facit ergo negatio rem dubiam[l], etiam eam, quæ per ſententiam deciſa ſit, alioqui tranſactioni locus non eſſet[m], quæ tamen regula tũc non procedit, cùm probationes manifeſtę rés ve notoria ſit, cùm præſumptio fuerit aduerſus negantem[n], cùm non vtilitas ſed incommodum vertatur negantis[o]. 1 2

l l. 3. C. quib. ad libert. procla. lic.
m l. 1. ſuprà.
n g. in l. ſi vero. §. qui pro rei. ff. qui ſatiſd. cog.
o Bar. in l. nõ ſolum. §. qui aliene. num. 3. ff de procur.

IGNO-

IGNORARI.) Tribus caſibus fieri poſ ſe tranſactionem poſt ſententiam, hinc de prændimus, ſi appellatio interpoſita eſt, ſi negatur rem iudicatam, ſi id ignorari po-
3 teſt. Addunt Bartolus & cæteri quartum, cùm exceptio aliqua opponi poteſt, ex ea rum numero quę poſt ſententiam opponi poſſunt[a]. Sed hæ interdum ſubſtantiæ res iudicatæ interdum executioni opponuntur. Subſtantiæ, vt cùm nullitas opponitur, executioni, vt cùm ei, qui in petitione hæreditatis obtinuit, hoc opponiť, quòd res petita hæreditaria nón eſt, in priori ſpecie ſuper tota cauſa tranſigi poteſt, in poſteriori, ſuper articulo illo tantùm num res hæreditaria ſit.
4 LIS ſubeſſe.) Si igitur lis ſubeſſe non poteſt, tranſactio non fiet, ſed nec compromiſſũ ex lege municipij, quo quæſtiones
5 omnes compromittẽdæ ſunt. Idemq́; erit etſi res liquida ſit ex vi inſtrumenti publi-
6 ci ſiue guarentigij[b] (quæ Tuſca vox eſt)
7 aut ſchedulæ, quæ paratam executionem habeat[c].
8 TRANSACTIO fieri poteſt.) Diximus poſt rem iudicatam tranſactioni locũ eſſe, quatuor caſibus. Sed quid ſi minor cõ demnatus eſt, qui reſtitui in integrum poſ ſit, an fieri tranſactio poterit? Et Angelus Alexanderq́; negant, non leui argumẽto[d], nam neq; inſpicimus, quòd reſtitui minor aduerſus repudiationem poſsit. Et generaliter in ijs, quæ iure ſingulari procedunt, nõ inſpicimus quid euenire poteſt[e]. Fulgo ſius contrà, cui ferè eſt, vt Iaſon accedat. Ego pal àm aſſentior, & me alia[f] mouent, verùm id vel maximè, quòd tranſactio tũ demum poſt ſententiam fieri non poſſe dicitur, cùm indubitata eſt, & quæ nullo re-
9 medio attentari poteſt[g]. Quid quòd facilior eſt reſtitutionis in integrum quàm ap pellationis cõceſsio[h]? Quid quòd plenius remedium videtur quàm appellatio[i]? Cũ itaq́; appellatio, atq; adeò exceptiones rẽ dubiam faciant, faciet & hoc, quòd in integrum reſtitutio poſtulari poſsit.

a Not. in. l. i. C. de iur. & fac. ignor.
b l. 4. tit. 8. libr. 3. ordin.
c Pragma. anni 1534. petit. vlti. verſ. penul. Iaſ. hic.
d l. ergo. §. 1. ff. de fideicō. liber.
e Bar. in. l. inter ſtipulantẽ. §. ſacram. nu. 7. ff. de verb. oblig. in. l. 1. n. 19. ff. de vulg. & pup. in. l. 1. ff. d iuiuſt. rup.
f l. & poſt rẽ ſuprà. & hac l.
g l. elegãter. in princ. ff. de condic. indeb.
h l. prafecti. ff. de minor. l. vnica. ff. de off. praf. prato.
i Gl. in. l. fin. C. ſi aduer. rẽ iudi. gl. i l. re batius. ff. d dã. inf. Iaſ. in. l. 3. §. hoc aũt. col. 3. & in. l. i pro uincials. §. 1. colũ. fi. ff. de no. oper. nuntiat.

XII. CELSVS, Libro tertio Digeſtorum.

NON eſt ferendus qui generaliter in his, quæ teſtamento ei relicta ſunt, tranſegerat, ſi poſtea cauſetur de Eo ſolo cogitaſſe, quod prima parte teſtamenti, ac non etiam quod poſteriore legatum ſit. Si tamen poſtea codicilli proferuntur, nõ improbè mihi dicturus videtur de eo duntaxat ſe cogitaſſe, quo illarum tabularũ, quas tunc nouerat, ſcriptura contineretur.

1 *Ignorantia in facto alieno quatenus præſumatur.*

2 *Legatarius præſumitur ignorare, quæ codicillis continentur.*

COGITASſe.) Si modò eius notitiam habuerit, etiam ſi neque inſpexit, neque cognouit verba teſtamenti[k].

POSTERIORE.) Ignorantia in facto alieno præſumitur[l], quæ tamen regula & alijs permultis caſibus nõ procedit. & hoc vel maximè, cùm inueſtigaſſe eum factũ conſtat, & vnius notitiam habuiſſe, præſumitur enim hic, habuiſſe etiam rei vniuerſæ, quod huius legis argumento dixit Socinus[m]. 1

CODICILLI proferuntur.) Præſumiť legatarius & quilibet hæres ea ignorare, quæ codicillis contineantur. 2

k Bar. in. l. de his. ſuprà. Fulgo. et Iaſ. hic.
l l. verius. ff. de probat.
m Regu. 220. ignorantia circa factũ. verſ. ſexto.

XIII. AEMILIVS MACER. Libro primo ad legem vicenſimam hæreditatium.

NVlli procuratorum principis inconſulto principe tranſigere licet.

1 *Procurator Cæſaris liberam adminiſtrationẽ habet.*

2 *Adminiſtratores rerum alienarum tranſigere ſuper his non poſſunt.*

3 *Prælati tranſigere ſuper rebus eccleſiæ non poſſunt.*

4 *Alienari prohibita, & ab extraneo poſſeſſa an alienari poſſint.*

PROcuratorum principis.) In hoc maior dubitatio eſt, quia libera ei administratio conceſſa vide- 1

tur[a]. Idem tamen & in eo, & quolibet adminiſtratore receptum eſt, & in prælato, niſi fortè ita trãſigant, vt retinere ipſi poſ-
2 ſint, dummodo aliquid alteri nomine ec-
3 cleſiæ dent, ſiue faciant, nõ per contrariũ.
Sed quid ſi res alienari prohibita ab extra
4 neo poſsidebatur? Et Accurſius[b] Bartolus
q; tranſactionem aut compromiſſum, tũc fieri non poſſe ſentiunt, quos ipſe ſequor.

a l. 1. ff. de of. procur. Caſ. l. procurator cui libera. ff. de procura.
b Bartol. hic poſt glo. in d. cum hi. §. eã. ſuprà.

XIIII. SCÆVOLA. Libro ſecundo Reſpõſorum.

CONtrouerſia inter ligitimum & ſcriptum hæredẽ orta eſt, eaq; tranſactione facta, certa lege finita eſt: quæro creditores quem conuenire poſsint? Reſpondit ſi idem creditores eſſent: (qui tranſactionem feciſſent). ſi alij creditores eſſẽt: propter incertum ſucceſsionis, pro parte hęreditatis, quam vterq; in tranſactione expreſſerit, vtilibus conueniendus eſt.

1 *Debitores hæreditarios quemadmodum heres conueniat.*
2 *Requiſitio ſola an obliget creditores.*
3 *Editionem inſtrumenti tranſactionis, an creditores iure petant.*
4 *Correctoria & exorbitantia iura, ex ratione expreſſa extenduntur.*
5 *Incertitudo ſucceſsionis quid operetur.*
6 *Legatarij hæredem ſcriptum an alium conueniant.*
7 *Querelæ locus non eſt, niſi poſt aditam hæreditatem.*
8 *Aes alienum, omni detractioni præfertur.*
9 *Inſtitutus in re certa, quomodo legatarij loco habeatur.*
10 *Indignus cui bona auferuntur, hæres nomine manet.*
11 *Indignitas hæredi, à ſolo filio opponi poteſt.*
12 *In digno quod aufertur, quibus applicetur.*
13 *Poſſeſſores hæreditatis, quando à creditoribus conueniantur.*
14 *Iura & actiones quando in poſſeſſorem trãſeant.*

LEgitimum.) ſucceſſorem ab inteſtato.
1 CREDITORES). Quid in debitorib' hæreditarijs, an eos hæres ſcriptus & legitimus, pro rata portionum, quas poſsident, conuenire poterũt? Et bene Laudenſis & Iaſon quod de creditoribus hîc dictum eſt, ad debitores extendunt[c].

FECISSENT.) Poſt hoc verbum, in Tuſcis Pandectis ſequẽtia hæc deſyderãt. id obſeruandũ eſſe de ære alieno, quod inter eos conueniſſet. Quæ tamen & cęteri Codices, & Doctores omnes agnoſcũt.
Quid ergo ſi tantùm requiſiti ſint? Et Bar 2
tolus ſufficere id innuit[d], ideſt (vt ipſe interpræter) quia tacito hoc conſenſu ſibi præiudicent. Neq; Fulgoſium & Iaſonem audio, dũ Bartolum in huc repręhendunt, quia creditores inuiti renuntiare iuri ſuo non compellantur. Non enim ſenſit Bartolus (neq; potuit) ex ſola requiſitione eos obligari inuitos, ſed non contradicentes,
quod iſti etiam negare nequeant. Sed nũ- 3
quid petere creditores poterunt, vt notarius, trãſactionis inter hæredem ſcriptum & legitimum, inſtrumenta ſibi edat? Et verius[e] eſt poſſe, quod Bartolus ad finem addit, & alij ſequuntur.

c l. cũ pater. §. dulciſsimis. de lega. 2. l. 1. C. de expreſſ. lib. 11.
d Arg. c. fi. de maior. & obed.

PROPTER incertũ ſucceſsionis.) Hæc ratio, quæ generalis eſt, facit, vt non in creditoribus tantùm, verùm & in legatarijs, locus huic legi eſſe poſsit, ſi modò in his
eadem ratio vrgeat, quamlibet enim ex- 4
orbitantia atq; adeò correctoria iura, ex ratione expreſſa extẽduntur[f]. Facit & hæc
ſucceſsionis incertitudo, vt ſi legata in prę 5
ſentia à ſucceſſorib' ab inteſtato repeterẽtur, tamen eligere legatarij non teneãtur, ex teſtamento an ab inteſtato petãt, quod aliàs coguntur[g].

CONVENIENDVS eſt.) At alibi[h] legimus, hæredem ſcriptum tantùm à le-
gatarijs conueniendum eſſe. Quocirca 6
multi caſus conſyderantur. Primus cùm contentio propter hoc eſſet, quòd legitimus querelam, aut bonorum poſſeſsionẽ contra tabulas intenderet, tũc enim hære-
dem ſcriptum legatarij conuenient[i], non 7
enim querelæ locus eſt, niſi poſt aditam hæreditatem[k]. Neq; poſt aditionem ſola tranſactio, (niſi ſententia lata ſit) hęredem deſinere facit, eum qui ſemel adiit[l]. Secundus caſus eſt, cùm legitimus nullum aut irritum, aut falſum diceret teſtamentum, & ei ex cauſa tranſactionis, vna aliqua res hæreditaria,

e l. fi. ff. de his. aucto. iud. poſ. l. fi. §. licentia. C. de iur. deli.
f l. his ſolis. C. de reuo. donat. l. regula. §. ſed & ſi qs. ff. de iur. & fac. ignor.
g l. vlt. C. de codic.
h l. 3. in prin. ſuprà.
i Dict. l. 3.
k l. ſi filium. §. ſed cũ exhæredatio. ff. de bo. poſſ. cõ. tab.
l l. ſi ſuſpecta §. quãuis. ff. de inoſ. teſt. l. & ſi ſen. §. ſed quod Papinianus. ff. de mino.

a Dict. l. 3. b §. ſi quis vna. inſti. de fideicom. hære. l. ſi legatus. §. multu. ff. ad Trebel. c l. quotiẽs. ff. de hær. inſtit. d d. l. 3. ī pri. e l. 3. ff. de pigno. l. cū quā. C. de fideicō.

ditaria, verbi gratia domus, fundus adiudi
catur, oon tamen ſub nomine quotæ par-
tis, tunc etiam hæredẽ ſcriptũ legatarij cõ
ueniẽt[a], exemplo hæredis, qui vna aliqua
re ſibi præcepta, reliquũ reſtituere rogat'
ſit[b], aut eius etiã, qui dato ſibi cohęrede, in
ſtitut' ſit in re certa[c]. Tertius eſt, cũ quota
(vt vocamus) pars aliqua, legitimo hæredi
relinquit, & legata à ſucceſſorib' ab iteſta
to repetita nõ ſunt. Erit enim & hoc caſu,
à legatarijs hæres ſcriptus cõueniẽdus[d], ab
eo enim (niſi repetantur) legata debẽtur[e].
Quartus eſt, cùm legata à venientibus ab
inteſtato repesuntur, tunc legatarij, & ſcri
ptum & legitimũ, pro rata portionis, quã
poſsident, conuenire poſſunt, id enim re-
petitio operabitur, ſicque in ea ſpecie lex
hæc ooo minus in legatarijs, quàm in cre-
ditoribus procedit ex interpretasione cõ
muni. Quintus erit, cùm creditores agunt,
qui à quocunq; poſſeſſore debitum pete-
re poſsũt, & hic propriè legis eſt ſenſus, ra
tione id manifeſta, ſiquidem æs alienum
8 falcidię[f], Trebelliano[g] atq; adeò legitimę,
filiorum portioni præfertur[h]. Sextus eſt,
cùm vna res hæredi ſcripto relinquitur, re
liqua hęreditas ſucceſſori ab inteſtato. Cõ
uenient enim legatarij atque creditores
vtrumq;, ſi legata à venientibus ab inteſta
to repetita ſunt, alioqui hæredem ſcriptũ.
9 Neq; obſtat, quòd hic, cui res certa relin-
quitur, loco legatarij habendus videatur[i].
Id enim tunc locum non habet, cùm culpa
illi imputari poteſt, cùmq; non tam inſti-
tutus dici poteſt, quàm ſua ſponte conten
10 tus. Septimus eſt, cùm bona ab hærede ſcri
pto, tanquam indigno auferuntur, & in eo
Accurſij opinio communiter repræhendi
tur, exiſtimauit enim hæredem ſcriptum
à legatarijs conueniri poſſe, quia ille hæ-
res nomine maneat[k]. Bartolus & cæteri[l]
crebriùs contrà, quia is potiùs à legatarijs
ſit cõueniendus, qui hæreditatem aufert[m].
Iaſon Accurſij opinionem ſuſtentat, quòd
(vt credit) cæterorum argumenta poſt ſen
tentiam & priuationem procedunt, Accur
ſius antè loquatur, quàm ego defeoſionẽ,
vix eſt vt admittam. Quomodo enim an-
te priuationem intelligi is poteſt, qui de
eo loquitur, qui hęres nomine maneat? A-
liud tamen vrgentius Baldus obijcit huic
caſui, quia cùm de indignitate ſcripti hære
dis agatur, non poſsit poni ſpecies contro

f L. in imponẽda. C. ad l. Falcidiam. g l. 1. C. ad trebel. h l. Papinianus. §. quoniã autẽ. ff. de inoff. teſta. i l. quotiens. C. de hær. inſt.

k l. Etſi ſine. § ſed quod Papinianus. ff. de minor. l Iaſ. nu. 9. m L. cancellauerat. ff. de hære. inſtit. l. cum fiſco. ff. ad Syllan.

uerſiæ, inter eum & ſucceſſorem ab inte-
ſtato, pro regula enim traditum eſt, hære-
di à ſolo fiſco indignitatẽ opponi poſſe[n].
Sed reſpõdent cæteri benè dupliciter, pri- 11
mùm ſi fiſcus repudiet, ius indignitatis op
ponendæ, alijs ab inteſtato venientibus
competere[o]. Deinde caſus eſſe nõ paucos, 12
in quibus quod hæredi aufertur, non filio,
ſed ſucceſſoribus ab inteſtato applicetur[p],
in quibus potuit inter hæredem ſcriptum
& venientem ab inteſtato eſſe controuer-
ſia. Octauus, de cõtrouerſia eſt inter hære
dem & eum qui ſe fideicommiſſarium vni
uerſalem prætendat, quilibet enim pro ra
ta partis, quam poſsident, conuenientur[q].
Illud deniq; perpetuũ eſt, ſi ignorem quis 13
hæres defuncti ſit, poſſe me cõuenire poſ-
ſeſſores hæreditatis, ſed & interrogatio-
nes, poſitionesq; fieri poſſe, vt declaret in
terrogatus, hæres an ſaltim poſſeſſor hęre
ditatis[r] ſit. In ſumma & proclamata ſiue 14
edicta cautiùs ſic ponuntur, cùm ij citan-
tur, qui aut hęredes, aut poſſeſſores bono-
rum defuncti ſint. Quod verò differentiã
ſuprà conſtituimus, vna res, an quota pars
hæredi relicta ſit, eam interprætationem
admittit, vt tunc demum partis illius poſ-
ſeſſor teneatur, cùm ſub nomine partis hæ
reditatis, vel bonorum adiudicatur, tunc
enim iura & actiones in poſſeſſorem tranſ
eunt[s], non cùm ſub nomine rerum mobi-
liũ & immobilium, quo caſu iura & actio-
nes non comprehenduntur[t].

n Gl. in l. his conſequenter. in gl. pertinere. ff. fam. her. o Gloſ. in l. ea ſola. ff. de reg. in. Iaſ. ſ. l. vnica. n. 13. C. quã. nõ pet. par. Iaſo. in l. re coniuncti. nu. 120. ff. de leg. 3. p l. 1. C. à ſec. nup. auth. hoc amplius. C. de fideicom. q l. 1. C. ad trebel. vbi not. r l. ſi. C. de peti. hære. s l. nam quod §. 1. ff. ad treb. l. hæreditas. ff. de reg. iur.

t l. quã tuberonis. §. ſi. ff. & pecul. l. à diuo pio. §. in vẽditione. vbi Alex. ff. de re iu dic. Bartol. & Alci. in l. mo nẽtum. ff. de verb. ſig.

XV. PAVLVS Libro primo Sententiarum.

PActo conuẽto Aquiliana quidẽ ſtipulatio ſubici ſolet. ſed conſultius eſt huic pœnalem quoque ſtipulationem ſubiũgere: quia reſciſſo fortè pacto pœna ex ſtipulatu peti poteſt.

1 *Pœnam conuentionibus interponere conſultius eſt.*
2 *Intereſſe non inſpicimus in pœnis.*
3 *Scriptura quæ ad conſilium ſapientis fit, pœnalem ſtipulationem admittit.*

CONSVLtius.) Sic & hoc conſultius eſt, cùm alteri quis ſtipulari vult[v].

v §. alteri. inſtit. de inutil. ſtipul.

Sic

a l. ſi. ff. de p̄tor. ſtipul.
b l. vbi pactũ C. de tranſac.
c l. cum pœna. ff. de arbit.
d G. in. l. ex ea parte in princ. ff. de verbo. oblig.

1 Sic & in ſtipulationibns quanti ea res eſt[a], firmiores enim connentiones redduntur, 2 quæ pœnali ſtipulatione vallantur[b]. Vnde etiã illud eſt, quod dici ſolet, in pœnis nõ inſpici an interſit[c], de quo alibi diximus. Notant verò hîc Doctores, ſi partes inter 3 ſe in hoc conueniant, vt ad ſapientis conſilium ſcriptura fiat, poſſe iuriſperitum, cuius conſilio fiat, pœnalem ſtipulationem adijcere[d]. Et quid mirum ſi id quod conſultius eſt de iure conſulto liceat.

XVI. HERMOGENIANVS, Libro primo Iuris Epitomarum.

QVI FIDEM licitæ trãſactionis rupit, non exceptione tantùm ſubmouebitur, ſed et pœnam, quam ſi contra placitum fecerit rato manente pacto ſtipulanti rectè promiſerat, præſtare cogetur.

1 *Pœnæ exceſſus an peti poſſit.*
2 *Pœna an exigi poſſit amplius quàm ſemel.*
3 *Clauſula, vt toties quoties contrauenerit actor in pœnam incidat, quid operetur.*
4 *Tranſactio iurata quæ remedia producat.*
5 *Clauſula, rato manente pacto, quid operetur.*
6 *Iuramẽtum & clauſula, rato manente pacto, æquiparantur.*
7 *Pœnitentiæ locus an ſit, ſi quis contra pactum venire velit.*
8 *Moræ purgationem an impediat clauſula, rato manente pacto.*
9 *Arbitria quomodo ſoluantur.*
10 *Quæſtionem promittens ſe non moturum, quatenus teneatur.*
11 *Lis & cauſa in quo differant.*

e l. cùm proponas. C. de tranſac. l. ita ſtipulatus. verſ. q̃ ſine dubio. ff. de verb. oblig.
f l. prædia. ff. de actio. emp. l. ſi quis à ſocio ff. pro ſocio.
g Iaſ. hic ad ſi.

1 SEd et pœnam.) Hoc amplius & data ab eo repeti poſſunt[e]. Sed quid ſi cõſecutus eſt, quod ſua intereſt, ſed pœna excedit? Et verius[f] eſt, pœnæ exceſſum peti 2 poſſe. Quid ſi ſemel cõtra tranſactionem veniat, & pœnam ſoluat, deinde iterum petat, & cõtra tranſactionem faciat, an iterum pœna ab eo exigi poſsit? Et cõueniũt omnes non[g] poſſe, niſi appoſita fuerit alia clauſula, vt toties qnoties contra venerit 3 actor in pœnam incidat. Vt igitur firmiſſima tranſactio ſit, qua actor ſe non petiturum promittit, omnia hæc interuenire eſt cautius, pœnæ promiſsionem, clauſulam rato manente pacto, elanſulam, vt toties quoties &c. iuramentum, quibns ſi Aquiliana ſtipulatio adijciatur, nihil firmius excogitari poſsit.

h l. ſi quis maior. C. de tranſac.
i l. i. ff. de excep.

RATO manente pacto.) Cùm tranſactio 4 iurata eſt, actore contra eam veniente, reo tria remedia ſunt, pœnam enim petet, exceptionem tranſactionis obijciet, datum repetet[h], ſi modò tranſactio ſponte, ac nõ imperio alicuius cogente fiat. Si iurata nõ fuerit, & actio prima per tranſactionem ipſo iure ſublata ſit, pœnam petet, actoremq; agentẽ, non exceptione, (cùm iam actio non ſit[i]) ſed quia ſine actione experitur, excludet. Si actio ipſo inre ſublata non fuit, 5 appoſita tamen clauſula, rato manente pacto, pœna peti, exceptio obijci, & datum repeti poteſt[k], æquiparantur enim omniũ conſenſu[l], duo hi caſus, iuramenti, & clau 6 ſulæ rato manente pacto. Si actio ſublata non eſt, & clauſula rato manente pacto omiſſa, eligere reum oportet, pœnam perſequatur, an tranſactioni, actorem ſtare cogat[m]. Quæ Bartoli & communes opiniones ſunt.

k vt hic & l. cũ proponas. C. de tranſact.
l Alcia. in d. l. cùm ꝓponas & in l. ſi quis maior. in verbo. ſeruauerit.
m l. reſcriptũ §. ſi pacto. ff. de pact.

COGETVR.) Quid ſi contra pactum 7 venire cœpit, ſed eũ poſtea pœniteat, an locus pœnitentiæ ſit, & intra quantum tẽpus? Et ex Bartolo conciſè licèt, & confuſius loquente, quatuor opiniones colligi poſſunt. Prima eſt differentiam in eo eſſe, non petere promiſit, an non mouere quæſtionem, primo enim caſu licere, vt pœniteat, vſque ad litis conteſtationem[n], quòd non antè petitio dicatur. Secundo pœnitẽtiæ ſtatim nõ eſſe locum, latior ſiquidem quæſtionis controuerſię, cauſæ appellatio eſt[o]. Secunda, pœnitere licitum vtriq; parti, vſq; ad ſententiam[p]. Tertia, reum vſque ad ſententiam pœnitere poſſe, actorem vſq; ad conteſtationem, qnòd hic plùs delinquat[q], qui id facit, quod non debet, quàm ille qoi non dat, quod promiſit, coi obſtat, quòd & reo præcludi per conteſtationem via videtur[r]. Quarta eſt, ſi tranſactio facta ſit, antequam ad iudicium litigatores ve- 8 niant, licitam eſſe pœnitentiam, & purgationem moræ vſq; ad litis cõeſtationem, ſi poſt litẽ conteſtatam tranſactio fiat, tũc actori pœnitere licitum, & reo moræ purgationem

n l. amplius. ff rem. rat. hab.
o l. tranſac. C. de tranſact.
p l. ſi ne apud acta. C. de trãſac.
q l. reſcriptũ. ff. de his quib. vt indig.
r l. ſi inſulã. ff de verb. oblig. l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cautio.

gationem vſq; ad ſententiam[a]. Cæterùm cardo quæſtionis huius in eo vertitur, nũ clauſula, rato manente pacto, moræ purgationem impediat? Et quanquam controuerſa res eſt, verior[b] tamen eademq́; etiam receptior Bartoli[c] ſententia videtur, vt moræ purgatio admittatur. Tunc itaq; clauſula, rato manẽte pacto, operabitur, cùm moræ purgationi locus non fuerit, purgari verò poterit, nunc vſq; ad litem cõteſtatam, quod regulare eſt, nunc poſt litis conteſtationem vſq; ad ſententiam, ſi lite iam conteſtata tranſactio fiat, quòd hîc Bartolus docuit, vtiliterq́; idem eſſe ſubdit, in arbitramentis, quæ ſi ante litem conteſtatam fiant, litis conteſtatione ſoluentur, ſi poſt litem conteſtatam, demum lata ſententia.
9 Sicq́; illud intelligi oportet, quòd arbitria
10 ſoluuntur, cùm itur ad iudicem[d]. Sed quid ſi promiſerit actor quęſtionem ſe non moturum? Et Accurſius hîc & alibi[e], incidere actorem in pœnam exiſtimat, quomodocunq; reum moleſtet, alibi[f], non niſi cùm litem conteſtando moleſtiam intulerit. Bartolus[g], legis an hominis verba ſint, diſtinguit, in priori enim caſu, litis conteſtationem exigi, in poſteriori non æquè, cui diſtinctioni manifeſta legis[h] verba repugnant, quæ communiter, & ante & poſt litis conteſtationem intelliguntur. Simile autem & illud eſt, quòd inter litem & cauſam differre[i] hoc aiunt, quòd lis poſt conteſtationẽ, cauſa vtroq; tempore dici poſ-
11 ſit. Sed et id falſum[k] eſt. Verior itaq; illa traditio videtur, vt lis, quæſtio, cauſa, controuerſia, ſynonoma ſint, & ſingula, modò litis nondum conteſtatæ, modò iam conteſtatæ tempus reſpiciant.

a d. l. ſiue apud acta.
b l. 3. §. qui Stichũ. verſ. & generaliter. ff. de eo quod certo lo.
c Bart. in l. ſi inſulã. nu. 17. ff. de verbo. oblig.
d l. litigatores. ff. de arbit.
e G. in l. Luti[o]. §. tres hæredes ff. ad treb.
f G. in d. l. 3. & 4. C. ſin. regũ.
g Bar. in l. amplius. nu. 5. ff. rem rat. hab.
h l. ſi ſibi. C. de lib. can.
i l. cauſas. vbi Alciat. ff. de verb. ſig.
k l. litis. vbi Alciat. ff. de verb. ſig.

XVII. PAPINIANVS, Libro ſecundo Quæſtionum.

VENDITOR hereditatis emptori mandatis actionibus, cũ debitore hereditario, qui ignorabat venditam eſſe hereditatem, tranſegit: ſi emptor hereditatis hoc debitum ab eo exigere velit, exceptio tranſacti negotij debitori propter ignorantiam ſuã accõmodanda eſt. Idem reſpondendũ eſt & in eo, qui fideicommiſſam recepit hereditatem, ſi heres cum ignorante debitore tranſegit.

1 *Venditor hæreditatis hæredi comparatur.*
2 *Fideicommiſſarius comparatur emptori hæreditatis.*
3 *Vtiles actiones in fideicommiſſarium & emptorem hæreditatis tranſeunt.*
4 *Emptor hæreditatis & fideicommiſſarius in quibus differunt.*
5 *Exercitium directarum actionum in quem tranſeat.*
6 *Ius accreſcendi fideicommiſſario datur, emptori hæreditatis non datur.*
7 *Communes opiniones contrariæ.*
8 *Bartoli cauillatio notatur.*

IDem reſpondendum.) Hæredem venditori, em 1
ptorem hæreditatis fideicom- 2
miſſario comparat lex, in eo (vt Baldus[l], credidit) ſingularis. Sic in eo quoq;, quòd vt in fideicommiſſarium[m], ſic in emptorẽ
vtiles actiones tranſeunt[n]. Vtq; in ſecun- 3
dum fideicommiſſarium, vtiles actiones adeò transferuntur[o], vt nullæ penes primum remaneant[p], ſic in ſecundum empto
rem[q]. At differunt, quòd fideicommiſſa- 4
rius onera hæreditaria pro cõpetẽti portione ſubit[r], emptor creditorib[s] hæreditarijs reſpondere non cogitur[t], niſi quòd vẽditori ſoluenti, reliquus eſt aduerſus emptorẽ recurſus[u], cuius rei commodiſsima ratio illa affertur (vt omittam reliquas) quia in debitoris poteſtate eſſe non debet, vt cre
ditorem mutet[v]. Differunt & in eo, quòd 5
in fideicommiſſarium, non ſolùm actiones vtiles transſerũtur, verùm etiam exercitium directarum, in emptorẽ exercitiũ directarum, niſi mandatis actionibus minimè tranſit[x]. In eo quoque differentia eſt, quòd conſtitutio[y], quæ de ceſsis actionibus vnica eſt, in venditore & emptore hęreditatis procedit, in fideicommiſſario lo
cum non habet[z]. Deniq; in hoc, quòd fidei 6
commiſſario ius accreſcendi competit[a], idq́; ſiue ſponte, ſiue coactus hæres adierit receptius[b] eſt, quicquid Iaſon[c] ſentiat, emptori verò non datur, ſed venditori qui ſemel hæres fuit[d]. Quæ Petri à Bella perti
ca ſententia eſt, & quam communem Iaſon[e], Crottus & Ripa affirmant. Bartolus[f] 7
contrà

l Bald. in l. ij. col. fi. C. quan. prouo. non eſt neceſ.
m l. 1. in prĩc. ff. ad trebel.
n l. ſicum emptore. in prĩc. ſuprà. de pac.
o l. 1. §. de illo. ff. ad treb.
p Glo. in l. ex aſſe. ff. ad treb. Bal. in c. ex literis. colũ. 1. de probat.
q G. fi. in l. emptor. C. de hære. vel actio. vẽ.
r l. 2. C. ad treb.
s l. 2. C. de hære. vel act. vẽ.
t d. l. 2. gl. approb. in d. l. 2. C. de pact.
v l. ſi mandatis. in princ. ff. manda.
x l. emptor. C. de hære. vel actio. ven.
y l. 3. C. de nouat.
z G. in l. ſi cũ emptore. in princ. in §. doli. ff. de pact.
a l. Papinian[o]. ff. ad trebell.
b Iaſ. in l. re coniuncti. nu. 140. Ripa. nu. 92. de leg. 3.
c Iaſ. in l. 2. nu. 8. C. de pac.
d l. ei qui ſoluẽdo. ff. de hær. inſti.
e Iaſ. in l. re cõiũcti. n. 144 Ripa. nu. 91.
f Bar. in l. re cõiũcti. nu. 26.

contrà emptori tribuit, quoniam ius accre
ſcendi velut alluuio eſt, & portioni magis
quàm perſonæ accreſcit[a]. Quæ opinio De
cio[b] auctore communis eſt. Cùmq; nemo
repugnantiam opinionum notauerit, Ia-
ſon[c] Bartoli poſteriorem hanc, magno (vt
arbitratur) argumento repræhendit, quia
rationes, propter quas ius accreſcendi in
ductum eſt, venditori magis quàm empto
8 ri quadrent. Sed cauillatur, quiſquis enim
attentè conſyderauerit, reperiet non mi-
nus emptori eas, quàm venditori quadra-
re, quinimò emptori potiùs, quia is vicem
hæredis ſubit[d]. Ripæ[e] nouiſsimorum (vt
vocat) cõcordia non placet exiſtimantiũ,
venditori portionem accreſcere, teneri ta
men eum vt emptori reſtituat, quæ Decij
meditationes ſunt, quas neque ipſe pro-
bat, neq; Curtio[f] iuniori meritò placent.
Quò enim iſti circuitus[g]? Quò ſuperflui
hi actus accreſcendi[h]? Idem Ripa verba vẽ
ditionis inſpicienda credit, ſimplicia ne
fuerint, an ita, vt vẽdat cum omnibus iuri
bus in ea portione ad ſe ſpectantibus. Ego,
differentiam in eo potiùs conſtituo, ſim-
plex venditio ſit, an etiam emptori actio-
nes mandentur[i], tùnc enim emptor fidei-
commiſſario ſimilis prorſus eſt, vtq; illi[k],
ſic huic ius accreſcendi erit. Atq; ita ipſe
ſentio.

a l. ſi Titio. ff. de vſuf.
b Deci. i rub. C. quã. nõ pet. par. in 2. lect. nu. 8. & i l. ter. nu. 43.
c Iaſ. i. l. 2. n. 7. C. d pet. & i l. vnica. nu. 20 C. quã. nõ pet. par.
d l. 2. in pric. §. iterdũ. §. nõ ſolũ. §. pe. ff. d hære. vel act. ven.
e Ripa. in. l. re coniũcti. nu. 98
f Curt. i. l. vnica. nu. 16. C. quan. non pet. par.
g l. Dominus teſtamento. ff. de con. inde.
h l. non cogendum. §. Sabin. ff. de procur.
i vt hic & d. l. emptor.
k d. l. Papinianus.

Finis Cõmentariorum Ioannis Oroſcij in ſecundum librum Pandectarum.

OROSCIVS SALMAN-
ticæ in vigilia Natiuitatis glorioſiſsimæ Virginis
Mariæ anno. 1554. triennio integros Dige-
ſtorum priores duos hos libros ſine inter-
miſsione horę vnius quotidianæ ſpatio,
dictabat. Sit Ieſus Chriſtus Opt.
Max. redemptor noſter be-
nedictus in ſecula
Amen.

❧ Excudebatur Salmanticæ in officina literaria
Andreæ à Portonarijs. S. C. C. M. Typo-
graphi. Anno Domini Milleſimo quin-
genteſimo quinquageſimoſepti-
mo, die penultima menſis
Nouembris.


AD
P

❧ RERVM, AC VOCVM MEmorabilium, quæ in hoc volumine continentur, copioſiſsimus Index: cuius vſus, quod ad numeros attinet, hic eſt, vt numerus prior columnam, verſum poſterior oſtendat.

A.

AE T Ab,dictiones, ſeparationem ſignificāt.436.20.
Abbatis,Iaſoniſq; lapſus.759.1.
